




# **Officia propria sanctorum ecclesiae cathedralis, civitatis et dioecesis Ruraemundensis**


<https://hdl.handle.net/1874/313398>

**55**


**Vak 80**









*C. Hunnecom*









*Albanicum*

**Breviarium**  
Romanum.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

VAK 20 No. 55.

# Breviarium Romanum

EX DECRETO SS. CONCILII TRIDENTINI  
RESTITUTUM,

S. PII V. PONTIFICIS MAXIMI

IUSSU EDITUM,

CLEMENTIS VIII. & URBANI VIII.

AUCTORITATE RECOGNITUM.

*Pars hiemalis.*



Tornaci,

Typis Societatis S. JOANNIS EVANG.

DESCLEE, LEFEBVRE & Soc.

MDCCLXXVI. - 1090

*Jus proprietatis vindicabitur.*





*Diligenti revisione peracta omnia cum  
originalibus concordare reperta sunt.*

*In quorum fidem, etc. Ex secretaria  
Sacrorum Rituum Congregationis die  
xxviii. Februarii, 1876.*

**Placidus Balli, S. R. C.**  
*Secretarius.*

L. + S.

# Pius Episcopus

## SERVUS SERVORUM DEI

ad perpetuam rei memoriam.



UOD a nobis postulat ratio pastoralis officii, in eam curam incumbimus, ut omnes, quantum Deo adjutore fieri poterit, sacri Tridentini Concilii decreta exsequantur; ac multo id etiam impensius faciendum intelligimus, cum ea quae in mores inducenda sunt, maxime Dei gloriam, ac debitum Ecclesiasticarum personarum officium complectuntur. Quo in genere existimamus in primis numerandas esse sacras preces, laudes, et gratias Deo persolvendas, quae Romano Breviario continentur. Quae divini Officii formula pie olim ac sapienter a Summis Pontificibus, praesertim Gelasio ac Gregorio primis constituta, a Gregorio autem septimo reformata, cum diuturnitate temporis ab antiqua institutione deflexisset; necessaria visa res est, quae ad pristinam orandi regulam conformata revocaretur. Alii enim praeclaram veteris Breviarii constitutionem, multis locis mutilatam, alii incertis et alienis quibusdam commutatam, deformarunt; plurimi specie Officii commodioris allekti, ad brevitatem novi Breviarii, a Francisco Quignonio tituli sanctae Crucis in Jerusalem Presbytero Cardinale compositi, confugerunt. Quin etiam in provincias paulatim irrepererat prava illa consuetudo, ut Episcopi in Ecclesiis quae ab initio communiter cum caeteris veteri Romano more Horas Canonicas dicere ac psallere consuevissent, privatim sibi quisque Breviarium conficerent, et illam communionem uni Deo, una et eadem formula preces et laudes adhibendi, dissimillimo inter se, ac pene cujusque Episcopatus proprio Officio discernerent. Hinc illa tam multis in locis divini cultus perturbatio: hinc summa in Clero ignoratio caeremoniarum ac rituum Ecclesiasticorum, ut innumerabiles Ecclesiarum ministri, in suo munere indecore, non sine magna piorum offensione, versarentur. Hanc nimirum orandi varietatem gravissime ferens fel. mem. Paulus Papa quartus emendare constituerat. Itaque provisione adhibita, ne ulla in posterum novi Breviarii licentia permitteretur, totam rationem dicendi ac psallendi Horas Canonicas ad pristinum morem et institutum redigendam suscepit. Sed eo postea, nondum iis quae egregie inchoaverat perfectis, de vita decedente, cum a pie mem. Pio Papa quarto Tridentinum Concilium, antea varie intermissum, revocatum esset, Patres in illa salutari reformatione ab eodem Concilio constituta, Breviarium ex ipsius Pauli Papae ratione restituere cogitarunt. Itaque quidquid ab eo in sacro opere collectum,

## *Bulla Pii PP. V.*

elaboratumque fuerat, Concilii Patribus Tridentum a praedicto Pio Papa missum est. Ubi cum doctis quibusdam et piis viris a Concilio datum esset negotium, ut ad reliquam cogitationem, Breviarii quoque curam adjungerent, instante jam conclusione Concilii, tota res ad auctoritatem iudiciumque Romani Pontificis ex decreto ejusdem Concilii relata est: qui illis ipsis Patribus ad id munus delectis, Romam vocatis, nonnullisque in Urbe idoneis viris ad eum numerum adjunctis, rem perficiendam curavit. Verum eo etiam viam universae carnis ingresso, Nos, ita divina disponente clementia, licet immerito ad Apostolatus apicem assumpti, cum sacrum opus, adhibitis etiam ad id aliis peritis viris, maxime urgeremus magna in nos Dei benignitate (sic enim accipimus) Romanum hoc Breviarium vicimus absolutum. Cujus ratione dispositionis ab illis ipsis qui negotio praepositi fuerant, non semel cognita, cum intelligeremus eos in rei confectioe ab antiquis Breviariis nobilium Urbis Ecclesiarum, ac nostrae Vaticanae bibliothecae, non discessisse, gravesque praeterea aliquot eo in genere scriptores secutos esse, ac deinde remotis iis quae aliena et incerta essent, de propria summa veteris divini Officii nihil omisisse: opus probavimus, et Romae imprimi, impressumque divulgari jussimus. Itaque ut divini hujus operis effectus re ipsa consequatur, auctoritate praesentium, tollimus in primis et abolemus Breviarium novum a Francisco Cardinale praedicto editum, et in quacumque Ecclesia, Monasterio, Conventu, Ordine, Militia, et loco virorum et mulierum, etiam exempto, tam a primaeva institutione, quam aliter ab hac Sede permissum. Ac etiam abolemus quaecumque alia Breviaria, vel antiquiora, vel quovis privilegio munita, vel ab Episcopis in suis Dioecesibus pervulgata, omnemque illorum usum de omnibus orbis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, et locis virorum et mulierum, etiam exemptis, in quibus alias Officium divinum Romanae Ecclesiae ritu dici consuevit, aut debet: illis tamen exceptis, quae ab ipsa prima institutione, a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quae, vel ipsa institutio, ducentos annos antecedit, aliis certis Breviariis usa fuisse constiterit: quibus ut inveteratum illud jus dicendi et psallendi suum Officium non adimimus, sic eisdem, si forte hoc nostrum, quod modo pervulgatum est, magis placeat, dummodo Episcopus, et universum Capitulum in eo consentiant, ut id in Choro dicere et psallere possint, permittimus. Omnes vero, et quascumque Apostolicas et alias permissiones ac consuetudines, et statuta etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia firmitate munita, necnon privilegia, licentias, et indulta precandi et psallendi, tam in Choro, quam extra illum, more et ritu Breviariorum sic suppressorum, praedictis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, et locis, necnon S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, et aliis Ecclesiarum Praelatis, caeterisque omnibus et singulis personis Ecclesiasticis saecularibus et regularibus, utri-

*Bulla Pii PP. V.*

usque sexus, quacumque causa concessa, approbata, et innovata, quibuscumque concepta formulis, ac decretis, et clausulis roborata, omnino revocamus: volumusque illa omnia vim et effectum de caetero non habere. Omni itaque alio usu quibuslibet, ut dictum est, interdicto, hoc nostrum Breviarium, ac precandi psallendique formulam in omnibus universis orbis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, et locis etiam exemptis, in quibus Officium ex more et ritu dictae Romanae Ecclesiae dici debet, aut consuevit, salva praedicta institutione, vel consuetudine praedictos ducentos annos superante, praecipimus observari. Statuentes Breviarium ipsum nullo unquam tempore vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse: ac quoscumque, qui Horas Canonicas ex more et ritu ipsius Romanae Ecclesiae, jure vel consuetudine dicere vel psallere debent, propositis poenis per Canonicas sanctiones constitutis in eos, qui divinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum et psallendum posthac in perpetuum Horas ipsas diurnas et nocturnas, ex hujus Romani Breviarii praescripto et ratione omnino teneri: neminemque ex iis, quibus hoc dicendi psallendique munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse. Jubemus igitur, omnes et singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, et caeteros Ecclesiarum Praelatos, ut omissis quae sic suppressimus et abolevimus, caeteris omnibus etiam privatim per eos constitutis, Breviarium hoc in suis quisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Dioecesibus, et locis praedictis introducant: et tam ipsi, quam caeteri omnes presbyteri, et clerici, saeculares et regulares, utriusque sexus, nec non milites et exempti, quibus Officium dicendi et psallendi quomodocumque, sicut praedicitur, injunctum est, ut ex hujus nostri Breviarii formula, tam in Choro, quam extra illum, dicere et psallere procurent. Quod vero in Rubricis nostri hujus Officii praescribitur, quibus diebus Officium Beatae Mariae semper Virginis, et Defunctorum, item Septem Psalmos Poenitentiales, et Graduales dici ac psalli oporteat: Nos propter varia hujus vitae negotia, multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea praescriptione removendum duximus; verum debito providentiae pastoralis admoniti, omnes vehementer in Domino cohortamur, ut remissionem nostram, quantum fieri poterit, sua devotione ac diligentia praecurrentes, illis etiam precibus, suffragiis, et laudibus, suae et aliorum saluti consulere studeant. Atque ut fidelium voluntas ac studium magis etiam ad salutarem hanc consuetudinem incitetur, de omnipotentis Dei misericordia, beatorumque Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, qui illis ipsis diebus, in Rubricis praefinitis, Beatae Mariae, vel Defunctorum Officium dixerint, toties centum dies, qui vero Septem Psalmos, vel Graduales, quinquaginta, de injuncta ipsis poenitentia relaxamus. Hoc autem concedimus sine praedictis sanctae consuetudinis illarum Ecclesia-



## Bulla Pii PP. V.

rum, in quibus Officium parvum Beatae Mariae semper Virginis in Choro dici consueverat, ita ut in praedictis Ecclesiis servetur ipsa laudabilis et sancta consuetudo celebrandi more solito praedictum Officium. Caeterum, ut praesentes litterae omnibus plenius innotescant, mandamus illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariae Apostolicae, et in acie Campi Florae publicari, earumque exemplar de more affigi. Volumusque, et Apostolica auctoritate decernimus, quod post hujusmodi publicationem, qui in Romana Curia sunt praesentes, statim lapsa mense: reliqui vero, qui intra montes, tribus: et qui ultra ubique locorum degunt, sex mensibus excursis, vel cum primum venalium hujus Breviarium voluminum facultatem habuerint, ad precandum et psallendum juxta illius ritum, tam in Choro, quam extra illum, maneant obligati. Ipsarum autem litterarum exempla manu Notarii publici, et sigillo alicujus Praelati Ecclesiastici, aut illius curiae obsignata, vel etiam ipsis voluminibus absque praedicto, vel alio quopiam adminiculo Romae impressa, eandem ubique locorum fidem faciant, quam ipsae praesentes, si essent exhibitae vel ostensae. Sed ut Breviarium ipsum ubique inviolatum et incorruptum habeatur, prohibemus, ne alibi usquam in toto orbe, sine nostra, vel specialis ad id Commissarii Apostolici, in singulis Christiani orbis regnis et provinciis deputandi, expressa licentia imprimatur, proponatur, vel recipiatur. Quoscumque vero, qui illud secus impresserint, proposuerint vel receperint, excommunicationis sententia eo ipso innodamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae ablationis, abolitionis, permissionis, revocationis, jussionis, praeccepti, statuti, indulti, mandati, decreti, relaxationis, cohortationis, prohibitionis, innodationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini M.D.LXVIII. septimo Idus Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

M. Dat.

Caes. Secretarius.

H. CUMYN.

ANNO a Nativ. Domini 1568, Indictione XI, die vero 15 Mensis Julii, Pont. SS. in Christo Patris et D. N. D. Pii divina Providentia Papae V, anno tertio retrospectae Litterae Apost. lectae, affixae et publicatae fuerunt ad valvas Basil. Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariae Apostolicae et in acie Campi Florae, dimissis ibidem praesentibus litteris per aliquantulum temporis spatium, ut moris est, affixis, et deinde amotis per nos Jul. Parinum et Joan. Bornotum, praelibati SS. Domini nostri Papae Cursores.

ANT. CLERICI, Mag. Cursorum.

# Clemens Papa viii.

## AD PERPETUAM REI MEMORIAM.



UM in Ecclesia Catholica a Christo Domino nostro sub uno capite, ejus in terris Vicario instituta, unio, et earum rerum quae ad Dei gloriam, et debitum Ecclesiasticarum personarum officium spectant, conformatio semper conservanda sit, tum praecipue illa communio uni Deo, una et eadem formula preces adhibendi, quae Romano Breviario continetur, perpetuo retinenda est, ut Deus in Ecclesia per universum orbem diffusa, uno et eodem orandi et psallendi ordine a Christi fidelibus semper laudetur, et invocetur. Quamobrem ex decreto Sacri Concilii Tridentini fel. rec. Pius Papa V praedecessor noster pie ac sapienter admodum varietatem illam Breviariorum, quae in singulis Ecclesiis fere diversa habebantur, nonnullis tantum exceptis sustulit, ac ipsum Breviarium restituit, et Romae accuratissime imprimi et promulgari curavit: quod ut integrum, inviolatumque ab omnibus haberetur, debita provisione adhibita, inter alia statuit, ne ullo unquam tempore totum, vel ex parte mutaretur, aut illi aliquid adderetur, vel omnino detraheretur, sub poenis in ejusdem constitutione contentis. Cum vero progressu temporis, Typographorum negligentia et incuria, et nimia aliorum etiam, ea quae ad ipsos non pertinent, temere sibi assumentium, audacia, ac licentia, multi errores, in illud irreperint: ac tum in sacra Scriptura et Lectionibus Patrum, tum in vitis Sanctorum, et Rubricis, aliisque locis, sine nostra, et Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum auctoritate, pro cujusque arbitrio pleraque addita et immutata fuerint, ita ut nulla jam reperiantur Breviaria, quae a prima editione ejusdem Pii in multis non discrepent, atque dissentiant, et aliqua recognitione indigeant: Nos, qui pro Pastoralis nostrae sollicitudine in eam curam praecipue incumbimus, ut ea quae a praedecessoribus nostris sancte ac pie instituta sunt, perpetuo integra et inviolata conserventur: quae vero hominum culpa immutata sunt atque corrupta, et quae recognitionem exigunt, in pristinum statum restituantur, et reformentur: mandavimus nonnullis piis et eruditis viris, quorum consultatione et opera in hujusmodi rebus frequenter utimur, ut idem Breviarium nova adhibita diligentia accuratius inspicerent, atque examinarent, et ea quae depravata esse, et recognitione indigere animadverterent, pro sua doctrina et pietate restituerent. Quod cum ab iis exacte ac profecto non mediocri cum emolumento praestitum sit, ita ut ex superiori illo incommodo per occasionem non parum utilitatis provenerit: Nos illud in nostra Typographia Vaticana quam emendatissime imprimi, ac divulgari jussimus. Ut autem illius usus in omnibus Christiani

*Bulla Clementis PP. VIII.*

orbis partibus, perpetuis futuris temporibus conservetur, ipsum Breviarium in alma Urbe nostra in eadem Typographia tantum, et non alibi imprimi posse decernimus: extra Urbem vero juxta exemplar in dicta Typographia nunc editum, et non aliter, hac lege imprimi posse permittimus, ut nimirum Typographis quibuscumque illud imprimere volentibus, id facere liceat, requisita tamen prius et in scriptis obtenta dilectorum filiorum Inquisitorum haereticae pravitatis in iis locis, in quibus fuerint, ubi vero non fuerint, Ordinariorum locorum licentia: alioquin si absque hujusmodi licentia dictum Breviarium sub quacumque forma de caetero ipsi imprimere, aut Bibliopolae vendere praesumpserint, Typographi, et Bibliopolae extra Statum nostrum Ecclesiasticum existentes excommunicationis latae sententiae, a qua nisi a Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant; in alma vero Urbe, ac reliquo Statu Ecclesiastico commorantes, quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis librorum et typorum omnium Camerae praedictae applicandorum poenas absque alia declaratione irremissibiliter incurrant eo ipso. Et nihilominus eorundem Breviariorum per eos de caetero absque hujusmodi licentia imprimendorum, aut vendendorum usum ubique locorum, et gentium sub eisdem poenis perpetuo interdiximus, et prohibemus. Ipsi autem Inquisitores, seu Ordinarii locorum, antequam hujusmodi licentiam concedant, Breviaria ab ipsis Typographis imprimenda, et postquam impressa fuerint, cum hoc Breviario auctoritate nostra recognito, et nunc impresso, diligentissime conferant, nec in illis aliquid addi, vel detrahi permittant, et in ipsa licentia originali de collatione facta, et quod omnino concordent, manu propria attestentur, cujus licentiae copia initio, vel in calce cujusque Breviarii semper imprimatur: quod si secus fecerint, Inquisitores videlicet privationis suorum officiorum, ac inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, Antistites vero et Ordinarii locorum suspensionis a divinis, ac interdicti ab ingressu Ecclesiae, eorum vero Vicarii privationis similiter officiorum, et beneficiorum suorum, et inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, ac praeterea excommunicationis absque alia declaratione, ut praefertur, poenas incurrant eo ipso. Caeterum pauperum Clericorum, et aliarum personarum Ecclesiasticarum, ac Typographorum et Bibliopolarum quorumcumque indemnitate ex benignitate Apostolica rationem habentes, eisdem Breviaria haecenus impressa penes se habentibus, ut ea retinere, et illis uti, eaque vendere respective possint, similiter permittimus, et indulgemus. Non obstantibus licentiis, indultis, et privilegiis quibuscumque Typographis haecenus per Nos, seu Romanos Pontifices praedecessores nostros Breviarium praedictum Pii V imprimendi concessis, quae per praesentes expresse revocamus, et revocata esse volumus, necnon constitutionibus et ordinationibus Apostolicis generalibus, et specialibus, in contrarium praemissorum quomodocumque concessis,

## Bulla Urbani PP. VIII.

confirmatis et approbatis, quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa mentio habenda esset, tenores hujusmodi praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium nostrarum litterarum exemplaribus etiam in ipsis Breviariis impressis, vel manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si essent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die x. Maji M.DC.II. Pontificatus nostri anno undecimo.

H. Cestrius Barbianus.

## Urbanus Papa viii.

### AD PERPETUAM REI MEMORIAM.



**Q**UINAM Psalmidiam sponsae consolantis in hoc exilio absentiam suam a sponso coelesti, decet esse non habentem rugam, neque maculam: quippe cum sit ejus Hymnodiae filia, quae canitur assidue ante Sedem Dei et Agni, ut illi similior prodeat, nihil, quantum fieri potest, praeferre debet, quod psallentium animos, Deo ac divinis rebus, ut convenit attentos, avocare alio ac distrahere possit; qualia sunt, si quae interdum in sententiis aut verbis occurrant non tam apte concinneque disposita, ut tantum tantique obsequii ac ministerii opus exigeret. Quae causae quondam impulere summos Pontifices praedecessores nostros, felicitis memoriae Pium hujusce nominis Quintum, ut Breviarium Romanum incertis per eam aetatem legibus vagum, certa stataque orandi methodo inligaret, et Clementem VIII, ut illud ipsum lapsu temporis, ac Typographorum incuria depravatam, decori pristino restitueret. Nos quoque in eandem cogitationem traxere et sollicitudo nostra erga res sacras: quas primam et optimam partem muneris nostri censemus, et piorum doctorumque virorum judicia et vota, conquerentium in eo contineri non pauca, quae sive a primo nitore institutionis excidissent, sive inchoata potius quam perfecta forent ab aliis, certe a Nobis supremam imponi manum desiderarent. Nos itaque huic rei sedulam operam navavimus, et jussu nostro aliquot eruditi et sapientes viri suam serio curam contulerunt, quorum diligentia studioque perfectum opus est, quod gratum omnibus, Deoque et sanctae Ecclesiae honorificum fore speramus: siquidem in eo Hymni (paucis

*Bulla Urbani PP. VIII.*

exceptis) qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam rhythmo constant, vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad carminis et Latinitatis leges, ubi fieri potuit, revocati; ubi vero non potuit, de integro conditi sunt: eadem tamen, quoad licuit, servata sententia. Restituta in Psalmis et Canticis interpunctio editionis Vulgatae, et canentium commoditati, ob quam eadem interpunctio mutata interdum fuerat, additis Astericis consultum. Patrum Sermones et Homiliae collatae cum pluribus impressis editionibus, et veteribus manuscriptis, ita multa suppleta, multa emendata atque correctae. Sanctorum Historiae ex priscis, et probatis auctoribus recognitae. Rubricae detractis nonnullis, quibusdam adjectis, clarius et commodius explicatae. Denique omnia magno et longo labore diligenter accurateque ita disposita et expolita, ut quod erat in votis, ad optatum exitum perductum sit. Cum igitur tanta tamque exacta doctorum hominum industria, ne plane in irritum recidat, requirat Typographorum fidem, mandavimus dilecto filio Andreae Brogiotto, Typographiae nostrae Apostolicae Praefecto, procuracionem hujus Breviarii in lucem primo edendi; quod exemplar, qui posthac Romanum Breviarium impressionem, sequi omnes teneantur. Extra Urbem vero nemini licere volumus idem Breviarium in posterum typis excudere, aut evulgare, nisi facultate in scriptis accepta ab Inquisitoribus haereticae pravitatis, siquidem inibi fuerint, sin minus ab locorum Ordinariis. Quod si quis quacumque forma contra praescriptum Breviarium Romanum aut Typographus impressionem, aut impressum Bibliopola vendiderit, extra ditionem nostram Ecclesiasticam excommunicationis latae sententiae poenae subiaceat, a qua nisi a Romano Pontifice (praeterquam in mortis articulo constitutus) absolvi nequeat; in alma vero Urbe, ac reliquo Statu Ecclesiastico commorantes quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis librorum, et typorum omnium eidem Camerae applicandorum poenas, absque alia declaratione irremissibiliter incurrant; et nihilominus Breviaria sine praedicta facultate impressa, aut evulgata, eo ipso prohibita censeantur. Inquisitores vero, locorumque Ordinarii facultatem hujusmodi non prius concedant, quam Breviarium tam ante, quam post impressionem cum hoc ipso exemplari, auctoritate nostra vulgato, diligenter contulerint, et nihil in iis additum detractumque cognoverint. In ipsa autem facultate, cujus exemplum in fine aut initio cujusque Breviarii impressum semper addatur, mentionem manu propria faciant absolutae hujusmodi collationis, repertaeque inter utrumque Breviarium conformitatis, sub poena Inquisitoribus privationis suorum officiorum, ac inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda; Ordinariis vero locorum suspensionis a divinis, ac interdicti ab ingressu Ecclesiae; eorum vero Vicariis privationis officiorum et beneficiorum suorum, et inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, necnon excommunicationis absque alia declaratione incurrendae. Sub iisdem etiam

*Bulla Urbani PP. VIII.*

prohibitionibus et poenis comprehendi intendimus et volumus ea omnia, quae a Breviario Romano ortum habent, sive ex parte, sive in totum; cujusmodi sunt Missalia, Diurna, Officia parva Beatae Virginis, Officia majoris Hebdomadae, et id genus alia, quae deinceps non imprimantur, nisi praevia illorum, et cujuslibet ipsorum in dicta Typographia per eundem Andream impressione, ut omnino cum Breviario de mandato nostro edito concordent. Injungimus autem Nuntiis nostris ubique locorum degentibus, ut huic negotio diligenter invigilent, cunctaque ad praescriptum hujus voluntatis nostrae confici curent. Nolumus tamen his litteris Breviaria, et alia praedicta, quae impressa sunt haecenus, prohiberi, sed indemnitati omnium consulentes, tam Typographis et Bibliopolis vendere, quam Ecclesiis, Clericis, aliisque retinere, atque iis uti Apostolica benignitate permittimus et indulgemus. Non obstantibus licentibus, indultis et privilegiis Breviaria imprimendi quibuscumque Typographis per Nos, seu Romanos Pontifices praedecessores nostros hucusque concessis, quae per praesentes expresse revocamus, et revocata esse volumus; necnon constitutionibus, et ordinationibus generalibus, et specialibus in contrarium praemissorum quomodocumque editis, confirmatis et approbatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica et expressa mentio habenda esset, tenores hujusmodi praesentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium litterarum nostrarum exemplaribus, etiam in ipsis Breviariis impressis, vel manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica, constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima quinta Januarii, M. DC. XXXI, Pontificatus nostri anno octavo.

M. A. Natalibus.

I. SAVENIER.



## Edmundus Josephus Dumont,

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA  
EPISCOPUS TORNACENSIS,

Omnibus has visuris salutem in Domino.

**E**UUM pluribus Romanorum Pontificum imprimis vero Clementis VIII. et Urbani VIII. decretis sancitum sit ne quis typographus Breviarium Romanum recudat vel in lucem edat, quin ab Ordinario loci facultas in scriptis accepta sit, et de perfecta novae editionis cum archetypis Romanis exemplaribus concordantia certo constet; hinc est quod Nos dederimus in scriptis licentiam illud imprimendi dilectis filiis DESCLEE, LEFEBVRE ET SOCIIS. Postquam autem fuimus legitime informati hujusce novae Breviarii Romani in quatuor partes distributi editionis in-24, ut aiunt, partem primam, quam hiemalem vocant, juxta probatas editiones Romanas fideliter exaratam, cum suo originali, diligenti facta collatione, in omnibus convenire, excusam approbavimus evulgandique licentiam dedimus, prout per praesentes approbamus ac licentiam damus.

In quorum fidem hasce subsignavimus, sigilloque nostro ac Secretarii nostri chirographo muniri fecimus, Tornaci, die ix. Junii anni M.DCCC.LXXVI.

✠ Edmundus Jos. EPUS TORNACEN.

De Mandato Illmi. ac Rmi. D.D. Episcopi:  
VICT. DUREZ, Prosecret.

EX DECRETORUM REGISTRO  
**Sacrae Rituum Congregationis**

HAEC AD BREVIARIUM ROMANUM ATTINENT.



**S**ACRA Rituum Congregatio declaravit et decrevit, non potuisse post Bullam S. Pii V. de Breviario Romano, neque posse locorum Ordinarios, tam saeculares quam regulares, addere Kalendaris, etiam propriis, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat quae Breviarii Romani Rubricis, vel Sacrae Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicae licentia conceduntur: neque propria auctoritate, quovis praetextu, mutare ritum, qui habetur in Kalendario Romano, seu Rubricis Breviarii, in altiore ritum; neque extendere concessa Officia de loco ad locum.

Item vetuit et prohibuit celebrari, per totam Civitatem vel Dioecesim, etiam de cujuscumque Ordinarii auctoritate, Festum cum Officio, eo quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur corpus, aut insignis Reliquia, et non alibi.

Insignes autem Reliquias declaravit esse caput, brachium, crus, aut illam partem corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, et non parva, et legitime ab Ordinariis approbata.

De Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus, et aliis Festis, de quibus in Kalendario Romano, seu Rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum canonizatis; nihil propria, auctoritate constituatur, sed omnino consulatur Sacra Rituum Congregatio.

Decretum quoque nuper editum super electione Sanctorum in Patronos, et impressum, omnino servetur.

Et haec omnia decrevit, statuit, et mandavit, innovando poenas Constitutionis S. Pii V. respective.

Facta demum relatione horum Decretorum SS. D. N. Urbano Papae VIII., ea laudavit et approbavit, atque ab omnibus ubique sub praedictis poenis servari praecipit; nec non in novis Breviariis de mandato Sanctitatis Suae imprimendis apponi jussit.

Loco † Sigilli.

T. TEGRIMIUS, *Episc. Assisien. Secr.*

**EJUSDEM PRO SANCTIS AD LIBITUM.**

**E**ADEM Sac. Rit. Congreg. habita die 2 Decembris 1673, statuit ex mandato Clementis X. Festa Sanctorum ad libitum in posterum non esse transferenda, si eorum festivitas incidat in diem Dominicam, vel aliquem diem Festorum mobilium, sed tunc illo anno eorum Officia esse omittenda. Quod ipsum postea Innocentius Papa XI. in Congreg. habita 24 Ja-



nuarii 1682, generali decreto confirmavit, et extendit insuper etiam ad Octavas et Natalitia Sanctorum, de praecepto in aliqua Religione vel Dioecesi, ex indulto Apostolico recitanda. Ita ut ne quidem dictis Festis vel Octavis Festa ad libitum tunc incidentia possint recitari, sed omitti prorsus debeant.

Permisit tamen, ut festum translatum quod alias eo die celebrandum foret, in alium diem non impeditum transferatur: item ut eodem die omitti possit officium semel per hebdomadam aut mensem recitandum ex indulto Apostolico, ut ita locus sit celebrando Officio ad libitum.

EJUSDEM PRO SANCTIS  
IN MARTYROLOGIO NON DESCRIPTIS.

**O**FFICIA Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiae recitanda, ex Decreto Sacrorum Rituum Congregationis 11 Augusti 1691, intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate Corporis, seu reliquiae insignis illiusmet Sancti qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: de caeteris autem Sanctis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a Sancta Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, et Missas celebrari vetuerunt, non obstante quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiae in Ecclesiis asserventur, quibus tamen ab Ordinariis locorum approbata debitam Fidelium venerationem (prout haecenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio et Missa, sub poenis de non satisfaciendo praecepto recitandi Officium, aliisque in Constitutione S. Pii contentis. Die 11 Augusti 1691, et Sanctissimus approbavit die 19 Octobris ejusdem anni 1691.

Loco + Sigilli.

J. VALLEMANUS, S. R. C. Secr.

DECRETA GENERALIA CIRCA RUBRICAS.

**C**UM Sacrorum Rituum Congregationi demisse supplicatum fuerit sequentia dubia declarare:

Primum. An, cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit, a Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, verbi gratia de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus sanctae Quadragesimae, Adventus, Vigiliarum, et Quatuor Temporum, etiam si de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus?

Secundum. An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici trans-

lato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim a Sacra Congregatione: Quod scilicet Festum duplex vel semiduplex etiam translatum necnon dies Octavae sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litanis, et Confiteor, itemque recitare Officia et Missas concessas aliis Religionibus?

*Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi Domini Card. Colloredo respondit:*

*Ad primum Negative, et hujusmodi indulta non habere locum in Feriis Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejuniis sive absque jejuniis, nec in Feria secunda Rogationum, nec in illa Feria, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicae.*

*Ad secundum Affirmative.*

*Ad tertium Negative in omnibus.*

*Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper ut Declarationes, seu Decreta praedicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit. Die 20 Martii 1706.*

*G. Card. Carpineus.*

Loco    Sigilli.

B. INGHIRAMI, Sac. Rit. Congr. Secr.

---

## De Anno et Ejus Partibus.



**A**NNUS menses habet duodecim, hebdomadas duas et quinquaginta, et diem unum; dies vero trecentos sexaginta quinque, et fere sex horas :

tanto enim temporis intervallo sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horae singulis quaternis annis diem constituunt; hinc annus ille intercalaris, Bissexus, vel Bissextilis dicitur

## DE ANNI CORRECTIONE, EJUSQUE NECESSITATE, AC KALENDARIO GREGORIANO.

**Q**UOD dictum est, annum continere trecentos et sexagintaquinque dies, et fere sex horas, intelligendum est, sex horas non esse integras, cum ad earum complementum aliqua minuta deficiant.

Ex quorum minorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365 contineret integras sex horas; et factum est, ut minuta, quae ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem: qui causam dederunt, ut Æquinoctium vernum sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrens Gregorius XIII. non solum Æquinoctium vernum restituit in pristinam sedem, a qua jam a Concilio Nicaeno, decem circiter diebus in anno correctionis 1582 praecedendo recesserat, quod a Concilio ad xij. Kalendas Aprilis fuerat constitutum, et xiv. Lunam Paschalem suo in loco reposuit: sed viam quoque tradidit et rationem, qua cavetur, ut in posterum et Æquinoctium vernum, et xiv. Luna Paschalis

a propriis sedibus nunquam removerentur.

Ut enim Æquinoctium vernum ad xii. Kalendas Aprilis restitueretur, statuit, ut dicti decem dies in mense Octobris ipsius anni 1582, eximerentur, ut post quartam diem Octobris sancto Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decima quinta Octobris. Et ita error, qui in praeteritum tot annorum circulis irrepserat, in momento temporis fuit correctus.

Ut autem in posterum idem error vitaretur, ne a xii. Kalendas Aprilis Æquinoctium vernum recederet, statuit idem Gregorius, Bissexum quarto quoque anno (uti mos est) continuari debere, praeterquam in centesimis annis; qui quamvis Bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600 anno correctionis proximum, post eum tamen qui deinceps consequentur centesimi, non omnes Bissextiles essent, sed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centesimi sine Bissexto transigerentur; quartus vero quisque centesi-

mus esset Bissextilis, ita ut anni 1700, 1800, 1900, Bissextilis non sint, anno vero 2000, more consueto dies Bissextus intercaletur, Februarii dies 29

continente; idemque ordo intermittendi intercalandique Bissexto diem in quadringentis quibusque annis perpetuo conservaretur.

## QUATUOR TEMPORA.

**Q**UATUOR Tempora celebrantur quarta et sexta Feria ac Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, post

primam Dominicam Quadragesimae, post Dominicam Pentecostes, post Festum Exaltationis Sanctae Crucis.

## NUPTIAE QUANDO CELEBRARI NON POSSINT JUXTA DECRETUM TRIDENTINI CONCILII.

**A**DOMINICA prima Adventus usque in diem Epiphaniae, et a Feria quarta Cinerum usque in Oct. Paschatis inclusive, sancta Syno-

lus solemnitates Nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus Nuptias solemniter celebrari permittit.

## DE CYCLO DECENNOVENNALI AUREI NUMERI.

**C**YCLUS decennovennalis Aurei numeri est revolutio numeri 19 annorum ab 1 usque ad 19, qua revolutione peracta, iterum ad unitatem reditur. Verbi gratia, anno 1577, numerus cycli decennovennalis, qui dicitur Aureus, est 1; anno sequenti 1578 est 2, et ita deinceps in sequentibus annis, uno semper amplius usque ad 19, qui Aureus numerus cadet in annum 1505, post quem iterum ad unitatem

redeundum est, ita ut anno 1596, Aureus numerus sit 1, et anno 1597 sit 2, &c.

Igitur ut Aureus numerus quolibet anno proposito inveniat, composita est sequens tabella Aureorum numerorum, cujus usus incipit ab anno 1582 inclusive, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cujuslibet anni post annum 1582, reperietur hoc modo.

6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.
----	----	----	----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	----	----	----	----	----

Anno 1582 tribuatur primus numerus tabellae, qui est 6; secundus autem, qui est 7, sequenti anno 1583, et ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cujus Aureum nume-

rum quaeris perveniat; redeundo ad principium tabellae, quotiescumque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quaesitum.

MODUS BREVIS COGNOSCENDI AUREUM NUMERUM  
CUJUSQUE ANNI.

NUMERO anni de quo quaeris, adde unicam unitatem 1. Exempli gratia : anno 1833, adde 1 : summam inde conflata divide per 19, quod superest, erit Aureus numerus ipsius anni : si nihil superest, erit Aureus numerus 19.

DE EPACTIS, ET NOVILUNIIS.

EPACTA nihil aliud est, quam numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365, annum communem Lunarem dierum 354 superat : ita ut Epacta primi anni sit 11, cum hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat; atque adeo sequenti anno Novilunia contingant 11 diebus prius, quam anno primo. Ex quo fit, Epactam secundi anni esse 22, cum eo anno rursus annus Solaris Lunarem annum superet 11 diebus, qui additi ad 11 dies primi anni, efficiunt 22, ac proinde, finito hoc anno, Novilunia contingere 22 diebus prius, quam primo anno : Epactam autem tertii anni esse 3, quia si rursus 11 dies ad 22 adjiciantur, efficietur numerus 33; a quo si rejiciantur 30 dies, qui unam Lunationem Embolismalem constituunt, relinquenter 3, atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epactae

omnes per continuum augmentum 11 dierum abjectis tamen 30 quando rejici possunt. Solum quando perventum erit ad ultimam Epactam Aureo numero 19 respondentem, quae est 29, adduntur 12, ut abjectis 30, ex composito numero 41, habeatur rursus Epacta 11, ut in principio. Quod ideo fit, ut ultima Lunatio Embolismica, currente Aureo numero 19, sit tantum 29 dierum. Si enim 30 dies contineret, ut aliae sex Lunationes Embolismicae, non redirent Novilunia post 19 annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentque uno die tardius quam ante 19 annos. De qua re plura invenies in libro novae rationis restituendi Calendarii Romani. Sunt autem novemdecim Epactae, quot et Aurei numeri, respondebantque ipsis Aureis numeris ante Calendarii correctionem eo modo quo in hac tabella dispositae sunt.

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris  
ante Calendarii correctionem.*

Aur. num.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
Epactae.	xi.	xxii.	iii.	xiv.	xxv.	vi.	xvii.	xxviii.
	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.
	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iv.	xv.	xxvi.
							17.	18.
							vii.	xviii.
								19.
								xxix.

Quia vero cyclus decennovennalis Aurei numeri imperfectus est, cum Novilunia post

19 annos Solares non praecise ad eadem loca redeant, ut dictum est, imperfectus etiam

erit hic cyclus 19 Epactarum. Quamobrem ita emendatus est ut in posterum loco Aurei numeri, et dictarum 19 Epactarum, utamur 30 numeris Epactalibus ab 1 usque ad 30 ordine progredientibus, quamvis ultima Epacta, sive quae ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc, \* propterea quod nulla Epacta esse possit 30. Variis autem temporibus ex his 30 Epactis respondent decem et novem Aureis numeris variae decem et novem Epactae prout Solaris anni, ac Lunaris aequatio exposcit: quae quidem decem et novem Epactae progrediuntur,

ut olim, per eundem numerum 11, addunturque semper 12 illi Epactae quae respondet Aureo numero 19, ut habeatur sequens Epacta respondens Aureo numero 1, ob rationem paulo ante dictam. Id quod sequens tabella perspicuum faciet, quae continet Aureos numeros, et Epactas inter se respondentes ab anno 1582 post detractionem 10 dierum, usque ad annua 1700 exclusive. Quamvis autem vulgares Epactae mutantur in Martio, re ipsa tamen in principio anni mutandae sunt, una cum Aur. num., in cujus locum hae nostrae Epactae succedunt.

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582 (detraclis prius decem diebus) usque ad annum 1700 exclusive.*

Aur. num.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
Epactae.	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	xxiv.
	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.
	v.	xvi.	xxvii.	viii.	xix.	i.	xii.	xxiii.	iv.
									5.
									xv.

Itaque si Epacta quocumque anno proposito invenienda sit, quaerendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellae, quae illi temporis, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in inferiori ordine tabellae reperietur Epacta anni propositi vel certe hoc signum. \* Ubi ergo illa Epacta vel signum \* in Calendario inventum fuerit, eo die Novilunium fiet. Invenietur autem Aureus numerus vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito temporis congruente,tribuendo primum Aureum numerum illius tabellae illi anno,

a quo usus tabellae incipit, et secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellae tribuatur illi anno, a quo ejus usus incipit, et secunda Epacta sequenti anno, &c.

Exemplum: Anno correctionis 1582, Aureus numerus est 6; nempe primus primae tabellae, cujus usus incipit ab Idibus Octobris dicti anni 1582, detraclis prius x diebus. Erit ergo tunc Epacta xxvi, quae sub Aureo numero 6 collocatur, fietque Novilunium die 27 Octobris, et 26 Novembris, et 25 Decembris. Item anno 1582 jam correcto Aureus numerus

est 7, cui in eadem tabella supposita est Epacta vii. quae toto eo anno in Calendario

Novilunia indicabit: ut in Januario die 24, in Februario die 22, in Martio die 24, &c.

*Alia Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1833 inclusive, usque ad annum 1900 exclusive.*

Aur. num.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.
Epactae.	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iv.	xv.	xxvi.
18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
vii.	xviii.	* xi.	xxii.	iii.	xiv.	xxv.	vi.	xvii.
								xxviii.

Ad tollendam dubitationem de usu hujus novae tabulae Epactarum, ostendemus rem exemplis. Anno 1833 tribuatur Epacta ix, quae sub Aureo numero 10 collocatur: fietque Novilunium 22 Januarii, 20 Februarii, 22 Martii. Item anno 1834 tribuatur Epacta xx sub Aureo numero 11 collocata: quae toto eo anno in Calendario Novilunia monstrabit: ut in Januario die 11, in Februario die 9, in Martio die 11. Et sic deinceps per ordi-

nem annis progredientibus, redeundo ad principium Tabellae, quotiescumque eam percurreris. Rursus anno 1862, Epacta non signatur numero, sed hoc signo \* quod collocatur sub Aureo numero 1, et in Calendario toto eo anno Novilunia indicabit; nimirum in Januario die 1 et 31, in Martio (nam in Februario nullum tunc Novilunium, cum in eo signum hoc \* non reperitur) die 1 et 31, in Aprili die 29, &c.

*Tabella Litterarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis 1582 (detraclis prius decem diebus), usque ad annum 1700 exclusive.*

c	b	A	f	e	d	c	A	g	f	e	c	b	A
		g				b				d			
g	e	d	c	b	g	f	e	d	b	A	g	f	d
f				A				c				e	

Usus hujus tabellae hic est. Anno correctionis 1582 post Idus Octobris (detraclis prius x diebus) tribuatur littera c primae cellulae, et sequenti anno 1583 littera b secundae, et anno 1584 dentur litterae A g tertiae cellulae, et sic deinceps aliis annis ordine aliae cellulae tribuantur, donec ad annum propositum perventum

sit, redeundo ad principium tabellae quotiescumque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propositus cadit, dum modo minor sit, quam annus 1700, dabit litteram Dominicalem propositi anni. Quae si unica occurrerit, annus erit communis; si vero duplex, Bissextilis; et tunc superior littera Dominicam diem

ostendet in Calendario a principio anni usque ad Festum S. Mathiae Apostoli; inferior autem, ab hoc Festo usque ad finem anni.

Exempli gratia: Sit inveniendalittera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582 quem tribue primae litterae c, usque ad annum 1587, tribuendo singulis cellulis singulos annos (computando geminas litteras quascumque superiores et inferiores, pro una cellula) cadetque annus 1587 in litteram d, quae sextum locum in tabella occupat. Est ergo toto eo anno littera Do-

minicalis d, annusque communis est, cum littera simplex occurrat. Rursus sit investiganda littera Dominicalis anno 1616; numera ab anno 1582, ut dictum est, usque ad annum 1616, redeundo ad principium tabellae, postquam eam percurreris, perveniesque ad duas hasce litteras c b, septimo loco positas. Est ergo annus ille Bissextilis, cum duplex littera occurrat, superiorque littera c, Dominicam diem indicabit a principio anni illius, usque ad festum S. Mathiae, inferior autem b, in reliqua parte anni.

*Alia Tabella Litterarum Dominicalium ab anno 1833 inclusive, usque ad annum 1900 exclusive.*

f	e	d	c	A	g	f	e	c	b	A	g	e	d
			b				d				f		
c	b	g	f	e	d	b	A	g	f	d	c	b	A
	A				c			e					g

Usus hujus tabellae talis est. Anno 1833 tribuatur littera f primae cellulae, et sequenti anno 1834 littera e, et sic deinceps caeteris annis ordine aliae cellulae tribuantur, donec ad annum propositum pervenias, redeundo ad principium tabellae, quotiescumque eam percurreris: Nam cellula, in quam annus propositus cadit, dabit

litteram Dominicalem propositi anni. Quae si unica occurrerit, annus erit communis; si vero duplex, Bissextilis, et tunc superior littera Dominicam diem indicabit in Calendario a principio anni, usque ad festum S. Mathiae Apostoli, inferior autem, ab hoc festo usque ad finem anni.

#### DE INDICATIONE.

**I**NDICTIO est revolutio 15 annorum ab 1 usque ad 15, qua revoluzione peracta, iterum reditur ad unitatem, initiumque sumit quilibet annus hujus cycli a Januario in Bullis Pontificiis. Et quoniam Indictionum frequens usus est

in Diplomatis et scripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno proposito inveniemus ex sequenti tabella, cujus usus perpetuus est: initium tamen sumit ab anno correctionis 1582.



TABELLA INDICATIONIS AB ANNO CORRECTIONIS 1582.

10.	11.	12.	13.	14.	15.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
-----	-----	-----	-----	-----	-----	----	----	----	----	----	----	----	----	----

Nam si anno 1582 tribuas primum numerum, qui est 10, et sequenti anno 1583 secundum numerum, qui est 11, et sic deinceps usque ad annum pro-

positum, redeundo ad principium tabellae, quotiescumque eam percurrens, cadet annus propositus in Indictionem, quae quaeritur.

## DE FESTIS MOBILIBUS.

QUONIAM ex decreto sacri Concilii Nicaeni Pascha, ex quo reliqua Festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit xiv Lunae primi mensis, (is vero apud Hebraeos, vocatur primus mensis, cujus xiv Luna vel cadit in diem vernali Aequinoctii, quod die 21 mensis Martii contingit vel propius ipsum sequitur) efficitur, ut si Epacta cujusvis anni inveniatur, et ab ea in Calendario notata inter diem octavum Martii inclusive, et quintum Aprilis inclusive (hujus enim Epactae xiv Luna cadit vel in diem Aequinoctii vernali, id est, in diem 21 Martii, vel eum propius sequitur) numerentur inclusive deorsum versus dies quatuordecim; proximus dies Dominicus diem hunc xiv sequens (ne cum Judaeis conveniamus, si forte dies xiv Lunae caderet in diem Dominicum) sit dies Paschae.

Exemplum. Anno 1605. Epacta est x et littera Dominicalis b. Et quoniam invenimus Epactam x inter diem 8 Martii, et 5 Aprilis inclusive positam esse e regione diei 21 Martii, a quo inclusive si deorsum versus numerentur 14 dies,

inveniemus xiv Lunam die 3 Aprilis, quae est Dominica, cum e regione illius sit littera Dominicalis b. Ne igitur cum Judaeis conveniamus, qui Pascha celebrant die xiv Lunae, sumenda est littera Dominicalis b, quae sequitur xiv Lunam, nempe ea quae e regione diei 10 Aprilis collocatur: atque eo anno Pascha celebrandum erit die 10 Aprilis. Item anno 1604. Epacta est xxix, et duplex littera Dominicalis d, c, cum annus ille sit Bissextilis. Si igitur ab Epacta xxix quae e regione diei 1 Aprilis ponitur inter diem 8 Martii, et 5 Aprilis inclusive, numerentur dies 14 cadet xiv Luna in diem 14 Aprilis. Et quia tunc currit posterior littera Dominicalis, nempe c, quae post diem 14 Aprilis, id est, post xiv Lunam collocata est e regione diei 18 Aprilis, celebrabitur eo anno Pascha die 18 Aprilis.

Caeterum ut facilius omnia Festa mobilia inveniantur, compositae sunt duae sequentes tabulae Paschales, una antiqua, et nova altera. Ex antiqua ita Festa mobilia reperientur. In latere sinistro tabulae accipiat Epacta currens, et in linea litterarum Dominicalium

sumatur littera Dominicalis currentem infra tamen Epactam currentem, ita ut si littera Dominicalis currentis reperiatur e regione Epactae currentis, assumenda sit eadem littera Dominicalis proxime inferior. Nam e regione hujus litterae Dominicalis omnia Festa mobilia continentur.

Exemplum. Anno 1606. Epacta est xxi et littera Dominicalis A. Si igitur in tabula antiqua sumatur littera Dominicalis A. quae primo infra Epactam xxi occurrit, reperietur e regione hujus litterae Dominica Septuagesimae die 22 Januarii, dies Cinerum 8 Februarii, Pascha 26 Martii, Ascensio Domini 4 Maji, Pentecostes 14 Maji, et Festum Corporis Christi 25 Maji. Dominicae autem inter Pentecosten, et Adventum eo anno erunt 28, et Adventus celebrabitur die 3 Decembris: et sic de caeteris. Item anno 1605. Epacta est x et littera Dominicalis b, quae in tabula reperitur e regione Epactae x. Quare sumenda est alia littera b, quae proxime infra Epactam invenitur, e regione cujus invenies Septuagesimam die 6 Febr., diem Cinerum 23 Febr., Pascha 10 Apr., &c.

Notandum autem est, quod quemadmodum in anno communi, cadente littera Dominicali e regione Epactae in tabula antiqua, sumitur eadem littera proxima infra Epactam, ut diximus: ita quoque in anno Bissextili, si alterutra duarum litterarum Dominicalium tunc currentem e regione Epactae reperiatur, assumendae sunt aliae duae similes litterae proxime inferiores, ut Festa mobilia inveniantur.

Ex tabula vero Paschali nova ita eadem Festa mobilia reperientur. In cellula litterae Dominicalis currentis quaeratur Epacta currentis. Nam e directo omnia Festa mobilia deprehendentur. Ut anno 1609 in cellula litterae Dominicalis d, tunc currentis e regione Epactae xxiv quae eodem anno currit, habetur Septuagesima die 15 Februarii, dies Cinerum 4 Martii, Pascha 19 Aprilis, &c.

Sed sive antiqua, sive nova tabula Paschali utamur, inveniendi sunt omnia Festa mobilia in annis Bissextilibus per litteram Dominicalem posteriorem, quae nimirum currit post Festum sancti Mathiae Apostoli, ne scilicet ambigamus, utra duarum litterarum pro hoc, aut illo Festo indagando accipienda sit: ita tamen, ut Septuagesimae et diei Cinerum inventae in Januario aut Februario addatur unus dies. Quod ideo fit quia ante diem S. Mathiae currit prior littera Dominicalis, quae in Calendario posteriorem semper sequitur: post Festum autem S. Mathiae in Februario, licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita ut dies 24 Februarii dicatur 25, et dies 25 dicatur 26, &c. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc et littera posterior currit, et dies mensis propriis numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus. Imo nisi per posteriorem litteram investigarentur, non inveniretur recte Septuagesima in anno Bissextili corrente Epacta xxiv vel xxv et littera Dominicali d, c, ut in secundo ac

tertio exemplo perspicuum fiet pro annis 4088, et 3784. Exempli gratia: anno 2096 Bissextili. Epacta erit v et litterae Dominicales A g. Si igitur per posteriorem litteram, quae est g, Festa mobilia investigentur, reperietur Septuagesima die 11 Febr. et dies Cinerum 28 Febr. Si autem addatur unus dies, cadet Septuagesima in diem 12 Febr. quae est Dominica, et dies Cinerum in diem 29 Febr. quae est Feria iv. Pascha autem, et reliqua Festa in eos dies cadent qui in tabula expressi sunt. Item anno 4088 Bissextili Epacta erit xxiv et litterae Dominicales d, c. Si igitur per litteram c, quae posterior est, inquirentur Festa mobilia, invenietur Septuagesima die 21 Febr. et si addatur unus dies, cadet in diem 22 Febr. quae est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10 Martii: quare nihil additur, &c. Rursus anno 3784 Bissextili, Epacta erit xxv et litterae Dominicales d, c. Ergo iterum per posteriorem c, reperietur Septuag. die 21 Februarii, hoc est, addita 1 die, 22. Quod si per priorem litteram d, in utroque horum duorum annorum agendum esset, nihil efficeretur, cum infra Epactas xxiv et xxv littera d indicet Septuages. die 15 Februarii, quod falsum esset cum eo anno posterior littera c, Pascha offerat die 25 Aprilis, ac proinde Septuages. die 22 Februarii celebranda sit, ut liquido constat, si a die Paschae, Dominicae retro numerentur usque ad Septuag.

In priori porro tabula Paschali antiqua reformata, Epactis ad sinistram praeposimus

Aureos numeros eodem ordine, quo ante emendationem Calendarii collocari solebant, ut ex iis Festa mobilia invenirentur. Hoc autem idcirco a nobis factum est, ut Pascha, caeteraque Festa mobilia, a Concil. Nicaeno usque ad ann. 1582 quilibet indagare possit. Eodem autem prorsus artificio, ex Aureis numeris ita distributis Festa mobilia eruuntur, quo ex Epactis. Sit enim explorandum, exempli causa, quando Festa haec celebrata fuerint anno 1450. Quoniam eo anno Aureus numerus fuit 7 et littera Dominicalis d, si Aureus numerus 7 in sinistro latere accipiat, et prima littera d, infra eum occurrens, reperietur e regione hujus litterae d, Septuagesima die 1 Februarii, dies Cinerum 18 Februarii, Pascha die 5 Aprilis, &c.

Adventus Domini celebratur semper die Dominico, qui propinquior est festo S. Andreae Apostoli, nempe a die 27 Novembris inclusive, usque ad diem 3 Decembris inclusive, ita ut littera Dominicalis currens, quae reperitur in Calendario a die 27 Novembris usque ad diem 3 Decembris, indicet Dominicam Adventus. Ut, verbi gratia, si littera Dominicalis est g, Dominica Adventus cadet in diem 2 Decembris; quia ibi est littera g, in Calendario, &c.

Ad finem tandem tabularum Paschalium apposita est tabula temporaria multorum annorum, e regione quorum omnia Festa mobilia inveniantur; quae quidem tabula ex tabulis Paschalibus excerpta est, ex quibus infinitae aliae crui possunt pro quibuscumque annis.

TABULA PASCHALIS  
ANTIQUA REFORMATA.

Ann. Num.	Cycl. Epact.	Tit. Dom.	Septuag.	Diastiner.	Pascha.	Ascensio.	Pentecost.	Corp. Chr.	D. p. Pent.	Dom. I. Adv.
16	xxij		Jan.	Febr.	Mar.	Apr.	Maji.	Maji.		
5	xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	29 Nov.
13	xxj	e	19	5	23	1 Maji	11	22	28	30
2	xx	f	20	6	24	2	12	23	28	1 Dec.
	xix	g	21	7	25	3	13	24	28	2
10	xviii	A	22	8	26	4	14	25	28	3
	xvii	b	23	9	27	5	15	26	27	27 Nov.
18	xvi	c	24	10	28	6	16	27	27	28
7	xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
	xiv	e	26	12	30	8	18	29	27	30
15	xiii	f	27	13	31	9	19	30	27	1 Dec.
4	xij	g	28	14	1 Ap	10	20	31	27	2
	xi	A	29	15	2	11	21	1 Jun.	27	3
12	x	b	30	16	3	12	22	2	26	27 Nov.
	ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1	viii	d	1 Fe	18	5	14	24	4	26	29
9	vii	e	2	19	6	15	25	5	26	30
	vi	f	3	20	7	16	26	6	26	1 Dec.
17	v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
	iv	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6	iii	b	6	23	10	19	29	9	25	27 Nov.
14	ii	c	7	24	11	20	30	10	25	28
3	i	d	8	25	12	21	31	11	25	29
	xxix	e	9	26	13	22	1 Jun.	12	25	30
11		f	10	27	14	23	2	13	25	1 Dec.
19	xxviii	g	11	28	15	24	3	14	25	2
8	xxvii	A	12	1 Mar.	16	25	4	15	25	3
	xxvi	b	13	2	17	26	5	16	24	27 Nov.
	xxv	c	14	3	18	27	6	17	24	28
	xxiv	d	15	4	19	28	7	18	24	29
		e	16	5	20	29	8	19	24	30
		f	17	6	21	30	9	20	24	1 Dec.
		g	18	7	22	31	10	21	24	2
		A	19	8	23	1 Jun.	11	22	24	3
		b	20	9	24	2	12	23	23	27 Nov.
		c	21	10	25	3	13	24	23	28

# TABULA PASCHALIS

Lit. Dominic.	Cyclus Epactarum.	Septuag.	Dies Cinerum.
<b>D</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	18 Jan. 25 Jan. 1 Febr. 8 Febr. 15 Febr.	4 Febr. 11 Febr. 18 Febr. 25 Febr. 4 Mart.
<b>E</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	19 Jan. 26 Jan. 2 Febr. 9 Febr. 16 Febr.	5 Febr. 12 Febr. 19 Febr. 26 Febr. 5 Mart.
<b>F</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	20 Jan. 27 Jan. 3 Febr. 10 Febr. 17 Febr.	6 Febr. 13 Febr. 20 Febr. 27 Febr. 6 Mart.
<b>G</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	21 Jan. 28 Jan. 4 Febr. 11 Febr. 18 Febr.	7 Febr. 14 Febr. 21 Febr. 28 Febr. 7 Mart.
<b>A</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	22 Jan. 29 Jan. 5 Febr. 12 Febr. 19 Febr.	8 Febr. 15 Febr. 22 Febr. 1 Mart. 8 Mart.
<b>B</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	23 Jan. 30 Jan. 6 Febr. 13 Febr. 20 Febr.	9 Febr. 16 Febr. 23 Febr. 2 Mart. 9 Mart.
<b>C</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 29. 28. 27. 26. <b>xxv.</b> 25. 24.	24 Jan. 31 Jan. 7 Febr. 14 Febr. 21 Febr.	10 Febr. 17 Febr. 24 Febr. 3 Mart. 10 Mart.

## NOVA REFORMATATA.

Pascha.	Ascensio.	Pentec.	Corpus Christi.	D. p. Pent.	Doni. I. Adventus.
22 Mart.	30 Apr.	10 Maji	21 Maji	28	29 Nov.
29 Mart.	7 Maji	17 Maji	28 Maji	27	29
5 Apr.	14 Maji	24 Maji	4 Junii	26	29
12 Apr.	21 Maji	31 Maji	11 Junii	25	29
19 Apr.	28 Maji	7 Junii	18 Junii	24	29
23 Mart.	1 Maji	11 Maji	22 Maji	28	30 Nov.
30 Mart.	8 Maji	18 Maji	29 Maji	27	30
6 Apr.	15 Maji	25 Maji	5 Junii	26	30
13 Apr.	22 Maji	1 Junii	12 Junii	25	30
20 Apr.	29 Maji	8 Junii	19 Junii	24	30
24 Mart.	2 Maji	12 Maji	23 Maji	28	1 Dec.
31 Mart.	9 Maji	19 Maji	30 Maji	27	1
7 Apr.	16 Maji	26 Maji	6 Junii	26	1
14 Apr.	23 Maji	2 Junii	13 Junii	25	1
21 Apr.	30 Maji	9 Junii	20 Junii	24	1
25 Mart.	3 Maji	13 Maji	24 Maji	28	2 Dec.
1 Apr.	10 Maji	20 Maji	31 Maji	27	2
8 Apr.	17 Maji	27 Maji	7 Junii	26	2
15 Apr.	24 Maji	3 Junii	14 Junii	25	2
22 Apr.	31 Maji	10 Junii	21 Junii	24	2
26 Mart.	4 Maji	14 Maji	25 Maji	28	3 Dec.
2 Apr.	11 Maji	21 Maji	1 Junii	27	3
9 Apr.	18 Maji	28 Maji	8 Junii	26	3
16 Apr.	25 Maji	4 Junii	15 Junii	25	3
23 Apr.	1 Junii	11 Junii	22 Junii	24	3
27 Mart.	5 Maji	15 Maji	26 Maji	27	27 Nov.
3 Apr.	12 Maji	22 Maji	2 Junii	26	27
10 Apr.	19 Maji	29 Maji	9 Junii	25	27
17 Apr.	26 Maji	5 Junii	16 Junii	24	27
24 Apr.	2 Junii	12 Junii	23 Junii	23	27
28 Mart.	6 Maji	16 Maji	27 Maji	27	28 Nov.
4 Apr.	13 Maji	23 Maji	3 Junii	26	28
11 Apr.	20 Maji	30 Maji	10 Junii	25	28
18 Apr.	27 Maji	6 Junii	17 Junii	24	28
25 Apr.	3 Junii	13 Junii	24 Junii	23	28

TABELLA TEMPORARIA

Anno D.	Litt. Dom.	Ann. Num.	Epactae.	Septuag.	Dies Cinerum.	Pascha.
1876	b A	15	iv	13 Febr.	1 Mart.	16 Apr.
1877	g	16	xv	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.
1878	f	17	xxvj	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.
1879	e	18	vij	9 Febr.	26 Febr.	13 Apr.
1880	d c	19	xviii	25 Jan.	11 Febr.	28 Mart.
1881	b	1		13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.
1882	A	2	xj	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.
1883	g	3	xxij	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.
1884	f e	4	iiij	10 Febr.	27 Febr.	13 Apr.
1885	d	5	xiv	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.
1886	c	6	xxv	21 Febr.	10 Mart.	25 Apr.
1887	b	7	vj	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.
1888	A g	8	xvij	29 Jan.	15 Febr.	1 Apr.
1889	f	9	xxviii	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.
1890	e	10	ix	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.
1891	d	11	xx	25 Jan.	11 Febr.	29 Mart.
1892	c b	12	j	14 Febr.	2 Mart.	17 Apr.
1893	A	13	xij	29 Jan.	15 Febr.	2 Apr.
1894	g	14	xxiij	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.
1895	f	15	iv	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.
1896	e d	16	xv	2 Febr.	19 Febr.	5 Apr.
1897	c	17	xxvj	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.
1898	b	18	vij	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.
1899	A	19	xviii	29 Jan.	15 Febr.	2 Apr.
1900	g	1	xxix	11 Febr.	28 Febr.	15 Apr.
1901	f	2	x	3 Febr.	20 Febr.	7 Apr.
1902	e	3	xxj	26 Jan.	12 Febr.	30 Mart.
1903	d	4	ij	8 Febr.	25 Febr.	12 Apr.
1904	c b	5	xiiij	31 Jan.	17 Febr.	3 Apr.
1905	A	6	xxiv	19 Febr.	8 Mart.	23 Apr.
1906	g	7	v	11 Febr.	28 Febr.	15 Apr.
1907	f	8	xxvj	27 Jan.	13 Febr.	31 Mart.
1908	e d	9	xxvij	16 Febr.	4 Mart.	19 Apr.

FESTORUM MOBILIIUM.

Anno D.	Ascensio.	Pentec.	Corpus Christi.	Initio.	D. p. Pent.	Dom. I. Adventus.
1876	25 Maji.	4 Junii.	15 Junii.	4	25	3 Dec.
1877	10 Maji.	20 Maji.	31 Maji.	5	27	2 Dec.
1878	30 Maji.	9 Junii.	20 Junii.	6	24	1 Dec.
1879	22 Maji.	1 Junii.	12 Junii.	7	25	30 Nov.
1880	6 Maji.	16 Maji.	27 Maji.	8	27	28 Nov.
1881	26 Maji.	5 Junii.	16 Junii.	9	24	27 Nov.
1882	18 Maji.	28 Maji.	8 Junii.	10	26	3 Dec.
1883	3 Maji.	13 Maji.	24 Maji.	11	28	2 Dec.
1884	22 Maji.	1 Junii.	12 Junii.	12	25	30 Nov.
1885	14 Maji.	24 Maji.	4 Junii.	13	26	29 Nov.
1886	3 Junii.	13 Junii.	24 Junii.	14	23	28 Nov.
1887	19 Maji.	29 Maji.	9 Junii.	15	25	27 Nov.
1888	10 Maji.	20 Maji.	31 Maji.	1	27	2 Dec.
1889	30 Maji.	9 Junii.	20 Junii.	2	24	1 Dec.
1890	15 Maji.	25 Maji.	5 Junii.	3	26	30 Nov.
1891	7 Maji.	17 Maji.	28 Maji.	4	27	29 Nov.
1892	26 Maji.	5 Junii.	16 Junii.	5	24	27 Nov.
1893	11 Maji.	21 Maji.	1 Junii.	6	27	3 Dec.
1894	3 Maji.	13 Maji.	24 Maji.	7	28	2 Dec.
1895	23 Maji.	2 Junii.	13 Junii.	8	25	1 Dec.
1896	14 Maji.	24 Maji.	4 Junii.	9	26	29 Nov.
1897	27 Maji.	6 Junii.	17 Junii.	10	24	28 Nov.
1898	19 Maji.	29 Maji.	9 Junii.	11	25	27 Nov.
1899	11 Maji.	21 Maji.	1 Junii.	12	27	3 Dec.
1900	24 Maji.	3 Junii.	14 Junii.	13	25	2 Dec.
1901	16 Maji.	26 Maji.	6 Junii.	14	26	1 Dec.
1902	8 Maji.	18 Maji.	29 Maji.	15	27	30 Nov.
1903	21 Maji.	31 Maji.	11 Junii.	1	25	29 Nov.
1904	12 Maji.	22 Maji.	2 Junii.	2	27	27 Nov.
1905	1 Junii.	11 Junii.	22 Junii.	3	24	3 Dec.
1906	24 Maji.	3 Junii.	14 Junii.	4	25	2 Dec.
1907	9 Maji.	19 Maji.	30 Maji.	5	27	1 Dec.
1908	28 Maji.	7 Junii.	18 Junii.	6	25	29 Nov.



## Januarius.

C. E.	L. D.	D. M.	
	Al Kal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, duplex.
xxix	h iv	2	Octava S. Stephani, duplex, cum Commemoratione Octavarum.
xxviiij	c iiij	3	Octava S. Joannis Apostoli, duplex, cum Commem. Octavae SS. Innocentium.
xxvij	d Prid.	4	Octava SS. Innocentium, duplex.
xxvj	e Non	5	Vigilia Epiphaniae, semid. cum Comm. S. Telesphori Papae et Martyris.
25. xxv	f viij	6	EPIPHANIA DOMINI, duplex.
xxiv	g vij	7	De Octava Epiphaniae.
xxiiij	A vj	8	De Octava.
xxij	b v	9	De Octava.
xxj	c iv	10	De Octava.
xx	d iiij	11	De Octava et Commemoratio S. Hygini Papae et Martyris.
xix	e Prid.	12	De Octava.
xviiij	f Idib.	13	Octava Epiphaniae, duplex. Dominica. ij. post Epiphaniam, SS. NOMINIS JESU duplex.
xvij	g xix	14	Hilarii Ep. Conf. et Eccl. Doct., duplex, cum Comm. S. Felicis Presb. et Mart.
xvj	A xviiij	15	Pauli primi Eremitae Conf., duplex, cum Commemoratione S. Mauri Abbatis.
xv	b xvij	16	Marcelli Papae et Mart., semiduplex.
xiv	c xvj	17	Antonii Abbatis, duplex.
xiiij	d xv	18	CATHEDRA S. PETRI ROMAE, duplex, et Comm. S. Priscæ Virginis et Martyris.
xij	e xiv	19	Canuti Regis et Martyris, semiduplex ad libitum, cum Commemoratione SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum, Martyrum.
xj	f xiiij	20	Fabiani et Sebastiani Mart., duplex.
x	g xij	21	Agnæ Virginis et Martyris, duplex.
ix	A xj	22	Vincentii et Anastasii Mart., semiduplex.
viii	b x	23	Raymundi de Pennafort Confessoris, semiduplex, cum Commemoratione S. Emerentianæ Virginis et Martyris.
vij	c ix	24	Timothei Episcopi et Martyris, duplex.
vj	d viij	25	CONVERSIO S. PAULI APOST. duplex.
v	e vij	26	Polycarpi Episcopi et Martyris, duplex.
iv	f vj	27	Joannis Chrysostomi Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, duplex.
iiij	g v	28	Agnæ, secundo.
ij	A iv	29	Francisci Salesii Episcopi et Confessoris, duplex.
j	b iiij	30	Martinae Virg. et Mart., semiduplex.
	c Prid.	31	Petri Nolasci Confessoris, duplex.

## Februarius.

C. R.	L. D.	D. M.
xxix	d Kal.	1 Ignatii Episc. et Mart., duplex.
xxviiij	e iv	2 PURIFICATIO B. M. V., duplex.
xxvij	f iiij	3 Blasii Episcopi et Martyris.
25-xxvj	g Prid.	4 Andreae Corsini Episc. Confess., duplex.
xxv. xxiv	A Non.	5 Agathae Virginis et Martyris, duplex.
xxiiij	b viij	6 Titi Episcopi et Confessoris, duplex, cum Commemoratione S. Dorotheae Vir- ginis et Martyris.
xxij	c vij	7 Romualdi Abbatis, duplex.
xxj	d vj	8 Joannis de Matha Confessoris, duplex.
xx	e v	9 Apolloniae Virginis et Martyris.
xix	f iv	10 Scholasticae Virginis, duplex.
xviiij	g iiij	11
xvij	A Prid.	12
xvj	b Idib.	13
xv	c xvj	14 Valentini Presbyteri et Martyris.
xiv	d xv	15 Faustini et Jovitae Martyrum.
xiii	e xiv	16
xij	f xiiij	17
xj	g xij	18 Simeonis Episcopi et Martyris.
x	A xj	19
ix	b x	20
viii	c ix	21
vij	d viij	22 CATHEDRA S. PETRI ANTIQCHIAE, dupl.
vi	e vij	23 Petri Damiani Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctores, duplex, cum Com- memoratione Vigiliae.
v	f vj	24 MATHIAE APOSTOLI, duplex.
iv	g v	25
iiij	A iv	26
ij	b iiij	27
i	c Prid.	28

In anno bissextili Februarius est dierum 29, et Festum S. Mathiae celebratur 25 Februarii, et bis dicitur Sexto Kalendas, id est die 24 et die 25; et Littera Dominicalis, quae assumpta fuit in mense Januarii, mutatur in precedentem, ut, si in Januario Littera Dominicalis fuerit A, mutatur in precedentem, quae est g, etc., et Littera f bis servit 24 et 25.

## Martius.

C.E.	L.D.	D.M.
	d Kal.	1
xxix	e vj	2
xxviii	f v	3
xxvij	g iv	4
	A iij	5
25. xxvj	b Prid.	6
xxv	c Non.	7
	d viij	8
xxiiij	e vij	9
xxij	f vj	10
xx	g v	11
xix	A iv	12
	b iij	13
xviii	c Prid.	14
xvij	d Idib.	15
xvj	e xvij	16
xv	f xvj	17
xiiii	g xv	18
xiii	A xiv	19
	b xiiij	20
xij	c xij	21
xi	d xj	22
x	e x	23
ix	f ix	24
viii	g viii	25
	A vij	26
v	b vj	27
iv	c v	28
iiij	d iv	29
iiij	e iij	30
j	f Prid.	31

Casimiri Conf., semiduplex, et Commem. S. Lucii Papae et Martyris.

Thomae de Aquino Confessoris et Eccl. Doct., duplex, et Comm. SS. Perpetuae et Felicitatis Martyrum.

Joannis de Deo Confessoris, duplex.  
Franciscae Viduae Romanae, duplex.  
Quadraginta Martyrum, semiduplex.

Gregorii Papae Confessoris et Ecclesiae Doctōris, duplex.

Patritii Episcopi et Confessoris, duplex.

JOSEPHI Sponsi Beatae Mariae Virginis Confessoris, duplex.

Benedicti Abbatis, duplex.

ANNUNTIATIO B. Mariae Virginis, dupl.  
\* Feria vi. post Dominicam Passionis, Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis, duplex.

## Aprilis.

C.E.	L.D.	D.M.	
XXIX	g	Kal.	1
XXVIIJ	A	iv	2 Francisci de Paula Confessoris, duplex.
XXVIJ	b	iiij	3
25. XXVI	c	Prid.	4 Isidori Episcopi Confessoris et Ecclesiae Doctōris, duplex.
XXV. XXIV	d	Non.	5 Vincentii Ferrerii Confessoris, duplex.
XXIIJ	e	viiij	6
XXIJ	f	vij	7
XXI	g	vj	8
XX	A	v	9
XIX	b	iv	10
XXVIIJ	c	iiij	11 Leonis Papae, Confessoris et Ecclesiae Doctōris, duplex.
XXVIJ	d	Prid.	12
XXVJ	e	Idib.	13 Hermenegildi Martyris, semiduplex.
XV	f	xviij	14 Tiburtii, Valeriani, et Maximi Mart.
XIV	g	xvij	15
XIIJ	A	xvj	16
XIJ	b	xv	17 Aniceti Papae et Martyris.
XJ	c	xiv	18
X	d	xiiij	19
IX	e	xij	20
VIIJ	f	xj	21 Anselmi Episcopi, Confessoris et Eccle- siae Doctōris, duplex.
VII	g	x	22 Soteris et Caji PP. et MM., semiduplex.
VI	A	ix	23 Georgii Martyris, semiduplex.
V	b	viiij	24 Fidelis a Sigmaringa Martyris, duplex.
IV	c	vij	25 MARCI EVANGELISTAE, duplex.
IIJ	d	vj	26 Cleti et Marcellini Pontificum et Mar- tyrum, semiduplex.
II	e	v	27
J	f	iv	28 Pauli a Cruce, Confessoris, duplex. Com- memoratio S. Vitalis Martyris.
	g	iiij	29 Petri Martyris, duplex.
XXIX	A	Prid.	30 Catharinae Senensis Virginis, duplex. Dominica iiij. post Pascha, Festum Patrocinii S. Joseph, duplex.

## Maius.

C.R.	I. D.	D.M.
xxviiij	b Kal.	1 PHILIPPI ET IACOBI APOSTOLI, duplex.
xxviij	c vj	2 Athanasii Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, duplex.
xxvj	d v	3 INVENTIO S. CRUCIS, duplex, et Comm. SS. Alexandri, etc. Martyrum, ac Iuvenalis Episcopi et Confessoris.
25-xxv	e iv	4 Monicae Viduae, duplex.
xxiv	f iij	5 Pii V. Papae et Confessoris, duplex.
xxiiij	g Prid.	6 IOANNIS ANTE PORT. LATIN., duplex.
xxij	A Non.	7 Stanislai Episcopi et Martyris, duplex.
xxj	b viij	8 APPARITIO S. MICHAELIS ARCHANG., duplex.
xx	c vij	9 Gregorii Nazianzeni, Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, duplex.
xix	d vj	10 Antonini Episc. Confess., duplex, cum Comm. SS. Gordiani et Epimachi, MM.
xviiij	e v	11
xvij	f iv	12 Nerei, Achillei, Domitillae Virginis, atque Pancratii Martyrum, semiduplex.
xvj	g iij	13
xv	A Prid.	14 Bonifacii Martyris.
xiv	b Idib.	15
xiiij	c xvij	16 Ubaldi Episcopi et Confess., semiduplex.
xij	d xvj	17 Paschalis Baylon Confessoris, duplex.
xj	e xv	18 Venantii Martyris, duplex.
x	f xiv	19 Petri Coelestini Papae et Confess., duplex, cum Comm. S. Pudentianae Virginis.
ix	g xiiij	20 Bernardini Senensis Confessoris, semid.
viiij	A xij	21
vij	b xj	22
vj	c x	23
v	d ix	24
iv	e viij	25 Gregorii VII. Papae et Confess., duplex, cum Comm. S. Urbani Papae et Mart.
iiij	f vij	26 Philippi Nerii Confessoris, duplex, cum Comm. S. Eleutherii Papae et Martyris.
ij	g vj	27 Mariae Magdalenae de Pazzis Virginis, semiduplex, cum Commem. S. Joannis Papae et Martyris.
j	A v	28
	b iv	29
xxix	c iij	30 Felicis Papae et Martyris.
xxviiij	d Prid.	31 Angelae Mericiae Virginis, duplex. Commemoratio S. Petronillae Virginis.

\* Feria vj. post Octavam SS. Corporis Christi, SS. Cordis Jesu, duplex.

# Junius

C. E.	L. D.	D. N.	
	e	Kal.	1
25. xxvj	f	iv	2
xv. xxvij	g	iiij	3
xxiiij	A	Prid.	4
xxij	b	Non.	5
xxj	c	viiij	6
xx	d	vij	7
xix	e	vj	8
xviii	f	v	9
xvij	g	iv	10
xvj	A	iiij	11
xv	b	Prid.	12
xiv	c	Idib.	13
xiiij	d	xviij	14
xij	e	xviij	15
xj	f	xvj	16
x	g	xv	17
ix	A	xiv	18
viiij	b	xiiij	19
vij	c	xij	20
vj	d	xj	21
v	e	x	22
iv	f	ix	23
iiij	g	viiij	24
iiij	A	viiij	25
j	b	vj	26
	c	v	27
xxix	d	iv	28
xxviiij	e	iiij	29
xxvij	f	Prid.	30

Marcellini, Petri atque Erasmi Martyr.

Francisci Caracciolo Confess., duplex.  
Bonifacii Episcopi et Martyris, duplex.  
Norberti Episcopi et Confess., duplex.

Primi et Feliciani Martyrum.  
Margaritae Viduae Reginae Scotiae,  
semiduplex.

BARNABAE APOSTOLI, duplex.  
Joannis a S. Facundo Confess., duplex.  
Comm. SS. Basilidis, etc. Martyrum.

Antonii de Padua Confessoris, duplex.  
Basilii Magni Episcopi, Confessoris et  
Ecclesiae Doctoris, duplex.

Viti, Modesti atque Crescentiae, Martyr.

Marci et Marcelliani Martyrum.  
Julianae de Falconeriis Virginis, duplex.  
Commemorat. SS. Gervasii et Protasii  
Martyrum.

Silverii Papae et Martyris.  
Aloysii Gonzagae Confessoris, duplex.  
Paulini Episcopi et Confessoris.

Vigilia.  
NATIVITAS S. JOANNIS BAPT., duplex.  
Gulielmi Abbatis, dupl. Comm. Octavae.  
Joannis et Pauli Martyrum, dupl. Com-  
memoratio Octavae.

De Octava Nativitatis S. Joannis.  
Leonis II. Papae et Confess., semiduplex.  
Commemoratio Octavae et Vigiliae.

PETRI ET PAULI APOSTOLORUM, dupl.  
Commemoratio S. Pauli Apostoli, dupl.  
cum Commemorat. S. Petri et Octavae  
S. Joannis.

## Julius.

C.F.	L.D.	D.M.	
			Dominica j. Julii, Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C., duplex.
xxvj	g Kal.	1	Octava S. Joannis Baptistae, duplex, cum Commemoratione Octavae Apostolorum.
25. xxv	A vj	2	VISITATIO B. M. V., duplex, cum Comm. SS. Processi et Martiniani Martyrum.
xxiv	b v	3	De Octava SS. Apost., semiduplex.
xxiiij	c iv	4	De Octava, semiduplex.
xxiiij	d iiij	5	De Octava, semiduplex.
xxj	e Prid.	6	Octava Apostol. Petri et Pauli, duplex.
xx	f Non.	7	
xix	g viij	8	Elisabeth Reginae Portug. Vid., semid.
xviiij	A vij	9	
xvij	b vj	10	Septem Fratrum et SS. Rufinae ac Secundae Martyrum, semiduplex.
xvj	c v	11	Pii I. Papae et Martyris.
xv	d iv	12	Joannis Gualberti Abbatis, duplex, et Comm. SS. Naboris et Felicis Martyr.
xiv	e iiij	13	Anacleti Papae et Martyris, semiduplex.
xiiij	f Prid.	14	Bonaventurae Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, duplex.
xij	g Idib.	15	Henrici Imperatoris, Confess., semidupl.
xj	A xvij	16	B. M. V. DE MONTE CARMELO, duplex.
x	b xvj	17	Alexii Confessoris, semiduplex.
ix	c xv	18	Camilli de Lellis Confess., duplex. Commemoratio S. Symphorosae et septem filiorum, Martyrum.
viiij	d xiv	19	Vincentii a Paulo Confessoris, duplex.
vij	e xiiij	20	Hieronymi Æmiliani Confessoris, duplex, cum Commemoratione S. Margaritae Virginis et Martyris.
vj	f xij	21	Praxedis Virginis.
v	g xj	22	Mariae Magdalenaе, duplex.
iv	A x	23	Apollinaris Episcopi et Martyris, duplex, cum Commemoratione S. Liborii Episcopi et Confessoris.
iiij	b ix	24	Vigilia et Comm. S. Christinae Virginis et Martyris.
iiij	c viij	25	JACOBI APOSTOLI, duplex. Commemoratio S. Christophori Martyris.
j	d vij	26	ANNAE MATRIS B. M. V., duplex.
	e vj	27	Pantaleonis Martyris.
xxix	f v	28	Nazarii, Celsi et Victoris Martyrum, ac Innocentii Papae et Confess. semid.
xxviiij	g iv	29	Marthae Virginis, semiduplex. Comm. SS. Felicis, Simplicii, etc. Martyrum.
xxvij	A iiij	30	Abdon et Sennen Martyrum.
25. xxvj	b Prid.	31	Ignatii Confessoris, duplex.

## Augustus.

C.E.	L.D.	D.M.	
xv. xxiv	c Kal.	1	PETRI AD VINCULA duplex, et Comm. SS. Machabeorum Martyrum.
xxij	d iv	2	Alphonsi Mariae de Ligorio Ep. Conf. et Ecclesiae Doctoris, duplex. Commem. S. Stephani Papae et Martyris.
xxij	e iij	3	Inventio S. Stephani Protomart., semid.
xxj	f Prid.	4	Dominici Confessoris, duplex.
xx	g Non.	5	DEDICATIO S. MARIAE AD NIVES, dupl.
xix	A viij	6	TRANSFIGURATIO DOMINI, duplex. Comm. S. Xysti, Papae et Martyris.
xviii	b vij	7	Cajetani Thienaei Confess., duplex. cum Comm. S. Donati Episcopi et Mart.
xvij	c vj	8	Cyriaci, Lari et Smaragdi Mart., semid.
xvj	d v	9	Vigilia. Comm. S. Romani Martyris.
xv	e iv	10	LAURENTII MARTYRIS, duplex.
xiv	f iij	11	De Octava. semid. Comm. SS. Tiburtii et Susannae Martyrum.
xij	g Prid.	12	Clarae Virg. duplex. cum Comm. Octavae.
xij	A Idib.	13	De Octava, cum Comm. SS. Hippolyti et Cassiani Martyrum.
xj	b xix	14	De Octava Comm. Vigil. et S. Eusebii C.
x	c xvij	15	ASSUMPTIO B. M. V. duplex. Dom. infra Octavam Assumpt. S. Joachim Confessoris, duplex.
ix	d xvij	16	Hyacinthi Conf., dupl. Comm. Octavae Assumptionis et S. Laurentii.
viii	e xvj	17	Octava S. Laurentii, duplex Commemor. Octavae Assumptionis.
vij	f xv	18	De Octava. Comm. S. Agapiti Martyris.
vj	g xiv	19	De Octava.
v	A xij	20	Bernardi Abbatis et Ecclesiae Doctoris, duplex. Commemoratio Octavae.
iv	b xij	21	Joannae Franciscae, dupl. Comm. Oct.
ij	c xj	22	Octava Assumpt. B. M. V., dupl. Comm. SS. Timothei, etc. Martyrum.
ij	d x	23	Philippi Benitii Confessoris, duplex. Commemoratio Vigiliae.
j	e ix	24	BARTHOLOMAEI APOST. dupl. (Rom. 25.)
.	f viij	25	Ludovici Regis Confessoris, semiduplex. (Romae 26.)
xxix	g vij	26	Zephyrini Papae et Martyris.
xxvij	A vj	27	Josephi Calasancii Confessoris, duplex.
xxvij	b v	28	Augustini Episcopi, Confessoris et Eccl. Doct., dupl. Comm. S. Hermetis Mart.
xxvj	c iv	29	DECOLLATIO S. JOANNIS BAPT. duplex. Commem. S. Sabiniae Martyris.
25. xxv	d iij	30	Rosae Virginis Limanae, duplex. Comm. SS. Felicis, etc. Martyrum.
xxiv	e Prid.	31	Raymundi Nonnati Confessoris, duplex.



September.

C.E.	L.D.	D.M.	
xxiiij	f	Kal.	1 Egidii Abbatis, et Comm. SS. duodecim Fratrum Martyrum.
xxij	g	iiij	2 Stephani Regis Confessoris, semiduplex.
xxj	A	vi	3
xx	b	Prind.	4
xix	c	Non.	5 Laurentii Justiniani Episc. Conf., semid.
xviiij	d	viiij	6
xvij	e	vij	7
xvj	f	vi	8 NATIVITAS B. M. V. duplex, cum Commemoratione S. Adriani Martyris. Dominica infra Octavam Nativitatis SS. Nominis B. M., duplex.
xv	g	v	9 De Octava. Comm. S. Gorgonii Mart.
xiv	A	vi	10 Nicolai de Tolentino Confessoris, duplex, cum Commemoratione Octavae.
xiiij	b	iiij	11 De Octava. Comm. SS. Proti, etc. Mart.
xij	c	Prind.	12 De Octava.
xj	d	Idib.	13 De Octava.
x	e	xviiij	14 EXALTATIO S. CRUCIS, duplex, cum Commemoratione Octavae Nativitatis.
ix	f	xvij	15 Octava Nativitatis B. Mariae, duplex, cum Comm. S. Nicomedis Martyris. Dom. iiij. Septembris Septem Dolorum B. M. V. duplex.
viiij	g	xvj	16 Cornelii et Cypriani Pontificum et Mart., semid. Comm. S. Euphemiae, etc.
vij	A	xv	17 Impressio Stigmat. S. Francisci, duplex.
vj	b	xiv	18 Josephi a Cupertino Confessoris, duplex.
v	c	xiiij	19 Jahuarii Episcopi et Sociorum Martyrum, duplex.
iv	d	xij	20 Eustachii et Sociorum Martyrum, dupl. et Commemoratio Vigiliae.
iiij	e	xj	21 MATTHAEI APOSTOLI ET EVANG. dupl.
ij	f	x	22 Thomae a Villanova Episcopi Confess., duplex, cum Commemoratione S. Mauritii et Sociorum Martyrum.
	g	ix	23 Lini Papae et Mart., semiduplex. Commemoratio S. Theclae Virginis et Mart.
	A	viiij	24 B. M. V. DE MERCEDE, duplex.
xxix	b	vij	25
xxviiij	c	vj	26 Cypriani et Justinae Martyrum.
xxvij	d	v	27 Cosmae et Damiani Martyrum, semid.
25. xxvj	e	iv	28 Wenceslai Ducis et Martyris, semid.
xxv. xxiv	f	iiij	29 DEDICATIO S. MICHAELIS ARCH. duplex.
xxiiij	g	Prind.	30 Hieronymi Presbyteri, et Ecclesiae Doctoris, duplex.

October.

C. E.	L. D.	D. M.	
			Dominica j. Octobris SS. Rosarii B. M. V., duplex.
xxij	A Kal.	1	Remigii Episcopi et Confessoris, semiduplex ad libitum vel simplex de praecepto.
xxj	b vj	2	Angelorum Custodum, duplex.
xx	c v	3	
xix	d iv	4	Francisci Confessoris, duplex.
xviii	e iij	5	Placidi et Sociorum Martyrum.
xvii	f Prid.	6	Brunonis Confessoris, duplex.
xvi	g Non.	7	Marci Papae et Confessoris. Commemoratio SS. Sergii etc. Martyrum.
xv	A viij	8	Birgittae Viduae, duplex.
xiiii	b vij	9	Dionysii, etc. Martyrum, semiduplex.
xiii	c vj	10	Francisci Borgia Confessoris, semid.
xij	d v	11	
xi	e iv	12	
x	f iij	13	Eduardi Regis Confessoris, semiduplex.
ix	g Prid.	14	Callisti Papae et Martyris, duplex.
viii	A Idib.	15	Teresiae Virginis, duplex.
vii	b xvij	16	
vi	c xvj	17	Hedwigis Viduae, semiduplex.
v	d xv	18	LUCAE EVANGELISTAE, duplex.
iiii	e xiv	19	Petri de Alcantara Confessoris, duplex.
iii	f xij	20	Joannis Cantii Confessoris, duplex.
ij	g xij	21	Hilarionis Abbatis. Commemoratio SS. Ursulae et Sociarum Virginum et Martyrum.
j	A xj	22	
i	b x	23	
xxix	c ix	24	
xxviii	d viij	25	Chrysanthi et Dariae Martyrum.
xxvii	e vij	26	Evaristi Papae et Martyris.
xxvi	f vj	27	Vigilia.
2-xxv	g v	28	SIMONIS ET JUDAE APOSTOLORUM dup.
xxiiii	A iij	29	
xxiii	b iij	30	
xxij	c Prid.	31	Vigilia.

November.

C.E.	L.D.	D.M.	
xxj	d Kal.	1	FESTUM OMNIUM SANCTORUM, duplex.
xx	e iv	2	Commemoratio omnium fidelium Defunctorum, duplex, et de Octava omnium Sanctorum.
xix	f iij	3	De Octava.
xvij	g Prid.	4	Caroli Episcopi Confessoris, duplex, cum Commemorazione Octavae et SS. Vitalis et Agricolaе Martyrum.
xvij	A Non.	5	De Octava.
xvj	b viij	6	De Octava.
xv	c vij	7	De Octava.
xiv	d vj	8	Octava Omnium Sanctorum, duplex. Commemoratio SS. Quatuor Coronatorum Martyrum.
xiiij	e v	9	Dedicatio Basilicae SS. Salvatoris, dupl. et Comm. S. Theodori Martyris.
xij	f iv	10	Andreae Avellini Confessoris, duplex, et Comm. S. Tryphonis, etc. Martyrum.
xj	g iij	11	Martini Episcopi et Confessoris, duplex, et Commem. S. Mennae Martyris.
x	A Prid.	12	Martini Papae et Martyris, semiduplex.
ix	b Idib.	13	Didaci Confessoris, semiduplex.
vij	c xvij	14	
vij	d xvij	15	Gertrudis Virginis, duplex.
vj	e xvj	16	
v	f xv	17	Gregorii Thaumaturgi Episcopi, Confessoris, semiduplex.
iv	g xiv	18	Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli, duplex.
iiij	A xiiij	19	Elisabeth Viduae, duplex. Commemoratio S. Pontiani Papae et Martyris.
iiij	b xij	20	Felicis de Valois Confessoris, duplex.
j	c xj	21	PRÆSENTATIO B.M.V. duplex.
j	d x	22	Caeciliae Virginis et Martyris, duplex.
xxix	e ix	23	Clementis Papae et Martyris, duplex, cum Commem. S. Felicitatis Martyris.
xxvij	f viij	24	Joannis a Cruce Confessoris, duplex, cum Commem. S. Chrysogoni Martyris.
xxvij	g vij	25	Catharinae Virginis et Martyris, duplex.
25. xxvj	A vj	26	Petri Alexandrini Episcopi et Martyris.
xxv. xxiv	b v	27	
xxiiij	c iv	28	
xxij	d iij	29	Vigilia, et Commemoratio S. Saturnini Martyris.
xxj	e Prid.	30	ANDREAE APOSTOLI, duplex.

## December.

C.E.	L.D.	D.M.	
xx	f Kal.	1	
xix	g iv	2	Bibianae Virginis et Martyris, semid.
xviiij	A iij	3	Francisci Xaverii Confessoris, duplex.
xvij	b Prid.	4	Petri Chrysologi Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, duplex. Comm. S. Barbarae Virginis et Martyris.
xvj	c Non.	5	Sabbae Abbatis, Commemoratio.
xv	d viij	6	Nicolai Episcopi et Confessoris, duplex.
xiv	e vij	7	Ambrosii Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, duplex.
xiiij	f vj	8	IMMAC. CONCEPTIO B. M. V., duplex.
xij	g v	9	De Octava.
xj	A iv	10	De Octava et Commemoratio Ferae et S. Melchiadis.
x	b iij	11	Damasi Papae et Confessoris, semiduplex. Commemoratio Octavae et Ferae.
ix	c Prid.	12	De Octava.
viiij	d Idib.	13	Luciae Virginis et Martyris, duplex. Commemoratio Octavae et Ferae.
vij	e xix	14	De Octava.
vi	f xviiij	15	Octava Immaculatae Conceptionis, dupl. Commemoratio Ferae.
v	g xvij	16	Eusebii Episcopi et Martyris, semidupl.
iv	A xvj	17	
iiij	b xv	18	
ij	c xiv	19	
j	d xiiij	20	Vigilia.
	e xij	21	THOMAE APOSTOLI, duplex.
xxix	f xj	22	
xxviiij	g x	23	
xxvij	A ix	24	Vigilia.
xxvj	b viij	25	NATIVITAS D. N. J. C., duplex.
25. xxv	c vij	26	STEPHANI PROTOMARTYRIS, duplex. Commemoratio Octavae.
xxiv	d vj	27	JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE, duplex, cum Commem. Octavarum.
xxiiij	e v	28	SS. INNOCENTIUM, duplex, cum Commemoratione Octavarum.
xxij	f iv	29	Thomae Cantuariensis Episc. et Mart., semiduplex. Commem. Octavarum.
xxj	g iij	30	De Dominica infra Oct. Nativ. vel de Octava, cum Commem. aliarum Octav.
19. xx	A Prid.	31	Silvestri Papae et Confessoris, duplex, cum Commemoratione Octavarum.

Haec Epacta 19 nigra nunquam est in usu, nisi quando eodem anno concurrit cum Aureo num. **xix**.

## Rubricae Generales Breviarii.

Officium quotidie fit aut Duplex, aut Semiduplex, aut Simplex.

### I. DE OFFICIO DUPLICI.



**OFFICIUM** fit Duplex in diebus a Feria quinta in Coena Domini usque ad Feriam tertiam Paschae inclusive, in Dominica in Albis, in Ascensione Domini, in Dominica Pentecostes, et duobus diebus sequentibus: in Festo Trinitatis, Corporis Christi, et Dedicacionis propriae Ecclesiae: in Festis, quibus in Calendario apponitur haec vox Duplex; in die octava Festi habentis octavam; in Festo Patroni unius vel plurium alicujus loci, vel Titularis Ecclesiae; et in Festis Sanctorum, qui apud quasdam Ecclesias, Religiones, vel Congregationes consueverunt solemniter celebrari, cum Officiis propriis a Sede Apostolica approbatis, aut ex ejusdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis (servata forma hujus Breviarii) alioquin de Communi, etiam si praedicta Festa in hoc Calendario non sint descripta. Praeterea Officium fit Duplex pro Defunctis in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum, et in die obitus, seu depositionis Defuncti, ut in eodem Officio dicitur, circa finem Breviarii.

2. Festum Duplex celebratur eo die quo cadit, nisi illud contingat transferri, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum.

3. Habet primas et secundas Vesperas integras, nisi cum alio simili concurrat, ut dicitur in Rubrica de Concurrentia Officii: et totum Officium fit de Duplici, incipiendo a primis Vesperis, usque ad Completorium sequentis diei inclusive, nisi aliter in propriis locis assignetur. Officium autem Defunctorum habet tantum primas Vesperas, Matutinum, et Laudes, ut circa finem Breviarii ponitur.

4. In utrisque Vesperis, Matutino, et Laudibus tantum, non autem in aliis Horis, duplicantur Antiphonae, id est, integrae dicuntur in principio et in fine Psalmorum.

5. Ad Matutinum regulariter dicuntur tres Nocturni, cum novem Psalmis, et totidem Lectionibus, hoc est, in unoquoque Nocturno tres Psalmi, et tres Lectiones, praeterquam in Paschate Resurrectionis, et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, in quibus dicitur unum tantum Nocturnum cum tribus Psalmis et totidem Lectionibus, ut ibidem ponitur.

6. Preces ad Primam, et Completorium, et Suffragia de S. Maria, S. Joseph, Apostolis et Pace, ad Vesperas et Laudes, non dicuntur in Officio Duplici, ut etiam in propriis eorum Rubricis dicitur.

7. Quomodo sit ordinandum Officium Duplex in Vesperis, Matutino, et caeteris Horis: similiter et de Antiphonis, Responsoriis, Versibus, Capitulis, et aliis in eo dicendis, habentur inferius de singulis propriae Rubricae.

2. DE OFFICIO SEMIDUP.

1. Officium fit Semiduplex diebus Dominicis (excepta Dominica in Albis, in qua fit Duplex) et diebus infra Octavas : item in Festis, quibus in Calendario ponitur haec vox Semiduplex, et in Festis propriis quorundam locorum, seu Congregationum, quae solemnius apud illas, quam Simplicia, consueverunt celebrari.

2. De Festo Semiduplici fit eo die quo cadit, nisi contingat transferri, ut dicitur in Rubr. de Translat. Festorum.

3. Habet totum Officium integrum sicut Duplex, sed non duplicantur Antiphonae.

4. Ad Matutinum dicuntur tres Nocturni, praeterquam infra Octavas Paschae et Pentecostes, in quibus dicitur unum Nocturnum cum tribus Psalmis, et totidem Lectionibus, et regulariter quando dicuntur tres Nocturni, dicuntur novem Psalmi, et totidem Lectiones, exceptis iis Dominicis, in quibus fit Officium ut in Psalterio, quae habent xvij Psalmos, ut ibi.

5. Quomodo sit ordinandum Officium Semiduplex tam in Festis, quam in Dominicis, et infra Octavas, item et de Antiphonis, Versibus, Responsoriis, et hujusmodi aliis, et quando in Semiduplici dicantur Preces ad Primam et Completorium, et Suffragia de Sanctis ad Vesperas et Laudes, habentur inferius de singulis propriae Rubricae.

3. DE OFFICIO SIMPLICI.

1. Officium fit Simplex in diebus Ferialibus, quando occurrit fieri de Feria, item in

Festis quibus in Calendario non apponitur haec vox Duplex, vel Semiduplex, vel de Octava : item quando fit de B. Maria in Sabbato, ut in ejus Rubrica dicitur.

2. De Festo Simplici fit eo die quo cadit, nisi eodem die occurrat fieri Officium novem Lectionum, vel de S. Maria in Sabbato, vel de aliquibus Feriis, quibus Festum Simplex cedit, ut dicitur in Rubricis de Feriis et de Commemorationibus.

3. Habet tantum primas Vesperas, in quibus dicuntur Psalmi FERIALES, et a Capitulo fit de Festo, nisi cum eo concurrat Officium novem Lectionum, quia tunc de eo fit sola Commemoratio, ut dicitur in Rubrica de Concurrentia Officii : et ejus Officium terminatur ad Nonam, et nihil amplius fit de eo, nec Commemoratio.

4. Ad Matutinum post Invitatorium et Hymnum de Festo dicitur unum tantum Nocturnum cum duodecim Psalmis, ut in Psalterio, secundum Feriam quae occurrit : et tres Lectiones leguntur, ut infra in Rubrica de Lectionibus habetur.

5. Quomodo sit ordinandum Officium Simplex ad Vesperas, Matutinum et alias Horas, item et de Antiphonis, Versibus, Responsoriis, et aliis, ac quando Preces, et Suffragia de Sanctis dicenda sint, habentur inferius propriae Rubricae.

4. DE DOMINICIS.

1. De Dominica semper fit Officium in Dominicis Adventus et in Dominicis Septuagesima usque ad Dominicam in Albis inclusive, quocumque

Festo Duplici, vel Semiduplici adveniente: quia tunc Festum transfertur (ut in Rubrica de Translatione Festorum dicitur) nisi illud Festum sit de principali Titulo, vel Patrono alicujus Ecclesiae, vel loci, aut Dedicatione propriae Ecclesiae; quia tunc de hujusmodi Festo fit tantum in Ecclesia, vel loco, cujus est Titulus, vel Patronus vel Dedicatione, cum commemoratione Dominicae; quibusdam Dominicis exceptis, ut dicitur in Rubrica de Commemorationibus. In aliis Dominicis per annum fit de Dominica, quando in eis non occurrit Festum Duplex: quia tunc fit de Duplici, cum commemoratione Dominicae in utrisque Vesperis et Laudibus, et ad Matutinum legitur nona Lectio de Homilia Dominicae, ut dicitur in Rubrica de Commemorationibus. Si Semiduplex eodem die occurrat, transfertur, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum.

2. De Dominica infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Ascensionis, et Corporis Christi occurrentibus, Officium fit sicut infra Octavam, et in Proprio de Tempore, cum commem. Octavae et sine Precibus et Suffragiis Sanctorum. In Dominicis vero, quae occurrunt infra alias Octavas, totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio et in Proprio de Tempore, cum commemoratione Octavae, omissis etiam dictis Precibus et Suffragiis, ut supra. De Dominica occurrente in die Octava fit commemoratio sicut dictum est, quando in ea fit de Festo Duplici, praeterquam in die Octava Epiphaniae, in qua nihil fit de

Dominica, quia ejus Officium ponitur in Sabbato praecedenti.

3. Positum est autem Officium sex Dominicarum post Epiphaniam, et viginti quatuor post Pentecosten, ut compleatur numerus triginta Dominicarum, quae esse possunt ab Epiphania usque ad Septuagesimam, et a Pentecoste usque ad Adventum; ne ulla ex his Dominicis vacet, quin saltem de ea fiat commemoratio. Nam quae aliquando supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimam, ponuntur post xxij a Pentecoste hoc ordine:

4. Si Dominicae post Pentecosten fuerint xxv, Dominica xxiv post Pentecosten erit quae est vj post Epiphaniam. Si fuerint xxvj, Dominica xxiv erit quae est v; et xxv, quae est vj. Si fuerint xxvij, Dominica xxiv erit quae est iv; et xxv quae est v, et xxvj erit vj. Si fuerint xxvij, Dominica xxiv erit ij, et xxv erit iv, et xxvj erit v, et xxvij erit vj, et ultimo loco semper ponitur, quae in ordine est xxiv post Pentecosten, etiam si post Pentecosten aliquando non sint nisi xxij Dominicae. Tunc enim xxiv ponitur loco xxij et Officium xxij ponitur in praecedenti Sabbato, quod non sit impeditum Festo novem Lectionum; alioquin in alia praecedenti die similiter non impedita, in qua fiat Officium de Feria cum commemoratione Festi Simplicis, si occurrat; et in ea legantur tres Lectiones de Homilia Dominicae, omissis Lectionibus Scripturae illius Feriae: et in Laudibus dicatur Antiphona ad Benedictus, et Oratio de Dominica xxij. Quod

si tota Hebdomada impedita sit Festis ix Lectionum etiam translatis, vel aliqua Octava, tunc in Sabbato legatur ix Lectio de Homilia Dominicae xxij, et de ea fiat commemoratio in Laudibus tantum, cum Antiphona, et Oratione propria.

5. Cum vero interdum contingat, ut Dominica tertia, vel quarta, vel quinta, vel sexta post Epiphaniam supersit, nec possit poni etiam post xxij a Pentecoste, tunc de ea fit Officium in Sabbato ante Dominicam Septuagesimae, ut dictum est supra, numero praecedenti.

6. De Dominica secunda post Epiphaniam, quando Septuagesima venerit immediate post Octavam Epiphaniae, quomodo agendum sit Officium, habetur in propria Rubrica ante Domin. primam post Epiph.

7. Cum autem in Proprio de Tempore dicitur aliqua Dominica esse prima mensis, in qua primo ponitur initium libri de Scriptura cum sua historia, id est, cum Responsoriis, animadvertendum est, eam dici primam Dominicam mensis, quae venit in Kalendis illius mensis, vel est proximior Kalendis, hoc modo: si Kalendae venerint in ij et iij et iv Feria, Dominica prima mensis erit quae praecedit Kalendas, licet veniat in praecedenti mense: si autem Kalendae venerint in v et vj Feria, et Sabbato: prima Dominica erit quae sequitur post ipsas Kalendas. Dominica autem prima Adventus non sumitur ea, quae est proximior Kalendis Decembris, sed Festo S. Andreae, vel quae venerit in ipso Festo.

8. Officium Dominicae fit

Semiduplex, et incipit a primis Vesperis in Sabbato: et habet totum Officium integrum usque ad Completorium Dominicae inclusive, nisi cum aliquo concurrat, ut dicitur in Rubrica de Concurrentia Officii.

9. Ad Matutinum dicuntur tres Nocturni cum Psalmis, ut in Psalterio; et leguntur novem Lectiones ut in Proprio de Tempore.

10. Quomodo autem sit ordinandum ejus Officium, insuper et de Lectionibus, Responsoriis, et aliis, et quomodo initia librorum Scripturae cum sua historia sint ponenda, habentur de singulis inferius propriae Rubricae.

#### 5. DE FERIIS.

1. Officium Feriale, hoc est, Simplex de Tempore occurrenti, prout in Psalterio, et Proprio de Tempore habetur, fit semper in Feriis Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum, Vigiliarum, et in Feria secunda Rogationum, quando infra Hebd. non occurrit Festum Duplex, vel Semiduplex, vel de Octava: quia tunc de hujusmodi Feriis fit commemoratio ut dicitur in Rubrica de Commemorationibus. Sivero in eis occurrat Festum Simplex, de eo fit tantum commemoratio. Item per annum fit Officium de Feria illis diebus, quibus infra Hebd. in Calendario non ponitur aliquod Festum Duplex, Semiduplex, vel Simplex, et non occurrit aliqua Octava, vel Officium S. Mariae in Sabbato, vel aliquod Festum solemne, aut consuetum in aliqua Ecclesia celebrari, quamvis in Calendario hujus Breviarii non sit descriptum.



2. Officium Ferae in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Vigiliis, et prima die Rogationum, incipit a Matutino: in aliis vero Feris per annum, inde fit de Fera, ubi desinit Officium praecedentis diei; ita ut si praecedenti die fuerit Duplex, vel Semiduplex, Officium Ferae incipiat sequenti die a Matutino: si praecedenti die fuerit Festum Simplex, de Fera fiat a Vesperis illius praecedentis diei inclusive. Similiter et quando in Fera iv et vj Quatuor Temporum Septembris, et in Fera iv Cinerum, ac in Vigiliis occurrit aliquod Festum Simplex, de quo fieri debet commemoratio, tunc praecedenti die (nisi fuerit Festum ix Lectionum) in Vesperis fit de Fera, ut in Psalterio, sine Precibus, cum Oratione Dominicae praecedentis, et cum commemoratione Festi trium Lectionum in sequenti Fera occurrentis, ut dicitur infra in Rubrica de Concurrentia. Terminatur autem Officium de Fera subsequente Duplici, vel Semiduplici, ad Nonam: subsequente vero Simplici, de quo fieri debeat Officium, ad Capitulum Vesperarum, quia inde fit de Festo Simplici, absque ulla deinceps commem. Ferae.

3. Ad Matutinum dicitur unum tantum Nocturnum cum xij Psalmis, secundum ordinem Feriarum in Psalterio, et tribus Lectionibus, ut in Proprio de Tempore.

4. Excipiuntur ab hoc ordinario Officii Ferialis tres Ferae majores Hebdomadae sanctae, et Ferae Octav. Paschae, et Pentec., in quibus fit Officium, ut in propriis locis ponitur.

5. Quomodo ordinandum sit Officium de Fera ad Matutinum, et alias Horas, item de Lectionibus, et Responsoriis, et quando dicendae sint Preces Ferales, ac de aliis quae ad Officium Ferae pertinent, habentur inferius de singulis propriae Rubricae.

#### 6. DE VIGILIIS.

1. De Vigilia fit Officium in omnibus Vigiliis per annum quae jejunantur, ubi in Calendario annotatur haec vox *Vigilia*, nisi in die Vigiliae occurrat Festum novem Lectionum vel Octava: tunc enim in Officio novem Lectionum legitur nona Lectio de Homilia Vigiliae, et fit commemoratio de ea ad Laudes tantum, cum Antiphona ad *Benedictus*, et *V* Ferae occurrentis de Psalterio, et Oratione Vigiliae; praeterquam in illis Festis majoribus, quae inferius excipiuntur.

2. Si Vigilia occurrat in Dominica, de ea fit Officium in Sabbato, quod non sit impeditum Officio novem Lectionum: quia tunc de Vigilia fit tantum commemoratio ut dictum est. Excipitur ab hac regula Vigilia Nativitatis, et Epiphaniae Domini; quae si venerint in Dominica, fit de illis, ut in propriis Rubricis dicitur. Si autem in Vigilia occurrat Festum solenne alicujus loci, vel ex solemnioribus infra annum, quae inferius in Rubrica de Commemorationibus numerantur (veluti si in Vigilia S. Joannis Baptistae venerit Festum Corporis Christi) nihil tunc prorsus, nec commemoratio fit de Vigilia, excepta Vigilia Epiphaniae. Idem servetur quando aliqua Vigilia venerit in Ad-

ventu, Quadragesima et Quatuor Temporibus; nulla enim in his Feriis de Vigilia fit commemoratio.

3. Officium Vigiliae incipit ad Matutinum, sicut dictum est in superiori Rubrica de Feriis; terminatur autem ad Nonam, quia Vesperae sunt de sequenti Festo.

4. Officium Vigiliae totum fit de Feria occurrenti, ut in Psalterio: et tres Lectiones leguntur de Homilia in Evangelium Vigiliae, ut in propriis locis assignatur, cum tribus Responsoriis de Feria occurrenti, ordine in Rubrica de Responsoriis descripto. Dicuntur Preces Ferales, et commemorationes communes, aliaque omnia sicut in Feriis Adventus, Quadragesimae et Quatuor Temporum, de quibus et de aliis circa ordinandum ejus Officium, habentur inferius propriae Rubricae.

5. Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarum quae jejunantur, Vigilia Pentecostes, quae cum tribus Nocturnis sub Officio Semiduplici celebratur, ut ibi; et Vigilia Nativitatis Domini, quae, Nocturno Ferae excepto, in Laudibus et Horis habet reliquum Officium Duplex. In Vigiliis vero Epiphaniae et Ascensionis, quae non jejunantur, fit Officium, ut in propriis locis notatur.

#### 7. DE OCTAVIS.

1. De Octava fit Officium, vel saltem commemoratio (quando aliquo Festo, vel Dominica impeditur) per octo dies continuos. Fit de Octava in Paschate Resurrectionis, in Ascensione Domini, in Pentecoste, in Festo Corporis Christi, in Fe-

stis, quibus in Calendario apponitur Octava. Item in Festo Dedicationis propriae Ecclesiae, et in Festo principalis Patroni, et Titularis loci, vel Ecclesiae, et in Festis aliorum Sanctorum, quae apud quasdam Ecclesias, Congregationes, et Religiones consueverunt solemniter cum Octavis celebrari: nisi illa Festa venerint in Quadragesima, quo tempore omittitur Officium cujuscumque Octavae. Quod si aliquod Festum, quod celebrari solet cum Octava, paulo ante Quadragesimam venerit, et jam per aliquot dies factum sit Officium de ejus Octava, adveniente Quadragesima, nihil amplius fit de ea, nec commemoratio. Et idem servetur de Octavis nondum absolutis, quando supervenit Festum Pentecostes, et dies 17 Decembris.

2. In Pascha Resurrectionis et Pentecostes, Officium Octavae terminatur in Sabbato sequenti ad Nonam.

3. Infra Octavas fit de Festis Duplicibus, et Semiduplicibus occurrentibus, ac etiam translatis, ut dicitur infra de Translatione Festorum, n. 5, cum commemoratione Octavae: nisi illa Festa sint de solemnioribus enumeratis in sequenti Rubrica de Commemorationibus, in quibus nulla fit commemoratio de Octava, exceptis Octavis Nativitatis, Epiphaniae, et Corporis Christi, de quibus fit semper commemoratio, quocumque Festo in illis occurrente. Infra Octavas autem Paschae et Pentecostes non fit de Festo aliquo, etiam principali Patrono, vel Titulari Ecclesiae, vel Dedicatione

ejusdem, sed transfertur post Octavam. Infra Octavam Epiphaniae fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesiae, et Dedicatione ejusdem (non tamen in die Octava) cum commemoratione Octavae. Infra Octavam Corporis Christi fit tantum de Duplicibus, non tamen translatis nisi fuerint i vel ii classis, cum commemoratione Octavae: de Semidupl. vero infra eam non fit, sed transferuntur post Octavam, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum. De Simplicibus infra quascumque Octav. occurrentibus, fit tantum commemoratio, praeterquam in duobus diebus post Pascha, et Pentecosten ut dicitur in sequenti Rubrica de Commem. De Dominicis infra Octavas occurrent. fit Officium, ut dictum est supra in Rubrica de Dominicis. Si Octavae simul occurrant, (ut Octava sancti Joannis Baptistae, et Octava Corporis Christi, vel Octava Patroni, vel Titularis Ecclesiae cum alia Octava) quando non erunt celebranda Festa ix Lectionum, vel dies Dominicus, fiet Officium de digniori, cum commemoratione alterius. De die autem Octava cujuscumque Festi fit totum Officium Duplex, cum commemoratione diei infra aliam Octavam. De Festis occurrentibus in die Octava servetur quod dicitur in Rubrica de Translatione Festorum.

4. Officium de Octava fit cum tribus Nocturnis, novem scilicet Psalmis, et novem Lectionibus (exceptis Octavis Paschae et Pentecostes, in quibus fit cum uno Nocturno, ut suis locis ponitur), et omnia di-

cuntur sicut in die Festi, praeter Lectiones: quarum primae tres semper sunt de Scriptura occurrente in Officio de Tempore, praeterquam infra Octavam Assumptionis Beatae Mariae, in qua singulis diebus positae sunt Lectiones propriae de Canticis Canticorum: aliae Lectiones secundi et tertii Nocturni dicuntur quae infra Octavam positae sunt. Infra Octavam vero Patroni vel Titularis Ecclesiae, aut alterius Festi quod in aliquibus Ecclesiis consuevit cum Octava celebrari, si apud illas Ecclesias non habentur propriae, et approbatae Lectiones pro secundo et tertio Nocturno, infra Octavam repetantur Lectiones positae in Communi Sanctorum, si de Sanctis fiat Octava, alioquin Lectiones diei Festi.

5. Infra Octavam Officium fit Semiduplex, in die Octavae Duplex. In Vesperis infra Octavam omnia dicuntur sicut in secundis Vesperis Festi: et in primis Vesperis diei Octavae omnia sicut in primis Vesp. Festi, nisi aliter in propriis locis notetur.

6. Infra Octavas non fiunt Suffragia consueta de Sanctis, nec dicuntur Preces ad Primam, et Completorium, etiamsi fiat Officium de Dominica, vel Festo Semiduplici. In aliis, quomodo sit ordinandum Officium de Octava, habentur inferius propriae Rubricae.

#### 8. DE OFFICIO S. MARIAE IN SABBATO.

1. In omnibus Sabbatis per annum extra Adventum et Quadragesimam, ac nisi Quatuor Tempora aut Vigiliae occurrant, vel nisi fieri debeat de

Feria propter Officium alicujus Dominicae aliquando infra Hebdomadam ponendum, ut in Rubrica de Dominicis dictum est; et nisi fiat Officium ix Lectionum, vel de Octava Paschae, et Pentecostes, semper fit Officium de S. Maria, eo modo quo fit de Festo Simplicis, quemadmodum circa finem Breviarii disponitur. De Festo autem Simplicis in Sabbato occurrente, fit tantum commemoratio.

2. Cum vero supradictis diebus fieri non potest Officium de Sancta Maria, nulla etiam fit commemoratio de ea propter Sabbatum; sed tantum in Semiduplicibus (quando ejus Officium parvum non dicitur) fit consuetudo ejus commemoratio per annum cum aliis Suffragiis positis in Psalterio post Vesperas Sabbati.

3. Ejus Officium in Sabbato incipit Feria vi, ad modum Festi Simplicis, a Capitulo, et terminatur ad Nonam Sabbati. Si autem Feria vi. occurrat Officium novem Lectionum, in Vesperis fit tantum commemoratio de S. Maria cum Antiphona, Versu, et Oratione, quae habentur in Officio ejus in Sabbato, nisi illud Officium ix Lectionum sit de eadem B. Maria, quia tunc nulla alia commemoratio de ea facienda est.

4. Ad Matutinum post Invitatorium, et Hymnum de S. Maria, dicitur unum Nocturnum cum xij Psalmis Feriabilibus, ut in Psalterio, Versus de S. Maria, prima et secunda Lectio ex Scriptura de Tempore occurrenti; tertia Lectio, et alia omnia tam in Matutino, quam in Laudibus et Horis,

ut in Officio S. Mariae in Sabbato assignantur.

5. Dicuntur Preces Dominicales ad Primam et Completorium, et fiunt Suffragia consueta de sancto Joseph, de Apostolis et Pace, et tempore Paschali sola commemoratio de Cruce, ut in secunda Feria post Octavam Paschae. Post Nonam nihil fit de ea, nisi consuetudo ejus commemoratio cum aliis Suffragiis, quando dicenda sunt in Officio de Dominica.

#### 9. DE COMMEMORATIONIBUS.

1. Commemorationes fiunt de Festis Simplicibus, quando in eorum diebus incidit Festum novem Lectionum etiam translatum, vel Dominica, vel Octava, vel Sabbatum, et quando fieri debet de Feria, ut ponatur Officium alicujus Dominicae, quae eo anno supersit.

2. De Feriis Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum, Vigiliarum, et secunda Rogationum fit commemoratio, quando Festum ix Lectionum in illis Feriis occurrat. Si Simplex Festum in eisdem Feriis occurrat, Officium fit de Feria, et commemoratio de Festo Simplicis.

3. Praeterea fit commemoratio de Dominicis a Pentecoste usque ad Adventum, et ab Epiphania usque ad Septuagesimam, et a Dominica in Albis usque ad Pentecosten exclusive, quando Festo Duplici impediuntur. De aliis Dominicis nulla fit commemoratio, occurrente Festo Duplici, quia Festum in illis occurrens transfertur; nisi illud Festum fuerit principalis Patroni, vel Tituli,

aut Dedicationis ipsius Ecclesiae, non autem alicujus Cappellae, vel Altaris ejusdem Ecclesiae; et tunc de hujusmodi principali Festo fit tantum in eo loco, vel Ecclesia, cujus est Patronus, vel Titulus, aut Dedicatio, cum commemoratione Dominicae, excepta Dominica prima Adventus, Dominica prima Quadragesimae, Dominica Passionis, Dominica Palmarum, Dominica Paschae, Dominica in Albis, ac Dominica Pentecostes et Trinitatis: in quibus hujusmodi occurrens Festum transfertur in sequentem diem similiter non impeditam: dummodo non fuerit infra majorem Hebdomadam, et per Octavam Paschae et Pentecostes: quibus diebus non fit de aliquo Festo Duplici occurrente.

4. De Octava etiam, quando Festo novem Lectionum, vel Dominica impeditur, fit commemoratio, nisi illud Festum novem Lectionum fuerit solemnne principale alicujus loci, ut supra. Nam in primis Vesperis, et Laudibus hujusmodi Festi nulla fit commemoratio Festi Simplicis occurrentis, nec alicujus Vigiliae, excepta Vigilia Epiphaniae, nec alicujus diei infra Octavam, nec alicujus praecedentis Festi novem Lectionum (nisi id Festum fuerit ex iis, quae infra in hac eadem Rubrica enumerantur) nec diei Octavae, nec Dominicae, si Festum illud solemnne celebretur FERIA secunda, exceptis Dominicis Adventus, et Dominicis a Septuagesima usque ad Octavam Paschae inclusive: de quibus Dominicis, sicut etiam de Feriis Adventus, Quadragesimae, Quatuor

Temporum, et secundae Rogationum semper fit commemoratio, quocumque Festo adveniente. Quod si hujusmodi Festum solemnne venerit in quacumque Dominica, fit commemoratio de ea in utrisque Vesperis et Laudibus. Et similiter si occurrat in die Octava alicujus Festi habentis Octavam, de ea fiet commemoratio etiam in utrisque Vesperis et Laudibus. In secundis autem Vesperis Festi praedicti fit commemoratio de Duplici, Semiduplici, et Dominica sequentibus, et non de aliis.

5. Idem servatur in quibusdam Festis majoribus per annum, scilicet in Nativitate Domini (in cujus Officio nulla fit commemoratio de sancta Anastasia, sed in secunda Antium Missa) in Epiphania, in Pascha Resurrectionis cum tribus proximae antecedentibus, et duobus sequentibus diebus; in Ascensione Domini, in Pentecoste cum duobus sequentibus diebus; in Festo Corporis Christi, in Festis Nativitatis S. Joannis Baptistae, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Assumptionis B. Mariae, in Festo omnium Sanctorum, et in Festo Dedicationis propriae Ecclesiae: in quibus Festis fiunt commemorationes eo modo tantum quo dictum est supra de Festo solemnni alicujus loci.

6. In Festis autem secundi ordinis, videlicet Circumcisionis, Trinitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, et Nativitatis Beatae Mariae, in Natalitiis xij Apostolorum, et Evangelistarum, in Festo sancti Joseph, in festo Inven-

tionis sanctae Crucis, et in Festo sancti Laurentii, et Dedicationis sancti Michaelis Archangeli, in primis Vesperis fit commemoratio. Festi Duplicis eo die celebrati, nisi aliter in propriis locis notetur: de Dominica vero, de die infra Octavam, et de Festis Semiduplicibus non fit commemoratio, eo modo quo nec in Festo solemni alicujus loci, ut dictum est supra. De Simplicibus, et Vigilis in his Festis concurrentibus, legitur nona Lectio, et fit commemoratio in Laudibus tantum. In secundis autem Vesperis fit commemoratio de quocumque sequenti Festo, etiam Simplicis, et de die infra Octavam, si de ea fieri debeat Officium die sequenti. De Octavis Nativitatis Domini, Epiphaniae, et Corporis Christi, semper fit commemoratio in utrisque Vesperis, et Laudibus, quandocumque contigerit infra illas de aliquo alio Festo Officium celebrari juxta Rubricam de Octavis num. 3.

7. De Dominicis, et Feriis Adventus et Quadragesimae commem. fit in utrisque Vesperis et Laudibus. De Feriis Quatuor Temporum, Vigiliarum et secunda Rogationum, quando de illis commemoratio fieri debet, fit in Laudibus tantum. De Festis autem Simplicibus (nisi in diebus supradictis occurrant) commemoratio fit in primis Vesperis et Laudibus eo die quo in Calendario assignantur. De aliis vero Dominicis per annum, et Octavis, commemoratio fit in utrisque Vesperis et Laudibus, nisi concurrant cum supra enumeratis Festis.

8. Commemorationes fiunt

hoc modo. Post Orationem diei, in primis Vesperis dicitur Antiphona, quae posita est ad Magnificat et in Laudibus quae posita est ad Benedictus in Communi (si propriam non habuerit) conveniens ejus Officio, cujus fit commemoratio. Post Antiphonam dicitur Versus, inde sumendus, unde sumpta est Antiphona, scilicet post Hymnum Vesperarum, et Laudum: deinde dicitur Oratio. Si Antiphona, et Versus Festi, de quo fit commemoratio, sumenda essent ex eodem Communi, unde sumpta sunt in Officio diei; in Festo Commemorationes variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laudibus ex primis Vesperis ejusdem Communis, nisi aliter signetur. Et similiter si in secundis Vesperis sanctae Agathae, aut alterius Sanctae novem Lectionum fieri debeat commemoratio Beatae Mariae, pro ejus Officio in sequenti Sabbato celebrando, ne repetatur *V. Diffusa est gratia, dicatur V. Benedicta tu, ex Laudibus.* Si item occurrat, ut eadem sit Oratio Festi, de quo fit Officium, et ejus de quo fit commemoratio, mutetur Oratio pro commemoratione in aliam de Communi. Si de Tempore fiat commemoratio, de Dominica scilicet, vel Feria, Antiphona et Versus ante Orationem eodem modo sumantur ex Proprio de Tempore, si habuerit proprium; alioquin de Psalterio, Oratio vero ex Proprio de Tempore.

9. Quando fit commemoratio de Dominica vel Feria, quae habent propriam Homiliam, nona Lectio in Officio dici novem Lectionum legitur de Homilia

Dominicae, vel Ferae; quae erit vel prima de Homilia, vel tres simul in una Lectione conjunctae.

10. Si in die, in quo fit Officium ix Lect. fiat commem. de Festo iii Lect. nona Lectio legitur de Festo iii Lectionum si propriam habuerit: si duas, ex duabus fiat una Lectio, quae sit nona in Officio novem Lectionum. Quae Lectio de Sancto non legitur, quando de eo fit commem. in Dominicis quae habent ix Responsorium, nec quando nona Lectio legenda est de Homilia Dominicae, vel Ferae, ut supra, nec in Feriis, et aliis diebus, quando in Officio diei leguntur tantum tres Lectiones: nec etiam nona Lectio legitur de die infra Octavam, quando de ea fit commem. in Dominica, vel aliquo Festo, licet habeat Evangel. proprium, et Homiliam.

11. Quando contingit fieri plures commem. servetur hic ordo. De Duplici fiat ante Dominicam, de Dominica ante Festum Semid. de Semiduplici ante diem infra Oct. de die infra Octavam ante Ferias Advent., iv Temporum, Vigiliarum, et Rogationum; et de dictis Feriis ante Festum Simplex. De Sancta Maria (quando in secundis Vesperis Festi ix Lectionum, quod Feria vj celebratum sit, de ea fieri debet commem. pro Officio sequentis Sabbati) fiat ante Festum Simplex in Sabbato occurrens. De Festo Simplici fit commem. ante Suffragia, seu communes commemorationes de Cruce, S. Maria, sancto Joseph, Apostolis, et de Pace, et ante commem. cujuscumque Tituli, vel Patroni Ecclesiae, quae etiam

pro sui dignitate aliis Suffragiis praedictis praeponeretur. De quibus Suffragiis, quomodo et quando facienda sint, habetur inferius propria Rubrica.

#### IO. DE TRANSLATIONE FESTORUM.

1. Si aliquod Festum Duplex occurrat in Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuages. usque ad Dominicam in Albis inclusive, in Vigilia Nativ. Domini, in die Circumcisionis, in tota Oct. Epiphaniae, in Feria iv Cinerum, in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschae, in Ascensione Domini, in diebus a Vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusive, in Festo Corporis Christi, et ejus die Octava, in Festo Assumptionis B. Mariae Virginis, et Omnium Sanctorum; transferatur in primam diem Festo Duplici, vel Semiduplici non impeditam, exceptis tamen Festis Nativitatis S. Joannis Baptistae, et SS. Apostolorum Petri et Pauli, quae in die Octava Corporis Christi celebrantur: excepto quoque Festo quocumque solemniori alicujus loci, quod in propria tantum Ecclesia, etiam in aliquibus ex praedictis diebus occurrens, scilicet in Dominicis ij, iij et iv Adventus, et Quadrages., Dominica Septuagesimae, Sexagesimae, et Quinquagesimae, et diebus infra Octavam Epiphaniae (ut in Rubrica de Commem. dictum est) celebratur. Si autem Festum Purificationis B. Mariae venerit in aliqua Dominica ii classis, transferatur in feriam ii sequentem quamvis impeditam; idemque est de Annun-

tiatione B. Mariae et de Immaculata Concept. Item si Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae venerit in die Corporis Christi, transferatur in sequentem diem, cum commem.

Octavae, et in secundis Vesperis Corporis Christi, fit tantum commemoratio S. Joannis: sequentibus autem diebus fit Officium de eadem Octava Corporis Christi, cum commem. Octava S. Joannis. Dies autem Octava S. Joannis tunc veniens in die Octava Corporis Christi, non transferatur, sed de illa eo anno fit tantum commem. in utrisque Vesp. et Laud. diei Oct. Corporis Christi; et id semper servetur, quando Festum habens Octavam transferatur, ut non ideo dies Octava transferatur sed ipsa die de ea fiat commemoratio quae alias erat Octava, si Festum non fuisset translatum. Quod si Festum post totam suam Oct. transferri contigerit, illo anno celebretur sine Octava: nisi Titularis Eccles. privilegio aliter fieri oporteat.

2. Si in die Octava alicujus Festi habentis Octavam, occurrat aliquod Festum Duplex ex majoribus supra in Rubrica de Commem. enumeratis, fiat de Festo cum commemoratione diei Oct.: excepta die Oct. Nativ. Domini et Epiph. in quibus non fit de aliquo Festo, sed transferatur in primam diem similiter non impeditam. Si autem non fuerit ex praedictis Festis, fiat de Oct., et Festum transferatur, ut supra.

3. Si aliquod Festum Duplex infra Octavam occurrens, alio majori Festo Duplici impediatur, transferatur in primam diem similiter non impeditam, et in eo fiat commem. de Oct.

4. Si in aliis Dominicis per annum a supradictis occurrat Festum Duplex, non transferatur, ut dictum est in Rubrica de Commemorationibus.

5. Festum Semiduplex occurrens diebus supradictis, et infra Octavam Corporis Christi, et aliis Dominicis per annum, transferatur in primam diem simili Officio non impeditam: occurrens vero in Dominicis infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, (ut dictum est in Rubrica de Octavis) transferatur in sequentem diem, cum commemoratione Octavae; quae si fuerit alio Festo Duplici, vel Semiduplici impedita, praedictum Festum Semiduplex veniens in Dominica, transferatur post Octavam: ita ut Festum Semiduplex infra Octavam non transferatur, nisi in proxime sequentem diem.

6. Si duo vel plura Festa novem Lectionum simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, id est, de Duplici, et Semiduplicia transferantur. At si omnia fuerint Duplicia, vel omnia Semiduplicia, fiat de digniori, seu solemniori, et quae minoris solemnitatis sunt, transferantur.

7. Si plura Festa novem Lectionum transferenda sint, prius transferatur Duplex, quam Semiduplex: et inter plura Duplicia, quod est magis solempne, semper prius transferatur, et prius celebretur: alioquin si sunt aequalia, unum ante aliud transferatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus.

8. Festum Simplex nunquam transferatur: sed si de eo fieri non potest Officium, fiat



commemoratio, ut dictum est in Rubrica de Commemorationibus: si autem venerit in illis diebus, in quibus de Simplici nulla fit commemoratio, eo anno non fit de eo amplius.

9. Si aliquod Festum ix Lectionum, in quo annotatum est fieri commemorationem alicujus Sancti, transferatur propter advenientem Dominicam, vel aliud Festum majus, non tamen transferatur cum illo commemoratione illius Sancti in eo assignata: sed dicta commemoratio fit die suo in Dominica, vel alio Festo, in quo fieri possit, cum nona Lectione ejusdem, si propriam de vita Sancti habuerit: Festum vero novem Lectionum transferatur sine ulla amplius commemoratione Festi Simplicis praedicti. Quod etiam servatur in commemorationibus occurrentibus in Vigiliis, cum de Vigilia veniente in Dominica fit in Sabbato praecedenti: tunc enim commemoratio Festi Simplicis non fit in Officio Vigiliae, sed in Dominica.

#### II. DE CONCURRENTIA OFFICII.

1. Concurrentia Officii attendenda est semper in secundis Vesperis, quomodo sit ordinandum Officium cum sequenti die. Itaque cum dicitur Officium aliquod cum alio concurrere, intelligitur de praecedenti in secundis Vesperis cum sequenti in primis Vesperis.

2. Duplici ergo in secundis Vesperis concurrente cum alio sequenti Duplici in primis, si utraque sint ejusdem solemnitatis, regulariter a Capitulo fit de sequenti cum commemoratione praecedentis, nisi aliter

in propriis locis annotetur. Si vero non sint ejusdem solemnitatis, servetur differentia in Rubricis de Commemorationibus, et Translatione Festorum assignata: ut scilicet Festa majora habeant primas et secundas Vesperas integras, cum commemoratione minorum quando de eis fieri debet. Si autem post aliquod Festum ex iis, quae in secundo ordine posita sunt in Rubrica de Commemorationibus, sequatur immediate aliud ex solemnibus majoribus, Vesperae erunt de sequenti, cum commemoratione praecedentis. Inter Festa aequalis solemnitatis servetur hic ordo, ut Festa Domini praeferrantur omnibus aliis, et habeant utrasque Vesperas integras: sicuti Festa B. Mariae, Festis Sanctorum: item Festa Angelorum, et Apostolorum, caeteris aliis: et Festa illorum Sanctorum, qui in propriis locis, vel Ecclesiis solemniter celebrantur, aliis in Kalendario descriptis.

3. Duplici vero concurrente cum Festo Semiduplici, cum Dominica, cum die infra Octavam, cum Festo Simplici, et cum Officio Beatae Mariae in Sabbato, omnia in secundis Vesperis de Duplici, cum commemoratione illorum, nisi illud Duplex fuerit de iis, quae excipiuntur in Rubrica de Commemorationibus, in quibus aliquae commemorationes omittuntur. Duplici etiam, et quocumque Officio novem Lectionum concurrente cum Feria, vel potius sequente Feria, omnia de Duplici et nihil de Feria sequente. Sed si Festum celebretur in Adventu, et Quadragesima, fit semper

commemoratio de Feria, ut infra dicitur. Idem dicendum in Festis Simplicibus venientibus cum sequenti Festo novem Lectionum, de quibus etiam commemoratio fit, non ratione concursus, sed quia eodem die occurrunt, ut dictum est in Rubrica de Commemorationibus.

4. Semiduplici Festo, Dominica, et die infra Octavam concurrentibus cum sequenti Duplici, omnia de Duplici cum commemoratione illorum, nisi Duplex fuerit ex numero majorum, quae supra in Rubrica de Commemorationibus numerata sunt, in quibus nulla fit commemoratio praecedentis. Semiduplici Festo concurrente cum sequenti alio Semiduplici, cum Dominica, vel cum die infra Octavam, a Capitulo fit de sequenti, et commemoratio praecedentis, nisi aliter signetur. Semiduplici autem concurrente cum sequente Festo Simplici, vel cum Officio Beatae Mariae in Sabbato, omnia de Semiduplici, cum commemoratione sequentis.

5. Dominica concurrente cum sequente Festo Semiduplici, et cum die infra Octavam vel cum Festo Simplici, omnia de Dominica cum commemoratione sequentis.

6. Die infra Octavam concurrente cum sequente Dominica, vel Semiduplici, a Capitulo fit de sequenti cum commemoratione Octavae. Dies infra Octavam cum Simplici proprie non habet concursum, quia in sequenti die infra Octavam fieri debet.

7. Die Octava concurrente cum alia die Octava, a Capitulo fit de sequenti, cum com-

memoratione praecedentis, excepta Octava Corporis Christi concurrente cum Octava sancti Joannis Baptistae, in qua de sequenti fit tantum commemoratio, et quando aliter in propriis locis notatur. Die Octava concurrente cum sequenti Duplici minori, etiam translato, a Capitulo fit de sequenti, cum commemoratione Octavae. Concurrente vero cum sequente Duplici majori, etiam translato, totum Officium fit de sequenti cum commemoratione Octavae, excepta die Octava Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, et Corporis Christi, in quibus de sequenti fit tantum commemoratio. Si autem sequens Festum etiam translatum, fuerit ex solemnioribus supra enumeratis in Rubrica de Commemorationibus, in secundo ordine numero 6, totum Officium fit de sequenti, cum commemoratione Octavae.

8. Simplex cum alio non potest concurrere in secundis Vesperis (licet cum ipso possit esse concursus in primis Vesperis), quia non habet secundas Vesperas, sed ejus Officium terminatur ad Nonam, et deinceps nihil fit de eo nec commemoratio. Si sequatur aliud Simplex, Psalmi erunt de Feria occurrente in Psalterio ad Vesperas, et a Capitulo fit de sequenti Simplici sine ulla commemoratione praecedentis. Si sequatur Officium novem Lectionum, Vesperae totae erunt de eo sine ulla similiter commemoratione Simplicis praecedentis. Si nullum Festum sequatur, subintrat Officium de Tempore, et Vesperae totae erunt de Feria.

9. Feria non potest concurrere cum alio Officio in secundis Vesperis, neque cum ipsa potest esse concursus in primis Vesperis: quia ejus Officium incipit, et desinit, ubi desinit et incipit quodcumque aliud Officium. Quamvis proprie (si ei dandum est principium), sequente Feria post aliam Feriam, ejus Officium incipiat a Matutino, et terminetur sequente alia Feria ad Completorium; et ideo si Feria sequatur aliam Feriam, in Vesperis praecedentis Feriae nihil fit de sequenti, quoad ea, quae in sequente Feria sunt propria. Verbi gratia, si in Vesperis Feriae tertiae ante Feriam quartam Cinerum fiat de Feria, dicitur Oratio Dominicae praecedentis, non autem ea quae est propria in sequente Feria quarta Cinerum; nec ante Orationem dicuntur Preces, quae dicendae sunt in dicta Feria quarta Cinerum. Quod etiam fit quando Feria per annum praecedit Feriam Quatuor Temporum, vel Vigiliarum. Hac etiam ratione superius dictum est in concurrentia aliorum Officiorum, cum Feria nullum Officium concurrere et nihil fieri de Feria praecedenti, adveniente alio Officio. Si autem de ea aliquando fieri debeat commemoratio in Vesperis, non fit ratione concursus, sed quia eo die, quo Officium Feriarum Adventus, et Quadragesimae impeditur, illarum commemoratio ratione temporis ex praeccepto Ecclesiae praetermitti non debet.

10. Cum vero occurrit, ut Festum Simplex veniat in Feria quarta et sexta Quatuor Tem-

porum, in Feria quarta Cinerum, et in Vigiliis quae jejuntantur, Vesperae antecedentes (nisi ea die celebratum sit Festum novem Lectionum) erunt de Feria communi per annum, non autem de sequenti, ut dictum est, cum commemoratione Festi Simplicis in sequenti Feria occurrentis. Quod ideo non fit, quia sequens Feria habeat primas Vesperas: sed quia cum Festum Simplex in sequenti die non habeat Officium propter Feriam praedictam in eo occurrentem, nec etiam convenit illud habere primas Vesperas in praecedenti die. Et eadem ratione, si Festum Simplex occurrat Feria quinta in Coena Domini, in qua de eo non debet fieri commemoratio, nulla etiam fiet commemoratio in Vesperis Feriae quartae praecedentis.

## 12. DE ORDINANDO OFFICIO EX PRAEDICTIS RUBRICIS.

1. Si quis velit ex supradictis Rubricis ordinare Officium occurrentis diei, videat in Calendario, et in Tabula Festorum Mobilium, de quo fiat Officium sequenti die, et ut invenerit esse faciendum, sic ordinabit illud in Vesperis, et aliis Horis nocturnis, et diurnis.

2. Si ordinandum sit Officium de Tempore, id est, de Dominica, vel Feria, recurrendum est semper ad Psalterium, ubi ordinate ponitur quod est commune Officii de Tempore, cum distributione Psalmorum, et ad Proprium de Tempore, ubi Lectiones et Responsoria, quaedam Antiphonae, et Ora-

tiones ponuntur, quae desunt in Psalterio. Invitatorium, Hymni, Capitula, Versus, Responsoria brevia, et Antiphonae, quae diversis temporibus ponuntur in Proprio, dicuntur loco eorum quae sunt in Psalterio: cum vero propria non fuerint, dicuntur ut in Psalterio.

3. Si Officium sit ordinandum de Sancto, recurrendum est semper ad Commune Sanctorum (nisi proprium habeat in Proprio Sanctorum): ubi pro qualitate Festi, si novem Lectionum, id est, Duplex, vel Semiduplex fuerit, omnia ordinate ponuntur, illis exceptis, quae propria suis locis habentur. Si Festum trium Lectionum (Nocturno Ferae, et Lectionibus exceptis) omnia sumuntur de eodem Communi. Tres Lectiones primi Nocturni in Officio novem Lectionum, et prima et secunda Lectio, vel prima tantum in Festis trium Lectionum, sumuntur de Scriptura in Officio de Tempore, nisi aliae in propriis locis ponantur.

4. In majoribus solemnitatibus, et Festis per annum, totum Officium ordinatur ut in propriis locis ponitur.

5. In festis B. Mariae (omissis iis, quae propria in illis habentur) Hymni, novem Psalmi, et alia quaedam requirenda sunt ex Communi ejus Officio parvo, circa finem Breviarii.

6. Modus inchoandi Officium, dicendi Invitatorium, Hymnos, Antiphonas et Versus, habetur in principio Psalterii. Cum vero Antiphonae duplicandae sunt, dicuntur integrae ante Psalmos, sicut in fine Psalmorum.

7. Modus dicendi Absolutiones, et Benedictiones ante Lectiones, legendi et terminandi Lectiones, dicendi Responsoria post Lectiones, ac Responsoria brevia post Capitula, habetur in prima Dominica de Adventu.

8. Quomodo sit inchoandum, et terminandum Officium per Horas, habetur in Psalterio: quomodo terminandum per Antiphonas B. Mariae, habetur in fine Completorii.

9. Sed ut haec omnia facilius habeantur, positae sunt sequentes Rubricae de singulis Horis, earumque partibus distincte cognoscendis.

### 13. DE MATUTINO.

1. Ad Matutinum haec per ordinem regulariter dicuntur, secundum diversitatem Officii, nisi aliter in quibusdam diebus annotetur: Pater noster, Ave Maria, Credo, omnia secreto: deinde clara voce Hebdomadarius dicit, Domine, labia mea, &c. pollice signando sibi os signo Crucis: Deus, in adiutorium, &c. manu extensa signando se signo Crucis a fronte ad pectus, et a sinistro humero usque ad dextrum (quod servatur in principio omnium Horarum, cum dicitur, Deus in adiutorium) cum Gloria Patri, et aliis, ut in principio Psalterii. Deinde dicitur Invitatorium conveniens Officio de Tempore, vel Sancto, quod dicitur cum Psalmo Venite exultemus, eo modo quo in principio Psalterii describitur. Dicto Psalmo, et repetito Invitatorio, dicitur Hymnus, qui Officio de Tempore vel de Sancto convenit.

2. Postea in Duplicibus, et

Semiduplicibus dicuntur novem Psalmi (sed in Dominicis plures, ut in Psalterio) cum suis Antiphonis, et Versibus, quae Tempori, vel Festo conveniunt, et totidem Lectiones cum octo Responsoriis, aliquando cum novem, ut suis locis ponitur, per tres Nocturnos distinctos, hoc modo.

3. In primo Nocturno dicuntur tres Psalmi cum tribus Antiphonis, post singulos Psalmos una Antiphona: sed tempore Paschali, id est, a Dominica in Albis usque ad Pentecosten (praeterquam in Officio Ascensionis Domini) tres Psalmi cujusque Nocturni dicuntur sub una Antiphona: et in fine Psalmorum post ultimam Antiphonam cujusque Nocturni dicitur Versus; postea Pater noster, Et ne nos; Absolutio Exaudi, Benedictio Benedictioe perpetua, et aliae ad singulas Lectiones, ut in prima Dominica de Adventu ordiantur. Deinde leguntur tres Lectiones de Scriptura, quae per ordinem in Officio de Tempore occurrunt (nisi aliae assignentur), et ad singulas Lectiones dicitur unum Responsorium conveniens Officio: si de Tempore, ut in Proprio Temporis: si de Sancto, ut in Proprio Sanctorum; alioquin ut in Communi, etiam si Lectiones primi Nocturni sint de Scriptura Officii de Tempore.

4. In fine ultimi Responsorii cujusque Nocturni dicitur, Gloria Patri, cum repetitione partis Responsorii eo modo, quo notatur in tertio Responsorio primae Dominicae de Adventu: nisi aliter in propriis locis signetur.

5. In secundo Nocturno dicuntur alii tres Psalmi, Antiphonae, Versus Pater noster, Absolutio ipsius pietas, et ei consequentes Benedictiones, ut in dicta Dominica prima de Adventu: tres Lectiones de aliquo Sermone, aut de vita illius Sancti, de quo fit Officium, et ad quamlibet Lectionem unum Responsorium.

6. In tertio Nocturno alii tres Psalmi cum Antiphonis, ut supra: post tertiam Antiphonam, Versus, Pater noster, Absolutio A vinculis, et Benedictiones consequentes ad singulas Lectiones, quae erunt de Homilia Evangelii de Tempore, vel de Festo, secundum qualitatem Officii, ut in eadem prima Dominica de Adventu ponuntur. Post septimam et octavam Lectionem dicitur Responsorium Officio conveniens, id est, post quamlibet unum: aliquando autem dicitur etiam post nonam Lectionem, ut suis locis notatur: et in fine ultimi Responsorii, aut octavi, aut noni, dicitur Gloria Patri, ut supra, nisi aliter signetur. Si non dicitur nonum Responsorium, post ultimam Lectionem dicitur Hymnus Te Deum.

7. In Officio trium Lectionum, ad Matutinum, Pater noster, Ave Maria, Credo, Domine labia, &c. Invitatorium, et Hymnus in Feriali Officio de Feria, si non sint in Proprio de Tempore, dicuntur ut in Psalterio: in Festis de Festo, ut in Communi Sanctorum: deinde Nocturnum Feriae. ut in Psalterio, id est duodecim Psalmi cum sex Antiphonis, et tempore Paschali cum una Antiphona, Alleluia

qui dicuntur tam in Officio Feriali, quam in Festis Simplicibus.

8. Post Psalmos, et Antiphonas dicitur Versus in Feriali Officio, ut in Psalterio; in Festis, ut in Communi Sanctorum: qui in Festis sumitur secundum Ferias ex Nocturno Communis, unde sumuntur Responsoria, ut dicitur infra in Rubricis de Versibus, et Responsoriis. Post Versum dicitur *Pater noster*, Absolutio, et Benedictiones, ut habetur infra in Rubrica de Absolutionibus, et Benedictionibus. Tres Lectiones (si non adsit Homilia) singulae in Officio Feriali dicuntur de Scriptura, quae eo die occurrit in Proprio de Tempore: si adsit Homilia, singulae tres de Homilia. In Festis, prima et secunda de eadem Scriptura, tertia de Sancto. Si fuerint duae Lectiones de Sancto, prima tantum erit de Scriptura, reliquae de Sancto.

9. Post singulas Lectiones in Feriali extra tempus Paschale dicitur unum Responsorium, ita ut dicantur tria Responsoria: tempore vero Paschali, et in Festis, duo tantum Responsoria dicuntur, scilicet post primam et secundam Lectionem tantum. In fine ultimi Responsorii, secundi scilicet, aut tertii, dicitur *Gloria Patri*, cum repetitione partis Responsorii, nisi aliud notetur. Quae Responsoria in Officio de Sanctis sumuntur ex Communi Sanctorum, in Feriali Officio ex Dominicis, quando propria per Ferias non distribuuntur, ordine descripto in Rubrica de Responsoriis. Quando non dicitur tertium

Responsorium, post tertiam Lectionem dicitur Hymnus *Te Deum*.

#### 14. DE LAUDIBUS.

1. Ad Laudes, dicto Hymno *Te Deum*, vel ultimo Responsorio, Hebdomadarius absolute dicit, *Deus in adiutorium*, &c ut supra, et dicuntur Psalmi, et Canticum *Benedicite*, vel aliud, ut habetur in Feriali Officio extra tempus Paschale, cum Antiphonis Officio convenientibus. Qui Psalmi, et Canticum in Dominicis per annum (exceptis Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive) et in Feriali Officio temporis Paschalis, ac in Festis tam novem, quam trium Lectionum, dicuntur de Dominica, ut in Psalterio. In praedictis vero Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, dicuntur ut suis locis ponitur. In Feriali Officio per annum, extra tempus Paschale dicuntur ut in Psalterio.

2. Antiphonae in Dominicis, quando propriae non assignantur, dicuntur ut in Psalterio. In Festis novem, et trium Lectionum, si non adsint propriae, dicuntur de Communi. Post Psalmos dicitur Capitulum, Hymnus, Versus, Antiphona ad Canticum *Benedictus*, cum eodem Cantico, et Oratio: omnia pro qualitate Officii de Tempore, vel de Festo.

3. Preces, quando dicendae sunt, dicuntur ante primam Orationem. Commemorationes vero de Cruce, de S. Maria, de S. Joseph, de Apostolis, de Patrono, et de Pace, similiter quando dicendae sunt, dicuntur post Orationem, nisi alia comm.

Festi Simplicis occurrat, quae semper praedictas Commemorationes praecedat, de quibus in propriis Rubricis dicitur.

4. Ante Orationem dicitur *Dominus vobiscum*, & *Orémus*: post ultimam Orationem repetitur *Dominus vobiscum*: deinde *Benedicamus Domino*, et *Versus Fidelium animae*, *Pater noster*, *Dominus det nobis suam pacem*, et *Antiphona Beatae Mariae*, ut habetur in fine *Completorii*, si tunc discendum sit a choro: alioquin in fine ultimae Horae, nisi sequatur *Missa*, vel *Officium Defunctorum*, vel *Psalmi Poenitentiales*, aut *Litaniae*, ut in propria Rubrica dicitur.

15. DE PRIMA.

1. Ad Primam, *Pater noster*, *Ave Maria*, *Credo secreto*: *Deus in adiutorium*, &c. *Hymnus Jam lucis orto sidere*: deinde inchoatur *Antiphona*, quae convenit. Sumuntur autem *Antiphonae* in *Festis* ad omnes *Horas* ex *Laudibus* per ordinem, quarta praetermissa, ut dicitur infra in *Rubrica de Antiphonis*. Postea dicuntur *Psalmi*, qui in *Dominicis* et *Feriis* dicuntur ut in *Psalterio*. In *Festis* autem, et tempore *Paschali*, tres tantum, ut etiam ibi annotatur.

2. Post *Antiphonam* dicitur *Capitulum Regi saeculorum*. In *Feriali Officio*, extra tempus *Paschale*, dicitur *Capitulum Pacem*. Deinde *Responsorium breve*, *Christe Fili Dei vivi*, &c. Post *Responsorium breve* in *Officio Duplici*, et infra *Octavas* statim dicitur *Oratio Domine Deus omnipotens*. In alio *Officio* dicitur *Kyrie eleison* cum reliquis *Precibus*: omnia

ut in *Psalterio*. Ad *Versum* autem *Adiutorium*, *Hebdomadarius* signat se signo *Crucis* a fronte ad pectus. Quando aliquis solus recitat *Officium*, semel tantum dicit *Confiteor*, omissis illis verbis, *tibi pater*, et *vobis fratres*, et *te pater*, et *vos fratres*, et similiter dicit, *Misereatur nostri*.... *peccatis nostris*, *perducat nos*, quod etiam servatur ad *Completorium*. In *Feriali Officio* quando dictae sunt *Preces* ad *Laudes*, adduntur aliae *Preces* ut ibidem in *Psalterio*.

3. Post *Orationem Primae*, vel si dicatur *Officium Beatae Mariae*, post illius *Orationem*, dicitur *Benedicamus*, in *Choro* legitur *Martyrologium*: deinde dicitur *Pretiosa*, cum reliquis, quae etiam dicantur ab iis, qui extra *Chorum* non legerint *Martyrologium*. In fine ad *Absolutionem Capituli*, in *Festis*, et aliquibus diebus pro *Lectio*ne brevi dicitur *Capitulum Nonae*, si adsit proprium, alioquin de *Communi*: alio tempore tam in *Dominicis*, quam *Feriis*, *Lectio* brevis *Officio* illius temporis in *Psalterio* assignata.

16. DE HORIS TERTIA, SEXTA ET NONA.

1. Ad *Tertiam*, *Sextam*, et *Nonam*, ante singulas *Horas*, dicitur *Pater noster*, *Ave Maria*, *Deus in adiutorium*, *Hymnus*, et *Psalmi*, ut in *Psalterio*. *Antiphonae* secundum *Officii* qualitatem, ordine quo supra. *Dictis Psalmis*, et *Antiphona*, dicitur *Capitulum*, et *Responsorium breve* pro *qualitate Officii*: quae in *Dominicis* et *Feriis*, quando non habentur propria in *Proprio de Tempore*,

dicuntur ut in Psalterio: in Festis, si in proprio Sanctorum non sint propria, sumuntur de Communi. Post R. br. dicitur *Dominus vobiscum*, et Oratio, quae habetur in Proprio de Tempore: si autem fit de Sancto, ut in Proprio Sanctorum; alioquin ut in Communi.

2. Post Orationem repetitur *Dominus vobiscum*, et dicitur *Benedicamus Domino*, *Fidelium animae*, et *Pater noster*, secreto, ut infra in Rubrica de Oratione Dominica explicatur.

#### 17. DE VESPERIS.

1. Ad Vesperas, *Pater noster*, *Ave Maria*, *Deus in adiutorium*, etc. Deinde dicuntur quinque Psalmi, cum quinque Antiphonis, ut in Proprio, aut Communi Sanctorum signantur. In Dominicis autem et Feriis, Antiphonae et Psalmi semper dicuntur, ut in Psalterio, (ubi etiam tempore Paschali Psalmi dicuntur sub una Ant. *Alleluia*, nisi aliae propriae Antiphonae, vel Psalmi (ut in Dom. Adventus, et triduo ante Pascha) assignentur.

2. Post Psalmos et Antiphonas, dicitur Capitulum, Hymnus, Versus, Antiphona ad Magnificat, cum eodem Cantico, et Oratio: omnia de Tempore, vel de Sancto, pro qualitate Officii.

3. Preces quando dicendae sunt, dicuntur ante Orationem; Commemorationes vero de Cruce, Sancta Maria, sancto Joseph, Apostolis, Patrono, et Pace, post Orationem, ut in propriis Rubricis habetur. Terminatur autem Officium Vesperarum ut in aliis Horis.

#### 18. DE COMPLETORIO.

1. Ad Completorium absolute dicitur Lectio brevis, ut in Psalterio: deinde *Pater noster*, *Confiteor*, *Misereatur*, *Indulgentiam*, *Converte, Deus in adiutorium*, *Antiphona*, *Psalmi*, *Hymnus*, *Capitulum*, *Responsorium breve*, *Canticum cum Antiphona*, omnia ut in fine Psalterii; et post Antiphonam in Duplicibus, et infra Octavas dicitur Oratio: in alio autem Officio, ante Orationem, dicitur *Kyrie eleison*, cum reliquis Precibus, ut ibidem in Psalterio.

2. Post Versum *Benedicat et custodiat nos*, etc. dicitur una ex Antiphonis *B. Mariae*, cum versiculo et Oratione, ut ibidem, et dicto *V. Divinum auxilium*, dicitur secreto *Pater noster*, *Ave Maria*, et *Credo*.

#### 19. DE INVITATORIO.

1. Invitatorium semper dicitur in omni Officio ad Matutinum, cum Psalmo *Venite, exultemus*, ordine in principio Psalterii descripto. Sed variatur pro Officii qualitate, ut in Psalterio, et Proprio de Tempore, ac in Proprio, et Communi Sanctorum.

2. Non dicitur in die Epiphaniae, nec in triduo ante Pascha, ut suis locis notatur: nec in Officio Defunctorum per annum, excepto die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, ac in die obitus, seu depositionis Defuncti, et quandocumque dicuntur tres Nocturni.

#### 20. DE HYMNIS.

1. Hymni semper dicuntur in qualibet Hora, praeterquam a triduo ante Pascha, usque



ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive, et praeterquam in Officio Defunctorum.

2. Ad Matutinum Hymnus dicitur post Psalmum *Venite*, repetito Invitatorio, praeterquam in die Epiphaniae. Ad Laudes et Vesperas dicitur post Capitulum: ad Horas ante Psalmos, ad Completorium post Psalmos et Antiphonam.

3. Dicuntur autem in Officio de Tempore, ut in Psalterio, quando proprii Hymni in proprio de Tempore non adsunt: qui Hymni de Psalterio in Dominicis, et Feriis assignati dicuntur ab Octava Pentecostes usque ad Adventum (Dominica infra Octavam Corporis Christi excepta), et ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam primam Quadragesimae exclusive. In Officio de Sanctis dicuntur, ut in Comuni Sanctorum, nisi proprii in Proprio Sanctorum habeantur.

4. In Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Festo Corporis Christi, et per Octavam, et quaecumque fit Officium Beatae Mariae tam novem, quam trium Lectionum, etiam tempore Paschali, in fine omnium Hymnorum (praeterquam in fine Hymni *Ave maris stella*, et Hymni ad Laudes in Festo Corporis Christi, qui habet ultimum Versum proprium) dicitur *Jesu, tibi sit gloria*, Qui natus es de Virgine, etc. ut in ejus Officio parvo, etiam si dicantur Hymni de Sanctis, qui infra Octavas praedictas celebrantur, dummodo Hymni illi sint ejusdem metri, nec habeant ultimum Versum proprium, ut Hymnus sanctae Crucis ad

Vesperas, et plurimorum Martyrum ad Matutinum.

5. In Epiphania Domini, et per Octavam, in fine omnium Hymnorum dicitur *Jesu, tibi sit gloria*, Qui apparuisti Gentibus.

6. A Dominica in Albis usque ad Ascensionem, in Pentecoste, et per Octavam, in fine omnium Hymnorum dicitur. Deo Patri sit gloria, Et Filio, qui a mortuis: etiam in Festis Sanctorum eodem Tempore Paschali occurrentium: dummodo Hymni sint ejusdem metri, nec habeant ultimum Versum proprium, qui non mutatur, ut supra.

7. In Ascensione autem usque ad Pentecosten, (praeterquam in Hymno, *Salutis humanae Sator*) dicitur *Jesu, tibi sit gloria*, Qui victor in coelum rediis: similiter etiam in Festis tunc occurrentibus.

8. In Transfiguratione Domini dicitur *Jesu, tibi sit gloria*, Qui te revelas parvulis. Aliis temporibus terminantur Hymni, ut suis locis ponitur.

## 21. DE ANTIPHONIS.

1. Ad omnes Horas nocturnas et diurnas, semper cum Psalmis dicuntur Antiphonae, vel una, vel plures, pro diversitate Officii et Horarum.

2. Si de tempore fiat Officium, id est, de Dominica aut Feria, dicuntur Antiphonae ut in Psalterio, quae cum Psalmis positae in Vesperis Dominicae et Feriarum, in Completorio et in Nocturnis (etiam quando fit Officium de Festo trium Lectionum, id est, Simplicio) nunquam mutantur, nisi tempore Paschali, in quo dicitur una tantum Antiphona, Alle-

lúia, excepto etiam tempore Adventus, in quo ad Vesperas et Nocturnos Dominicæ ponuntur Antiphonæ propriæ. In Laudibus et aliis Horis mutantur, pro diversitate temporum, ut in Proprio de Tempore habentur: cum vero non assignantur propriæ, semper dicuntur, quæ positæ sunt in Psalterio.

3. Antiphonæ, quæ in Proprio de Tempore in Sabbato ponuntur ad Magnificat pro prima Dominica alicujus mensis, sumendæ sunt ex ea Dominica, quæ est proximior Kalendis, vel est in Kalendis illius mensis, ut dictum est supra in Rubrica de Dominicis, ac etiam in Rubrica mensis Augusti: et semper in Sabbato ponitur Antiphona ad Magnificat, quæ contigua est libro Scripturæ in Dominica ponendo.

4. In Festis novem Lectio-num ad Vesperas dicuntur Antiphonæ de Laudibus, nisi propriæ in Vesperis assignentur. Ad Horas similiter tam in Officio de Tempore, quam de Sanctis, quando habentur propriæ in Laudibus, et aliæ propriæ non fuerint ad Horas, sumuntur ex Laudibus, quarta prætermissa, hoc ordine: Ad Primam, prima; ad Tertiam, secunda; ad Sextam, tertia; ad Nonam, quinta.

5. In Feriis Adventus, quæ non habent in Laudibus Antiphonæ proprias, sumuntur ad Horas ex Laudibus Dominicæ præcedentis. Ubi vero in Laudibus Feriarum fuerint propriæ, sumuntur ex ipsis Laudibus.

6. Tempore Paschali in Officio tam novem, quam trium Lectio-num, Psalmi cujuslibet

Nocturni dicuntur sub unica Antiphona, quæ Officio convenit, ut suis locis ponitur: et in fine omnium Antiphonarum, additur Allelúia, quando in illis non habetur. A Septuagesima usque ad Pascha, ubi habetur Allelúia, tacetur; neque aliud ejus loco dicitur.

7. In Duplicibus ad Vesperas, Matutinum, et Laudes tantum, Antiphonæ dicuntur ante Psalmos vel Cantica integræ, et post Psalmos vel Cantica integræ repetuntur; in aliis Horis, et in Officio non Duplici, in principio Psalmi, vel Cantici, inchoatur tantum Antiphona, deinde in fine integræ dicitur. Et quando Antiphona sumitur ex principio Psalmi, vel Cantici, et incipit sicut Psalmus, vel Canticum, post Antiphonam non repetitur principium Psalmi, vel Cantici, sed continuatur quod sequitur in Psalmo, vel Cantico, ab eo loco ubi secundum ritum diei desinit Antiphona, nisi discontinuetur per Allelúia.

8. Antiphonis propriis, tam in Officio de Tempore, quam de Sanctis, semper cedunt quæ habentur in Psalterio, et in Communi Sanctorum.

9. Quando fit aliqua Commemoratio, semper dicitur Antiphona ante Orationem cum Versu, quæ sumitur ex Officio, quod convenit ei, de quo fit Commemoratio: ita ut in Vesperis sumatur Antiphona, quæ assignatur ad Magnificat; in Laudibus, quæ ad Benedictus, cum Versibus qui habentur post Hymnum.

10. Antiphonæ Sanctæ Mariæ positæ in fine Completorii, dicuntur ut inferius in propria Rubrica disponitur.

## 22. DE PSALMIS.

1. Psalmi in Officio de Tempore per omnes Horas in Dominicis et Feriis dicuntur eo modo, quo distributi sunt in Psalterio, nisi aliquando aliter in Proprio de Tempore signentur. In Festis autem dicuntur ut in propriis locis signantur: alioquin, ut in Communi Sanctorum.

2. Psalmi ad Laudes de Dominica cum Cantico *Benedicite*, dicuntur in omnibus Festis per annum, et in Feriis temporis Paschalis.

3. Psalmus *Confitemini*, dicitur ad Primam cum aliis Psalmis in Psalterio assignatis, in omnibus Dominicis (quando Officium fit de Dominica, ut in Psalterio: etiam in Dominicis quae occurrunt infra Octavas Sanctorum) a tertia Dominica post Pentecosten inclusive, usque ad Nativitatem Domini exclusive: et a secunda Dominica post Epiphaniam inclusive, usque ad Septuagesimam exclusive: a Septuagesima autem usque ad Pascha, ejus loco dicitur Psalmus *Dominus regnavit*, quia Psalmus *Confitemini* tunc dicitur ad Laudes post Psalmum *Miserere*, ut suo loco ponitur. In Dominicis vero temporis Paschalis a Dominica in Albis inclusive, usque ad Ascensionem exclusive, dicuntur tantum tres Psalmi sicut in Festis, addito Symbolo sancti Athanasii. Alii Psalmi per singulas Ferias distributi ad Primam, dicuntur singuli loco Psalmi *Confitemini*, in Feriali tantum Officio, quando de Feria agitur extra tempus Paschale. In Feriis vero temporis

Paschalis, in Festis per annum, et in Sabbato, sive de Sancta Maria, sive de Feria fiat Officium, dicuntur tantum tres Psalmi, scilicet Deus in nomine tuo, Beati immaculati, et Retribue: etiam si Festum Duplex celebretur in Domin.

4. In Dominicis autem, quando Officium fit de Dominica, ut in Psalterio, post Psalmos additur semper Symbolum S. Athanasii *Quicumque*, ut infra in propria Rubrica dicitur.

5. Psalmi Horarum, scilicet ad Tertiam, Sextam, et Nonam, et ad Completorium nunquam mutantur, ut in Psalterio, sive de Sanctis, sive de Tempore fiat Officium.

6. Psalmi de Dominica ad Vesperas, ut plurimum dicuntur in Vesperis Festorum, excepto ultimo, qui mutatur: cum vero aliter fieri debet, suis locis notatur. In Vesperis infra Octavam dicuntur Psalmi, ut in secundis Vesperis Festi: sed in primis Vesperis diei Octavae, dicuntur ut in primis Vesperis Festi, nisi aliter notetur.

7. In fine Psalmorum semper dicitur *Glória Patri*, praeterquam in Psalmo *Deus, Deus meus*, ad te de luce vigilo, et in Psalmo *Laudate Dominum de caelis*, qui conjunguntur cum aliis Psalmis, et in fine ultimi tantum dicitur *Glória Patri*, ut suis locis notatur. Praeterea non dicitur in triduo majoris Hebdomadae ante Pascha, nec in Officio Defunctorum, cujus loco pro Defunctis dicitur, *Requiem aeternam dona eis, Domine*, etiam si fiat Officium pro uno tantum.

8. Ut sacrae Vulgatae editionis puritas inconfusa et illi-

bata servetur, etiam quoad interpunctiones, et distinctiones in sacris Bibliis appositae, additus est Asteriscus \* ut sit nota musicae partitionis in medio versu.

#### 23. DE CANTICIS.

1. Cantica dicuntur in Officio de Tempore, tam de Dominicis quam Feriis ad Laudes, Vesperas, et Completorium, ut in Psalterio distribuuntur.

2. In Festis, et tempore Paschali ad Laudes semper dicitur Canticum *Benedicite*, ut in Dominica; et in fine ejus non dicitur *Glória Patri*, sicut in aliis Canticis dicitur, nec respondetur *Amen*. Alia Cantica Ferialia, ut in Psalterio, ad Laudes non dicuntur, nisi quando fit Officium de Feria extra tempus Paschale.

3. Cantica *Benedictus*, *Magnificat*, et *Nunc dimittis* semper dicuntur suo loco, ut in Psalterio.

#### 24. DE VERSIBUS.

1. Versus semper dicuntur ad Matutinum post ultimum Psalmum, et Antiphonam Nocturnorum, sive in Officio dicantur tres Nocturni, sive unus. Ad Laudes et Vesperas, Versus dicitur post Hymnum: ad Horas dicitur in Responsorio brevi post repetitionem partis Responsorii, dicto *Glória Patri*.

2. In Pascha Resurrectionis et per Octavam usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive, in Nocturno tantum dicitur Versus, in aliis Horis non dicitur, ut ibidem.

3. Quando fit aliqua Commemoratio, semper post Antiphonam ejus, de quo fit Com-

memoratio, dicitur Versus, qui in ejus Officio ponitur post Hymnum Vesperarum, et Laudum, nisi aliter notetur.

4. Versibus praedictis tempore Paschali semper additur *Alleluia*: non autem Versibus *Precum*, nec in *Pretiosa* ad Primam, neque in Versibus *Responsiorum Matutini*.

5. In Officio Festi trium Lectionum, post omnes Psalmos Ferialia cum Antiphonis dicitur Versus de Communi Sanctorum, hoc ordine: Feria secunda et quinta, Versus primi Nocturni: Feria tertia et sexta, Versus secundi Nocturni: Feria quarta, Versus tertii Nocturni.

6. Versus positi in Psalterio ad Laudes et Vesperas, semper dicuntur, quando alii proprii non assignantur in Proprio de Tempore.

#### 25. DE ABSOLUTIONIBUS ET BENEDICTIONIBUS ANTE LECTIONES.

1. Absolutiones et Benedictiones dicuntur per ordinem in Officio novem Lectionum ante Lectiones, ut in prima Dominica de Adventu ponuntur, scilicet, post Versum, dicto *Pater noster*, Et ne nos dicitur Absolutio, et Benedictiones, ut ibi: praeterquam in Matutinis Tenebrarum majoris Hebdomadae, et in Officio Defunctorum, in quibus Absolutio, et Benedictiones non dicuntur.

2. Si fiat Officium trium Lectionum, et sit de Feria, in qua singulae tres Lectiones sunt de Scriptura, Absolutio et Benedictiones sumuntur ex prima Dominica de Adventu, hoc ordine: Feria secunda et quinta, dicuntur Absolutio et Bene-

dictiones primi Nocturni: FERIA tertia et sexta, secundi Nocturni: FERIA quarta et Sabbato, tertii Nocturni.

3. Si autem singulae tres Lectiones sint de Homilia super Evangelium, Absolutio dicitur secundum Feras, ut supra: Benedictiones vero semper dicuntur ut in tertio Nocturno, scilicet, prima Benedictio erit Evangelica lectio: secunda, Divinum auxilium: tertia, Ad societatem. Si fit de Sancto trium Lectionum, Absolutio dicitur secundum Feras, ut supra: Benedictiones vero semper dicuntur ut in tertio Nocturno hoc modo: Prima Ille nos benedicat: secunda Cujus, vel Quorum, vel Quarum Festum colimus: tertia Ad societatem.

4. Quando fit Officium Sanctae Mariae in Sabbato, Absolutio et Benedictiones dicuntur ut habentur in ejus Officio parvo circa finem Breviarii.

#### 26. DE LECTIONIBUS.

1. Lectiones leguntur ad Matutinum, dictis Psalmis Nocturnorum cum Antiphonis, Versibus, Absolutionibus quoque, et Benedictionibus, ut supra. In Duplicibus, et Semiduplicibus dicuntur novem Lectiones, id est, in quolibet Nocturno tres: in Feriis, et Festis Simplicibus leguntur tantum tres Lectiones.

2. In Officio novem Lectionum dicuntur hoc modo. In primo Nocturno semper leguntur tres Lectiones de Scriptura: quae, quando suis locis propriae, aut de Communi Sanctorum non assignantur, semper leguntur ut in Officio de Tempore: quae sua quaque die

occurrunt legendae. In secundo Nocturno, si fit de Sancto, tres Lectiones leguntur de vita Sancti, vel de aliquo Sermone, aut Tractatu, qui ei convenit: quae si non adsint propriae, leguntur ex Communi Sanctorum. Ex quo etiam Communi completur numerus trium Lectionum, quando Officium fit novem Lectionum de aliquo Sancto, qui habet tantum unam, vel duas Lectiones proprias. Si fit de Dominica, vel de alio Officio novem Lectionum per annum, etiam de Octava, leguntur tres Lectiones de Sermone, aut Tractatu, qui in illis ponitur. In tertio Nocturno semper leguntur tres Lectiones de Homilia in Evangelium positae in Proprio, aut ex Communi assignatae, et primae Lectioni de Homilia semper praepositur principium Evangelii, de quo est Homilia, etiam infra Octavas. Excipiuntur ab hoc ordinario Lectionum, Matutina Tenebrarum ante Pascha, et Defunctorum, ut in suis Officiis ponitur.

3. Si in Officio novem Lectionum in quo non dicitur novum Responsorium, contingat fieri Commemorationem de aliquo Sancto, qui propriam habet Lectionem, nona Lectio legitur de Sancto: si habuerit duas Lectiones, ex duabus fiat una Lectio, ommissa nona Lectione in dicto Officio novem Lectionum, vel octavae Lectioni adjuncta. Quod si eodem die occurrat Dominica, vel FERIA, quae habeat Homiliam, nona Lectio Sancti omittitur, et ejus loco legitur Homilia Dominicae, vel FERIAe, scilicet vel prima Lectio de Homilia, vel tres

simul in unam Lectionem conjunctae.

4. In Officio trium Lectionum, si fit de Feria, tres Lectiones leguntur de Scriptura, nisi tres sint de Homilia, quia tunc omissis Lectionibus de Scriptura, leguntur de Homilia. Si fit de Sancto, qui habet duas Lectiones, prima tantum erit de Scriptura, ut vel legatur una, vel ex tribus simul junctis fiat una; secunda, et tertia de Sancto. Si unam tantum habuerit, vel propriam vel ex Communi assignatam, prima et secunda erunt de Scriptura, tertia de Sancto: quod etiam servatur in Officio Beatae Mariae in Sabbato.

5. Lectiones autem de Scriptura in Officio de Tempore sic distributae sunt per annum, ut quotidie aliquid ex ea legatur, etiam in Officio de Sanctis, quando aliae (ut dictum est) non assignantur.

6. Initia Librorum sacrae Scripturae (qui fere semper in Dominicis inchoantur) eo die ponuntur, quo notata sunt, etiam si fiat Officium de Sancto, nisi in Festo aliae propriae Lectiones Scripturae, vel de Communi assignentur: tunc enim initium Lectionis de Scriptura transfertur in sequentem diem similiter non impeditam, et Lectiones illi diei de eadem Scriptura assignatae, vel cum superioribus Lectionibus legantur, vel omittantur; ita ut non oporteat eas amplius in alio sequenti die resumere, sed illae legantur, quae sua quaque die occurrunt, aut cum eisdem jungantur. Quod semper servetur, quando Lectiones occurrentes de Scriptura aliquo die omittuntur.

7. Cum autem initium aliqujus Epistolae Catholicae tempore Paschali, aut alicujus Prophetiae minoris mense Novembri, infra Hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo Festo novem Lectionum habente proprias Lectiones de Scriptura, dictum initium Epistolae, et Prophetiae, quoad commode fieri poterit, ponatur in sequenti Feria, alio simili initio Scripturae ponendo, vel Festo non impedita; alioquin in praecedenti similiter non impedita, ita ut aliquo modo ponatur, etiam si plura initia eodem die poni oporteat.

8. De Scriptura quoque tantum est positum, quantum satis videtur pro numero Hebdomadarum, quae esse possunt, et inter Epiphaniam et Septuagesimam, et inter Pentecosten et Adventum. Ubi vero contingit minui numerum Dominicarum, et Hebdomadarum post Epiphaniam, adveniente Dominica Septuagesimae, quod superest de Epistolis beati Pauli, quae distributae sunt pro numero dictarum Dominicarum, et Hebdomadarum, eo anno omittitur, quamvis de aliquibus Epistolis nihil sit lectum. Quod etiam fit de Scriptura ex libris Regum (de quibus legitur ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam primam Augusti) cum non expletur numerus Dominicarum post Pentecosten, de eis Libris annotatus usque ad mensem Augusti, quia tunc Lectionibus, de his libris omissis, legitur de Scriptura, quae ponitur mense Augusti. Quod si fiat de aliqua Dominica post Epiphaniam anticipata in Feria, eo modo quo dictum est de Dominicis

numero 4 et 5; tunc post Officium Dominicæ anticipatæ, in sequentibus diebus legatur de Epistolis S. Pauli assignatis Dominicæ anticipatæ et sequentibus Feriis, omissis aliis, quæ sunt assignatæ præcedenti Hebdomadæ. Quid autem observandum sit cum mensis, cui quinque Dominicæ assignantur, non habuerit nisi quatuor, in propriis locis notatur.

9. Lectiones de Scriptura positæ in Communi Sanctorum, leguntur in Festis, ubi assignantur in Proprio Sanctorum per annum. Rursus quando aliquod Festum in propria Ecclesia solemniter celebratur; item quando aliquod Festum novem Lectionum occurrit in Quadragesima, et Quatuor Temporibus, in secunda Feria Rogationum, et in Vigilia Ascensionis, in quibus Feriis in Officio de Tempore non assignantur Lectiones de Scriptura, sed de Homilia: tunc enim in Festis recurrendum est ad Lectiones de Scriptura positas in Communi Sanctorum. Quod si in aliquibus ex supradictis Feriis occurrat dies Octava alicujus Festi habentis Octavam, tunc in primo Nocturno diei Octavæ repetantur Lectiones, quæ in primo Nocturno Festi lætæ fuerunt: si vero occurrat dies infra Octavam, tunc sumantur de Communi. Aliæ Lectiones secundi et tertii Nocturni, positæ in Communi Sanctorum similiter leguntur, quando in Proprio Sanctorum assignantur, et quando in aliqua Ecclesia aliquod Festum celebratur cum novem Lectionibus (quia in ea est solemne, aut consuetum

in ea celebrari) quod proprias et approbatas de Festo Lectiones non habuerit.

10. Lectiones primi Nocturni leguntur cum titulo libri ex quo sumuntur, nisi aliter in propriis locis notetur. Lectiones etiam secundi Nocturni, quando sunt ex aliquo Sermonne vel Tractatu, leguntur cum titulo et nomine auctoris: alias minime. Et similiter in tertio Nocturno præponitur Titulus auctoris, cujus est Homilia.

11. In fine cujusque Lectionis dicitur Tu autem Domine miserere nobis, et respondetur Deo gratias. Quod etiam fit in Lectionibus brevibus in principio Completorii, et in fine Primæ post Pretiosa; præterquam in triduo majoris Hebdomadæ ante Pascha, et in Officio Defunctorum, ut suis locis ponitur.

#### 27. DE RESPONSORIIS POST LECTIONES.

1. Responsoria dicuntur ad Matutinum post Lectiones: id est, post quamlibet Lectionem dicitur unum Responsorium, ut infra.

2. In Festis novem Lectionum (præterquam in Festo Sanctorum Innocentium, quando non venerit in Dominica) et in Dominicis ab Octava Paschæ inclusive, usque ad Adventum exclusive, et a Dominica infra Octavam Nativit. inclusive, usque ad Septuagesimam exclusive, dicuntur octo tantum Responsoria; et in fine tertii, et sexti, et octavi, dicitur Gloria Patri, cum repetitione partis Responsorii: quod regulare est in fine ultimi Responsorii cujuslibet Nocturni.

ni, tam in Officio novem, quam trium Lectionum: excepto tempore Passionis: quo tempore loco Glória Patri, repetitur Responsorium a principio, excepto etiam Officio Defunctorum, cujus loco dicitur Réquiem aetérnam, etc. Qui versus Glória Patri, quibusdam diebus dicitur in primo Responsorio, ut in propriis locis annotatur. Post Nonam Lectionem praedictis diebus, quando octo tantum dicuntur Responsorialia, immediate dicitur Hymnus *Te Deum*.

3. In Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, et in triduo ante Pascha, dicuntur novem Responsorialia, quia tunc non dicitur *Te Deum*.

4. In Officio autem trium Lectionum, quando fit de Festo, et in Feriis temporis Paschalis, quod est inter Dominicam in Albis, et Ascensionem (excepta Feria secunda Rogationum, in qua ponitur tertium Responsorium) dicuntur duo Responsorialia, quia post tertiam Lectionem dicitur *Te Deum*. Quae Responsorialia in Festis sumuntur de Communi Sanctorum, et in dictis Feriis temporis Paschalis, quando alia propria non assignantur, sumuntur de Dominica, in qua primo sunt posita, hoc ordine: secunda et quinta Feria, primum et secundum Responsorium primi Nocturni: Feria tertia et sexta primum et secundum Responsorium secundi Nocturni: Feria quarta, primum et secundum Responsorium tertii Nocturni.

5. In aliis Feriis extra tempus Paschale dicuntur tria

Responsorialia (quia in illis non dicitur *Te Deum* hoc ordine: Feria secunda et quinta, tria Responsorialia primi Nocturni: Feria tertia et sexta, tria Responsorialia secundi Nocturni: Feria quarta et Sabbato, quando in eo fit de Feria, tria Responsorialia tertii Nocturni Dominicae praecedentis, in qua primo sunt posita. Verum quia in tertio Nocturno Dominicarum a tertia post Pentecosten inclusive, usque ad Adventum exclusive, non habetur nisi unum Responsorium dicendum infra Hebdomadam, quod est septimum in Dominica (propterea quod Responsorium *Duo Séraphim* non dicitur nisi in praedictis Dominicis) ideo Feria quarta et Sabbato, quando Responsorialia sumenda erunt ex tertio Nocturno, primum Responsorium erit quod est septimum Dominicae: secundo et tertio loco dicitur secundum et tertium sequentis Feriae, id est, post secundam et tertiam Lectionem dicitur secundum et tertium Responsorium, quod est secundum et tertium secundae sequentis Feriae, si propria Responsorialia habuerit; alioquin si non habuerit propria dicitur secundum et tertium Responsorium primi Nocturni ejusdem Dominicae. Ab Octava Epiphaniae usque ad Septuagesimam habentur Responsorialia propria in singulis Feriis, excepto Sabbato: in quo, quando fit de Feria, dicuntur Responsorialia Feriae quartae.

6. Sumuntur autem Responsorialia ex eo loco, ubi primo sunt posita, in principio mensis, vel libri, et repetuntur in



aliis sequentibus Dominicis illius mensis, in quibus alia non assignantur, vel donec de illo libro legitur, unde sumpta sunt Responsoria. Quae autem in prima Hebdomada mensis posita sunt per Ferias, repetuntur eodem ordine in eisdem Feriis per sequentes Hebdomadas, donec alia ponantur. Ubi vero non adsunt propria, semper ex Nocturnis Dominicæ sumuntur dicto ordine.

7. Si Responsoria primi Nocturni ejus Dominicæ, in quo primo ponuntur, propter Festum Duplex in ea occurrens, in ipsa Dominica poni non possint, ponantur prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria, et omitantur alia, quæ forte in illa Feria propria haberentur. Si vero in tota Hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de Feria, illa Responsoria ponantur in sequenti Hebdomada, vel Dominica similiter non impedita, et dummodo in ea alia Responsoria non sint primo ponenda; alioquin eo anno omitantur. Responsoria etiam, quæ in aliquibus Feriis per Hebdomadam habentur, si eo die quo posita sunt, non possunt dici propter Festum occurrens, non sunt transferenda in aliam diem, sed omituntur.

8. Tempore Paschali in fine Responsorii ante Versum additur Allelûa.

#### 28. DE RESPONSORIIIS BREVIBUS HORARUM.

1. Responsoria brevia dicuntur post Capitulum ad Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam, et ad Completorium, præterquam in triduo ante Pascha

usque ad Nonam Sabbati in Albis inclusive, quibus diebus non dicuntur. Ad Primam et Completorium semper dicuntur eodem modo, ut in Psalterio. In aliis Horis, quando fit Officium de Dominica, vel Feria per annum, dicuntur ut habentur in Psalterio. In Adventu autem, Quadragesima, tempore Passionis, et Paschali, ut suis locis habentur propria. In Festis similiter, quando non habentur propria, dicuntur ut in Communi Sanctorum.

2. In fine Responsorii brevis dicitur Glôria Patri, cum repetitione Responsorii, eo modo quo ordinatur ad Primam in Psalterio, præterquam tempore Passionis: tunc enim non dicitur Glôria Patri in Officio de Tempore, sed solum repetitur Responsorium breve a principio.

3. In Responsorio brevi ad Primam, loco Versus Qui sedes, &c. in Adventu dicitur Qui venturus es in mundum, tam in Dominicis et Feriis, quam in Festis; excepto Festo Conceptionis Beatae Mariæ. In Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, etiam in Festis occurrentibus; in Festo Corporis Christi, et per Octavam, et in omni Officio Beatae Mariæ tam novem, quam trium Lectionum, etiam si infra ejusdem Octavas fiat de Festo, vel de Dominica, dicitur Qui natus es de Maria Virgine. In Epiphania, et per Octavam, et in Festo Transfigurationis, dicitur Qui apparuisti hodie. A Dominica in Albis inclusive, usque ad Ascensionem exclusive, tam in Officio de Tempore, quam de Sanctis (excepto Officio Sanctæ Mariæ) semper

dicitur Qui surrexisti a mór-  
tuis. In Ascensione usque ad  
Pentecosten exclusive, dicitur  
Qui scandis super sidera. In  
Pentecoste, et reliquo anni  
tempore, tam in Officio de  
Tempore, quam de Sanctis,  
dicitur Qui sedes ad dexteram  
Patris, ut in Psalterio.

4. Responsoria brevia alia-  
rum Horarum quae ponuntur  
in prima Dominica de Adventu,  
dicuntur per totum Adventu  
quando fit Officium de  
Tempore. Similiter quae pon-  
untur in prima Dominica  
Quadragesimae, dicuntur us-  
que ad Dominicam Passionis  
exclusive. Et quae ponuntur in  
Dominica Passionis, dicuntur  
usque ad Feriam quintam in  
Coena Domini exclusive. Item  
quae ponuntur in Dominica in  
Albis, dicuntur usque ad As-  
censionem exclusive. Quae  
vero ponuntur in aliquo Festo  
habente Octavam, dicuntur  
per totam Octavam, quando  
fit de Octava. In Officio autem  
Beatae Mariae, tam novem,  
quam trium Lectionum, ex-  
cepto Festo Assumptionis ejus-  
dem, dicuntur semper Respon-  
soria brevia de Communi Vir-  
ginum.

5. Tempore Paschali, a Do-  
minica in Octava Paschae  
usque ad Sabbatum post Pen-  
tecosten inclusive, in fine Res-  
ponsorii brevis ante primum  
Versum, dicuntur duo Alle-  
luia, quae etiam post dictum  
primum Versum repetuntur  
pro parte Responsorii, et in  
fine secundi Versus unum tan-  
tum Alleluia, tam in Officio de  
Tempore, quam de Sanctis, ut  
dicitur in Rubrica, quae est in  
Sabbato in Albis. Extra tem-  
pus Paschale, quamvis in ali-

quibus Festis ad Tertiam, Se-  
xtam, et Nonam, Responsorii  
brevibus addantur Alleluia,  
non ideo adduntur ad Primam  
et Completorium.

#### 29. DE CAPITULIS.

1. Capitula semper dicuntur  
(praeterquam a Feria quinta  
in Coena Domini, usque ad  
Vesperas Sabbati in Albis ex-  
clusive, et praeterquam in Of-  
ficio Defunctorum) ad Vesperas,  
Laudes et alias Horas,  
dictis Psalmis, et Antiphonis;  
ad Completorium vero, dicto  
etiam Hymno.

2. Capitula Dominicalia po-  
sita in Psalterio, in primis et  
secundis Vesperis, in Laudibus,  
et Horis, dicuntur a tertia  
Dominica post Pentecosten  
usque ad Adventum, et a se-  
cunda post Epiphaniam usque  
ad Septuagesimam. Capitula  
autem Ferialia dicuntur post  
Octavam Pentecostes usque ad  
Adventum, et ab Octava Epi-  
phaniae usque ad Dominicam  
primam Quadragesimae. Aliis  
temporibus dicuntur ut in Pro-  
prio de Tempore: si fit de  
Sanctis, ut in Proprio de Sanctis,  
cum propria adsunt; alio-  
quin de Communi Sanctorum.  
Capitulum Primae, et Comple-  
torii (quando Capitula dicuntur)  
nunquam mutatur, ut in  
Psalterio.

3. In Dominicis ab Adventu  
usque ad Octavam Epiphaniae,  
et a Septuagesima usque ad  
tertiam post Pentecosten, et in  
Feriis temporis Paschalis, et in  
omnibus Festis regulariter Ca-  
pitulum positum in primis Vesperis,  
dicitur in Laudibus, ad  
Tertiam, et in secundis Vesperis,  
quibusdam exceptis, quae  
suis locis assignantur.

4. In Feriis tempore Paschali ad Primam dicitur Capitulum Regi saeculorum, sicut in Dominicis, et Festis. Post Capitulum semper respondetur Deo gratias.

### 30. DE ORATIONE.

1. Oratio in Vesperis, et Laudibus dicitur post Antiphonas ad Magnificat et Benedictus immediate, nisi quando dicendae sunt Praeces, quae dicuntur post Antiphonam, et in fine illarum Oratio. Ad Primam et alias Horas, Oratio dicitur post Responsorium breve, nisi dicendae sint Praeces: tunc enim Oratio dicitur post Praeces. Ad Completorium Oratio dicitur post Antiphonam Salva nos, nisi dicendae sint Praeces: et tunc dicitur post illas.

2. Ad Primam, et Completorium nunquam mutantur Orationes, quae habentur in Psalterio, praeterquam in triduo ante Pascha, in quo triduo ad omnes Horas usque ad Nonam Sabbati sancti inclusive post Psalmum Miserere, dicitur Oratio diei, ut suo loco ponitur. In aliis Horis regulariter dicitur Oratio, quae dicta est in primis Vesperis. In Quadragesima autem, Quatuor Temporibus, Vigiliis, et Feria secunda Rogationum, Oratio, quae dicta est in Laudibus, dicitur tantum ad Tertiam, Sextam et Nonam. In Vesperis autem sequentibus, si fit de Feria, dicitur vel alia propria, ut in Quadragesima, vel Dominicae praecedentis, ut in aliis Feriis. Quae Oratio praecedentis Dominicae semper dicitur in Feriali Officio per Hebdomadam, quando propria

non assignatur. Infra Octavas dicitur Oratio, ut in die Festi: similiter et in die Octavae, nisi alia propria assignetur.

3. Ante Orationem, etiam quando aliquis solus recitat Officium, semper dicitur Versus Dominus vobiscum, et respondetur: Et cum spiritu tuo. Qui Versus non dicitur ab eo, qui non est saltem in ordine Diaconatus, nec a Diacono, praesente Sacerdote, nisi de illius licentia. Si quis autem ad Diaconatus ordinem non pervenerit, ejus loco dicat Domine, exaudi orationem meam; et respondetur: Et clamor meus ad te veniat. Deinde dicitur Oremus, postea Oratio: quae si unica tantum dicatur, Versus Dominus vobiscum, vel Domine, exaudi, repetitur finita Oratione, postquam fuerit responsum Amen. Sin autem plures Orationes dicendae sint, ante quamlibet Orationem dicitur Antiphona, et Versus, deinde Oremus: et post ultimam Orationem, repetitur Dominus vobiscum: postea dicitur Benedicamus Domino: respondetur: Deo gratias. Deinde dicitur Versus Fidelium animae. Qui versus non dicitur post Benedicamus Domino, ad Primam ante Pretiosa, &c. neque ad Completorium ante Versum Benedicat, nec quando post aliquam Horam immediate sequitur Officium parvum Beatae Mariae, vel Officium Defunctorum, aut Septem Psalmi Poenitentiales, vel solae Litaniae.

4. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur Per Dominum; si ad Filium, Qui vivis et regnas. Si in principio Orationis fiat mentio Filii, di-

catur Per eundem; si in fine Orationis, dicatur Qui tecum vivit et regnat. Si fiat mentio Spiritus Sancti, dicatur In unitate ejusdem Spiritus Sancti, etc.

5. Quando plures Orationes dicuntur, prima tantum dicitur sub sua conclusione Per Dominum, vel aliter, ut supra: aliae non concluduntur, nisi in ultima Oratione; sed unicuique Orationi semper praeponitur *Orémus*, praeterquam in Officio Defunctorum, in quo alio modo, quam ut supra, Orationes dicuntur; item in Litanis, Orationes omnes dicuntur conjunctim sub uno *Orémus*, ut suis locis habetur.

### 31. DE HYMNO TE DEUM.

1. Hymnus *Te Deum* dicitur in omnibus Festis per annum, tam trium, quam novem Lectionum, et per eorum Octavas, excepto Festo Sanctorum Innocentium, nisi venerit in Dominica; dicitur tamen in ejus die Octava. Dicitur etiam in omnibus Dominicis a Pascha Resurrectionis inclusive, usque ad Adventum exclusive, et a Nativitate Domini inclusive, usque ad Septuagesimam exclusive: et in omnibus Feriis temporis Paschalis, scilicet a Dominica in Albis, usque ad Ascensionem, excepta Feria secunda Rogationum, in qua non dicitur.

2. Non dicitur autem in Dominicis Adventus, et a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, neque in Feriis extra tempus Paschale.

3. Cum dicitur, omittitur semper nonum vel tertium

Responsorium, et statim dicitur post ultimam Lectionem.

4. Cum non dicitur, ejus loco ponitur nonum vel tertium Responsorium: quo dicto statim inchoantur Laudes. Similiter quando dicitur *Te Deum*, eo Hymno dicto, statim inchoantur Laudes, praeterquam in nocte Nativitatis Domini, quia tunc dicitur Oratio, postea celebratur Missa, ut suo loco notatur.

### 32. DE ORATIONE DOMINICA, ET SALUTATIONE ANGELICA.

1. Oratio Dominica *Pater noster*, et Salutatio Angelica *Ave Maria*, semper dicitur secreto ante omnes Horas, praeterquam ad Completorium, in cujus principio post Lectionem brevem *Frateres, Sobrii*, dicto *Versu Adjuvatorium nostrum*, dicitur tantum *Pater noster*, secreto; et in fine Completorii statim post Orationem Beatae Mariae, dicitur *Pater noster*, *Ave Maria*, et *Credo*, totum similiter secreto. Finitis Horis et dicto *Versu Fidei animae*, dicitur similiter secreto *Pater noster* tantum, nisi sequatur Officium Beatae Mariae, quia tunc post illud dicitur *Pater noster*, ut supra, et nisi alia Hora subsequatur: tunc enim dicitur semel tantum *Pater noster*, cum *Ave Maria*, pro principio sequentis Horae, qua finita, dicitur *Pater noster*, ita ut semper dicatur in fine ultimae Horae. Si autem post Vesp. immediate sequatur Completorium, dicto *Fidei animae*, incipitur *V. Jube, domne, benedicere*.

2. Quando in fine Orationis Dominicae proferendum est

clara voce, Et ne nos inducas, semper in principio eadem voce proferuntur haec duo verba Pater noster, ut in Precibus, et similibus; alias nunquam proferuntur, sed dicitur totum secreto. Ad Laudes vero, et Vesperas, quando in Feriali Officio dicuntur Preces, totum dicitur clara voce ab Hebdomadario.

3. Salutatio Angelica semper dicitur ante Officium Beatæ Mariæ, quando non conjungitur cum Officio Domini; quia tunc sufficit dixisse eam in principio cum Oratione Dominica.

### 33. DE SYMBOLO APOSTOLORUM ET SYMBOLO S. ATHANASII.

1. Symbolum Apostolorum semper dicitur ante Matutinum, et Primam, et finito Completorio post Orationem Angelicam, totum secreto; etiam si ad Primam et Completorium iterum dicendum sit cum Precibus. Quando vero dicitur cum Precibus ad Primam et Completorium, clara voce proferitur Credo in Deum, et in fine, Carnis resurrectionem; reliquum dicitur secreto, alias totum secreto dicitur, ut supra.

2. Symbolum S. Athanasii dicitur ad Primam post Psalmum *Rebribue*, in omnibus Dominicis per annum, quando Officium fit de Dominica, exceptis Dominicis infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis, et Corporis Christi, ac Dominica Resurrectionis, et Pentecostes, in quibus dicuntur tantum tres Psalmi consueti, ut in Festis. In Dominicis infra alias Octavas, et in Dominica Trinitatis

dicitur; alias nunquam, neque si aliquod Festum Duplex celebretur in Dominica. Et in fine illius dicitur *Glória Patri*.

### 34. DE PRECIBUS.

1. Preces sunt aliquot Versus, qui aliquando dicuntur ante Orationem, incipientes a *Kyrie eléison*, vel a *Pater noster*.

2. Preces Dominicales ad Primam et Completorium ut in Psalterio, non dicuntur in Duplicibus, nec infra Octavas, nec in Vigilia Epiphaniae, et Feria sexta, et Sabbato post Octavam Ascensionis, etiam si infra Octavam fiat Officium de Dominica, vel alio Festo Semiduplici, quia tunc ratione Octavae non dicuntur; alias autem semper dicuntur.

3. Preces FERIALES ad Laudes et per Horas distinctae ut in Psalterio, dicuntur tantum in Feriali Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum, et Vigiliarum, quae jejuntur (exceptis Vigilia Nativitatis Domini, ac Vigilia, et Quatuor Temporibus Pentecostes), et tunc dicuntur flexis genibus. In aliis Feriali per annum nunquam dicuntur nisi Dominicales, et in illis non flectuntur genua.

4. In Feriali Adventus, Quadragesimae, et Quatuor Temporum, dicuntur Preces FERIALES etiam ad Vesperas si non sequatur Festum: ad Completorium dicuntur consuetae de Dominica, sed flexis genibus. Dicuntur autem Preces flexis genibus ab Hebdomadario usque ad Versum *Dominus vobiscum*, ante primam Orationem; a circumstantibus autem usque ad Versum *Benedi-*

canus Domino, post ultimam Orationem.

5. In Vigiliis, Preces FERIALES dicuntur tantum ad Matutinum, et per Horas; ad Vesperas vero sequentes non dicuntur, quia inde fit de Festo. Quod si post Vigiliam S. Mathiae sequatur primus dies Quadragesimae, in Vesperis dicuntur Preces FERIALES, quamvis dicenda sit Oratio Dominicae praecedentis, et non Vigiliae. Quod etiam servatur, quando in Feria Sexta et Sabbato Quatuor Temporum Septembris fit Officium de Feria, cum in eis non occurrat Festum novem Lctionum: tunc enim in Vesperis FERIAE sextae dicuntur Preces, quamvis dicenda sit Oratio Dominicae praecedentis, non autem FERIAE Quatuor Temporum.

6. Psalmus *Miserere* dicitur cum Precibus ad Vesperas tantum, et Psalmus *De Profundis* ad Laudes. In Officio Defunctorum dicuntur Psalmi qui in eo Officio designantur.

35. DE COMMÉMORATIONIBUS COMMUNIBUS, SEU SUFFRAGIIS SANCTORUM.

1. Commemorationes communes, seu Suffragia de Sanctis, quae habentur in Psalterio post Vesperas Sabbati, dicuntur in fine Vesperarum, et Laudum, ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam Passionis exclusive, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusive, in Dominicis, Feriis et Festis (nisi Officium sit Duplex, vel infra Octavas, etiam si de Dominica, vel Semiduplici infra eas fiat) et illis ad-

jungitur Commemoratio de Patrono, vel Titulo Ecclesiae, ante vel post Commemorationem de Sancta Maria, de S. Joseph, et de Apostolis, pro dignitate illius; ita tamen, ut semper ultimo loco ponatur Commemoratio de Pace. Et ante illas in Feriali Officio fit Commemoratio de Cruce, quae habetur in Psalterio post Laudes FERIAE secundae.

2. Tempore Paschali fit alia Commemoratio de Cruce, ut ibi ponitur in Laudibus FERIAE secundae post Dominicam in Albis, et ea solum tunc dicitur: non tamen in Duplicibus, neque infra Octavas.

3. Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, semper fit ante ipsa Suffragia consueta, etiam ante Commemorationem de Cruce.

4. Commemoratio de Sancta Maria non fit cum aliis, quando dicitur ejus Officium parvum, nec quodcumque fit Officium de ea.

36. DE ANTIPHONIS B. MARIAE IN FINE OFFICII.

1. Antiphonae Beatae Mariae positae in fine Psalterii post Completorium, singulae dicuntur pro temporis diversitate, ut ibi annotatur, praeterquam in triduo majoris Hebdomadae ante Pascha.

2. Dicuntur autem extra Chorum, tantum in fine Completorii et in fine Matutini, dictis Laudibus, si tunc terminandum sit Officium: alioquin, si alia subsequatur Hora, in fine ultimae Horae. In Choro autem semper dicuntur, quodcumque, terminata aliqua Hora, discedendum est a Choro.

3. Nunquam vero dicuntur

**lxiv.**      *Rubricae Generales Breviarii.*

post aliquam Horam, quando subsequitur cum Officio diei Officium Defunctorum, vel Septem Psalmi Poenitentiales, aut Litaniae, praeterquam post Completorium, in quo semper dicuntur, etiam si praedicta subsequantur: neque etiam dicuntur, quando post aliquam Horam immediate subsequitur Missa. Dicuntur autem flexis genibus (praeterquam in diebus Dominicis, a primis Vesperis Sabbati, et toto tempore Paschali) Hebdomadario tamen ad Orationem surgente.

**37. DE OFFICIO PARVO B. MARIAE ET ALIIS.**

1. De Officio parvo B. Mariae, de Officio Defunctorum, de Septem Psalmis Poenitentialibus, et Litanis, et de Psalmis Gradualibus, quando, et quomodo, tam in Choro, quam extra Chorum, dicenda sint, habentur suis locis propriae Rubricae circa finem Breviarii.

2. Tempore Paschali, in Officio parvo Beatae Mariae, quod dicitur in Choro, non additur Alleluia Antiphonis, neque Versibus, neque Responsoris.

## Duae Tabellae

EX RUBRICIS GENERALIBUS EXCERPTAE.

In quarum prima statim videri poterit, de quo celebrandum erit Officium, si plura eodem die Festa occurrant.

In secunda vero, quomodo Officium praecedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis dici.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur quod quaeritur.



**PRIMUM** inveniatur numerus positus in quadrangulo illo, in quo Festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurrunt, deinde legatur Regula juxta dictum numerum descripta, et ex ea clare videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia : Quadrangulus, in quo sibi invicem occurrunt Duplex primae Classis, et Dominica primae Classis, erit qui est in angulo superiori primae Tabellae, in quo signatus est numerus 1, quia si ad eum tam Duplex, quam Dominica praedicta ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi invicem occurrerent. Regula autem juxta dictum numerum apposita sic habet : 1. Translatio de primo, Officium de secundo. Id est, Duplex primae Classis praedictum transferatur, et Officium fiat de Dominica primae Classis, quia cum in his regulis dicitur, de primo seu praecedenti, intelligitur de Festo in

superiori parte Tabellae appposito, ut Duplex praedictum; cum de secundo vel sequenti, de Festo in inferiori parte sub numeris appposito, ut Dominica praedicta.

In aliquibus autem quadrangulis nullus appositus est numerus, vel quia nullus occurrit, neque concursus esse potest, vel quia in propriis locis adnotatur in Breviario quid sit agendum.

Scire tamen oportet, quae sint Duplicia primae et secundae Classis et majora per annum, et quae Dominicae et Ferae majores dicantur.

### DUPLICIA

#### PRIMAE CLASSIS

In quibus nulla fit Commemoratio quorumcumque Festorum concurrentium, nisi prout supra in Rubricis.

Nativitas Domini.

Epiphania Domini.

Pascha Resurrectionis, cum tribus antecedentibus et duobus sequentibus diebus.

Ascensio Domini.

Pentecostes, cum duobus sequentibus diebus.

Festum Corporis Christi.

Assumptio B. Mariae Virginis.

Nativitas sancti Joannis Baptistae.

Festum sancti Joseph Sponsi B. Mariae Virginis.

Festum SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Festum Omnium Sanctorum.

Dedicatio propriae Ecclesiae.

Patronus vel Titulus Ecclesiae.



## DUPLICIA

## SECUNDAE CLASSIS,

In quibus de Simplicibus fit  
Commemoratio in Laudibus  
tantum.

Circumcisio Domini.  
Festum SS. Nominis Jesu.  
Festum SS. Trinitatis.  
Festum pretiosissimi Sanguinis  
D. N. J. C.

Purificatio }  
Annuntiatio } B. V. Mariae.  
Visitatio }  
Nativitas }  
Conceptio }

Dedicatio S. Michaelis Ar-  
changeli.

Natalitia undecim Apostolo-  
rum.

Festa Evangelistarum.

Festum sancti Stephani Proto-  
martyris.

SS. Innocentium Martyrum.

Festum S. Laurentii, Mart.

Festum Patrocini S. Joseph.

Inventio sanctae Crucis.

## DOMINICAE MAJORES

dividuntur in duas Classes.

## DOMINICAE I. CLASSIS

quae nunquam omittuntur :

Prima Adventus.  
Prima Quadragesimae.  
Passionis.  
Palmarum.  
Paschae.  
In Albis.  
Pentecostes.  
Trinitatis.

## DOMINICAE II. CLASSIS

Quae non omittuntur, nisi oc-  
currente Patrono vel Titulari  
Ecclesiae, et ejusdem Dedi-  
catione: et tunc de eis fit  
semper Commemoratio in

utrisque Vesperis et Laudi-  
bus:

Secunda	} Adventus
Tertia	
Quarta	
Dominicae	} Septuagesimae. Sexagesimae. Quinquagesimae.
Secunda	
Tertia	
Quarta	} Quadragesimae.
Quarta	

## DUPLICIA MAJORA

## PER ANNUM

Quae aliis Duplicibus mino-  
ribus praefertuntur :

Transfiguratio Domini.  
Exaltatio sanctae Crucis.  
SS. Cordis D. N. J. C.  
Duo Festa VII. Dolorum.  
Commem. B. M. V. de Monte  
Carmelo.  
B. M. V. ad Nives.  
Festum SS. Nominis B. M. V.  
Festum B. M. V. de Mercede.  
Solemnitas SS. Rosarii.  
Praesentatio B. M. V.  
Apparitio S. Michaelis Arch.  
Decollatio S. Joan. Baptistae.  
Cathedra S. Petri utraque.  
Festum ejusdem ad vincula.  
Conversio S. Pauli.  
Festum S. Joannis ante Por-  
tam Latinam.  
S. Barnabae Apostoli.  
S. Joachim Patris B. M. V.  
Confessoris.  
S. Annae Matris B. M. V.  
Patronorum minus principa-  
lium.

## FERIAE MAJORES,

de quibus semper fit Comme-  
moratio :

Adventus.  
Quadragesimae.  
Quatuor Temporum.  
Secunda Rogationum.

SI OCCURRAT EODEM DIE

Duplex 1. classis, et	6	4	0	6	2	4	6	2	2	8	4	4	1
Duplex 2. classis,	4	4	0	4	2	4	6	2	8	1	4	1	1
Duplex per annum,	4	4	0	4	2	1	4	8	1	1	4	1	1
Dies infra Octavam,	4	4	0	4	3	3	7	3	5	5	3	3	3
Dies Octavae,	4	4	0	4	2	7	4	2	3	3	4	3	3
Semiduplex,	4	4	0	4	8	1	4	1	1	1	1	1	1
Simplex,	3	3	3	0	3	3	3	3	5	3	3	3	3
Sancta Maria in Sabbato,	5	5	0	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Feria major,	6	0	6	4	3	3	3	3	3	3	0	0	0
Vigilia,	0	5	6	4	3	3	3	3	5	0	0	0	0
1 Translatio de primo, Officium de secundo.	Dominica 1. classis.												
2 Officium de primo, translatio de secundo.	Dominica 2. classis.												
3 Commemoratio de primo, Officium de se- cundo.	Dominica per annum.												
4 Officium de primo, Commemoratio de se- cundo.	Duplex 1. classis.												
5 Nihil de primo, Offi- cium de secundo.	Duplex 2. classis.												
6 Officium de primo, nihil de secundo.	Duplex per annum.												
7 Officium de digniori, Commemoratio de mi- nus digno.	Dies infra Octavam.												
8 Officium de digniori, translatio de minus digno.	Dies Octavae.												
	Semiduplex.												
	Simplex.												
	Sancta Maria in Sabbato.												
	Feria major.												
	Vigilia.												

Notandum, quod Duplex quodcumque, etiam Patroni, et Tituli Ecclesiae, vel Dedicationis ejusdem, occurrens in Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Epiphaniae, in Feria quarta Cinerum, ac in tota majori Hebdomada, et infra Octavas Paschae et Pentecostes, in Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festo Assumpt. B. V., et Omnium Sanctorum, transfertur.

Infra Octavam Epiphaniae fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesiae et ejusdem Dedicatione, cum Commemoratione Octavae; alia Festa transferuntur post Octavam.

Infra Oct. Corporis Christi, Semiduplex transfertur, neque fit de Duplici translato, et de ea, quocumque adveniente Duplici, fit Commemoratio.

Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, Semiduplex occurrens in Dominica, transfertur in proxime sequentem diem: quae si fuerit impedita alio simili Festo, transfertur post Octavam.

De Oct. Nativitatis Domini, Epiphaniae, et Corporis Christi, semper fit Commem., quocumque Festo in illis occurr.

De aliis Octavis, quae non sunt in Calendario, nihil fit a Feria quarta Cinerum usque ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusive, et a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam

Dies Octavae nunquam transfertur; ideo quamquam Nativitas S. Joannis Baptistae occurrens in die Corporis Christi, transfertur in diem sequentem: non tamen transfertur Octava, sed de ea fit tantum Commemoratio in Officio de Octava Corporis Christi.

Si occurrat, ut Patronus, vel Titulus Ecclesiae descriptus sit eodem die in Calendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono, vel Titulari, absque commemoratione aliorum. Qui si in dicto Calendario descripti sint sub Officio Duplici, vel Semiduplici, transferuntur in primam diem simili Officio non impeditam; et de eis fiat Officium Semiduplex, nisi tamen sint de majoribus Festis, quia tunc de translato quoque fiet Officium Duplex, ac si proprio die celebraretur. Si vero in Calendario omnes sint tamquam Festum Simplex, de illis nihil fit.

De Feris Adventus et Quadragesimae, quando de eis non fit Officium, fit Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus cujuscumque Festi: de Quatuor Temporibus, et Feria secunda Rogationum, ac Vigiliis, in Laudibus tantum. Si vero aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, et Quatuor Temporibus, vel in diebus Festorum Duplicium primae Classis, sive Patroni, vel Tituli, aut Dedicationis Ecclesiae, de ea nihil fit, nec etiam in Laudibus.

QUANDO CONCURRIT

Dom. maj. seu 1. et 2. clas., cum	0	4	3	4	4	3	3	3	3	3	0
Dom. minor, seu per annum,	0	4	3	4	4	3	3	1	1	1	0
Duplex primae classis,	2	2	4	2	4	4	4	0	4	6	4
Duplex secundae classis,	4	4	4	4	4	4	4	3	6	3	4
Patronus, seu Titulus Eccl.,	2	2	4	2	4	4	4	0	4	0	4
Duplex per annum majus,	4	4	4	4	4	4	6	1	3	1	4
Duplex per annum minus,	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
Semiduplex,	4	5	3	4	5	3	3	1	1	1	5
Dies Octavae,	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
Dies infra Octavam,	0	0	3	4	5	3	3	1	1	1	5
1 Totum de sequenti, nihil de praecedenti.	Dominica quaecumque. Duplici primae classis. Duplici secundae classis. Patrono seu Titulo Ecclesiae. Duplici per annum majore. Duplici per annum minore. Semiduplici. Simpliciter. Die Octavae. Die infra Octavam. Sancta Maria in Sabbato.										
2 Totum de praecedenti, nihil de sequenti.											
3 Totum de sequenti, Commemoratio de praecedenti.											
4 Totum de praecedenti, Commemoratio de sequenti.											
3 Capitulum de sequenti, Commemoratio de praecedenti.											
0 Totum de digniori, Commemoratio de minus digno.											
Simplex, et S. Maria in Sabbato, Feria, et Vigilia non concurrunt.											

Notandum, quod in primis Vesperis diei Octavae Ascensionis et Corporis Christi, totum Officium fit de Octava, cum Commemoratione praecedentis Festi Duplicis, nisi fuerit Festum solemne principale, vel primae vel secundae Classis, quia tunc de Festo fieret Officium, et Commem. de Oct.

In secundis Vesperis diei Octavae Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, et Corporis Christi, de sequenti Duplici fit tantum Commemoratio, nisi illud fuerit primae, vel secundae Classis, seu Patronus, vel Titulus, aut Dedicatio Ecclesiae: quia tunc de Festo fieret Offi-

cium, et de Octava Commemoratio. Et similiter die Octava Corporis Christi in secundis Vesperis concurrente cum die Octava sancti Joannis Baptistae, Vesperae erunt de Octava Corporis Christi cum Commemoratione Octavae S. Joannis.

In secundis Vesperis Duplicis secundae Classis non fit Commemoratio de die infra Octavam, nisi quando de ea fieri debeat Officium die sequenti.

Cum plures fiunt Commemorationes, servetur hic ordo. De Duplici, de Dominica, de Semiduplici, de die infra Oct. de Fer. majori, seu Vigilia, de S. Maria in Sabb., de Simplici.

## Absolutiones et Benedictiones

DICENDAE ANTE LECTIONES IN OFFICIO NOVEM  
ET TRIUM LECTIONUM.

IN I. NOCTURNO,  
et pro ii. et v. Feria.

Absolutio.

**E**XAUDI, Dómine  
Jesu Christe, preces  
servórum tuórum, et mise-  
rere nobis: qui cum Patre et  
Spiritu Sancto vivis et re-  
gnas in saecula saeculó-  
rum. *Ry.* Amen.

Benedictiones.

1. Benedictione perpétua benedícat nos Pater aetérnus. *Ry.* Amen.
2. Unigénitus Dei Filius, nos benedicere et adjuvare dignetur.
3. Spiritus Sancti grátia illúminet sensus et corda nostra.

IN II. NOCTURNO,  
et pro iii. et vi. Feria

Absolutio.

**I**PSIUS pietas et mi-  
sericórdia nos ádju-  
vet, qui cum Patre et Spí-  
ritu Sancto vivit et regnat  
in saecula saeculórum.  
*Ry.* Amen.

Benedictiones.

4. Deus Pater omnípo-  
tens sit nobis propitiús et  
clemens. *Ry.* Amen.
5. Christus perpétuae det  
nobis gáudia vitae.
6. Ignem sui amóris ac-  
cendat Deus in córdibus  
nostris.

IN III. NOCTURNO,  
et pro Feria iv. et Sabbato.

Absolutio.

**A**VINCULIS pecca-  
tórum nostrórum ab-  
solvat nos omnípotens et  
miséricors Dóminus. *Ry.*  
Amen.

Benedictiones.

7. Evangélica léctio sit  
nobis salus et protéctio.  
*Ry.* Amen.
  8. Divínium auxíllium má-  
neat semper nobiscum.
  9. Ad societátem civium  
supernórum perdúcat nos  
Rex Angelórum.
- Si Officium sit de Sancto  
novem Lectionum, octava  
Benedictio erit:

Cujus festum cólimus, ipse (vel ipsa) intercédât pro nobis ad Dóminum.

Quando sunt plures, dicitur

Quorum (vel quarum) festum cólimus, ipsi vel ipsae intercédât pro nobis ad Dóminum.

Si Officium fit de S. Maria, viii. Benedicção erit:

Cujus festum cólimus, ipsa Virgo virginum intercédât pro nobis ad Dñum.

Si in ultima Lectiõne legendam sit aliud Evangelium cum Homilia, nona Benedicção erit:

Per evangélica dicta deleántur nostra delicta.

In Officio trium Lectiõnum dicuntur Absolutiones et Benedicções prædictæ ordine superius in Rubricis generalibus, et in l. Dominica de Adventu descripto:

et in eo, quando non legitur Homilia cum Evangelio, et Benedicções sumendæ sunt ex tertio Nocturno, prima Benedicção dicitur:

1. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat.
2. Divinum auxilium.
3. Ad societátem.

In Off. iiii. Lect., quando legitur Hom. cum Evang., prima Benedicção erit:

1. Evangélica lectiõ.
2. Divinum auxilium.
3. Ad societátem.

Si Officium fit de Sancto trium Lectiõnum, prima Benedicção erit:

1. Ille nos benedicat qui sine fine vivit et regnat.
2. Cujus vel Quorum.
3. Ad societátem.

In Officio de S. Maria in Sabbato, Absolutio et Benedicções quæ ibidem ponantur.

## Oratio

### DICENDA ANTE DIVINUM OFFICIUM.

**A**PERI, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis et aliénis cogitátionibus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et

exaudiri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum.

17. Amen.

Dómine, in uniõne illius divínæ intentionis qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persólvo.

## Oratio

## DICENDA POST DIVINUM OFFICIUM.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus, Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas induisit : et dicitur flexis genibus.

**S**ACROSANCTAE et individuae Trinitati, crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimae et gloriosissimae semperque virginis Mariae fecundae integritati, et omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria, ab omni creatura, nobisque

remissio omnium peccatorum per infinita saecula saeculorum. *R.* Amen.

*V.* Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium. *R.* Et beata ubera quae lactaverunt Christum Dominum.

Pater noster. Ave, Maria.





**E**t egredietur virga de  
radice jesse, et flos de  
radice ejus ascendet *Isaiae* XI



**Psalterium**  
DISPOSITUM  
PER HEBDOMADAM  
CUM ORDINARIO OFFICII DE TEMPORE.  
**PARS HIEMALIS.**

DOMINICA

AD MATUTINUM.

Ante Matutinum, et omnes Horas, praeterquam ad Completorium, dicitur secreto :



**M**ATER noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in coelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

**A**VE María, grátia plena, Dñus tecum: et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

In principio Matutini, et Primae, ac in fine Completorii, dicitur etiam Symbolum Apostolorum.

**C**REDO in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem coeli et terrae. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dñum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex María Virgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus,

mórtuus, et sepúltus : descendit ad inferos : tertia die resurrexit a mórtuis : ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : inde venturus est iudicare vivos et mórtuos. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Deinde clara voce dicitur: **V** DOMINE, labia mea aperies. *R.* Et os meum annuntiabit laudem tuam.

*V.* Deus, in adiutorium meum intende. *R.* Dñe, ad adiuvandum me festina.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto : Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Allelúia.

Sic dicitur Allelúia, ad omnes Horas, per totum Annum, praeterquam a Dominica in Septuagesima usque ad Feriam quintam in Coena Domini : tunc enim dicitur : **Laus tibi, Dómine, Rex aeternae glóriac.**

Invitatorium sequens dicitur ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam Septuagesimae.

Invitatorium. Adorémus Dóminum, \* Qui fecit nos.

Repetitur : Adorémus Dóminum, qui fecit nos.

Psalmus xciv.



**A**ENITE, exultemus Dño, jubilemus Deo salutári nostro : praeoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Adorémus Dóminum, qui fecit nos.

Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnes deos : quóniam non repellet Dñus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Qui fecit nos.

Quóniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : venite, adorémus, et procidamus ante Deum : plorémus coram Dño, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster : nos autem pópulus ejus, et oves páscae ejus.

Adorémus Dóminum, qui fecit nos.

Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et vidérent opera mea.

Qui fecit nos.

Quadraginta annis proximus fui generatióni huic, et dixi : Semper hi errant cor-

de : ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Adoremus Dominum, qui fecit nos.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto : Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Qui fecit nos.

Adoremus Dominum, qui fecit nos.

Sequens Hymnus dicitur ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam primam Quadragesimae.

Hymnus.

**P**RIMO die, quo Trinitas  
Beata mundum condidit,  
Vel quo resurgens Conditor  
Nos morte victa liberat :

Pulsis procul torporibus  
Surgamus omnes ocius,  
Et nocte quaeramus Deum,  
Propheta sicut praecipit :

Nostras preces ut audiat,  
Suamque dextram porrigat  
Et expiatis sordibus  
Reddat polorum sedibus :

Ut quique sacratissimo  
Hujus diei tempore  
Horis quietis psallimus,  
Donis beatis muneret.

Jam nunc, Paterna claritas,

Te postulamus affatim :  
Absint faces libidinis,  
Et omnis actus noxius.

Ne foeda sit, vel lubrica

Compago nostri corporis,  
Ob cujus ignes ignibus  
Avernus urat acrius.

Mundi Redemptor quaesumus,

Tu probra nostra diluas ;  
Nobisque largus comoda  
Vitae perennis conferas.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne saeculum. Amen.

Aliis temporibus a supradictis, Invitatorium et Hymnus dicuntur quae habentur in Proprio de Tempore, pro Officii varietate : quod et in Capitulis et Hymnis ad Laudes, et in aliis similibus servetur.

### IN I. NOCTURNO.

In Adventu, Antiphona.  
Veniet ecce Rex.

Per Annum, Antiphona.  
Servite Domino.

Asteriscus \* notat pausam cantus in choro.

Psalmus i.



**B**EATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, \* et in cathedra pestilentiae non sedit :

Sed in lege Domini voluntas ejus, \* et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, \* quod

fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet : \* et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : \* sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impii in iudicio : \* neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : \* et iter impiorum peribit.

Glória Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto :

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in saecula saeculorum. Amen.

Hic versus Glória semper dicitur in fine omnium Psalmi, nisi aliter notetur.

Psalmus ii.

**Q**UARE fremuerunt Gentes, \* et populi meditati sunt inania ?

Astitērunt reges terrae, et principes convenērunt in unum, \* adversus Dominum et adversus Christum ejus.

Dirumpāmus vincula eorum : \* et projiciāmus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in coelis, iridēbit eos : \* et Dominus subsannābit eos.

Tunc loquētur ad eos in ira sua, \* et in furōre suo conturbābit eos.

Ego autem constitutus

sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* praedicans praecēptum ejus.

Dominus dixit ad me : \* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi Gentes haereditatem tuam, \* et possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos in virga ferrea, \* et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : \* erudimini qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore : \* et exultate ei cum timore.

Apprehēdite disciplinam nequādo irascatur Dominus, \* et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, \* beati omnes, qui confidunt in eo.

Psalmus iii.

**D**OMINE, quid multiplicati sunt qui tribulant me ? \* multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animae meae : \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dñe, susceptor meus es, \* glória mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : \* et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporā-

tus sum: \* et exurréxi, quia  
Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli  
circumdántis me: \* exúrge,  
Dómine, salvum me fac,  
Deus meus.

Quóniam tu percussisti  
omnes adversántes mihi sine  
causa: \* dentes peccatórum  
contrivisti.

Dómini est salus: \* et su-  
per pópulum tuum bene-  
dictio tua.

Psalmus vi.

**D**OMINE, ne in furóre  
tuo árguas me, \*  
neque in ira tua corripas  
me.

Miserére mei, Dómine,  
quóniam infirmus sum: \*  
sana me, Dñe, quóniam  
conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta  
est valde: \* sed tu, Dómi-  
ne, úsquequo?

Convértere, Dómine, et  
éripe ánimam meam: \* sal-  
vum me fac propter miseri-  
córdiam tuam.

Quóniam non est in morte  
qui memor sit tui: \* in infér-  
no autem quis confitébitur  
tibi?

Laborávi in gémitu meo,  
lavábo per síngulas noctes  
lectum meum: \* lácrymis  
meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre ócu-  
lus meus: \* inveterávi inter  
omnes inimicos meos.

Discédite a me omnes,  
qui operámini iniquitatē: \*

quóniam exaudivit Dñus  
vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus de-  
precatiónem meam, \* Dó-  
minus oratiónem meam  
suscepit.

Erubéscant, et contur-  
béntur veheménter omnes  
inimici mei: \* convertántur,  
et erubéscant valde velóci-  
ter.

In Adventu, Añã. Véniet  
ecce Rex excélsus cum po-  
testáte magna ad salvandas  
Gentes, allelúia.

Antiphona. Confortáte.

Per Annun, Añã. Servite  
Dómino in timóre, et exul-  
táte ei cum tremóre.

Añã. Deus iudex justus.

Psalmus vii.

**D**OMINE Deus meus,  
in te sperávi: \* sal-  
vum me fac ex ómnibus  
persequéntibus me, et li-  
bera me.

Nequándo rápiat ut leo  
ánimam meam, \* dum non  
est qui rédimat, neque qui  
salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si  
feci istud, \* si est iniquitas  
in máibus meis:

Si réddidi retribuéntibus  
mihi mala, \* decídám mérito  
ab inimicis meis inánis.

Persequátur inimicus áni-  
mam meam, et comprehén-  
dat, et concúlcet in terra  
vitam meam, \* et glóriam  
meam in púlverem dedúcat.

Exúrge, Dñe, in ira tua: \*

et exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exúrge, Dómine Deus meus, in praccépto quod mandásti: \* et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : \* Dóminus júdicat pópulos.

Júdice me, Dómine, secúndum justítiam meam, \* et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, \* scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, \* qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et pátiens : \* numquid irascitur per singulos dies ?

Nisi conversi fuéritis, gládium suum vibrábit : \* arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis, \* sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúrit injustítiam : \* concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum : \* et incidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : \* et in vérticem ipsíus iniquitas ejus descéndet.

Confitébor Dño secúndum justitiã ejus : \* et psallam nómini Dñi altíssimi.

Psalmus viii.

**D**OMINE Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra !

Quóniã eleváta est magnificéntia tua, \* super coelos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, \* ut déstruas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo coelos tuos, ópera digitórum tuórum : \* lunam et stellas, quae tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus ? \* aut filius hóminis, quóniam visitas eum ?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum : \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, \* oves et boves univérsas : insuper et pécora campi.

Vólucres coeli, et pisces maris, \* qui perámbulant sémitas maris.

Dñe Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra !

Psalmus ix.

**C**ONFITEBOR tibi, Dñe, in toto corde meo : \* narrábo ómnia mirabilia tua.

Laetábor et exultábo in te : \* psallam nómini tuo, Altíssime.

In convertendo inimicum meum retrorsum: \* infirmabuntur, et peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam: \* sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

Incepisti Gentes, et perii impius: \* nomen eorum delisti in aeternum, et in saeculum saeculi.

Inimici defecerunt framae in finem: \* et civitates eorum destruxisti.

Periit memoria eorum cum sonitu: \* et Dominus in aeternum permanet.

Paravit in iudicio thronum suum: \* et ipse iudicabit orbem terrae in aequitate, iudicabit populos in iustitia.

Et factus est Dominus refugium pauperi: \* adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Et sperent in te, qui novērunt nomen tuum: \* quoniam non dereliquisti quaerentes te, Domine.

Psallite Domino, qui habitat in Sion: \* annuntiate inter Gentes studia ejus:

Quoniam laudans sanguinem eorum recordatus est: \* non est oblitus clamorem pauperum.

Miserere mei, Domine: \* vide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis, \* ut annuntiem om-

nes laudationes tuas in portis filiae Sion.

Exultabo in salutari tuo: \* infixae sunt Gentes in interitu, quem fecerunt.

In laqueo isto, quem absconderunt, \* comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens: \* in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Convertantur peccatores in infernum, \* omnes Gentes quae obliviscuntur Deum.

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: \* patientia pauperum non peribit in finem.

Exurge, Domine, non confortetur homo: \* iudicentur Gentes in conspectu tuo.

Constitu, Domine, legislatorem super eos: \* ut sciant Gentes quoniam homines sunt.

Ut quid, Domine, recessisti longe, \* despicias in opportunitatibus, in tribulatione?

Dum superbit impius, incenditur pauper: \* comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae: \* et iniquus benedicitur.

Exacerbavit Dominum peccator: \* secundum multitudinem irae suae non quaeret.

Non est Deus in conspectu ejus: \* inquinatae sunt



viae illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua a facie ejus : \* omnium inimicorum suorum dominabitur.

Dixit enim in corde suo : \* Non movébor a generatióne in generatióne sine malo.

Cujus maledictiÓne os plenum est, et amaritudíne, et dolo : \* sub lingua ejus labor et dolor.

Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, \* ut interficiat innocéntem.

Oculi ejus in páuperem respiciunt : \* insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur ut rapiat páuperem : \* rapere páuperem, dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum, \* inclinabit se, et cadet cum dominatus fuerit páuperum.

Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus : \* avértit faciem suam, ne videat in finem.

Exúrge, Dómine Deus, exaltétur manus tua : \* ne obliviscáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum ? \* dixit enim in corde suo : Non requíret.

Vides quóniam tu labórem et dolórem consideras : \* ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pau-

per : \* órphano tu eris adiutor.

Contere bráchium peccatóris et málgni : \* quaerétur peccátum illius, et non inveniétur.

Dóminus regnabit in aeternum, et in saeculum saeculi : \* peribitis Gentes de terra illius.

Desidérium páuperum exaudivit Dóminus : \* praeparatióne cordis eórum audivit auris tua.

Judicáre pupillo et húmili, \* ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Psalmus x.

**I**N Dómino confido : quómo do dicitis animae meae : \* Tránsmigra in montem sicut passer ?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pharetra, \* ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quóniam quae perfecisti, destruxérunt : \* justus autem quid fecit ?

Dñs in templo sancto suo, \* Dóminus in coelo sedes ejus :

Oculi ejus in páuperem respiciunt : \* pálpebrae ejus interrogant filios hóminum.

Dñs interrogat justum et ímpium : \* qui autem diligit iniquitátem odit animam suam.

Pluet super peccatóres

láqueos: \* ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calcicis eorum.

Quóniam justus Dóminus, et justitias diléxit: \* aequitatem vidit vultus ejus.

In Adventu. Añã. Confortate manus dissolutas: confortamini, dicite: Ecce Deus noster veniet, et salvabit nos, alleluia.

Añã. Gaudete omnes.

Per Annum. Añã. Deus iudex justus, fortis, et longanimis: numquid irascetur per singulos dies?

Añã. Tu Dómine.

Psalmus xi.

**S**ALVUM me fac, Dñe, quóniam defecit sanctus: \* quóniam diminutae sunt veritates a filiis hominum.

Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: \* labia dolosa, in corde et corde locuti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa labia dolosa, \* et linguam magniloquam.

Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, \* quis noster Dóminus est?

Propter miseriam inopum, et gémitum pauperum \* nunc exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutari: \* fiducialiter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta: \* argéutum igne exa-

minatam, probatum terrae purgatum septuplum.

Tu, Dñe, servabis nos: et custodies nos \* a generatione hac in aeternum.

In circúitu impij ambulant: \* secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Psalmus xii.

**U**SQUEQUO, Dñe, oblivisceris me in finem? \* Usquequo avertis faciem tuam a me?

Quámdiu ponam consilia in ánima mea, \* dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? \* respice, et exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: \* nequándo dicat inimicus meus: Praevalui adversus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: \* ego autem in misericórdia tua speravi.

Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Dómino, qui bona tribuit mihi: \* et psallam nómini Dómini altissimi.

Psalmus xiii.

**D**IXIT insipiens in corde suo: \* Non est Deus.

Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis

suis : \* non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Dñs de coelo prospexit super filios hóminum, \* ut videat si est intélligens, aut requirrens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt : \* non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Sepúlchrum patens est guttur eórum : linguis suis dolóse agébant, \* venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne et amaritúdine plenum est : \* velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem.

Contritio et infelícitas in viis eórum, et viam pacis non cognovérunt : \* non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes qui operántur iniquitátem, \* qui dévorant plebem meam sicut escam panis ?

Dóminum non invocavérunt, \* illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dñs in generatióne justa est, consílium inopis confudístis : \* quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutare Israël ? \* cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suae, exultábit Jacob, et laetábitur Israël.

Psalmus xiv.

**D**OMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo ? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justitiam :

Qui loquitur veritátem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, \* et oppróbrium non accepit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : \* tímétes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, et non decipit, \* qui pecúniám suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accepit.

Qui facit haec, \* non movébitur in aetérnum.

In Adventu, Añs. Gaudéte omnes, et laetámini : ecce quia véniet Dñs ultiónis, addúcet retributióne : ipse véniet, et salvábit nos.

V. Ex Sion spécies decóris ejus. R. Deus noster manifesté véniet.

Per Annum, Añs. Tu, Dómine, servábis nos, et custódies nos.

V. Memor fui nocte nóminis tui, Dómine. R. Et custodívi legem tuam.

Post Versiculum cujuslibet Nocturni dicitur Pater noster secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

Absolutio.

**A**XAUDI, Dñe Jesu Christe, preces servorum tuorum, et miserere nobis, qui cum Patre et Spiritu Sancto, vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

V. Jube domne benedicere.

Benedictio. Benedictiōne perpétua benedicat nos Pater aeternus, R. Amen.

Deinde leguntur Lectiōnes cum Responsoriis, ut in Proprio de Tempore assignantur.

Pro secunda Lectiōne.

Bened. Unigénitus Dei Fílius nos benedicere et adjuvare dignetur. R. Amen.

Pro tertia Lectiōne.

Bened. Spiritus Sancti grátia illúminet sensus et corda nostra. R. Amen.

## IN II. NOCTURNO.

In Adventu, Aña. Gaude et laetare.

Per Annum, Aña. Bonorum meorum.

Psalms xv.



**C**ONSERVA me, Dñe, quóniam sperávi in te. \* Dixi Dño : Deus meus es tu, quóniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, \* mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum : \* póstea acceleraverunt.

Non congregábo conventicula eorum de sanguinibus : \* nec memor ero nómínium eorum per lábia mea.

Dóminus pars haereditatis meae, et cálicis mei : \* tu es, qui restitues haereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in praecclaris : \* etenim haereditas mea praecclara est mihi.

Benedicam Dñum, qui tribuit mihi intelléctum : \* insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : \* quóniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc laetatum est cor meum, et exultávit lingua mea : \* insuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques animam meam in inférno : \* nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplébis me laetitia cum vultu tuo : \* delectationes in dextera tua usque in finem.

In Adventu, Aña. Gaude et laetare filia Jerusalem : ecce Rex tuus véniet

tibi : Sion noli timere, quia cito veniet salus tua.

Antiphona. Rex noster.

Per Annum, Añā. Bonorum meorum non indiges, in te speravi, conserva me, Domine.

Añā. Propter verba.

Psalmus xvi.

**E**XAUDI, Dñe, justitiam meam : \* intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, \* non in labiis dolosis.

De vultu tuo iudicium meum prodeat : \* oculi tui videant aequitates.

Probasti cor meum, et visitasti nocte : \* igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum : \* propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Percipe gressus meos in semitis tuis : \* ut non moveantur vestigia mea.

Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus : \* inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, \* qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, \* ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me : \* a facie

impiorum qui me affixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum concluserunt : \* os eorum locutum est superbiam.

Projicientes me nunc circumdederunt me : \* oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susciperunt me sicut leo paratus ad praedam : \* et sicut catus leonis habitans in abditis.

Exurge, Domine, praeveni eum, et supplanta eum : \* eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuae.

Dñe, a paucis de terra divide eos in vita eorum : \* de absconditis tuis adimplētus est venter eorum.

Saturati sunt filii : \* et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo : \* satiabor cum apparuerit gloria tua.

In Adventu, Añā. Rex noster adveniet Christus, quem Joannes praedicavit Agnum esse venturum.

Añā. Ecce venio.

Per Annum, Añā. Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Añā. Diligam te.

Et non repetitur in Psalmo : quod semper fit, quando Antiphona incipit a primo Versu Psalmi, et Psal-

mus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit Antiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoata; si tamen eadem sint verba, et continetur Aññ cum Psalmo.

Psalms xvii.

**D**ILIGAM te, Dñc, fortitudo mea: \* Dñs firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus.

Deus meus adiutor meus, \* et sperabo in eum.

Protector meus, et cornu salutis meae, \* et susceptor meus.

Laudans invocabo Dominum: \* et ab inimicis meis salvus ero.

Circumdederunt me dolores mortis: \* et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Dolores inferni circumdederunt me: \* praeoccupaverunt me laquei mortis.

In tribulatione mea invocavi Dominum, \* et ad Deum meum clamavi:

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam: \* et clamor meus in conspectu ejus, introivit in aures ejus.

Commota est, et contremuit terra: \* fundamenta montium conturbata sunt, et commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira ejus: et ignis a facie ejus

exarsit: \* carbonēs succēsi sunt ab eo.

Inclinavit coelos, et descendit: \* et caligo sub pedibus ejus.

Et ascendit super Cherubim, et volavit: \* volavit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus: \* tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Prae fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, \* grando et carbonēs ignis.

Et intonuit de coelo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam: \* grando et carbonēs ignis.

Et misit sagittas suas, et dissipavit eos: \* fulgura multiplicavit, et conturbavit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, \* et revelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua, Domine, \* ab inspiratione spiritus irae tuae.

Misit de summo, et accipit me: \* ei assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab iis qui oderunt me: \* quoniam confortati sunt super me.

Praevenerunt me in die afflictionis meae: \* et factus est Dñs protector meus.

Et eduxit me in latitudinem: \* salvum me fecit, quoniam voluit me.

Et retribuet mihi Dñs

secundum justitiam meam,\*  
et secundum puritatem  
manuum mearum retribuet  
mihi :

Quia custodivi vias Dñi,\*  
nec impie gessi a Deo meo.

Quoniam omnia judicia ejus  
in conspectu meo : \* et ju-  
stitias ejus non repuli a me.

Et ero immaculatus cum  
eo : \* et observabo me ab  
iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dómi-  
nus secundum justitiam  
meam : \* et secundum puri-  
tatem manuum mearum in  
conspectu oculorum ejus.

Cum sancto sanctus eris,\*  
et cum viro innocente inno-  
cens eris :

Et cum electo electus  
eris : \* et cum perverso per-  
vertéris.

Quoniam tu populum hú-  
milē salvum facies : \* et ócu-  
los superbórum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lu-  
cērnā meam, Dómine : \*  
Deus meus, illumina tēne-  
bras meas.

Quoniam in te eripiar a  
tentatione,\* et in Deo meo  
transgrediar murum.

Deus meus impolluta via  
ejus : eloquia Dómini igne  
examinata : \* protector est  
omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus prae-  
ter Dñum? \* aut quis Deus  
praeter Deum nostrum?

Deus qui praecinxit me  
virtute : \* et posuit immac-  
ulatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos  
tamquam cervorum,\* et  
super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas  
ad praelium : \* et posuisti,  
ut arcum aereum, brachia  
mea.

Et dedisti mihi protectio-  
nem salutis tuae : \* et dex-  
tera tua suscepit me :

Et disciplina tua correxit  
me in finem : \* et disciplina  
tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos  
subtus me : \* et non sunt  
infirmata vestigia mea :

Persequar inimicos meos,  
et comprehendam illos : \* et  
non convertar, donec defi-  
ciant.

Confringam illos, nec  
poterunt stare : \* cadent  
subtus pedes meos.

Et praecinxisti me virtute  
ad bellum : \* et supplantasti  
insurgentes in me subtus  
me.

Et inimicos meos dedisti  
mihi dorsum,\* et odientes  
me disperdidisti.

Clamaverunt, nec erat  
qui salvos faceret, ad Dó-  
minum : \* nec exaudivit eos.

Et comminam eos, ut  
pulverem ante faciem ven-  
ti : \* ut lutum platearum  
delébo eos.

Eripies me de contradi-  
ctionibus populi : \* consti-  
tues me in caput Gentium.

Populus, quem non co-  
gnóvi, servivit mihi : \* in au-  
ditu auris obedivit mihi.

Filii aliéni mentíti sunt mihi,\* filii aliéni inveteráti sunt, et claudicaverunt a sémitis suis.

Vivít Dóminus, et benedíctus Deus meus,\* et exaltétur Deus salútis meae.

Deus, qui das vindíctas mihi, et subdis pópulos sub me,\* liberátor meus de inimicis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me : \* a viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natióibus, Dómine : \* et nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis ejus, et faciens misericórdiam christo suo David,\* et sémini ejus usque in saeculum.

In Adventu, Aña. Ecce vénio cito, et merces mea mecum est, dicit Dóminus: dare unicuíque secúndum ópera sua.

V. Emitte Agnum, Dñe, Dominatórem terrae. R. De petra desérti ad montem filiae Sion.

Per Annum, Aña. Dlílgam te, Dómine, virtus mea.

V. Quóniam tu illúminas lucérnam meam, Dómine. R. Deus meus, illúmina ténebras meas.

Pater noster, secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatióem. R. Sed líbera nos a malo.

## Absolutio.

**T**PSIUS píetas et misericórdia nos ádjvet, qui cum Patre et Spirítu Sancto vivit et regnat in saecula saeculórum. R. Amen.

V. Jube, domne, benedícere.

Bened. Deus Pater omnipotens sit nobis propítius et clemens. R. Amen.

Pro quinta Lectione.

Bened. Christus perpétuae det nobis gáudia vitae. R. Amen.

Pro sexta Lectione.

Bened. Ignem sui amóris accendat Deus in córdibus nostris. R. Amen.

## IN III. NOCTURNO.

In Adventu, Aña. Gábriel Angelus.

Per Annum, Aña. Non sunt loquélac.

## Psalmus xviii.



**G**OELI enarrant glóriam Dei,\* et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi crúctat verbum,\* et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquélac, neque sermónes,\* quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : \* et in fines orbis terrae verba eórum.



In sole pósuit tabernáculum suum : \* et ipse tamquam sponsus procedens de thálamo suo :

Exultávit ut gigas ad curréndam viam, \* a summo coelo egressio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : \* nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : \* testimoniúm Dñi fidéle, sapiéntiam praestans párvulis.

Justítiae Dómini rectae, laetificántes corda : \* praecéptum Dómini lúcidum, illuminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in saeculum saeculi : \* júdicia Dómini vera, justificáta in semetípisa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósum multum : \* et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, \* in custodiéndis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? ab occultis meis munda me : \* et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : \* et emundábor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : \* et meditatio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine, adjutor meus, \* et redemptor meus.

In Adventu, Añá. Gábriel Angelus locútus est Maríae, dicens : Ave grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu inter mulieres.

Añá. María dixit.

Per Annum, Añá. Non sunt loquélae, neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum.

Añá. Exáudiat.

Psalmus xix.

**E**XAUDIAT te Dñus in die tribulatiónis : \* próteget te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxiliúm de sancto : \* et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : \* et holocástum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secúndum cor tuum : \* et omne consiliúm tuum confirmet.

Laetábimur in salutári tuo : \* et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dñus omnes petitiónes tuas : \* nunc cognóvi quóniam salúm fecit Dñus Christum suum.

Exáudiet illum de coelo sancto suo : \* in potentíbus salus dexteræ ejus.

Hi in curríbus, et hi in equis : \* nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et ceciderunt : \* nos autem surréximus, et erecti sumus.

Dñe, salvum fac regem: \*  
et exaudi nos in die, qua  
invocaverimus te.

In Adventu, Añā. María  
dixit: Putas qualis est ista  
salutatio, quia conturbata  
est anima mea, et quia pa-  
ritura sum Regem, qui  
claustrum virginitatis meae  
non violabit?

Añā. In adventu.

Per Annum, Añā. Exaudi  
te Dominus, in die tri-  
bulationis.

Antiphona. Domine.

Psalmus xx.

**D**OMINE, in virtute  
tua laetabitur rex: \*  
et super salutare tuum ex-  
ultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus  
tribuisti ei: \* et voluntate  
labiorum ejus non fraudasti  
eum.

Quoniam praevenisti eum  
in benedictionibus dulcedi-  
nis: \* posuisti in capite ejus  
coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te: \* et  
tribuisti ei longitudinem  
dierum in saeculum, et in  
saeculum saeculi.

Magna est gloria ejus in  
salutari tuo: \* gloriam et  
magnum decorem impones  
super eum.

Quoniam dabis eum in  
benedictionem in saeculum  
saeculi: \* laeticabis eum in  
gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in  
Dño: \* et in misericordia Al-

tissimi, non commovabitur.

Inveniatur manus tua  
omnibus inimicis tuis: \*  
dextera tua inveniat omnes,  
qui te oderunt.

Pones eos ut elibanum  
ignis in tempore vultus  
tui: \* Dominus in ira sua  
conturbabit eos, et devorabit  
eos ignis.

Fructum eorum de terra  
perdes: \* et semen eorum a  
filiis hominum.

Quoniam declinaverunt  
in te mala: \* cogitaverunt  
consilia, quae non potuerunt  
stabilire.

Quoniam pones eos dor-  
sum: \* in reliquiis tuis prae-  
parabis vultum eorum.

Exaltare, Domine, in vir-  
tute tua: \* cantabimus et  
psallemus virtutes tuas.

In Adventu, Añā. In ad-  
ventu summi Regis mun-  
dentur corda hominum, ut  
digne ambulemus in occur-  
sum illius: quia ecce venit,  
et non tardabit.

**V.** Egrediatur Dominus  
de loco sancto suo. **R.**  
Veniet, ut salvet populum  
suum.

Per Annum, Añā. Dñe,  
in virtute tua laetabitur rex.

**V.** Exaltare, Domine, in  
virtute tua. **R.** Cantabi-  
mus et psallemus virtutes  
tuas.

Pater noster, secreto.

**X.** Et ne nos inducas in  
tentationem. **R.** Sed libera  
nos a malo.

## Absolutio.

**A**VINCULIS peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens et misericors Dominus. R̄. Amen.

Y. Jube domne benedicere.

Bened. *Evangelica lectio sit nobis salus et protectio.* R̄. Amen.

Pro octava Lectione.

Bened. *Divinum auxilium maneat semper nobiscum.* R̄. Amen.

Pro nona Lectione.

Bened. *Ad societatem civium supernorum perducat nos Rex Angelorum.* R̄. Amen.

Sequens Hymnus semper dicitur post ultimam Lectionem in omnibus Dominicis et Festis tantum (excepto Festo SS. Innocentium, quando non venit in Dominica), a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam. In Adventu autem non dicitur, nisi in Festis. Quando vero non dicitur, ejus loco ponitur nonum aut tertium Responsorium.

## Hymnus.

SS. Ambrosii et Augustini.

**T**E Deum laudamus: Te Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi

Coeli, et universae Potestates,

Tibi Cherubim et Seraphim, incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensae majestatis,

Venerandum tuum verum et unicum Filium,

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriae, Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu, ad liberandum suscepturus hominem, non horuisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum

tuum, Dómine, et bénedic haereditáti tuae.

Et rege eos, et extólle illos usque in aetérnum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudámus nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Dignáre, Dñe, die isto sine peccáto nos custodire.

Miserére nostri, Dómine: miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dñe, super nos, quemádmódu sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi: non confúndar in aetérnum.

AD LAUDES.

V. Deus, in adjutórium meum inténde. R. Dñe, ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculórum. Amen. Allelúia, vel Laus tibi, Dómine, Rex aetérnae glóriæ, pro temporis diversitate.

A Dominica post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuages., Aña. Allelúia.

Psalmus xcii.

**D**OMINUS regnavit, decórem indútus est: \* indútus est Dóminus fortitúdinem, et praecinxit se.

Etenim firmávit orbem

terrae, \* qui non commóvetur.

Paráta sedes tua ex tunc: \* a saeculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine: \* elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, \* a vóribus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris, \* mirábilis in altis Dñus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: \* domum tuam decet sanctitúdo, Dñe, in longitúdinem diérum.

Psalmus xcix.

**J**UBILATE Deo omnis terra: \* servite Dómino in laetitia.

Introíte in conspéctu ejus, \* in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: \* ipse fecit nos, et non ipsi nos:

Pópulus ejus, et oves páscuae ejus: \* introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus: quóniam suávis est Dóminus, in aetérnum misericórdia ejus, \* et usque in generatióne et generatióne veritas ejus.

Psalmus lxxii.

**D**EUS, Deus meus, ad te de luce vigilo.

Sitívit in te ánima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et inuía,  
et inaquósa : \* sic in sancto  
appáruí tibi, ut vidérē vir-  
tutē tuam, et glóriā tuam.

Quóniam melior est mi-  
sericórdia tua super vitas : \*  
lábia mea laudábunt te.

Sic benedicám te in vita  
mea : \* et in nómine tuo le-  
uábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédi-  
ne repleátur ánima mea : \*  
et lábiis exultatiónis laudá-  
bit os meum.

Si memor fui tui super  
stratum meum, in matutí-  
nis meditábor in te : \* quia  
fuiستی adjútor meus.

Et in velaménto alárum  
tuárum exultábo, adhaesit  
ánima mea post te : \* me  
suscépit délixtera tua.

Ipsi vero in vanum quae-  
siérunt ánimam meam, in-  
troibunt in inferióra terrae : \*  
tradéntur in manus gládii,  
partes vúlpium erunt.

Rex vero laetábitur in  
Deo, laudabúntur omnes  
qui jurant in eo : \* quia ob-  
strúctum est os loquéntium  
iniqua.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus lxxvi.

**D**EUS misereátur no-  
stri, et benedicat  
nobis : \* illúminet vultum  
suum super nos, et mise-  
reátur nostri.

Ut cognoscámus in terra  
viam tuam : \* in ómnibus  
géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli,  
Deus : \* confiteántur tibi póp-  
uli omnes.

Laeténtur et exúltent  
gentes : \* quóniam júdicas  
pópulos in aequitáte, et  
gentes in terra dirigis.

Confiteántur tibi pópuli,  
Deus : confiteántur tibi póp-  
uli omnes : \* terra dedit  
fructum suum.

Benedicat nos Deus, De-  
us noster, benedicat nos  
Deus : \* et métuant eum  
omnes fines terrae.

Glória Patri, etc.

Per Annum, Añā. Alle-  
lúia, allelúia.

Antiphona. Tres púeri.

Canticum tríum puerorum,  
*Danielis iii. c.*

**B**ENEDICITE ómnia  
ópera Dómini Dño : \*  
laudáte et superexaltáte  
eum in saecula.

Benedícite Angeli Dómi-  
ni Dño : \* benedicite coeli  
Dómino.

Benedícite aquae omnes,  
quae super coelos sunt,  
Dómino : \* benedicite omnes  
virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna  
Dómino : \* benedicite stellae  
coeli Dómino.

Benedícite omnis imber  
et ros Dómino : \* benedi-  
cite omnes spíritus Dei Dó-  
mino.

Benedícite ignis et aestus  
Dómino : \* benedicite frigus  
et aestus Dómino.

Benedicite rores et pruina Dómino: \* benedicite gelu et frigus Dómino.

Benedicite glácies et nives Dómino: \* benedicite noctes et dies Dómino.

Benedicite lux et ténebrae Dómino: \* benedicite fúlgura et nubes Dómino.

Benedicat terra Dóminum: \* laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Dómino: \* benedicite univérſa germinántia in terra Dómino.

Benedicite fontes Dómino: \* benedicite mária et flúmina Dómino.

Benedicite cete et ómnia, quae movéntur in aquis, Dómino: \* benedicite omnes volúcrés coeli Dómino.

Benedicite omnes béstiae et pécora Dómino: \* benedicite filii hóminum Dómino.

Benedicat Israél Dóminum: \* laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite sacerdótes Dómini Dómino: \* benedicite servi Dómini Dómino.

Benedicite spíritus, et ánimae justórum Dño: \* benedicite sancti, et húmiles corde Dómino.

Benedicite Ananía, Azaría, Misaél Dómino: \* laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu: \*

laudémus et superexaltémus eum in saecula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto coeli: \* et laudábilis, et glorióſus, et superexaltátus in saecula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen; in alijs Canticis dicuntur.

Per Annum, Aña. Tres púeri jussu regis in fornacem missi sunt, non tímentes flammam ignis, dicétes: Benedíctus Deus.

Antiphona. Alleluia.

Psalmus cxlviii.

**L**AUDATE Dñum de coelis: \* laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: \* laudate eum omnes virtútes ejus.

Laudate eum sol et luna: \* laudate eum omnes stellae, et lumen.

Laudate eum coeli coelórum: \* et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in aetérnum, et in saeculum saeculi: \* praecéptum pósuit, et non praeteribit.

Laudate Dóminum de terra, \* dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: \* quae faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: \* ligna fructifera, et omnes cedri:

Béstiae, et univérsa pécora: \* serpétes, et vólucres pennátae:

Reges terrae, et omnes pópuli: \* principes, et omnes júdices terrae.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: \* quia exaltátum est nomen ejus solus.

Conféssio ejus super coelum et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: \* filiis Israél, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus cxlix.

**C**ANTATE Dño cánticum novum: \* laus ejus in Ecclésia sanctorum.

Laetétur Israél in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in tympano, et psalterio psallant ei:

Quia beneplácitū est Dño in pópulo suo: \* et exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: \* laetabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: \* et gládii ancípites in má nibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus: \* increpationes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: \* et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis júdicium conscriptum: \* glória haec est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus cl.

**L**AUDATE Dñm in sanctis ejus: \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: \* laudáte eum secúndum multitudinē magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubae: \* laudáte eum in psalterio, et cithara.

Laudáte eum in tympano, et choro: \* laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus: laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: \* omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, etc.

Per Annum, Aña. Allelúia, allelúia, allelúia.

Sequens Capit. dicitur in Dominicis, a secunda post Epiph. usque ad Septuag.

Capitulum. *Apo. vii. c.*

**B**ENEDICTIO, et claritas, et sapiéntia, et gratiarum áctio, honor, et virtus, et fortitúdo Deo nostro in saecula saeculorum. Amen. *ꝛ* Deo grátias.

Sic respondetur in fine  
omnium Capitulorum.

Hymnus.

**Æ**TERNE rerum  
Cōditor,  
Noctem diēque qui regis,  
Et tēporum das tēpora,  
Ut ālles fastīdium.

Noctūrna lux viāntibus  
A nocte noctem sēgregans,  
Praeco diēi jam sonat,  
Jubārque solis ēvocat.

Hoc excitātus Lūcifer  
Solvit polum caligine :  
Hoc omnis errōnum cohors  
Viam nocēdi dēserit.

Hoc nauta vires cōlligit,  
Pontique mitēscunt freta :  
Hoc, ipsa petra Ecclēsiae,  
Canēnte, culpam diluit.

Surgāmus ergo strēnue:  
Gallus jacēntes excitat,  
Et somnolēntos increpat,  
Gallus negāntes arguit.

Gallo canēnte spes redit,  
Ægris salus refūnditur,  
Mucro latrōnis cōnditur,  
Lapsis fides revērtitur.

Jesu, labāntes respice,  
Et nos vidēdo cōrrige :  
Si respicis, labes cadunt,  
Fletūque culpa sōlvitur.

Tu lux refūlge sēnsibus,  
Mentisque somnum discute:  
Te nostra vox primum so-  
net,

Et vota solvāmus tibi.

Deo Patri sit glōria,  
Ejūsque soli Fīlio,  
Cum Spiritu Parāclito,  
Nunc, et per omne saecu-  
lum. Amen.

Per Annum, V. Dōminus  
regnāvit, decōrem induit.  
R̄. Induit Dōminus forti-  
tūdinem, et praecinxit se  
virtūte.

A Septuagesima usque ad  
Quadragesimam :

V. Dōmine, refūgium fa-  
ctus es nobis, R̄. A gene-  
ratione et progēnie.

In Adventu, Hymnus  
En clara vox.

V. Vox clamāntis in de-  
sēro : Parāte viam Dñi.  
R̄. Rectas faciēte sēmitas  
ejus.

Canticum Zachariae.

Luc. i. g.

**B**ENEDICTUS Dñs  
Deus Israël, \* quia  
visitāvit, et fecit redem-  
ptionem plebis suae :  
Et erexit cornu salutis  
nobis : \* in domo David pū-  
eri sui.

Sicut locūtus est per os  
sanctōrum, \* qui a saeculo  
sunt, prophetārum ejus :

Salūtem ex inimicis no-  
stris, \* et de manu omnium,  
qui odērunt nos :

Ad faciēdam misericōrdi-  
am cum pātribus nostris : \*  
et memorāri testamēti sui  
sancti.

Jusjurāndum, quod ju-  
rāvit ad Abraham patrem  
nostrum, \* datūrum se no-  
bis :

Ut sine timōre, de ma-  
nu inimicōrum nostrōrum  
liberāti, \* serviāmus illi.



In sanctitate, et justitia coram ipso, \* omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis: \* prae-fbis enim ante faciem Domini parare vias ejus:

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: \* in remissione peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: \* in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, etc.

Deinde dic. Añã et Oratio propria, et post eam, si occurrat eo die aliquod festum Simplex, fit de eo Commemoratio. Postremo (si id tempus requirit) fiunt Commem. de S. Maria, de S. Joseph, de Apostolis, et de Patrono Ecclesiae in ordine altarum Commemorationum secundum illius dignitatem, et ultimo loco de Pace, ut infra in Vesperis Sabbati.

In fine, si discedendum sit a Choro, dicitur una ex Añis B. Mariae: ut habetur infra post Completorium.

## DOMINICA

### AD PRIMAM.

Pater noster. Ave Maria. Credo. V. Deus, in adiutorium, ut supra. 19.

### Hymnus.

**T**AM lucis orto sidere Deum precemur supplices,

Ut in diurnis actibus Nos servet a nocentibus.

Linguam refrænans temperet,

Ne litis horror insonet:

Visum fovendo contegat,

Ne vanitates háuriat.

Sint pura cordis intima,

Absistat et vecordia:

Carnis terat superbiam

Potus cibique parcitas.

Ut, cum dies abscésserit,

Noctemque sors redúxerit,

Mundi per abstinentiam

Ipsi canamus glória.

Deo Patri sit glória,

Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paráclito,

Nunc, et per omne saeculum. Amen.

In Dominicis per Annum, Antiphona. Allelúia.

### Psalmus liii.



**D**EUS in nomine tuo salvum me fac: \* et in virtute tua júdica me.

Deus, exáudi orationem meam: \* áuribus percípe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexerunt advérsum me, et fortes quaesierunt ánimam meam: \* et non proposuerunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat

me : \* et Dóminus suscēptor est ánimae meae.

Avérte mala inimícis meis : \* et in veritatē tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo, Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuisti me : \* et super inimicos meos despéxit óculus meus.

Sequens Psalmus Confitémini Dómino, dicitur tantum in Dominicis, quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio. A Septuagesima vero usque ad Pascha, ejus loco dicitur Psalmus Dóminus regnavit, ut supra in Laudibus. 19.

Psalmus cxvii.

**C**ONFITEMINI Dño quóniam bonus : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : \* et exaudivit me in latitudine Dóminus.

Dóminus mihi adjutor : \* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjutor : \* et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confidere in Dómino, \* quam confidere in hómine :

Bonum est speráre in Dómino, \* quam speráre in princípibus.

Omnes Gentes circuiérunt me : \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdederunt me : \* et in nómine Dñi quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis : \* et in nómine Dñi quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem : \* et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus : \* et factus est mihi in salutem.

Vox exultatiónis, et salutis \* in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem : déxtera Dómini exaltávit me, \* déxtera Dñi fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : \* et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : \* et morti non trádidit me.

Aperite mihi portas justítiae, ingressus in eas confitébor Dño : \* haec porta Dómini, justí intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam

exaudisti me : \* et factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes : \* hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud : \* et est mirabile in oculis nostris.

Haec est dies, quam fecit Dominus : \* exultemus, et laetemur in ea.

O Domine, salvum me fac, o Domine, bene prosperare : \* benedictus qui venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Domini : \* Deus Dominus, et illuxit nobis.

Constituite diem sollemnem in condensis, \* usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi : \* Deus meus es tu, et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me : \* et factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus : \* quoniam in saeculum misericordia ejus.

Psalmus cxviii.

**B**EATI immaculati in via : \* qui ambulat in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus : \* in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, \* in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti \* mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viae meae, \* ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, \* cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis : \* in eo quod didici judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam : \* non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam ? \* in custodiendo sermones tuos.

In toto corde me exquisivi te : \* ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua : \* ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine : \* doce me justificationes tuas.

In labiis meis, \* pronuntiavi omnia judicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, \* sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercabor : \* et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor : \* non obliviscar sermones tuos.

**R**ETRIBUE servo tuo, vivifica me : \* et custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos : \* et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra : \* non abscondas a me mandata tua.

Co  
desid  
tuas,  
In  
malec  
mand  
Aur  
et cor  
stimon  
Ete  
pes, e  
bantur  
exerce  
nibus  
Nam  
medita  
silium  
tuae.  
Adha  
ma me  
cundun  
Vias  
exaudis  
stificati  
Viam  
rum ins  
cebtor in  
Dorm  
prae ta  
in verbis  
Viam  
a me : \*  
serere m  
Viam  
dicia tua  
Adhae  
Domine  
lere.  
Viam  
rum cucu  
sti cor m  
Sequer  
tur in D

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, \* in omni tempore.

Incepisti superbos : \* maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, et contemptum : \* quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur : \* servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est : \* et consilium meum justificationes tuae.

Adhaesit pavimento anima mea : \* vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me : \* doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me : \* et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea prae taedio : \* confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me : \* et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi : \* iudicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis, Domine : \* noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, \* cum dilatasti cor meum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum,

quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio.

Symbolum S. Athanasii.

**QUICUMQUE** vult salvus esse, \* ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, \* absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem catholica haec est : \* ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremus.

Neque confundentes personas, \* neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, \* alia Spiritus Sancti.

Sed Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una est divinitas : \* aequalis gloria, coaeterna majestas.

Qualis Pater, talis Filius, \* talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, \* increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, \* immensus Spiritus Sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, \* aeternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres aeterni, \* sed unus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, \* sed unus increatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, \* omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, \* sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, \* Deus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii \* sed unus est Deus.

Ita Dñus Pater, Dóminus Filius, \* Dóminus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dñi; \* sed unus est Dóminus.

Quia, sicut singillátim unamquámque personam Deum ac Dóminum confitéri Christiána veritate compéllimur: \* ita tres Deos aut Dóminos dicere Cathólica Religióné prohibémur.

Pater a nullo est factus: \* nec creátus, nec génitus.

Filius a Patre solo est: \* non factus, nec creátus, sed génitus.

Spiritus Sanctus a Patre et Filio: \* non factus, nec creátus, nec génitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: \* unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil majus aut minus; \* sed totae tres personae coaetérnae sibi sunt, et coaequales.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est, \* et únititas in Trinitáte, et Trinitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse, \* ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad aetérnam salutem, \* ut incarnationem quoque Dñi nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur, \* quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substántia Patris ante saecula génitus: \* et homo est ex substántia matris in saeculo natus.

Perfécus Deus, perfécus homo: \* ex ánima rationali, et humana carne subsistens.

Æquális Patri secúndum divinitátem: \* minor Patre secúndum humanitátem.

Qui, licet Deus sit et homo, \* non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem; \* sed assumptióne humanitátis in Deum.

Unus omnino non confusióne substántiae: \* sed unitáte personae.

Nam sicut ánima rationalis et caro unus est homo: \* ita Deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro sa

nostra : descendit ad inferos : \* tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : \* inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis : \* et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam : \* qui vero mala, in ignem aeternum.

Haec est fides catholica, \* quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Glória Patri, etc.

Añs. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. 1 Tim. i. d.

**R**EGI saeculorum immortalis et invisibilis, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum, Amen. *R.* Deo grátias.

*R.* br. Christe, Fili Dei vivi, \* Miserere nobis. Et repetitur : Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis. *V.* Qui sedes ad dexteram Patris. *R.* Miserere nobis. *V.* Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. *R.* Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

*V.* Exúrge, Christe, ádjuva nos. *R.* Et libera nos propter nomen tuum.

Sequentes Preces non dicuntur in Duplicibus nec infra Octav. : sed tunc dicto *R.* brevi, dicitur Dóminus vobiscum, et Oratio Dómine, Deus omnipotens, ut infra.

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto usque ad *V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.

Credo in Deum, secreto usque ad *V.* Carnis resurrectionem. *R.* Vitam aeternam. Amen.

*V.* Et ego ad te, Dñe, clamavi. *R.* Et mane oratio mea praeveniet te.

*V.* Repleatur os meum laude. *R.* Ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

*V.* Dómine, avérte faciem tuam a peccatis meis. *R.* Et omnes iniquitates meas dele.

*V.* Cor mundum crea in me, Deus. *R.* Et spiritum rectum innova in visceribus meis.

*V.* Ne projicias me a facie tua. *R.* Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

*V.* Redde mihi laetitiam salutáris tui. *R.* Et spiritu principalí confirma me.

*V.* Adjútorium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit coelum et terram.

Deinde Hebdomadarius facit confessionem,

**C**ONFITEOR Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaéli Archángelo, beato Joánni Baptistae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatione, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaélem Archángelum, beatum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet:

**M**ISEREATUR tui omnipotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perducát te ad vitam aetérnam. R. Amen.

Deinde repetit confessionem, et ubi dicitur vobis fratres, et vos fratres, dicatur tibi Pater, et te Pater.

Facta confessione a Choro, Hebdomadarius dicit:

**M**ISEREATUR vestri omnipotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perducát vos ad vitam aetérnam. R. Amen.

**I**NDULGENTIAM, absolutiónem et remissionem peccatórum no-

strórum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dñus. R. Amen.

Et proseguitur: V. Dignare, Dñe, die isto. R. Sine peccáto nos custodire.

V. Misere nostri, Dñe. R. Misere nostri.

V. Fiat misericórdia tua, Dñe, super nos. R. Queniam admodum sperávimus in te.

V. Dñe, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

**D**OMINE, Deus omnipotens, qui ad principium hujus diéi nos pervenire fecisti, tua nos hódie salva virtúte: ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procedant elóquia, dirigántur cogitationes et ópera. Per Dñum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per ómnia saecula saeculórum. R. Amen.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

V. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Deinde in Choro legitur Martyrologium. Et quando dicenda est Prima de B. M., praeponitur Lectióni Martyrologii. Postea Hebdo-

madarius dicit: *V.* Pretiosa in conspectu Domini. *R.* Mors sanctorum ejus.

Et absolute sine Oremus,

Oratio.

**S**ANCTA Maria, et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari et salvari, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. *R.* Amen.

*V.* Deus, in adiutorium meum intende. *R.* Domine, ad adjuvandum me festina.

Et dic, ter: ultimo additur Gloria Patri. Sicut erat.

**K**YRIE eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, secreto.

*V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Respice in servos tuos, Domine, et in opera tua, et dirige filios eorum. *R.* Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.

*V.* Gloria Patri. *R.* Sicut erat.

Oremus. Oratio.

**D**IRIGERE et sanctificare, regere et gubernare dignare, Domine Deus, Rex coeli et terrae hodie corda et corpora nostra, sensus, sermones et actus nostros in lege tua, et in

operibus mandatorum tuorum, ut hic, et in aeternum, te auxiliante, salvi et liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *R.* Amen.

*V.* Jube domne benedicere.

Bened. Dies et actus nostros in sua pace disponat Dominus omnipotens. *R.* Amen.

Ad Absolutionem Capituli in Dominicis et Feriis per Annum, ab Octava Epiph. usque ad Dominicam primam Quadragesimae exclusive.

LECTIO brevis, 2 *Thess.* iii.

**D**OMINUS autem dirigat corda et corpora nostra in caritate Dei, et patientia Christi. Tu autem, Domine, miserere nobis. *R.* Deo gratias.

A Dominica prima Adventus usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

*Isaiae xxxiii.*

**D**OMINE, miserere nostri: te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis. Tu autem, Domine.

Post Lectionem brevem dicitur *V.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit coelum et terram.

*V.* Benedicite. *R.* Deus,



Bened. Dóminus nos benedicat, et ab omni malo defendat, et ad vitam perducatur aeternam; et Fidé-  
lium animae per misericórdiam Dei requiescant in pace. *R.* Amen.

IN FERIALI OFFICIO  
AD PRIMAM.

Pater noster. Ave María. Credo. *V.* Deus, in adiutorium, ut supra.

Hymnus.

**J**AM lucis orto sidere  
Deum precemur sup-  
plices,

Ut in diurnis actibus  
Nos servet a nocentibus.

Linguam refranans tem-  
peret,

Ne litis horror insonet;  
Visum fovendo contegat,  
Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima,  
Absstat et vecordia:  
Carnis terat superbiam  
Potus cibique parcitas.

Ut, cum dies accesserit,  
Noctemque sors reduxerit,  
Mundi per abstinenciam  
Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Ffilio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc et per omne saeculum.  
Amen.

Per Annum, Aña. Beati  
qui ambulat.

Tempore Adventus Aña  
de Laudibus Dominicæ  
aut ex propriis Laudibus.

Psalmus liiii.



**D**EUS, in nomine  
tuo salvum me  
fac: \* et in virtu-  
te tua júdica me.

Deus exáudi orationem  
meam: \* áuribus percipe  
verba oris mei.

Quóniam aliéni insurre-  
xérunt advérsus me, et  
fortes quæsiérunt animam  
meam: \* et non proposué-  
runt Deum ante conspé-  
ctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat  
me: \* et Dóminus susce-  
ptor est animæ meæ.

Avérte mala inimicis  
meis: \* et in veritate tua  
dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo  
tibi, \* et confitébor nómini  
tuo, Dómine: quóniam  
bonum est:

Quóniam ex omni tribu-  
latione eripuisti me: \* et  
super inimicos meos despé-  
xit óculus meus.

Post Psal. Deus in nómine  
locó Psalmi Confitémini,  
dicitur unus ex infrascriptis  
Psalmis secundum Ferialis  
distinctis. Sabbato autem  
dicuntur tantum tres Psal-  
mi sicut in Festis.

FERIA SECUNDA.

Psalmus xxiii.

**D**OMINI est terra, et  
plenitúdo ejus: \* or-  
bis terrárum, et univérsi  
qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: \* et super flúmina praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, et mundo corde, \* qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generatio quae-réntium eum, \* quae-réntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles: \* et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? \* Dñs fortis et potens, Dñs potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles: \* et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus virtutum ipse est Rex glóriæ.

#### FERIA TERTIA.

Psalmus xxiv.

**A**D te, Dómine, levávi ánimam meam: \* Deus meus, in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimíci mei: \* etenim unívérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundantur omnes iniqua agéntes \* supervácuè.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: \* et sémitas tuas édoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me: \* quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, \* et misericordiárum tuárum, quae a saeculo sunt.

Delécta juventútis meae, \* et ignorántias meas ne memineras.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu: \* propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis et rectus Dñs: \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuétos in iudicio: \* docébit mites vias suas.

Unívérse viae Dómini, misericórdia et veritas, \* requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dñe, propitiaberis peccato meo: \* multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? \* legem státuit ei in via, quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur: \* et semen ejus haereditábit terram.

Firmaméntum est Dñs timéntibus eum: \* et testaméntum ipsius ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum: \* quóniam ipse evellet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei: \* quia únicus et pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicatae sunt: \* de necessitatibus meis érue me.

Vide humilitátem meam et labórem meum: \* et dimitte univérsa delicta mea.

Réspice inimicos meos quóniam multiplicati sunt: \* et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érue me: \* non erubescam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes et recti adhaesérunt mihi: \* quia sustínui te.

Libera, Deus, Israél, \* ex ómnibus tribulatiónebus suis.

#### FERIA QUARTA.

Psalmus xxv.

**J**UDICA me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingressus sum: \* et in Dño sperans non infirmábor.

Proba me, Dómine, et tenta me: \* ure renes meos et cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est: \* et complácuí in veritate tua.

Non sedi cum consilio vanitátis: \* et cum iníqua geréntibus non introibo.

Odívi ecclésiám mali-

gnántium: \* et cum impiis non sedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas: \* et circúmdabo altáre tuum, Dñe:

Ut áudiam vocem laudis, \* et enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domus tuae, \* et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, ánimam meam, \* et cum viris sánguinum vitam meam:

In quorum má nibus iniquitátes sunt: \* dextera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingressus sum: \* rédime me, et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto: \* in ecclésiis benedicam te, Dómine.

#### FERIA QUINTA.

Psalmus xxii.

**D**OMINUS regit me, et nihil mihi déerit: \* in loco páscae ibi me collocávit.

Super aquam refectiósni educávit me: \* ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiae, \* propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: \* quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculo

tuus : \* ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, \* adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : \* et calix meus inebrians quam praeclarus est !

Et misericordia tua subsequetur me \* omnibus diebus vitae meae :

Et ut inhabitem in domo Dñi, \* in longitudine dierum.

#### FERIA SEXTA.

Psalmus xxi.

**D**EUS, Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti ? \* longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies : \* et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, \* Laus Israël.

In te speraverunt patres nostri : \* speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : \* in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : \* opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me : \* locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui exarxisti me de ventre : \* spes mea ab uberibus matris meae. In te projectus sum ex utero :

De ventre matris meae Deus meus es tu, \* ne discesseris a me :

Quoniam tribulatio proxima est : \* quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi : \* tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, \* sicut leo rapiens, et rugiens.

Sicut aqua effusus sum : \* et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens \* in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis : \* et in pulverem mortis deduxisti me.

Quonia circumdedérunt me canes multi : \* concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos : \* dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : \* divisérunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me : \* ad defensionem meam conspice.

Erue a frámea, Deus, ánimam meam : \* et de manu canis únicam meam :

Salva me ex ore leónis : \* et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : \* in médio ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : \* univérsum semen Jacob, glorificáte eum :

Timeat eum omne semen Israel : \* quóniam non sprevit, neque despéxit deprecationem páuperis :

Nec avértit fáciem suam a me : \* et cum clamárem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclésiá magna : \* vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur : et laudábunt Dñum qui requirunt eum : \* vivent corda eórum in saeculum saeculi.

Reminiscéntur, et converténtur ad Dóminum \* univérsi fines terræ :

Et adorábunt in conspéctu ejus \* univérsae familiae Géntium.

Quóniam Dómini est regnum : \* et ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt, et adoravérunt omnes pingues terræ : \* in conspéctu ejus cadent omnes, qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : \* et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur, Dñe, generátio ventúra : \* et annuntiábunt coeli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Sabbato nihil additur, ut supra in Rubrica. 32.

Dein. dic. Psalmus cxviii.

**B**EATI immaculáti in via : \* qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimónia ejus : \* in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, \* in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti \* mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viae meae \* ad custodiéndas justificaciónes tuas.

Tunc non confúndar, \* cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : \* in eo quod didici judícia justitiae tuae.

Justificaciónes tuas custodiám : \* non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescentior viam suam ? \* in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : \* ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia tua : \* ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dñe: \* doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, \* pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, \* sicut in ómnibus divitiis.

In mandátis tuis exercébor: \* et considerábo vias tuas.

In justificatióibus tuis meditabor: \* non obliviscar sermónes tuos.

**R**ETRIBUE servo tuo, vivifica me: \* et custódiám sermónes tuos.

Revéla óculos meos: \* et considerábo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: \* non abscondas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, \* in omni témpore.

Incepásti supérbos: \* maledícti qui declinant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium et contéptum: \* quia testimónia tua exquisivi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur: \* servus autem tuus exercebátur in justificatióibus tuis.

Nam et testimónia tua meditatio mea est: \* et consiliúm meum justificatiónes tuae.

Adhaesit paviménto ánima mea: \* vivifica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudisti me: \* doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum instrue me: \* et exercébor in mirabilibus tuis.

Dormitávit ánima mea prae taedio: \* confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me: \* et de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi: \* iudícia tua non sum oblítus.

Adhaesi testimoniis tuis, Dñe: \* noli me confundere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, \* cum dilatásti cor meum.

Per Ann. Añsa, Beáti qui ámbulant in lege tua, Dñe.

Tempore Adventus, Añsa de Laudibus Dominicae, aut ex propriis Laudibus.

Capitulum. Zach. viii. d.

**P**ACEM et veritátem diligite, ait Dóminus omnipotens. *R.* Deo grátias.

*R.* br. Christe, Fili Dei vivi, \* Miserére nobis. *E.* repetitur: Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis. *V.* Qui sedes ad dexteram Patris. *R.* Miserére nobis. *V.* Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto. *R.* Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

*V.* Exúrge, Christe, ádjuva nos. *R.* Et libera nos propter nomen tuum.

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentationem. ℞. Sed libera nos a malo.

Credo in Deum, secreto.

℣. Carnis resurrectionē. ℞. Vitam aeternam. Amen.

℣. Et ego ad te, Dómine, clamávi. ℞. Et mane oratio mea praevéniet te.

℣. Repleátur os meum laude. ℞. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

℣. Dómine, avérte fáciem tuam a peccátis meis. ℞. Et omnes iniquitates meas dele.

℣. Cor mundum crea in me, Deus. ℞. Et spiritum rectum innova in viscéribus meis.

℣. Ne projicias me a fácie tua. ℞. Et Spíritum Sanctum tuum ne áuferas a me.

℣. Redde mihi laetítiam salutáris tui. ℞. Et spíritu principáli confirma me.

Quando ad Laudes non sunt dictae Preces feriales statim dicitur: *Adjutórium nostrum, et Confiteor Deo, ut infra.*

Quando autem ad Laudes dictae sunt Preces feriales inferius positae post Laudes Feriae secundae, tunc ad Primam praedictae Preces et sequentes dicuntur flexis genibus.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo. ℞. A viro iniquo eripe me.

℣. Eripe me de inimicis meis, Deus meus. ℞. Et ab insurgéntibus in me libera me.

℣. Eripe me de operántibus iniquitatem. ℞. Et de viris sanguinum salva me.

℣. Sic psalmum dicam nómini tuo in saeculum saeculi. ℞. Ut reddam vota mea de die in diem.

℣. Exáudi nos, Deus, salutáris noster. ℞. Spes ómnium finium terrae, et in mari longe.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde. ℞. Dñe, ad adjuvándum me festína.

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. ℞. Miserére nobis.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino. ℞. Et ómnia, quae intra me sunt, nómini sancto ejus.

℣. Bénedic, ánima mea, Dño. ℞. Et noli oblivisci omnes retributiónes ejus.

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis. ℞. Qui sanat omnes infirmitates tuas.

℣. Qui redimit de interitu vitam tuam. ℞. Qui coronat te in misericórdia et miseratióibus.

℣. Qui replet in bonis desidérium tuum. ℞. Renovábitur, ut áquila, juvenis tua.

¶ Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit coelum et terram.

Deinde Hebdomadarius facit confessionem :

**C**ONFITEOR Deo omnipoténti, beátae Mariae semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistae, sanctís Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctís, et vobis, fratres ; quia peccávi nimis cogitátione, verbo, et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctós Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctós, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

**M**ISEREATUR tui omnipotens Deus, et dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam aetérnam. *R.* Amen.

Deinde repetit confessionem : et ubi dicitur vobis fratres, et vos fratres, dicatur tibi pater, et te pater.

Facta confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

**M**ISEREATUR vestri omnipotens Deus et dimissis peccátis vestris,

perdúcat vos ad vitam aetérnam. *R.* Amen.

**I**NDULGENTIAM, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dñus. *R.* Amen.

Et prosequitur ¶. Dignáre, Dñe, die isto. *R.* Si ne peccáto nos custodire.

¶ Miserére nostri, Dñe. *R.* Miserére nostri.

¶ Fiat misericórdia tua, Dñe, super nos. *R.* Quem admodú sperávimus in te.

¶ Dñe, exáudi oratió-nem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

¶ Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

**D**OMINE Deus omnipotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti : tua nos hódie salva virtúte, ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procedant elóquia, dirigántur cogitátiones, et ópera. Per Dñum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti Deus, per ómnia saecula saeculórum. *R.* Amen.

¶ Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

¶ Benedicámus Dómino. *R.* Deo grátias.



Deinde in Choro legitur Martyrologium. Et quando dicenda est Prima de beata Maria, praeponitur Lectioni Martyrologii.

Postea Hebdomadarius dicit: *V. Pretiosa in conspectu Domini. R. Mors Sanctorum ejus.*

Et absolute sine Orémus,

Oratio.

**S**ANCTA Maria, et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum: ut nos mereamur ab eo adjuvari et salvari qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R. Amen.*

*V. Deus, in adiutorium meum intende. R. Domine, ad adjuvandum me festina.*

Et dicitur ter: ultimo additur Gloria Patri. Sicut erat.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, secreto.

*V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.*

*V. Respice in servos tuos, Dñe, et in opera tua, et dirige filios eorum. R. Et sit splendor Dñi Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.*

*V. Gloria Patri. R. Sicut erat.*

Orémus. Oratio.

**D**IRIGERE et sanctificare, regere et gubernare dignare, Domine Deus, Rex coeli et terrae, hodie corda et corpora nostra, sensus, sermones, et actus nostros in lege tua, et in operibus mandatorum tuorum, ut hic, et in aeternum, te auxiliante, salvi et liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *R. Amen.*

*V. Jube, domne, benedicere.*

Benedictio. Dies et actus nostros in sua pace disponat Dominus omnipotens. *R. Amen.*

Ad Absolutionem Capituli in Dominicis et Feriis per Ann. ab Octava Epiph. usque ad Dominicam primam Quadrag. exclusive,

LECTIO BREVIS.

2 Thessalon. iii. b.

**D**OMINUS autem dirigat corda et corpora nostra in charitate Dei, et patientia Christi. Tu autem, Domine, miserere nobis. *R. Deo gratias.*

A Dominica prima Adventus usque ad Vigiliam Nativitatis Dñi exclusive,

Isaiae xxxiii.

**D**OMINE, miserere nostri: te enim expectavimus: esto brachium

nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis. Tu autem, Domine.

Post Lectionem brevem dicitur *Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Rz.* Qui fecit coelum et terram. *V.* Benedicite. *Rz.* Deus.

Bened. Dñus nos benedicat, et ab omni malo defendat, et ad vitam perducat aeternam; et Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. *Rz.* Amen.

## IN FESTIS

per annum.

Post Psalmum Deus, in nomine tuo, dicitur tantum Psalmus Beati immaculati et Retribue. 36.

Deinde Añsa competens, et reliqua, ut supra in Dominica, 29. Sed in Duplicibus, et infra Octavas non dicuntur Preces, Dicto Benedicamus Domino, dicitur Prima de B. Maria, si dicenda est; postea legitur Martyrologium in Choro. Deinde dicitur *Ps.* Pretiosa cum reliquis, ut supra, 40.

Ad Absolutionem Capituli in Festis dicitur Capitulum Nonae,

## AD TERTIAM.

Pater noster. Ave Maria. Deus, in adjutorium.

## Hymnus.

**D**UNC Sancte nobis Spiritus,  
Unum Patri cum Filio,  
Dignare promptus ingeri  
Nostro refusus pectori.

Os, lingua, mens, sensus,  
vigor,

Confessionem personent,  
Flammescat igne caritas,  
Accendat ardor proximos.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclyto  
Regnans per omne saeculum. Amen.

In Dominicis per Annum,  
Añsa, Alleluia.

In feriali Officio per Annum, Añsa. **Deduc me.**

Temp. Advent., Añsa de  
Laudibus Dominicae, aut  
ex propriis Laudibus.

## Psalmus.



**E**GEM pone mihi, Domine, viam  
justificationum  
tuarum: \* et exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam: \* et custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: \* quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: \* et non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem: \* in via tua vivifica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, \* in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum: \* quia iudícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: \* in aequitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine: \* salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum: \* quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque: \* quia in iudíciis tuis supersperávi.

Et custódiám legem tuam semper: \* in saeculum et in saeculum saeculi.

Et ambulábam in latitúdine: \* quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum: \* et non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, \* quae diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quae diléxi: \* et exercébar in justificatióibus tuis.

**Q**UONIAM MEMOR esto verbi tui servo tuo, \* in quo mihi spem dedísti.

Haec me consoláta est in humilitáte mea: \* quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant

usquequáque: \* a lege autem tua non declinávi.

Memor fui iudiciórum tuórum a saeculo, Dñe: \* et consolátus sum. . \*

Deféctio tenuit me, \* pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatióes tuae, \* in loco peregrinatióis meae.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine: \* et custodívi legem tuam.

Haec facta est mihi: \* quia justificatióes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine, \* dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo: \* miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas: \* et convérsti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus: \* ut custódiám mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me: \* et legem tuam non sum oblitus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, \* super iudícia justificatióis tuae.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te: \* et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua, Dñe, plena est terra: \* justificatióes tuas doce me.

**B**ONITATEM fecisti cum servo tuo, Dómine, \* secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplinam, et sciéntiam doce me: \* quia mandátis tuis crédidi.

Priúsqvam humiliárer ego delíqui: \* própterea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu: \* et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iniquitas superbórum: \* ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum: \* ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me: \* ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, \* super millia auri et argénti.

Manus tuae fecérunt me, et plasmavérunt me: \* da mihi intelléctum, et discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me, et laetabúntur: \* quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, quia aequitas iudícia tua: \* et in veritaté tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, \* secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuae, et vivam: \* quia lex tua meditatio mea est.

Confundántur superbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me: \* ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi tíméntes te: \* et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatióibus tuis, \* ut non confundar.

Añã. Allelúia, allelúia, allelúia.

Sequens Capitulum et alia in aliis Horis, dicuntur in Dominicis a II. post Epiphaniam usque ad Septuagesimam. Responsoria brevía etiam usque ad Dominicam primam Quadragesimae: similiter et quae sequuntur in feriali Officio.

Capitulum. **I** Joan. iv. c.

**D**EUS caritas est: et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.

R̄. br. Inclina cor meum, Deus, \* In testimónia tua. Inclina. V. Avérte oculos meos, ne vídeant vanitátem: in via tua vivifica me. R̄. In testimónia tua. Glória Patri. Inclina cor.

V. Ego dixi, Dómine, miserére mei. R̄. Sana animam meam, quia peccávi tibi.

In feriali Officio per Annum. Añã. Deduc me, Dñe, in sémitam mandatórum tuórum.

Capitulum. *Jerem. xvii. c.*

**S**ANA me, Dómine, et sanabor : saluum me fac, et salvus ero : quóniam laus mea tu es.

R̄. br. Sana ánimam meam, \* Quia peccávi tibi. Sana. V̄. Ego dixi, Dñe, miserere mei. R̄. Quia peccávi. Glória Patri. Sana.

V̄. Adjutor meus esto, ne derelinquas me. R̄. Neque despicias me, Deus salutáris meus.

Quando ad Matutinum dictae sunt Preces, ad Tertiam, Sextam et Nonam flexis genibus dicitur :

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, secreto.

V̄. Et ne nos inducas in tentationem. R̄. Sed libera nos a malo.

V̄. Dómine Deus virtutum, convérte nos. R̄. Et osténde faciém tuam, et salvi érimus.

V̄. Exúrge, Christe, adjuva nos. R̄. Et libera nos propter nomen tuum.

V̄. Dómine, exáudi orationem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

V̄. Dóminus vobiscum. R̄. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio conveniens.

Temp. Advent. in feriali Officio, Añsa de Laudibus Dominicae aut ex propriis Laudibus.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**E**CCE dies véniunt, dicit Dóminus, et suscitábo David germen justum : et regnábít Rex, et sápiens erit : et fáciét iudícium et justítiam in terra. R̄. Deo grátias.

R̄. br. Veni ad liberándum nos, \* Dñe Deus virtutum. Veni. V̄. Osténde faciém tuam, et salvi érimus. R̄. Dñe. Glória Patri. Veni.

V̄. Timébunt gentes nomen tuum, Dñe. R̄. Et omnes reges terrae glóriã tuam.

Kyrie eléison, ut supra.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Pater noster. Ave María. Deus, in adjutórium. 19.

Hymnus.

**R**ECTOR potens, verax Deus,  
Qui témperas rerum vices,  
Splendóre mane illúminas,  
Et ignibus meridiem.

Extingue flammás lítium,  
Aufer calórem nóxium,  
Confer salútem córporum,  
Verámque pacem córdium.

Fraesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Regnans per omne saeculum. Amen.

In Dominicis per Annum, Añsa. Allelúia.

In feriali Officio per Annum, Añsa. Adjuva me.

Tempore Adventus, Añsa

de Laudibus Dominicae,  
aut ex propriis Laudibus.

Psalms.



**F**ECIT in salu-  
tare tuum anima  
mea : \* et in ver-  
bum tuum super-  
esperavi.

Defecerunt oculus mei in  
eloquium tuum, \* dicentes:  
Quando consolaberis me ?

Quia factus sum sicut uter  
in pruina : \* justificationes  
tuas non sum oblitus,

Quot sunt dies servi tui : \*  
quando facies de persequen-  
tibus me iudicium ?

Narraverunt mihi iniqui  
fabulationes : \* sed non ut  
lex tua.

Omnia mandata tua veri-  
tas : \* inique persecuti sunt  
me, adjuva me.

Paulo minus consumma-  
verunt me in terra : \* ego  
autem non dereliqui man-  
data tua.

Secundum misericordiam  
tuam vivifica me : \* et custo-  
diam testimonia oris tui.

In aeternum, Domine, \*  
verbum tuum permanet in  
coelo.

In generationem et gene-  
rationem veritas tua : \* fun-  
dasti terram, et permanet.

Ordinatione tua perseve-  
rat dies : \* quoniam omnia  
serviunt tibi.

Nisi quod lex tua medi-  
tatio mea est : \* tunc forte  
perissem in humilitate mea.

In aeternum non oblivis-  
car justificationes tuas : \*  
quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum  
me fac : \* quoniam justifica-  
tiones tuas exquisivi.

Me expectaverunt pecca-  
tores ut perderent me : \* te-  
stimonia tua intellexi.

Omnis consummationis  
vidi finem : \* latum manda-  
tum tuum nimis.

**Q**UOMODO dilexi  
legem tuam, Dñe ? \*  
tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos pru-  
dentem me fecisti mandato  
tuo : \* quia in aeternum  
mihi est.

Super omnes docentes  
me intellexi : \* quia testimo-  
nia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi : \*  
quia mandata tua quaesivi.

Ab omni via mala prohi-  
bui pedes meos : \* ut custo-  
diam verba tua.

A iudiciis tuis non decli-  
navi : \* quia tu legem po-  
suisti mihi.

Quam dulcia faucibus  
meis eloquia tua, \* super  
mel ori meo !

A mandatis tuis intel-  
lexi : \* propterea odivi om-  
nem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis  
verbum tuum, \* et lumen  
semitis meis.

Juravi, et statui \* custo-  
dire iudicia justitiae tuae.

Humiliatus sum usque-  
quaque, Domine : \* vivifica

me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac, Dñe : \* et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper : \* et legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi : \* et de mandatis tuis non erravi.

Haereditate acquisivi testimonia tua in aeternum : \* quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in aeternum, \* propter retributionem.

**I**N IQUOS odio habui : \* et legem tuam dilexi.

Adjutor et susceptor meus es tu : \* et in verbum tuum supersperavi.

Declinate a me maligni : \* et scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, et vivam : \* et non confundas me ab expectatione mea.

Adjuva me, et salvus ero : \* et meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes descendentes a iudiciis tuis : \* quia iniusta cogitatio eorum.

Praevaticantes reputavi omnes peccatores terrae : \* ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : \* a iudiciis enim tuis timui.

Feci iudicium et justitiam : \* non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum : \* non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum : \* et in eloquium justitiae tuae.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam : \* et justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : \* da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi, Dñe : \* dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua, \* super aurum et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebam : \* omnem viam inquam odio habui.

Añs. Alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum. Galat. vi.

**A**LTER alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

R. br. In aeternum, Dñe, \* Permanet verbum tuum. In aeternum. V. In saeculum saeculi veritas tua. R. Permanet. Gloria Patri. In aeternum.

V. Dñs regit me, et nihil mihi deerit. R. In loco pascae ibi me collocavit.

In feriali Officio per Annum, Añs. Adjuva me, et salvus ero, Dòmine.

Capitulum. Alter alterius.

Rz. br. Benedicam Dóminum, \* In omni tēpore. Benedicam. V. Semper laus ejus in ore meo. Rz. In omni. Glória Patri. Benedicam.

V. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit. Rz. In loco páscae ibi me collocávit.

Quando ad Matutinum dictae sunt Preces, flexis genibus dicitur :

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatióem. Rz. Sed libera nos a malo.

V. Dómine, Deus virtutum, convérte nos. Rz. Et osténde faciē tuam, et salvi érimus.

V. Exúrge, Christe, ádjuva nos. Rz. Et libera nos propter nomen tuum.

V. Dómine, exáudi oratióem meam. Rz. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum. Rz. Et cum spiritu tuo.

Oratio cōveniēns.

Tempore Adventus in feriali Officio, Antiphona de Laudibus Dominicae, aut ex propriis Laudibus.

Capitulum, *Jerem.* xxxiii.

**I**N diēbus illis salvabitur Juda, et Israël habitabit confidēter : et hoc est nomen, quod vocá-

bunt eum, Dóminus justus noster.

Rz. br. Osténde nobis, Dómine, \* Misericórdiam tuam. Osténde. V. Et salutare tuum da nobis. Rz. Misericórdiam, Glória Patri. Osténde.

V. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui. Rz. Visita nos in salutári tuo.

Kyrie eléison, ut supra.  
Oratio cōveniēns.

AD NONAM.

Pater noster. Ave María. Deus, in adjutórium. 19.

Hymnus.

**R**ERUM Deus, tenax vigor,  
Immótus in te pérmanens,  
Lucis diúrnae tēpora  
Succéssibus detérminans :

Largíre lumen vespere,  
Quo vita nusquam décidat,

Sed praemium mortis saerae

Perénnis instet glória.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Regnans per omne saeculum. Amen.

In Dominicis per Annum, Añsa. Allelúia.

In feriali Officio per Annum, Añsa. Aspice in me.

Tempore Adventus, Añsa de Laudibus Dominicae aut ex propriis Laudibus.



Psalmus.



**I**RABILIA testimonia tua: \* ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: \* et intellectum dat parvulis.

Os meum aperui, et atraxi spiritum: \* quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me, et miserere mei, \* secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: \* et non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumniis hominum: \* ut custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super servum tuum: \* et doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: \* quia non custodi'erunt legem tuam.

Justus es, Domine: \* et rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua: \* et veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: \* quia obli'ti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: \* et servus tuus dil'exit illud.

Adolescentulus sum ego, et contemptus: \* justificationes tuas non sum obli'tus.

Iustitia tua, iustitia in ae-

ternum: \* et lex tua veritas.

Tribulatio et angustia invenerunt me: \* mandata tua meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in aeternum: \* intellectum da mihi, et vivam.

**C**LAMAVI in toto corde meo, exaudi me, Domine: \* justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac: \* ut custodiam mandata tua.

Praevieni in maturitate, et clamavi: \* quia in verba tua supersperavi.

Prae'venerunt oculi mei ad te diluculo: \* ut mediterer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Domine: \* et secundum iudicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: \* a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Domine: \* et omnes viae tuae veritas.

Initio cognovi de testimoniis tuis: \* quia in aeternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, et eripe me: \* quia legem tuam non sum obli'tus.

Iudica iudicium meum, et redime me: \* propter eloquium tuum vivifica me.

Longe a peccatoribus salus: \* quia justificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiae tuae mul-

tae, Dómine : \* secúndum  
iudícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur  
me, et tribulant me : \* a tes-  
timóniis tuis non declinávi.

Vidi praevaricántes, et  
tabescébam : \* quia elóquia  
tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta  
tua diléxi, Dómine : \* in mi-  
sericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tu-  
órum, verítas : \* in aetérnum  
ómnia iudícia justítiae tuae.

**P**RINCIPES perse-  
cúti sunt me gratis : \*  
et a verbis tuis formidá-  
vit cor meum.

Laetábor ego super eló-  
quia tua : \* sicut qui invé-  
nit spólia multa.

Iniquitatem ódio hábui,  
et abominátus sum : \* le-  
gem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem  
dixi tibi, \* super iudícia ju-  
stítiae tuae.

Pax multa diligéntibus  
legem tuam : \* et non est il-  
lis scándalum.

Expectábam salutáre tu-  
um, Dómine : \* et mandáta  
tua diléxi.

Custodivit ánima mea  
testimónia tua : \* et diléxit  
ea veheménter.

Servávi mandáta tua, et tes-  
timónia tua : \* quia omnes  
viae meae in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio  
mea in conspéctu tuo, Dó-  
mine : \* juxta elóquium tuum  
da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in  
conspéctu tuo : \* secúndum  
elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea  
hymnum, \* cum docúeris  
me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea  
elóquium tuum : \* quia óm-  
nia mandáta tua aequitas.

Fiat manus tua ut salvet  
me : \* quóniam mandáta  
tua elégi.

Concupívi salutáre tuum,  
Dómine : \* et lex tua medi-  
tátio mea est.

Vivet ánima mea, et lau-  
dábit te : \* et iudícia tua  
adjuvábunt me.

Errávi, sicut ovis quae  
périit : \* quaere servum tu-  
um, quia mandáta tua non  
sum oblítus.

Antiphona. Allelúja, alle-  
lúja, allelúja.

Capítulum. *1 Cor. vi. d.*

**E**MPTI enim estis pré-  
tio magno. Glorifi-  
cáte et portáte Deum in  
córpoze vestro.

*R.* br. Clamávi in toto  
corde meo, \* Exáudi me,  
Dómine. Clamávi. *V.* Ju-  
stificatiónes tuas requíram.  
Exáudi. Glória. Patri. Cla-  
mávi.

*V.* Ab occúltis meis mun-  
da me, Dómine. *R.* Et ab  
aliénis parce servo tuo.

In feriali Officio per An-  
num. *Añ.* Aspice **in** me, et  
miserére mei, Dómine.

Capit. Empti enim estis.

R̄. br. Rédime me, Dómine, \* Et miserére mei. Rédime. V̄. Pes enim meus stetit in via recta. R̄. Et miserére. Glória. Rédime.

V̄. Ab occúltis meis munda me, Dómine. R̄. Et ab aliénis parce servo tuo.

Quando ad Matutinum dictae sunt Preces, flexis genibus dicitur :

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.

V̄. Et ne nos indúcas in tentatióem. R̄. Sed libera nos a malo.

V̄. Dñe, Deus virtútum, convérte nos. R̄. Et osténde faciém tuam et salvi érimus.

V̄. Exúrge, Christe, ádjuva nos. R̄. Et libera nos propter nomen tuum.

V̄. Dómine, exáudi oratióem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

V̄. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Oratio conveniens.

Temp. Advent. in feriali Officio, Aña de Laud. Dom. aut ex propriis Laudibus.

Capitulum. *Isaiae* xiv.

**P**ROPE est ut véniat tempus ejus, et dies ejus non elongabúntur. Miserébitur enim Dñs Jacob, et Israél salvábitur.

R̄. br. Super te, Jerúsalem, \* Oriétur Dóminus. Super te. V̄. Et glória ejus

in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super te.

V̄. Veni, Dómine, et noli tardáre. R̄. Reláxa facinorosa plebi tuae.

Kyrie eléison, ut supra.

Oratio conveniens.

Vesperae in Dominica, et in Feriis habentur inferius post Laudes Sabbati.

## FERIA SECUNDA

### AD MATUTINUM.

Pater noster. Ave Maria. Credo.

V̄. Dómine, lábia mea apéries, ut supra. 2.

Invit. Veníte, \* Exultemus Dómino.

Psalm. Jubilémus Deo salutári nostro, ut supra. 2.

Hymnus.

**S**OMNO reféctis ártibus,

Spreto cubili súrgimus :

Nobis, Pater, canéntibus

Adesse te depóscimus.

Te lingua primum cóncinat,

Te mentis ardor ámbiat :

Ut áctuum sequéntium

Tu, sancte, sis exórdium.

Cedant tenébrae lúmini,

Et nox diúrno síderi :

Ut culpa, quam nox íntulit,  
Lucis labáscat múnere.

Precámur iidem súpplices,

Noxas ut omnes ámputes,

Et ore te canéntium,

Laudéris omni témpore.

†raesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spiritu Paráclito  
Regnans per omne saeculum. Amen.

Invitatoria per Ferias dicuntur in feriali Officio ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam Passionis. Hymni vero tam ad Matutinum quam ad Laudes et Vesperas usque ad Domin. primam Quadrages. Añae autem Nocturnorum per totum Annum, ut infra.

Aña. Dóminus defénsor.

Psalmus xxvi.



**D**OMINUS illuminatio mea, et salus mea, \* quem timébo?

Dóminus protéctor vitae meae : \* a quo trepidábo?

Dum apprópíant super me nocétes, \* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimíci mei, \* ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consistant advérsus me castra, \* non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsus me praelium, \* in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, \* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitae meae :

Ut videam voluptátem Dómini, \* et visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo : \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me : \* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuivi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : \* cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te : \* miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : \* fáciem tuam, Dñe, requíram.

Ne avértas fácies tuam a me : \* ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto : \* ne derelínquas me, neque despicias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : \* Dóminus autem assúpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua : \* et dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me : \* quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini \* in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age : \* et confortétur cor tuum, et sústine Dñm.

Psalmus xxvii.

**A**D te, Dñe, clamábo ;  
Deus meus, ne síleas  
a me : \* nequándo táceas  
a me, et assimilábor de-  
scendéntibus in lacum.

Exáudi, Dómine, vocem  
deprecationis meae dum  
oro ad te : \* dum extóllo  
manus meas ad templum  
sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum  
peccatóribus : \* et cum ope-  
rántibus iniquitatem ne per-  
das me.

Qui loquúntur pacem  
cum próximo suo, \* mala  
autem in córdibus eórum.

Da illis secúndum ópera  
eórum, \* et secúndum nequi-  
tiam adinventiónum ipsó-  
rum.

Secúndū ópera mánuum  
eórum tribue illis : \* redde  
retributióem eórum ipsis.

Quóniam non intellexé-  
runt ópera Dñi, et in ópera  
mánuum ejus \* déstrues il-  
los, et non aedificábis eos.

Benedíctus Dóminus : \*  
quóniam exaudivit vocem  
deprecationis meae.

Dóminus adjútor meus,  
et protéctor meus : \* in ipso  
sperávit cor meum, et adjú-  
tus sum.

Et reflóruit caro mea : \*  
et ex voluntáte mea confi-  
tébor ei.

Dóminus fortitúdo ple-  
bis suae, \* et protéctor sal-  
vatiónum Christi sui est.

Salvum fac pópulum tu-  
um, Dómine, et bédedic  
haereditáti tuae : \* et rege  
eos, et extólle illos usque  
in aetérnum.

Añs. Dóminus defénsor  
vitae meae.

Antiphona. Adoráte.

Psalmus xxviii.

**A**FFERTE Dómino,  
filii Dei : \* afférte  
Dómino filios arietum.

Afférte Dño glóriam et  
honórem, afférte Dño glóri-  
am nómini ejus : \* adoráte  
Dñum in átrio sanéto ejus.

Vox Dómini super aquas,  
Deus majestátis intónuit : \*  
Dñus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : \*  
vox Dñi in magnificéntia.

Vox Dómini confringén-  
tis cedros : \* et confringet  
Dóminus cedros Libani :

Et commínet eas tam-  
quam vítulum Libani : \* et  
diléctus quemádmódu fil-  
lius unicórnium.

Vox Dómini intercidén-  
tis flammam ignis : \* vox  
Dómini concutiéntis desér-  
tum ; et commovébit Dómi-  
nus desértum Cades.

Vox Dómini praeparán-  
tis cervos, et revelábit con-  
dénsa : \* et in templo ejus  
omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inha-  
bitáre facit : \* et sedébit Dó-  
minus Rex in aetérnum.

Dñus virtútem pópulo  
suo dabit : \* Dóminus bene-

dicet pópulo suo in pace.

Psalmus xxix.

**E**XALTABO te, Dñe, quóniam suscepísti me : \* nec delectásti inimicos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, \* et sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam meam : \* salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti ejus : \* et confitémini memoríae sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatione ejus : \* et vita in voluntate ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus : \* et ad matutinum laetitia.

Ego autem dixi in abundantia mea : \* Non movébor in aetérnum.

Dómine, in voluntate tua, \* praestitísti decóri meo virtútem.

Avertísti faciém tuam a me, \* et factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo : \* et ad Deum meum deprecábor.

Quae utilitas in sángine meo, \* dum descéndo in corruptionem ?

Numquid confitébitur tibi pulvis, \* aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, et miserúus est mei : \* Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi : \* con-scidísti saccum meum, et circumdedísti me laetitia :

Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar : \* Dómine Deus meus, in aetérnum confitébor tibi.

Añña. Adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Añña. In tua justitia.

Psalmus xxx.

**I**N te, Dómine, sperávi, non confúndar in aetérnum : \* in justitia tua libera me.

Inclína ad me aurem tuam, \* accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem : et in domum refúgii, \* ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu : \* et propter nomen tuum dedúces me, et enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi : \* quóniam tu es protectór meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum : \* redemísti me, Dómine Deus veritátis.

Odisti observántes vanitátes, \* supervácué.

Ego autem in Dómino sperávi : \* exultábo, et laetábor in misericórdia tua.

Quóniam respexisti humilitatém meam, \* salvásti de necessitatibus ánimá meam.

Nec conclusísti me in

mánibus inimíci : \* statuisti in loco spatioſo pedes meos.

Miserére mei, Dómine, quóniam tribulor : \* conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, et venter meus :

Quóniam defécit in dolore vita mea : \* et anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea : \* et ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicinis meis valde : \* et timor notis meis.

Qui vidébant me, foras fugérunt a me : \* oblivióni datus sum, tamquam mortuus a corde.

Factus sum tamquam vas perditum : \* quóniam audi vi vituperatióne multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenirent simul advérsus me, \* accipere ániam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine : \* dixi : Deus meus es tu : in mánibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicórum meórum, \* et a persequéntibus me.

Illústra faciém tuam super servum tuum, salvum me fac in misericórdia tua : \* Dñe, non confundar, quóniam invocávi te.

Erubéscant impíi, et deducántur in inférnum : \* muta fiant lábia dolósa.

Quae loquúntur advérsus justum iniquitátem, \* in superbía, et in abusióne.

Quam magna multitúdo dulcedinis tuae, Dñe, \* quam abscondisti tíméntibus te.

Perfecisti eis, qui sperant in te, \* in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscondito faciéi tuae \* a conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernaculo tuo \* a contradíctiône linguárum.

Benedíctus Dóminus : \* quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte múnita.

Ego autem dixi in excéssu mentis meae : \* Projéctus sum a facié oculórum tuórum.

Ideo exaudísti vocem oratiónis meae, \* dum clamárem ad te.

Diligite Dñum, omnes sancti ejus : \* quóniam veritátem requíret Dóminus, et retribuet abundánter faciéntibus superbiam.

Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum, \* omnes qui sperátis in Dómino.

Psalmus xxxi.

**B**EATI, quorum remissae sunt iniquitates : \* et quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputávit Dñus peccátum, \* nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam táci, inveteráverunt ossa mea, \* dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : \* convérsus sum in aerúmna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : \* et injustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Dómino : \* et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, \* in tempore opportuno.

Verumtamen in dilúvio aquarum multarum, \* ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me : \* exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris : \* firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, \* quibus non est intellectus.

In camo et freno maxillas eorum constringe, \* qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, \* sperantem autem in Dño misericordia circumdabit.

Laetamini in Dómino, et exultate justí, \* et gloriámini omnes recti corde.

Añña. In tua justitia libera me, Dómine.

Añña. Rectos decet.

Psalmus xxxii.

**E**XULTATE justí in Dño : \* rectos decet collaudatio.

Confitemini Dño in cithara : \* in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum : \* bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Dómini, \* et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam et iudicium : \* misericordia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini coeli firmati sunt : \* et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris : \* ponens in thesauris abyssos.

Timeat Dóminus omnis terra : \* ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt : \* ipse mandavit, et creata sunt.

Dóminus dissipat consilia Géntium : \* reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.

Consilium autem Dómini in aeternum manet : \* cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.



Beata gens, cujus est Dominus, Deus ejus : \* populus, quem elegit in hereditatem sibi.

De coelo respexit Dominus : \* vidit omnes filios hominum.

De praeparato habitaculo suo \* respexit super omnes, qui habitant terram.

Qui finxit singillatim corda eorum : \* qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem : \* et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suae.

Fallax equus ad salutem : \* in abundantia autem virtutis suae non salvabitur.

Ecce oculi Domini super metuentes eum : \* et in eis, qui sperant super misericordiam ejus.

Ut eruat a morte animas eorum : \* et alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum : \* quoniam adjutor et protector noster est.

Quia in eo laetabitur cor nostrum : \* et in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos : \* quemadmodum speravimus in te.

Psalmus xxxiii.

**B**ENEDICAM Dominum in omni tempore : \* semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea : \* audiant mansueti, et laetentur.

Magnificate Dominum mecum : \* et exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, et exaudivit me : \* et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, et illuminamini : \* et facies vestrae non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum : \* et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum : \* et eripiet eos.

Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus : \* beatus vir, qui sperat in eo.

Time Domini, omnes sancti ejus : \* quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurierunt : \* inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me : \* timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam : \* diligit dies videre bonos ?

Prohibe linguam tuam a malo : \* et labia tua ne loquantur dolum.

Direrte a malo, et fac bonum : \* inquire pacem, et persequere eam.

Oculi Domini super justos : \* et aures ejus in precibus eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala : \* ut perdat

de terra memoriám eórum.

Clamaverunt justí, et Dóminus exaudivit eos : \* et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde : \* et húmiles spíritu salvábit.

Multae tribulatióes justórum : \* et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : \* unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima : \* et qui odérunt justum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : \* et non delínquent omnes qui sperant in eo.

*Añá.* Rectos decet colaudatio.

*Antiphona.* Expúgna.

*Psalms xxxiv.*

**J**UDICA, Dómine, nocétes me : \* expúgna impugnátes me.

Apprehénde arma et scutum : \* et exúrge in adjutórium mihi.

Effúnde frámeam, et concludé advérsus eos, qui persequúntur me : \* díc animæ meæ : Salus tua ego sum.

Confundántur et revearéntur, \* quaerétes animam meam.

Avertántur retrórsim, et confundántur \* cogitátes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti : \* et Angelus Dómini coarctáns eos.

Fiat via illórum ténebrae et lúbricum : \* et Angelus Dñi persequens eos.

Quóniam gratis absconderunt mihi intéritum láquei sui : \* supervácue exprobravérunt animam meam.

Véniat illi láqueus, quem ignórat : et cáptio, quam abscondit, apprehéndat eum : \* et in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultábit in Dómino : \* et delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent : \* Dómine, quis similis tibi ?

Eripiens inopem de manu fortiórum ejus : \* egénium et páuperem a diripiéntibus eum.

Surgétes testes iníqui, \* quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis : \* sterilitátem animæ meæ.

Ego autem cum mihi molésti essent, \* induébar cilicio.

Humiliábam in jejúnio animam meam : \* et oratio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacébam : \* quasi lugens et contristátus, sic humiliábar.

Et adversum me laetati sunt et convenerunt : \* congregata sunt super me flagella, et ignoravi.

Dissipati sunt, nec compuncti, tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione : \* frenduerunt super me dentibus suis.

Domine, quando respicies ? \* restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna, \* in populo gravi laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique : \* qui oderunt me gratis et annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur : \* et in iracundia terrae loquentes, dolos cogitabant.

Et dilataverunt super me os suum : \* dixerunt : Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, Domine, ne sis leas : \* Domine, ne discedas a me.

Exurge et intende iudicio meo : \* Deus meus, et Dominus meus in causam meam.

Judica me secundum justitiam tuam, Domine Deus meus, \* et non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis : Euge, euge, animae nostrae : \* nec dicant : Devoravimus eum.

Erubescant, et reveantur simul, \* qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione et reverentia \* qui magna loquuntur super me.

Exultent et laetentur qui volunt justitiam meam : \* et dicant semper : Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, \* tota die laudem tuam.

*Psalmus xxxv.*

**D**IXIT injustus ut delinquat in semetipso : \* non est timor Dei ante oculos ejus.

Quoniam dolose egit in conspectu ejus : \* ut inveniat iniquitas ejus ad odium.

Verba oris ejus iniquitas, et dolus : \* noluit intelligere ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo : \* astitit omni viae non bonae, malitiam autem non odit.

Domine, in coelo misericordia tua : \* et veritas tua usque ad nubes.

Justitia tua sicut montes Dei : \* iudicia tua abyssus multa.

Homines, et iumenta salvabis, Domine : \* quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

Filii autem hominum, \* in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuae : \* et torrente voluptatis tuae potabis eos.

Quoniam apud te est fons vitae : \* et in lumine tuo videbimus lumen.

Praetende misericordiam tuam scientibus te, \* et iustitiam tuam his, qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbiae : \* et manus peccatoris non moveat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem : \* expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Añã. Expugna impugnantes me.

Antiphona. Revéla.

Psalmus xxxvi.

**N**OLI aemulari in malignantibus : \* neque zelaveris facientes iniquitatem.

Quoniam tamquam foenum velociter aréscent : \* et quemadmodum ólera herbarum cito decident.

Spera in Dño, et fac bonitatem : \* et inhábita terram, et pascéris in divitiis ejus.

Delectare in Dño : \* et dabit tibi petitiones cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam et spera in eo : \* et ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam : et iudicium tuum tamquam meridiem : \*

súbditus esto Dómino, e : ora eum.

Noli aemulari in eo, qui prosperatur in via sua : \* in hómine faciente injustitias.

Désine ab ira, et derelinque furórem : \* noli aemulari ut maligneris.

Quoniam qui malignantur, exterminabuntur : \* sustinentes autem Dóminum, ipsi haereditabunt terram.

Et adhuc pusillum, et non erit peccator : \* et quaeres locum ejus, et non invenies.

Mansueti autem haereditabunt terram : \* et delectabuntur in multitudine pacis.

Observabit peccator iustum : \* et stridébit super eum dentibus suis.

Dóminus autem irridébit eum : \* quoniam prospicit quod veniet dies ejus.

Gládium evaginaverunt peccatores : \* intendérunt arcum suum,

Ut dejiciant páuperem et inopem : \* ut trucident rectos corde.

Gládus eórum intret in corda ipsórum : \* et arcus eórum confringatur.

Mélius est módicum iusto, \* super divitias peccatórum multas.

Quoniam bráchia peccatórum conteréntur : \* confirmat autem justos Dóminus.

Novit Dñus dies immaculatórum : \* et haeréditas eórum in aeternum erit.

Non confundéntur in

témpore malo, et in diébus famis saturabúntur : \* quia peccatóres peribunt.

Inimici vero Dñi mox ut honorificáti fúerint et exaltáti : \* deficientes, quemádmódum fumus deficient.

Mutuábitur peccáter, et non solvet : \* justus autem miserétur et tribuet.

Quia benedicétes ei haereditábunt terram : \* maledicétes autem ei disperibunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigéntur : \* et viam ejus volet.

Cum ceciderit, non collidétur : \* quia Dñus supponit manum suam.

Júnior fui, étenim sénui : \* et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quaerens panem.

Tota die miserétur et cómmodat : \* et semen illius in benedictióne erit.

Declina a malo, et fac bonum : \* et inhábita in saeculum saeculi.

Quia Dóminus amat judicium, et non derelinquet sanctos suos : \* in aetérnum conservabúntur.

Injústi puniéntur : \* et semen impiórum peribit.

Justi autem haereditábunt terram : \* et inhabitábunt in saeculum saeculi super eam.

Os justí meditábitur sapiéntiam, \* et lingua ejus loquétur judicium.

Lex Dei ejus in corde ipsius : \* et non supplantabúntur gressus ejus.

Considerat peccátor justum : \* et quaerit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelinquet eum in mánibus ejus : \* nec daninábit eum, cum judicábitur illi.

Expéceta Dñum, et custódi viam ejus : et exaltábit te ut haereditáte cápias terram : \* cum perierint peccatóres vidébis.

Vidi impium superexaltátum, \* et elevátum sicut cedros Líbani.

Et transivi, et ecce non erat : \* et quaesívi eum, et non est inventus locus ejus.

Custódi innocéntiam, et videaequitatem : \* quóniam sunt reliquiae hómini pacífico.

Injústi autem disperibunt simul : \* reliquiae impiórum interibunt.

Salus autem justórum a Dño : \* et protécetór eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábít eos Dñus et liberábit eos : \* et éruet eos a peccatóribus, et salvábit eos : quia speravérunt in eo.

Psalmus xxxvii.

**D**OMINE, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corripas me.

Quóniam sagittae tuae infixae sunt mihi : \* et con-

firmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie irae tuae: \* non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meae supergréssae sunt caput meum: \* et sicut onus grave gravatae sunt super me.

Putruérunt, et corrúptae sunt cicatríces meae, \* a fácie insipiéntiae meae.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem: \* tota die contrístátus ingredíbar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusióne: \* et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis: \* rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum: \* et gémitus meus a tenon est absconditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: \* et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei, et próximi mei \* advérsus me appropinquavérunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt: \* et vim faciébant qui quaerébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes: \*

et dolos tota die meditábantur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: \* et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens: \* et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi: \* tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei: \* et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum: \* et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo: \* et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me: \* et multiplicáti sunt qui odérunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: \* quóniam sequébar bonitatem.

Ne derelínquas me, Dñe Deus meus: \* ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, \* Dómine Deus salútis meae.

Añña. Revéla Dño viam tuam.

Per Annum, V. Dómine, in coelo misericórdia tua. R. Et véritas tua usque ad nubes.

In Adventu, V. Ex Sion species decóris ejus. R. Deus noster manifeste veniet.

Pro uno Martyre, V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R. Et constituísti eum super ópera ménuum tuárum.

Pro pluribus Martyribus, V. Laetámini in Dño, et exultáte justi. R. Et gloriámini omnes recti corde.

Pro Confessore Pontifice et non Pontifice, V. Amávit eum Dñus, et ornávit eum. R. Stulam glórie induit eum.

Pro una Sancta, V. Spécie tua, et pulchritúdine tua. R. Inténde, prospere procéde, et regna.

AD LAUDES.

V. Deus in adjutórium meum inténde, ut supra. 19.

Quando non assignantur propriae Antiphonae, dicitur Antiphona. Miserére.

Psalmus I.



MISERERE mei, Deus,\* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratióñu tuárum,\* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea:\* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó:\* et

peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci:\* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitáibus concéptus sum:\* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti:\* incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

Aspérge me hyssópo, et mundábor:\* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et laetitiam:\* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis:\* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus:\* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a facié tua:\* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lactíam salutáris tui:\* et spírítu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas:\* et impij ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meae:\* et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries:\* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniã si voluisses sacrificiũ, dedissem útiq̃ue: \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo sp̃ritus contribulátus: \* cor contritum, et humiliátum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Dñe, in bona voluntáte tua Sion: \* ut edificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium iustitiæ, oblatiões, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Añã. Miserére mei, Deus.

Antiphona. Intéllige.

Psalmus v.

**T**ERBA mea áuribus p̃cipe, Dómine, \* intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, \* Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: \* Dñe, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi et vídebo: \* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit iuxta te malignus: \* neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: \* perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus: \* ego autem in multítudine misericórdiæ tuæ.

Introibo in domum tu-

am: \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in iustitia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: \* cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant, \* júdica illos Deus.

Décidant a cogitatióibus suis, secúndum multitudinem impietátum eórum expéllé eos: \* quóniam irritáverunt te, Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te, \* in actérnum exultábunt: et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: \* quóniam tu benedíces iusto.

Dñe, ut scuto bonæ voluntátis tuæ \* coronásti nos.

Añã. Intéllige clamórem meum, Dómine.

Añã. Deus Deus meus; ad te de luce vígilo.

Psal. idem ut supra. 19.

Antiph. Convérsus est.

Cantic. Isaiae Prophetæ.

Cap. xii.

**C**ONFITEBOR tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi: \* convérsus est furor tuus et consolátus es me.



Ecce Deus salvator  
meus, \* fiducialiter agam,  
et non timébo :

Quia fortitúdo mea, et  
laus mea Dóminus, \* et  
factus est mihi in salú-  
tem.

Hauriétis aquas in gáu-  
dio de fontibus Salvatóris : \*  
et dicétis in illa die: Con-  
fitemini Dómino, et invocáte  
nomen ejus :

Notas fácite in pópulis  
adinventiónes ejus: \* me-  
mentóte quóniam excélsus  
est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quón-  
iam magnífice fecit : \*  
annuntiáte hoc in univér-  
sa terra.

Exúlta, et lauda habitá-  
tio Sion : \* quia magnus in  
médio tui sanctus Israël.

Aññ. Convérsus est furor  
tuus, Dómine, et consolátus  
es me.

Aññ. Laudáte Dñum \*  
de coelis.

Psal. idem ut supra. 21.

Capitulum sequens dicitur  
in feriali Officio ab Oet.  
Epiphaniae usque ad Do-  
minicam primam Quadra-  
gesimae : aliis temporibus  
habentur propria.

Capitulum. Rom. xiii. d.

**N**OX praecessit, dies  
autem appropinquá-  
vit. Abjiciámus ergo ópera  
tenebrárum, et induámur  
arma lucis. Sicut in die  
honéste ambulémus.

Hymnus.

**S**PLENDOR Patér-  
nae glóriae,  
De luce lucem próferens,  
Lux lucis, et fons lúminis,  
Diem dies illúminans :

Verúsque sol illábere,  
Micans nitóre pépeti :  
Jubárque sancti Spiritus  
Infúnde nostris sénsibus.

Votis vocémus et Patrem,  
Patrem poténtis grátiae,  
Patrem perénnis glóriae,  
Culpam reléget lubricam.

Confírmet actus strénuos,  
Dentes retúndat invidi,  
Casus secúndet ásperos :  
Agénda recte dírigat.

Mentem gubérnet et re-  
gat,

Sit pura nobis cástitas :  
Fides calóre férveat,  
Fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit ci-  
bus,

Potúsque noster sit fides :  
Laeti bibámus sóbriam  
Profusiónem Spíritus.

Laetus dies hic tránseat :  
Pudor sit ut dilúculum :  
Fides velut meridies :  
Crepúsculum mens nésciat.

Auróra lucem próvehit,  
Cum luce nobis pródeat  
In Patre totus Filius,  
Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc et per omne saecu-  
lum. Amen.

Per Annum, V. Repléti

sumus mane misericórdia tua. *R.* Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedíctus, *Añs.*  
Benedíctus \* Dñs Deus Israël.

In Feriis Adventus, Quatuor Temporū et Vigiliarum quae jejnantur, (excepta Vigilia Nativitatis Domini,) post Antiphonam ad Benedíctus, dicuntur sequentes Preces flexis genibus. Aliis temporibus non dicuntur.

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster totum dicitur clara voce.

*V.* Et ne nos indúcas in tentatiónem. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Ego dixi, Dómine, miserere mei. *R.* Sana animam meam, quia peccávi tibi.

*V.* Convértere, Dómine, úsquequo. *R.* Et deprecábilis esto super servos tuos.

*V.* Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. *R.* Quemádmódum sperávimus in te.

*V.* Sacerdótes tui induántur justitiam. *R.* Et sancti tui exultent.

*V.* Dómine, salvum fac regem. *R.* Et exáudi nos in die, qua invocáverimus te.

*V.* Salvum fac pópulum

tuum, Dómine, et benedic haereditáti tuae. *R.* Et rege eos, et extólle illos usque in aetérnum.

*V.* Meménto congregatiónis tuae. *R.* Quam possedisti ab initio.

*V.* Fiat pax in virtúte tua. *R.* Et abundantia in túrribus tuis.

*V.* Orémus pro fidélibus defúctis. *R.* Requiem aetérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua luceat eis.

*V.* Requíescant in pace. *R.* Amen.

*V.* Pro frátribus nostris abséntibus. *R.* Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

*V.* Pro afflictiis et captivis. *R.* Libera eos, Deus Israël, ex ómnibus tribulatió nibus suis.

*V.* Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto. *R.* Et de Sion tuere eos.

*V.* Dómine, exáudi oratió nem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

Deinde dic. Psalmus cxxix.

**D**E profúndis clamávi ad te, Dómine : \* Dómine, exáudi vocem meam :

Fiant aures tuae intendentes, \* in vocem deprecatió nis meae.

Si iniquitátes observáveris, Dñe : \* Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiatio

est: \* et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus : \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dñum misericórdia : \* et copiósia apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Glória Patri, etc.

Finito Psalmo, dicitur  
V. Dómine Deus virtutum, converte nos. R. Et ostende faciém tuam, et salvi érimus.

V. Exúrge, Christe, ádjva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

V. Dómine, exáudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Deinde dic. Oratio propria. Et quando in fer. Officio fiunt commemorationes communes de S. María, de S. Joseph, de Apostolis, et de Pace, ante eas tam in Laudibus quam in Vesp. fit sequens comm. de Cruce.

Añs. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster.

V. Omnis terra adóret te, et psallat tibi. R. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

Orémus. Oratio.

**P**ERPETUA nos, quaesumus Dómine, pace custódi : quos per lignum sanctae Crucis redimere dignátus es.

Quae commem. de Cruce fit etiam, quando non dicuntur Preces, in feriali tantum Officio.

### FERIA TERTIA

#### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Jubilémus Deo, \* Salutári nostro.

Psalmus, Veníte. 2.

Hymnus.

**C**ONSORS Patérni lúminis,

Lux ipse lucis, et dies :  
Noctem canéndo rúmpimus,

Assiste postulántibus.

A ufer tenébras méntium,  
Fuga catérvas daemonum,  
Expélle somnoléntiam,  
Ne pigritántes óbruat.

Sic, Christe, nobis ómnibus

Indúlgeas credéntibus,  
Ut prosit exorántibus,  
Quod praecinéntes psállimus.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saeculum. Amen.

Añs. Ut non delinquam.

Psalmus xxxviii.



**X**LI : Custodiam  
vias meas : \* ut  
non delinquam in  
lingua mea.

Posui ori meo custodiam, \* cum consisteret peccator adversum me.

Obmutui, et humiliatus sum, et siliui a bonis : \* et dolor meus renovatus est.

Concaluit cor meum intra me : \* et in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea : \* notum fac mihi, Domine, finem meum,

Et numerum dierum meorum quis est : \* ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos : \* et substantia mea tamquam nihilum ante te.

Verumtamen universa vanitas, \* omnis homo vivens.

Verumtamen in imagine pertransit homo : \* sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat : \* et ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quae est expectatio mea? nonne Dominus? \* et substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me : \* opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti : \* amove a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuae ego defeci in increpationibus : \* propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus : \* verumtamen vane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam, Domine, et deprecationem meam : \* auribus percipe lacrymas meas.

Ne sileas : quoniam advena ego sum apud te, et peregrinus, \* sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, \* et amplius non ero.

Psalmus xxxix.

**E**XPECTANS expectavi Dominum, \* et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : \* et eduxit me de lacu miseriae, et de luto faecis.

Et statuit super petram pedes meos : \* et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, \* carmen Deo nostro.

Videbunt multi et timebunt : \* et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : \* et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua : \* et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum : \* multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium et oblatiónem nolúisti : \* aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti : \* tunc dixi : Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : \* Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justitiá tuam in ecclésia magna, \* ecce lábia mea non prohibébo : Dómine, tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo : \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam \* a concilio multo.

Tu autem, Dñe, ne longe fácias miseratiónes tuas a me : \* misericórdia tua et veritas tua semper suscepérunt me.

Quóniá circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : \* comprehendérunt me iniquitátes meae, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátae sunt super capillos cápitis mei : \* et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me : \* Dómine, ad adjuvándum me respice.

Confundántur et reveréantur simul, qui quaerunt

ánimam meam, \* ut áuferant eam.

Convertántur retrórsus, et revereántur, \* qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, \* qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exúltent, et laeténtur super te omnes quaeréntes te : \* et dicant semper : Magnificétur Dñus : qui diligunt salutáre tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper : \* Dóminus sollicitus est mei.

Adjútor meus, et protéctor meus tu es : \* Deus meus, ne tardáveris.

Aña. Ut non delinquam in lingua mea.

Antiphona. Sana.

Psalmus xl.

**B**EATUS, qui intélligit super egénium et páuperem : \* in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum faciát eum in terra : \* et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus : \* univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine, misérére mei : \* sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : \* quando moriétur, et períbit nomen ejus ?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, \* cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, \* et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: \* adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: \* Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi: \* qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem, Dñe, miserere mei, et resuscita me: \* et retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: \* quoniam non gauderet inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: \* et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a saeculo, et usque in saeculum: \* fiat, fiat.

Psalmus xlii.

**Q**UEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sititit anima mea ad Deum fortem, vivum: \*

quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, et effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei:

In voce exultationis et confessionis: \* sonus epulantis.

Quare tristis es, anima mea? \* et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: \* et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitae meae, \* dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? \* et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa

mea, \* exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, et Deus meus.

Añsa. Sana, Dñe, animam meam, quia peccavi tibi.

Antiphona. Eructavit.

Psalmus xliii.

**D**EUS, auribus nostris audivimus: \* patres nostri annuntiaverunt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus eorum, \* et in diebus antiquis.

Manus tua Gentes disperdidit, et plantasti eos: \* afflixisti populos, et expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederunt terram, \* et brachium eorum non salvavit eos:

Sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui: \* quoniam complacuisti in eis.

Tu es ipse Rex meus et Deus meus: \* qui mandas salutes Jacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, \* et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo: \* et gladius meus non salvabit me.

Salvasti enim nos de afflictibus nos: \* et odientes nos confundisti.

In Deo laudabimur tota die: \* et in nomine tuo confitebimur in saeculum.

Nunc autem repulisti et confundisti nos: \* et non egrediens, Deus, in virtutibus nostris.

Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros: \* et qui oderunt nos, diripiabant sibi.

Dedisti nos tanquam oves escarum: \* et in Gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuum sine pretio: \* et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, \* subsannationem et derisum his, qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinem Gentibus: \* commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me est, \* et confusio faciei meae cooperuit me.

A voce exprobrantis, et obloquentis: \* a facie inimici, et persequentis.

Haec omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: \* et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum: \* et declinasti

sémitas nostras a via tua :

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, \* et co-opérui nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri, \* et si expandimus manus nostras ad deum aliénium :

Nonne Deus requiret ista? \* ipse enim novit abscondita cordis.

Quóniam propter te mortificámur tota die : \* aestimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exúrge, quare obdórmis, Dómine? \* exúrge, et ne repéllas in finem.

Quare faciém tuam avértis, \* oblivisceris inópiae nostrae, et tribulatiónis nostrae?

Quóniam humiliáta est in pulvere ánima nostra: \* conglutinátus est in terra venter noster.

Exúrge, Dómine, ádjuva nos : \* et rédime nos propter nomen tuum.

Psalmus xlii.

**E**RUCTAVIT cor meum verbum bonum : \* dico ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribae, \* velóciter scribéntis.

Speciósus forma prae filiis hóminum, diffusa est grátia in lábiis tuis : \* proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, \* potentissime.

Spécie tua et pulchritudine tua \* inténde, prospere procéde, et regna,

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : \* et dedúcet te mirabiliter dextera tua.

Sagíttae tuae acútae, pópuli sub te cadent, \* in corda inimicórum Regis.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi : \* virga directiúnis virga regni tui.

Dilexisti justítiam, et odisti iniquitátem : \* proptérea unxit te Deus Deus tuus óleo laetitiae prae consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis : \* ex quibus delectavérunt te filiae regum in honóre tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestítu deauráto : \* circúmdata varietáte.

Audi filia, et vide, et inclina aures tuas : \* et obliviscere pópulum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decórem tuum : \* quóniam ipse est Dñus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et filiae Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiae Regis ab intus, \* in fimbriis



áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : \* próximae ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in laetítia et exultatióne : \* adducéntur in templum Regis.

Propátribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos principes super omnem terram.

Mémoires erunt nóminis tui \* in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in aetérnum : \* et in saeculum saeculi.

Aísa. Eructávit cor meum verbum bonum.

Antífona. Adjútor.

Psalmus xlv.

**D**EUS noster refúgium, et virtus : \* adjútor in tribulatióibus, quae invenerunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra : \* et transferéntur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatae sunt aquae eórum : \* conturbáti sunt montes in fortitudine ejus.

Flúminis ímpetus laetíficat civitátem Dei : \* sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus, in médio ejus, non commovébitur : \* adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbatae sunt Gentes,

et inclináta sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Venite, et vidéte ópera Dómini, quae pósuit prodígia super terram : \* áuferens bella usque ad finem terrae.

Arcum cónteret, et confrínget arma : \* et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Psalmus xlvi.

**O**MNES Gentes pláudite mánibus : \* jubilate Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis : \* Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis : \* et Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis haereditátem suam : \* spécíem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo : \* et Dóminus in voce tubae.

Psállite Deo nostro, psállite : \* psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terrae Deus : \* psálle sapiénter.

Regnabit Deus super gentes : \* Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregati sunt cum Deo Abraham : \* quóniam dii fortes terrae veheménter elevati sunt.

Aña. Adjutor in tribulationibus.

Aña. Magnus Dóminus.

Psalmus xlvii.

**M**AGNUS Dóminus, et laudabilis nimis \* in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundaturexultatione universae terrae mons Sion, \* látera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, \* cum suscépiet eam.

Quóniam ecce reges terrae congregati sunt : \* convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt : \* tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis, \* in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis..

Sicut audívimus, sic vídimus in civitate Dómini virtutum, in civitate Dei nostri : \* Deus fundávit eam in aetérnum.

Suscépinus, Deus, mise-

ricórdiam tuam, \* in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terrae : \* justitia plena est dextera tua.

Laetétur mons Sion, et exúltent filiae Judae, \* propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímmini eam : \* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtute ejus : \* et distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in aetérnum, et in saeculum saeculi : \* ipse reget nos in saecula.

Psalmus xlviii.

**A**UDITE haec, omnes Gentes : \* áuribus percípite omnes, qui habitátis orbem :

Quique terrigenae, et filii hóminum : \* simul in unum dives et pauper.

Os meum loquétur sapientiam : \* et meditatio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam : \* apériam in psaltério propositionem meam.

Cur tímébo in die mala ? \* iniquitas calcánei mei circúmdabit me :

Qui confidunt in virtute sua : \* et in multitudine divitiárum suárum gloriántur.

Sed sperávit in multítudine divitiárum suárum : \* et praevaluit in vanitate sua.

Ego autem, sicut olíva fructífera in domo Dei, \* sperávi in misericórdia Dei in aetérnum: et in saeculum saeculi.

Confitébor tibi in saeculum, quia fecísti : \* et expectábo nomen tuum, quóniam bonum est in conspéctu sanctorum tuorum.

Añã. Deus deorum Dóminus locútus est.

Per Annu. V. Immola Deo sacrificium laudis. R. Et redde Altíssimo vota tua.

In Adventu, V. Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terrae. R. De petra desérti ad montem filiae Sion.

Pro uno Martyre, V. Posuísti, Dómine, super caput ejus. R. Corónam de lápide pretiósó.

Pro pluribus Martyribus, V. Exúltent justí in conspéctu Dei. R. Et delecténtur in laetitia.

Pro Confessore Pontífice, V. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Pro Confessore non Pontífice, V. Os justí meditábitur sapiéntiam. R. Et lingua ejus loquétur iudicium.

Pro una Sancta, V. Ad-

juvábít eam Deus vultu suo. R. Deus in médio ejus non commovébitur.

AD LAUDES.

Añã. Dele, Dómine, iniquitatem meam. Ps. Miserére, ut supra. 62.

Añã. Salutáre.

Psalmus xlii.



U D I C A me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta, \* ab hómine iníquo, et dolósó érue me.

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea : \* quare me repulísti? et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus?

Emítte lucem tuam et veritatem tuam : \* ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

Et introsbo ad altáre Dei : \* ad Deum, qui laetificat juventutem meam.

Confitébor tibi in cithara, Deus Deus meus : \* quare tristis es ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultus mei, et Deus meus.

Añã. Salutáre vultus mei, et Deus meus.

Añã. Ad te de luce vígilo, Deus.

Ps. Deus, Deus meus. 19.

Añã. Cunctis diébus.

Canticum Ezechiae.  
Isaiae xxxviii. b.

**E**GO dixi : In dimidio  
diérum meórum \*  
vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annó-  
rum meórum : \* dixi : Non  
vidébo Dóminum Deum in  
terra vivéntium.

Non aspiciam hóminem  
ultra, \* et habitatórè quiétis.

Generátio mea abiáta est,  
et convoluta est a me, \*  
quasi tabernáculú pastóru.

Praecisa est velut a te-  
xénte, vita mea : dum adhuc  
ordirer, succidit me : \* de  
mane usque ad vésperam  
finies me.

Sperábam usque ad ma-  
ne, \* quasi leo sic contrivit  
ómnia ossa mea :

De mane usque ad vé-  
speram finies me : \* sicut pul-  
lus hirúndinis sic clamábo,  
meditábor ut colúmba :

Attenuáti sunt óculi mei, \*  
suspiciéntes in excélsum :

Dómine, vim pátiór, re-  
spónde pro me. \* Quid di-  
cam, aut quid respondébit  
mihí, cum ipse fécerit ?

Recogitábo tibi omnes  
annos meos \* in amaritú-  
dine ánimae meae.

Dómine, si sic vívitur, et  
in talibus vita spíritus mei,  
corripies me, et vivificábis  
me. \* Ecce in pace amaritú-  
do mea amarissima :

Tu autem eruísti áni-  
mam meam ut non perí-

ret : \* projecísti post ter-  
gum tuum ómnia peccáta  
mea.

Quia non inférnus confi-  
tébitur tibi, neque mors  
laudábit te : \* non expectá-  
bunt qui descéndunt in la-  
cum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confi-  
tébitur tibi, sicut et ego  
hódie : \* pater filiis notam  
faciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac, \*  
et psalmos nostros cantábi-  
mus cunétiis diébus vitae  
nostrae in domo Dómini.

Añã. Cunétiis diébus vitae  
nostrae salvos nos fac, Dñe.

Añã. Omnes Angeli ejus,  
laudáte Dñum de coelis.

Psalm. Laudáte Dómi-  
num de coelis. 21.

Capitulum. Rom. xiii. d.

**N**OX praecessit, dies  
autem appropinquá-  
vit. Abjiciamus ergo ópera  
tenebrárum, et induámur  
arma lucis. Sicut in die  
honéste ambulémus.

Hymnus.

**A**LES diéi nuntius  
Lucem propínquam  
praecinit :  
Nos excitátor méntium  
Jam Christus ad vitam vo-  
cat.

Auférte, clamat, léctulos,  
Ægro sopóre désides :  
Castique, recti, ac sóbrii  
Vigiláte, jam sum próxi-  
mus.

Jesum ciámus vóci-  
bus,  
Flentes, precántes, sóbrii :  
Inténta supplicatio  
Dormire cor mundum vetat.  
Tu, Christe, somnum dis-  
cute :

Tu rumpe noctis víncula :  
Tu solve peccátum vetus,  
Novúmque lumen íngere.  
Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spírítu Paráclito  
Nunc et per omne saecu-  
lum. Amen.

V. Repléti sumus mane  
misericórdia tua. R7. Exul-  
távimus, et delectáti su-  
mus.

Ad Bened. Añsa. Eréxit  
nobis\* Dñus cornu salutis  
in domo David púeri sui.

Preces quando die. ha-  
bentur supra in Feria ii. 65.

#### FERIA QUARTA

##### AD MATUTINUM.

Invit. In manu tua, Dó-  
mine, \* Omnes fines terrae.

Psalmus. Veníte. 2.

##### Hymnus.

**B**ERUM Créator  
óptime,  
Rectórque noster, áspice :  
Nos a quiéte nóxia  
Mersos sopóre líbera :

Te, sancte Christe, pó-  
scimus,  
Ignóscé culpís ómnibus :  
Ad confiténdum súrgimus,  
Morásque noctis rúmpi-  
mus.

Mentes manúsque tólli-  
mus,  
Prophéta sicut nóctibus  
Nobis geréndum praecipit,  
Paulúsque gestis cénsuit.  
Vides malum, quod féci-  
mus :

Occúlta nostra pándimus :  
Preces geméntes fúndimus,  
Dimitte quod peccávimus.  
Praesta, Pater piíssime,  
Pátrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito  
Regnans per omne saecu-  
lum. Amen.

Añsa. Avértit Dóminus.

##### Psalmus lii.



IXIT insípiens in  
cordesuo : \* Non  
est Deus.

Corrúpti sunt,  
et abominábiles facti sunt  
in iniquitátibus : \* non est  
qui fáciat bonum.

Deus de coelo prospéxit  
super filios hóminum : \* ut  
videat si est intélligens, aut  
requírens Deum.

Omnes declinavérunt, si-  
mul inútiles facti sunt : \*  
non est qui fáciat bonum,  
non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui  
operántur iniquitátem , \*  
qui dévorant plebem meam  
ut cibum panis ?

Deum non invocavérunt : \*  
illic trepidavérunt  
timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipá-  
vit ossa eórum qui homí-  
nibus placent : \* confúsi

sunt, quóniam Deus spre-  
vit eos.

Quis dabit ex Sion salu-  
táre Israël? \* cum convér-  
terit Deus captivitátem ple-  
bis suae, exultábit Jacob,  
et laetábitur Israël.

Psalmus liv.

**E**XAUDI, Deus, ora-  
tiónem meam, et ne  
despéxeris deprecationem  
meam : \* inténde mihi, et  
exáudi me.

Contristátus sum in exer-  
citatióne mea : \* et contur-  
bátus sum a voce inimíci,  
et a tribulatióne peccatóris.

Quóniam declináverunt  
in me iniquitátes : \* et in  
ira molésti erant mihi.

Cor meum conturbátum  
est in me : \* et formído  
mortis cécidit super me.

Timor et tremor vené-  
runt super me : \* et conte-  
xérunt meténébrae :

Et dixi : Quis dabit mihi  
pennas sicut colúmbae, \*  
et volábo, et requiescam?

Ecce elongávi fúgiens : \*  
et mansi in solitúdine.

Expectábā eum, qui sal-  
vum me fecit \* a pusillanimi-  
tate spíritus, et tempestáte.

Praecipita, Dñe, dívide  
linguas eórum : \* quóniam  
vidi iniquitátem, et contra-  
dictiõem in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit  
eam super muros ejus iní-  
quitas : \* et labor in médio  
ejus, et injustitia.

Et non defécit de platéis  
ejus \* usúra, et dolus.

Quóniam si inimícus  
meus maledixisset mihi, \*  
sustinuíssem útique.

Etsi is, qui óderat me, su-  
per me magna locútus fuís-  
set : \* abscondíssem me  
fórsitan ab eo.

Tu vero, homo unáni-  
mis, \* dux meus, et notus  
meus :

Qui simul mecum dulces  
capiébas cibos : \* in domo  
Dei ambulávimus cum consé-  
nsu.

Véniat mors super illos : \*  
et descéndant in inférnum  
vivéntes :

Quóniam nequítiae in ha-  
bitáculis eórum : \* in médio  
eórum.

Ego autem ad Deum cla-  
mávi : \* et Dóminus salvá-  
bit me.

Véspere, et mane, et me-  
rdíe narrábo et annun-  
tiábo : \* et exáudiet vocem  
meam.

Rédimet in pace ánimam  
meam ab his, qui appro-  
pínquant mihi : \* quóniam  
inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, et humi-  
liábit illos, \* qui est ante  
saecula.

Non enim est illis com-  
mutátió, et non timuérunt  
Deum : \* exténdit manum  
suam in retribuendo.

Contamináverunt testa-  
méntum ejus, divisi sunt  
ab ira vultus ejus : \* et

appropinquávit cor illius.

Mollíti sunt sermónes  
ejus super óleum : \* et ipsi  
sunt jácula.

Jacta super Dñum curam  
tuam, et ipse te enútriet : \*  
non dabit in aetérnum flu-  
ctuatiónem justo.

Tu vero, Deus, dedúces  
eos, \* in púteum intéritus.

Viri sánguinum, et doló-  
si non dimidiábunt dies  
suos : \* ego autem sperábo  
in te, Dómine.

Añã. Avértit Dóminus  
captivitátem plebis suae.

Añã. Quóniam.

Psalmus lv.

**Q**ISERERE mei,  
Deus, quóniam con-  
culcávit me homo : \* tota  
die impúgnans tribulávit  
me.

Conculcavérunt me ini-  
míci mei tota die : \* quón-  
iam multi bellántes advér-  
sum me.

Ab altitúdine diéi timé-  
bo : \* ego vero in te spe-  
rábo.

In Deo laudábo sermó-  
nes meos, in Deo sperávi : \*  
non timébo quid fáciat mi-  
hi caro.

Tota die verba mea exe-  
crabántur : \* advérsus me  
omnes cogitatiónes eórum,  
in malum.

Inhabitábunt et abscón-  
dent : \* ipsi calcáneum  
meum observábunt.

Sicut sustinuérent áni-

mam meam, pro níhilo sal-  
vos fácies illos : \* in ira  
pópulos confringes.

Deus, vitam meam an-  
nuntiávi tibi : \* posuisti  
lácrimas meas in conspéctu  
tuo,

Sicut et in promissióne  
tua : \* tunc converténtur  
inimíci mei retrórsum :

In quacúmque die invo-  
cávero te : \* ecce cognóvi  
quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum,  
in Dómino laudábo sermó-  
nem : \* in Deo sperávi, non  
timébo quid fáciat mihi  
homo.

In me sunt, Deus, vota  
tua, \* quae reddam, lauda-  
tiónes tibi.

Quóniam eripuisti áni-  
mam meam de morte, et  
pedes meos de lapsu : \* ut  
pláceam coram Deo in lú-  
mine vivéntium.

Psalmus lvi.

**Q**ISERERE mei,  
Deus, miserére mei : \*  
quóniam in te confidit áni-  
ma mea.

Et in umbra alárum tuá-  
rum sperábo, \* donec tráns-  
cat iniquitas.

Clamábo ad Deum Altís-  
simum : \* Deum qui bene-  
fécit mihi.

Misit de coelo, et liberá-  
vit me : \* dedit in oppró-  
brium conculcántes me.

Misit Deus misericór-  
diam suam, et veritátem

suam, \* et eripuit animam meam de médio catulorum leónum : dormivi conturbatus.

Filii hóminum dentes eórum arma et sagittae : \* et lingua córum gladius acutus.

Exaltáre super coelos, Deus : \* et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pedibus meis : \* et incurvavérunt animam meam.

Foderunt ante fáciem meam fóveam : \* et incidérunt in eam.

Parátu cor meum, Deus, parátum cor meum : \* cantábo, et psalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psalterium et cithara : \* exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine : \* et psalmum dicam tibi in géntibus :

Quóniam magnificáta est usque ad coelos misericórdia tua, \* et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super coelos, Deus : \* et super omnem terram glória tua.

Añã. Quóniam in te confidit ánima mea.

Añã. Justa judicáte.

Psalmus lvii.

**S**I vere útique justítiam loquimini : \* recta judicáte filii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini : \* in terra

injustítias manus vestrae concinnant.

Alienáti sunt peccatóres a vulva, erravérunt ab útero : \* locúti sunt falsa.

Furor illis secúndū similitúdinem serpéntis : \* sicut áspidis surdae, et obturántis aures suas,

Quae non exáudiet vocem incantántium : \* et venéfici incantántis sapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum : \* molas leónum confrínget Dñus.

Ad nihilum devénient tamquam aqua decúrrens : \* inténdit arcum suum donec infirméntur.

Sicut cera, quae fluit, auferéntur : \* supercécidit ignis, et non vidérunt solem.

Priúsqvam intelligenrent spinæ vestrae rhamnum : \* sicut vivéntes, sic in ira absórbet eos.

Laetábitur justus cum víderit vindíctam : \* manus suas lavábit in ságuine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique est fructus justo : \* útique est Deus júdicans eos in terra.

Psalmus lviii.

**E**RIPe me de inimicis meis, Deus meus : \* et ab insurgéntibus in me libera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem : \* et de viris sánguinem salva me.



Quia ecce cepérunt ánimam meam : \* irruérunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccátum meum, Dómine : \* sine iniquitate cucúrri, et diréxi.

Exúrge in occúrsum meum, et vide : \* et tu, Dñe Deus virtútum, Deus Israël.

Inténde ad visitándas omnes gentes : \* non misereáris ómnibus, qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vésperam : et famem patiéntur ut canes, \* et circuibunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, et gládus in lábiis eórum : \* quóniam quis audivit?

Et tu, Dómine, deridébis eos : \* ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiám, quia Deus suscéptor meus es : \* Deus meus, misericórdia ejus praeveniet me.

Deus osténdet mihi super inimicos meos, ne occidas eos : \* nequándo obliviscáretur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua : \* et depóne eos, prótector meus, Dómine :

Delictum oris eórum, sermónem labiórum ipsórum : \* et comprehendántur in supérbia sua.

Et de execratióné et mendácio annuntiábuntur in

consummatióné : \* in ira consummatiónis, et non erunt.

Et scient quia Deus dominábitur Jacob : \* et finium terrae.

Converténtur ad vésperam, et famem patiéntur ut canes : \* et circuibunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad manducándum : \* si vero non fúerint saturáti, et murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam : \* et exultábo mane misericórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor meus, \* et refúgium meum, in die tribulatiónis meae.

Adjútor meus tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es : \* Deus meus, misericórdia mea.

Añña. Justa judicáte filii hóminum.

Añña. Da nobis.

Psalmus lix.

**D**EUS, repulisti nos, et destruxisti nos : \* irátus es, et misértus es nobis.

Commovísti terram, et conturbásti eam : \* sana contritiónes ejus, quia commóta est.

Ostendísti pópulo tuo dura : \* potásti nos vino compunctiúnis.

Dedisti metuéntibus te significatiónem : \* ut fúgiant a fácie arcus :

Ut liberentur dilecti tui: \*  
salvum fac dextera tua, et  
exaudi me.

Deus locutus est in san-  
cto suo: \* Laetabor, et par-  
tabor Sichimam: et convál-  
lem tabernaculorum metí-  
bor.

Meus est Gálaad, et meus  
est Manásses: \* et Ephraim  
fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus: \* Moab  
olla spei meae.

In Idumaeam exténdam  
calceamentum meum: \*  
mihí alienigenae súbditi  
sunt.

Quis dedúcet me in civi-  
tátem munitam? \* quis de-  
dúcet me usque in Idu-  
macam?

Nonne tu, Deus, qui re-  
pulisti nos: \* et non egre-  
diéris, Deus, in virtúibus  
nostris?

Da nobis auxiliúm de  
tribulatióne: \* quia vana  
salus hóminis.

In Deo faciémus virtú-  
tem: \* et ipse ad nihilum  
dedúcet tribulántes nos.

Psalmus lx.

**E**XAUDI, Deus, de-  
precationē meam: \*  
inténde oratióni meae.

A finibus terrae ad te  
clamávi: \* dum anxiarétur  
cor meum, in petra exal-  
tásti me.

Deduxisti me, quia factus  
es spes mea: \* turris forti-  
túdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in taberná-  
culo tuo in saccula: \* pró-  
tegar in velaménto alárum  
tuárum.

Quóniam tu, Deus meus,  
exaudisti oratióne meam: \*  
dedisti haereditátem timén-  
tibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjí-  
cies: \* annos ejus usque in  
diem generatiónis et gene-  
ratiónis.

Pérmanet in aetérnum in  
conspéctu Dei: \* misericór-  
diam et veritátem ejus quis  
requíret?

Sic psalmum dicam nó-  
mini tuo in saeculum sae-  
culi: \* ut reddam vota mea  
de die in diem.

Añã. Da nobis, Dómine,  
auxílium de tribulatióne.

Añã. Nonne Deo.

Psalmus lxi.

**N**ONNE Deo subjécta  
erit ánima mea? \*  
ab ipso enim salutáre  
meum.

Nam et ipse Deus meus,  
et salutáris meus: \* suscé-  
ptor meus, non movébor  
ámplius.

Quóusque irrúitis in hó-  
minem? \* interficitis uni-  
vérsi vos: tamquam parieti  
inclináto et macériae de-  
pulsae?

Verúmtamen prétium  
meum cogitáverunt repél-  
lere, cucúrri in siti: \* ore  
suo benedicébant, et corde  
suo maledicébant.

Verúm tamen Deo subjécta esto ánima mea : \* quóniam ab ipso paciéntia mea.

Quia ipse Deus meus, et salvátor meus : \* adjútor meus, non emigrábo.

In Deo salutáre meum, et glória mea : \* Deus auxilií mei, et spes mea in Deo est.

Speráte in eo omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda vestra : \* Deus adjútor noster in aetérnum.

Verúm tamen vani filii hóminum, mendáces filii hóminum in statéris : \* ut decípiant ipsi de vanitate in idípsum.

Nolíte speráre in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere : \* divítiae si áfluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, duo haec audívi, quia potéstas Dei est, et tibi, Dómine, misericórdia : \* quia tu reddes unicuique juxta ópera sua.

Psalmus lxiij.

**E**XAUDI, Deus, orationem meam cum déprecor : \* a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium : \* a multítudine operántium iniquitatē.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas : \* intenderunt arcum rem amáram,

ut sagittent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, et non timébunt : \* firmavérunt sibi sermónē nequam.

Narravérunt ut absconderent láqueos : \* dixerunt : Quis vidébit eos ?

Scrutáti sunt iniquitates : \* defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum : \* et exaltábitur Deus.

Sagittae parvulórum factae sunt plagae eórum : \* et infirmatae sunt contra eos linguae eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos : \* et tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei : \* et facta ejus intellexérunt.

Laetábitur justus in Dño, et sperábit in eo, \* et laudábuntur omnes recti corde.

Añã. Nonne Deo subjécta erit ánima mea ?

Añã. Benedícite.

Psalmus lkv.

**J**UBILATE Deo omnis terra, psalmum dícite nómini ejus : \* date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo quam terribilia sunt ópera tua, Dómine ! \* in multítudine virtútis tuae mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi : \* psalmum dicat nómini tuo.

Venite, et videte opera Dei : \* terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede : \* ibi laetabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, oculi ejus super Gentes respiciunt : \* qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum : \* et audiam facite vocem laudis ejus,

Qui posuit animam meam ad vitam : \* et non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos, Deus : \* igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro : \* imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam : \* et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis : \* reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, \* in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum : \* offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, \* quanta fecit animae meae.

Ad ipsum ore meo clamavi, \* et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, \* non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus, \* et attendit voci deprecationis meae.

Benedictus Deus, \* qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

Psalmus lxxvii.

**E**XURGAT Deus, et dissipentur inimici ejus, \* et fugiant qui oderunt eum, a facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant : \* sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Et justii epulentur, et exultent in conspectu Dei : \* et delectentur in laetitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus : \* iter facite ei, qui ascendit super occasum : Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus, \* turbabuntur a facie ejus, patris orphanorum, et iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo : \* Deus qui inhabitare facit unius moris in domo :

Qui educit victos in fortitudine, \* similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus, cum egredereris in

conspéctu pópuli tui, \* cum pertransires in deserto :

Terra mota est, étenim coeli distillaverunt a fácie Dei Sinaï, \* a fácie Dei Israél.

Plúviam voluntáriam segregábis, Deus, haereditáti tuae : \* et infirmáta est, tu vero perfecisti eam.

Animália tua habitábunt in ea : \* parásti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus, \* virtúte multa.

Rex virtútum dilécti dilécti : \* et speciéi domus dividere spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennae colúmbae deargentátae, \* et posterióra dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discernit coeléstis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon : \* mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis : \* ut quid suspicámini montes coagulátos ?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo : \* étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem millibus múltiplex, millia laetántium : \* Dóminus in eis in Sina in Sancto.

Ascendísti in altum, cepísti captivitátem : \* accepísti dona in homínibus :

Etenim non credétes, \* inhabitáre Dñum Deum.

Benedíctus Dóminus die quotidie : \* prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciéndi : \* et Dómini Dñi éxitus mortis.

Verúntamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum : \* vérticem capilli perambulántium in delictis suis.

Dixit Dóminus : Ex Bassen convértam, \* convértam in profúndum maris :

Ut intingátur pes tuus in sángine : \* lingua canum tuórum ex inimicis, ab ipso.

Vidérunt ingressus tuos, Deus, \* ingressus Dei mei : Regis mei qui est in Sancto.

Praevenérunt príncipes conjúcti psalléntibus, \* in médio juveneculárum tympanistriárum.

In ecclésiis benedicite Deo Dómino, \* de fóntibus Israél.

Ibi Bénjamin adolescéntulus, \* in mentis excéssu.

Príncipes Juda, duces eórum : \* príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuae : \* confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem, \* tibi offerent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in

vaccis populorum: \* ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipantes, quae bella volunt: veniet legati ex Aegypto: \* Aethiopia praeveniet manus ejus Deo.

Regna terrae, cantate Deo: \* psallite Domino:

Psallite Deo, qui ascendit super coelum coeli, \* ad Orientem.

Ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel, \* magnificentia ejus, et virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suae, \* benedictus Deus.

Añã. Benedicite, Gentes, Deum nostrum.

Per Annum, V. Deus, vitam meam annuntiavi tibi. R. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

In Adventu, V. Egredietur Dominus de loco sancto suo. R. Veniet, ut salvet populum suum.

Pro uno Martyre, V. Magna est gloria ejus in salutari tuo. R. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

Pro pluribus Martyribus, V. Justi autem in perpetuum vivent. R. Et apud Deum est merces eorum.

Pro Conf. Pont. V. Tu es sacerdos in aeternum.

R. Secundum ordinem Melchisedech.

Pro Conf. non Pont. V. Lex Dei ejus in corde ipsius. R. Et non supplantabuntur gressus ejus.

Pro una Sancta, V. Elegit eam Deus, et praelegit eam. R. In tabernaculo suo habitare facit eam.


AD LAUDES.

Añã. Amplius lava me, Dñe, ab injustitia mea.

Psalmus Miserere, ut supra. 62.

Antiphona. Te decet.

Psalmus lxiv.

 E decet hymnus, Deus, in Sion: \* et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam. \* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum praevaluerunt super nos: \* et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti: \* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuae: \* sanctum est templum tuum, mirabile in acuitate.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster, \* spes omnium finium terrae, et in mari longe.

Praeparans montes in virtute tua, accinctus potentia: \* qui conturbas

profundum maris sonum  
fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, et  
timebunt qui habitant tér-  
minos a signis tuis : \* éxitus  
matutini, et vespere dele-  
ctábis.

Visitasti terram et ine-  
briasti eam : \* multiplicasti  
locupletare eam.

Flumen Dei replétum est  
aquis, parasti cibum illó-  
rum : \* quoniam ita est  
praeparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multi-  
plica genimina ejus : \* in  
stillicidiis ejus laetabitur  
germinans.

Benedices coronae anni  
benignitatis tuae : \* et campi  
tui replebuntur ubertate.

Pinguéscent speciosa de-  
serti : \* et exultatione colles  
accingentur.

Induti sunt ardetes óvi-  
um, et valles abundabunt  
frumento : \* clamabunt,  
étenim hymnum dicent.

Aña. Te decet hymnus,  
Deus, in Sion.

Aña. Lábia mea\* laudá-  
bunt te in vita mea, Deus  
meus.

Psal. Deus, Deus meus,  
ut supra. 19.

Aña. Dóminus judicábit.

Canticum Annae.

i Reg. ii.

**E**XULTAVIT cor  
meum in Dómino, \*  
et exaltatum est cornu  
meum in Deo meo :

Dilatatum est os meum  
super inimicos meos : \* quia  
laetata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est  
Dñus : neque enim est álius  
extra te, \* et non est fortis  
sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui  
sublímia, \* gloriántes :

Recédant vétera de ore  
vestro : quia Deus scientiá-  
rum, Dñus est, \* et ipsi prae-  
parantur cogitationes.

Arcus fórtium superátus  
est, \* et infirmi accincti  
sunt róbre.

Repléti prius, pro páni-  
bus se locaverunt : \* et fa-  
méliici saturati sunt,

Donec stérilis péperit  
plúrimos : \* et quae multos  
habébat filios, infirmata est.  
Dóminus mortificat et  
vivificat, \* dedúcit ad infe-  
ros et redúcit.

Dóminus páuperem facit  
et ditat, \* humíliat et súble-  
vat.

Súscitat de púlvere egé-  
num, \* et de stércore élevat  
páuperem :

Ut sédeat cum principi-  
bus, \* et sólium glóriae té-  
neat.

Dómini enim sunt cárdi-  
nes terrae, \* et pósuit super  
eos orbem.

Pedes sanctórum suórum  
servábit, et impii in téne-  
bris conticéscunt : \* quia non  
in fortitúdine sua roborábi-  
tur vir.

Dóminum formidábunt

adversarii ejus : \* et super ipsos in coelis tonabit :

Dóminus judicabit fines terrae, et dabit impérium Regi suo, \* et sublimabit cornu Christi sui.

Añña. Dóminus judicabit fines terrae.

Añña. Coeli coelorum laudate Deum.

Psalm. Laudate Dóminus de coelis, 21.

Capitulum. Rom. xiii. d.

**D**OX praecessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo ópera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulamus.

Hymnus.

**D**OX et tenebrae et núbila,

Confusa mundi et túrvida :  
Lux intrat, albescit polus :

Christus venit, discédite.

Caligo terrae scinditur  
Percussa solis spiculo,  
Rebúsque jam color redit,  
Vultu nitentis síderis.

Te, Christe, solum nóvimus :

Te mente pura et simplici,

Flendo et canendo quaesumus,

Inténde nostris sénsibus.

Sunt multa fucis illita,  
Quae luce purgéntur tua :

Tu vera lux coeléstium  
Vultu sereno illúmina.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc et per omne saeculum. Amen.

¶ Repléti sumus mane misericórdia tua. R. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Bened. Añña. De manu ómnium,\* qui odérunt nos, libera nos, Dómine.

Preces quando dic., habentur supra in Feria ii. 65.

## FERIA QUINTA

## AD MATUTINUM.

Invitator. Dóminus qui fecit nos, \* Veníte adorémus.

Ps. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

**D**OX atra rerum cón-  
tegit

Terrae colóres ómnium :  
Nos confitentes póscimus  
Te, juste judex córdium.

Ut áuferas piacula,  
Sordésque mentis ábluas:  
Donésque, Christe, grátiam,

Ut arceántur crimina.

Mens ecce torpet ímpia,  
Quam culpa mordet nóxia :

Obscúra gestit tollere,  
Et te, Redémptor, quaerere.

Repélle tu caliginem,  
Intrinsecus quam máxime,  
Ut in beáto gaudeat  
Se collocári lúmine.



Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclyto  
Regnans per omne saeculum. Amen.

Añña. Dómine Deus,

Psalmus lxxviii.



**S**ALVUM me fac,  
Deus : \* quóniam  
intravérunt aquae  
usque ad ánimam  
meam.

Infixus sum in limo profúndi : \* et non est substántia.

Veni in altitúdinem maris : \* et tempéstat demérsit me.

Laborávi clamans, rauce factae sunt fauces meae : \* defecerunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capillos cápitis mei, \* qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei injúste : \* quae non rápui, tunc exsolvébam.

Deus, tu scis insipientiam meam : \* et delícta mea a te non sunt abscondita.

Non erubéscant in me qui expéctant te, Dómine, \* Dómine virtútum.

Non confundántur super me \* qui quaerunt te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustínuí oppróbrium : \* opéruit confúsió fáciem meam.

Extráneus factus sum frá-

tribus meis, \* et peregrínus filiis matris meae.

Quóniam zelus domus tuae comédit me : \* et oppróbria exprobrántium tibi, ceciderunt super me.

Et opéruí in jejúnio ánimam meam : \* et factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium : \* et factus sum illis in parábolam.†

Advérsum me loquebántur qui sedébant in porta : \* et in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego vero oratíonem meam ad te, Dómine : \* tempus benepláciti, Deus.

In multítudine misericórdiae tuae exáudi me, \* in veritáte salutis tuae :

Eripe me de luto, ut non infigar : \* libera me ab iis, qui odérunt me, et de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéstat aquae, neque absorbeat me profúndum : \* neque úrgeat super me púteus os suum.

Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua : \* secúndum multítudiné miseratíonum tuárum respice in me.

Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo : \* quóniam tribulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimae meae, et libera eam : \* propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, et confusiónem meam,\* et reverentiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tribulant me,\* impropérium expectávit cor meum, et misériam.

Et sustinui qui simul contristarétur, et non fuit : \* et qui consolarétur, et non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel : \* et in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum,\* et in retributiónes, et in scándalum.

Obscuréntur óculi eórum ne vídeant : \* et dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam : \* et furor irae tuae comprehéndat eos.

Fiat habitatio eórum desérta : \* et in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussisti, persecúti sunt : \* et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitatē super iniquitatem eórum : \* et non intrent in justitiam tuam.

Deleántur de libro viventium : \* et cum justis non scribántur.

Ego sum pauper et dolens : \* salus tua, Deus, suscepit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico : \* et magnificábo eum in laude :

Et placébit Deo super vitulum novéllum : \* córnua producéntem et úngulas.

Videant páuperes et laeténtur : \* quaerite Deum, et vivet ánima vestra :

Quóniam exaudivit páuperes Dñus : \* et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum coeli et terra,\* mare, et ómnia reptilia in eis.

Quóniam Deus salvam fáciat Sion : \* et aedificábúntur civitátes Juda.

Et inhábítábunt ibi,\* et haereditáte acquirént eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam,\* et qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Psalmus lxi.

**D**EUS, in adjutórium meum inténde : \* Dñe, ad adjuvándum me festina.

Confundántur, et reverentúntur,\* qui quaerunt animam meam :

Avertántur retrórsus, et erubéscant,\* qui volunt mihi mala :

Avertántur statim erubescéntes,\* qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exúltent et laeténtur in te omnes qui quaerunt te,\* et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum : \* Deus, ádjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu : \* Dómine, ne moreris.

Añã. Dómine Deus, in adjutorium meum inténde.

Añã. Esto mihi.

Psalmus lxx.

**I**N te, Dómine, sperávi, non confundar in aeternum : \* in justitia tua libera me, et éripe me.

Inclina ad me aurem tuam, \* et salva me.

Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum : \* ut salvum me facias,

Quóniam firmamentum meum, \* et refugium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatoris, \* et de manu contra legem agentis et iniqui :

Quóniam tu es patientia mea, Dómine : \* Dómine, spes mea a juventute mea.

In te confirmatus sum ex útero : \* de ventre matris meae tu es protector meus :

In te cantatio mea semper : \* tamquam prodigium factus sum multis : et tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam : \* tota die magnitudinē tuam.

Ne projicias me in tempore senectutis : \* cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi : \* et qui custodiēbant

ánimam meam, consilium fecerunt in unum,

Dicentes : Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite eum : \* quia non est qui eripiat.

Deus, ne elongeris a me : \* Deus meus, in auxilium meum respice.

Confundantur, et deficiant detrahentes animae meae : \* operiantur confusione, et pudore qui quae-runt mala mihi.

Ego autem semper sperabo : \* et adjiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit justitiam tuam : \* tota die salutare tuum.

Quóniam non cognovi litteraturam, introbo in potentias Dñi : \* Dñe, memorabor justitiae tuae solius.

Deus, docuisti me a juventute mea : \* et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam et senium : \* Deus, ne derelinquas me,

Donec annuntiem brachium tuum \* generationi omni, quae ventura est :

Potentiam tuam, et justitiam tuam, Deus, usque in altissima, quae fecisti magna : \* Deus, quis similis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, et malas : et conversus vivificasti me : \* et de abyssis terrae iterum reduxisti me :

Multiplicasti magnificen-  
tiam tuam : \* et conversus  
consolatus es me.

Nam et ego confitebor  
tibi in vasis psalmi veritá-  
tem tuam : \* Deus, psallam  
tibi in cithara, sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cum  
cantávero tibi : \* et ánima  
mea, quam redemisti.

Sed et lingua mea tota  
die meditábitur justítiam  
tuam : \* cum confúsi et re-  
veríti fuerint qui quaerunt  
mala mihi.

Psalmus lxxi.

**D**EUS, iudicium tuum  
regi da : \* et justí-  
tiam tuam filio regis :

Judicáre pópulum tuum  
in justítia, \* et páuperes  
tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem  
pópulo : \* et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópu-  
li, et salvos faciet filios páu-  
perum : \* et humiliábit ca-  
lumniatórem.

Et permanébit cum sole,  
et ante lunam, \* in genera-  
tione et generatióne.

Descéndet sicut plúvia in  
vellus : \* et sicut stillicidia  
stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus ju-  
stítia, et abundántia pacis : \*  
donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari  
usque ad mare : \* et a flú-  
mine usque ad términos  
orbis terrarum.

Coram illo prócident

Æthíopes : \* et inimíci ejus  
terram lingent.

Reges Tharsis, et insulae  
múnera offerent : \* reges  
Arabum et Saba dona ad-  
dúcent :

Et adorábunt eum omnes  
reges terrae : \* omnes Gen-  
tes sérvient ei :

Quia liberábit páuperem  
a poténte : \* et páuperem,  
cui non erat adjútor.

Parcet páuperi et inopi : \*  
et ánimas páuperum salvas  
faciet.

Ex usúris et iniquitáte ré-  
dimet ánimas eórum : \* et  
honorábile nomen eórum  
coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de  
auro Arábiae, et adorábunt  
de ipso semper : \* tota die  
benedicent ei.

Et erit firmaméntum in  
terra in summis móntium,  
superextollétur super Liba-  
num fructus ejus : \* et flo-  
rébunt de civitáte sicut foe-  
num terrae.

Sit nomen ejus benedi-  
ctum in saecula : \* ante  
solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso  
omnes tribus terrae : \*  
omnes Gentes magnificá-  
bunt eum.

Benedíctus Dñs Deus  
Israël, \* qui facit mirabilia  
solus :

Et benedictū nomen ma-  
jestátis ejus in aetérnum : \*  
et replébitur majestáte ejus  
omnis terra : fiat, fiat.

Añā. Esto mihi, Dñe, in Deum protectōrem.

Añā. Liberásti virgam.

Psalmus lxxii.

**Q**UAM bonus Israël Deus \* his, qui recto sunt corde!

Mei autem pene moti sunt pedes : \* pene effúsi sunt gressus mei.

Quia zelávi super iníquos, \* pacem peccatórum videns.

Quia non est respectus morti eórum : \* et firmamentum in plaga eórum.

In labore hóminum non sunt, \* et cum hominibus non flagellabúntur :

Ideo ténuit eos supérbia, \* opérti sunt iniquitate et impietate sua.

Pródiit quasi ex ádipe iniquitas eórum : \* transiérunt in afféctum cordis.

Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam : \* iniquitatem in excélsio locúti sunt.

Posuérunt in coelum os suum : \* et lingua eórum transiit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic : \* et dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixerunt : Quómodo scit Deus, \* et si est sciéntia in excélsio?

Ecce ipsi peccatóres, et abundántes in saeculo, \* obtinuérunt divítias.

Et dixi : Ergo sine causa justificávi cor meum, \* et

lavi inter innocétes manus meas :

Et fui flagellátus tota die, \* et castigatio mea in matutinis.

Si dicébam : Narrábo sic : \* ecce nationem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábā ut cognóscerem hoc, \* labor est ante me :

Donec intrem in sanctuárium Dei : \* et intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuisti eis : \* deiecisti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolationem, súbito defecerunt : \* perierunt propter iniquitatem suam.

Velut sónnium surgéntium, Dómine, \* in civitate tua imáginem ipsórum ad nihilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt : \* et ego ad nihilum redáctus sum, et nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te : \* et ego semper tecum.

Tenuísti manum dexterae meae : et in voluntate tua deduxísti me, \* et cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in coelo? \* et a te quid volui super terram?

Defécit caro mea, et cor meum : \* Deus cordis mei, et pars mea Deus in aetérnum.

Quia ecce, qui elóngant se a te, peribunt : \* perdidisti omnes, qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhaerere Deo bonum est : \* pónere in Dño Deo spem meam :

Ut annúntiem omnes praedicatiónes tuas, \* in portis filiae Sion.

Psalmus lxxiii.

**U**T quid, Deus, repulisti in finem : \* irátus est furor tuus super oves páscae tuae ?

Memor esto congregatiónis tuae, \* quam possidisti ab initio.

Redemisti virgam haereditatis tuae : \* mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in superbias eórum in finem : \* quanta malignátus est inimícus in sancto !

Et gloriáti sunt qui odérunt te : \* in médio solemnitatís tuae.

Posuerunt signa sua, signa : \* et non cognoverunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum securibus exciderunt jánuas ejus in idípsum : \* in securi et áscia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuárium tuum : \* in terra polluerunt tabernáculum nóminis tui.

Dixerunt in corde suo cognatío eórum simul : \*

Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est prophéta : \* et nos non cognóscet ámplius.

Usquequo, Deus, improperábit inimícus : \* irratat adversárius nomen tuum in finem ?

Ut quid avértis manum tuam, et dexteram tuam, \* de médio sinu tuo in finem ?

Deus autem Rex noster ante saccula : \* operátus est salútem in médio terrae.

Tu confirmásti in virtúte tua mare : \* contribulásti cápita draconum in aquis.

Tu confregísti cápita draconis : \* dedísti eum escam pópulis Æthiopum.

Tu dirupísti fontes, et torrentes : \* tu siccasti flúvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox : \* tu fabricátus es auróram et solem.

Tu fecísti omnes términos terrae : \* aestátem et ver tu plasmásti ea.

Memor esto hujus, inimícus improperávit Dño : \* et pópulus inspiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confitentes tibi, \* et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum : \* quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terrae dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúsus : \* pauper et inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge, Deus, júdica causam tuam : \* memor esto improperiórum tuórum, eórum quae ab insipiénte sunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum : \* superbia eórum, qui te odérunt, ascéndit semper.

Añã. Liberásti virgam haereditátis tuae.

Añã. Et invocábimus.

Psalmus lxxiv.

**C**ONFITEBIMUR tibi, Deus : \* confitébimur, et invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabilia tua : \* cum accépero tempus, ego justítias judicábo.

Liquefácta est terra, et omnes qui hábitant in ea : \* ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iniquis : Nolíte inique ágere : \* et delinquentibus : Nolíte exaltáre cornu :

Nolíte extóllere in altum cornu vestrum : \* nolíte loqui advérsus Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque a desértis móntibus : \* quóniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, et hunc exáltat : \* quia calix in ma-

nu Dñi vini meri plenus misto.

Et inclinávit ex hoc in hoc : verúmtamen faex ejus non est exinaníta : \* bibent omnes peccatóres terrae.

Ego autem annuntiábo in saeculum : \* cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam : \* et exaltábuntur córnua justí.

Psalmus lxxv.

**D**OTUS in Judaea Deus : \* in Israél magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : \* et habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias arcuum, \* scutum, gládiũ, et bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus aetérnis : \* turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum : \* et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in má nibus suis.

Ab increpatione tua, Deus Jacob, \* dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terribilis es, et quis résistet tibi? \* ex tunc ira tua.

De coelo audítum fecísti júdiciũ : \* terra trémuit et quiévit,

Cum exúrgeret in júdiciũ Deus, \* ut salvos fáceret omnes mansuétos terrae.

Quóniam cogitatio hóminis confitébitur tibi : \* et reliquiae cogitatiois diem festum agent tibi.

Vovéte, et réddite Dño Deo vestro : \* omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terribili et ei qui aufert spíritum principum, \* terribili apud reges terrae.

Aña. Et invocábimus nomen tuum, Dómine.

Aña. Tu es Deus.

Psalmus lxxvi.

**V**OCE mea ad Dñm clamávi : \* voce mea ad Deum, et inténdit mihi.

In die tribulatiois meae Deum exquisivi, má nibus meis nocte contra eum : \* et non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea, \* memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum : et defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei : \* turbátus sum, et non sum locútus.

Cogitávi dies antiquos : \* et annos aetérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, \* et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

Numquid in aetérnum projiciet Deus : \* aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscindet, \* a

generatióne in generatió-nem?

Aut óbliviscétur miseréri Deus? \* aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi : Nunc cœpi : \* haec mutatio dexterae Excelsi.

Memor fui óperum Dómini : \* quia minor ero ab initio mirábilium tuórum,

Et meditábor in ómnibus óperibus tuis : \* et in adinventioníbus tuis exercébor.

Deus, in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? \* tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in pópulis virtútem tuam : \* redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Jacob, et Joseph.

Vidérunt te aquae, Deus, vidérunt te aquae : \* et timuérunt, et turbatae sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum : \* vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittae tuae transeunt : \* vox tonitruí tui in rota.

Illuxérunt coruscationes tuae orbi terrae : \* commóta est, et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitae tuae in aquis multis : \* et vestigia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, \* in manu Móysi et Aaron.



Psalmus lxxvii.

**A**TTENDITE pópule  
meus legem meam: \*  
inclináte aurem vestram in  
verba oris mei.

Apériam in parábolis os  
meum: \* loquar propositi-  
ones ab initio.

Quanta audívimus et cog-  
nóvimus ea: \* et patres  
nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta a fi-  
liis eórum, \* in generatióne  
áltera.

Narrátes laudes Dómi-  
ni, et virtútes ejus, \* et mira-  
bilia ejus quae fecit.

Et suscitávit testimónium  
in Jacob: \* et legem pósuit  
in Israël.

Quanta mandávit pátri-  
bus nostris nota fácere ea  
filiis suis: \* ut cognóscat  
generatio áltera.

Filii qui nascéntur, et  
exúrgent, \* et narrábunt fi-  
liis suis,

Ut ponant in Deo spem  
suam, et non obliviscántur  
óperum Dei: \* et mandáta  
ejus exquírant.

Ne fiant sicut patres eó-  
rum: \* generatio prava et  
exásperans.

Generatio, quae non di-  
réxit cor suum: \* et non est  
créditus cum Deo spiritus  
ejus.

Filii Ephrem intendétes  
et mittétes arcum: \* con-  
vérsi sunt in die belli.

Non custodiérunt testa-

méntum Dei: \* et in lege  
ejus noluerunt ambuláre.

Et obliti sunt benefactó-  
rum ejus, \* et mirabílium  
ejus quae osténdit eis.

Coram pátribus eórum fe-  
cit mirabília in terra Ægy-  
pti, \* in campo Táneos.

Interrúpit mare, et per-  
dúxit eos: \* et státuit aquas  
quasi in utre.

Et dedúxit eos in nube  
diéi: \* et tota nocte in illu-  
minatióne ignis.

Interrúpit petram in eré-  
mo: \* et adaquávit eos ve-  
lut in abysso multa.

Et edúxit aquam de pe-  
tra: \* et dedúxit tamquam  
flúmina aquas.

Et apposuérent adhuc  
peccáre ei: \* in iram excita-  
vérunt Excélsū in inaquóso.

Et tentavérunt Deum in  
córdibus suis: \* ut péterent  
escas animábus suis.

Et male locúti sunt de  
Deo: \* dixerunt: Numquid  
póterit Deus paráre men-  
sam in desérto?

Quóniam percússit pe-  
tram, et fluxérunt aquae, \*  
et torréntes inundavérunt.

Numquid et panem póte-  
rit dare, \* aut paráre men-  
sam pópulo suo?

Ideo audívit Dóminus, et  
distulit: \* et ignis accensus  
est in Jacob, et ira ascendit  
in Israël:

Quia non credidérunt in  
Deo, \* nec speravérunt in  
salutári ejus:

Et mandávit núbibus dé-  
super,\* et jánuas coeli apé-  
ruit.

Et pluit illis manna ad  
manducándum,\* et panem  
coeli dedit eis.

Panem Angelórum man-  
ducávit homo : \* cibária  
misit eis in abundántia.

Tránstulit Austrum de  
coelo : \* et indúxit in virtú-  
te sua Africum.

Et pluit super eos sicut  
púlverem carnes : \* et sicut  
arénam maris volatília pen-  
náta.

Et cecidérunt in médio  
castrórum eórum : \* circa  
tabernácula eórum.

Et manducavérunt et sat-  
turáti sunt nimis, et desidé-  
rium eórum áttulit eis : \*  
non sunt fraudáti a desidé-  
rio suo.

Adhuc escae eórum erant  
in ore ipsórum : \* et ira Dei  
ascéndit super eos.

Et occídit pingues eó-  
rum,\* et eléctos Israël im-  
pedívit.

In ómnibus his pecca-  
vérunt adhuc : \* et non  
credidérunt in mirabilibus  
ejus.

Et defecérunt in vanitáte  
dies eórum : \* et anni eó-  
rum cum festinátione.

Cum occíderet eos, quae-  
rébant eum : \* et revertébán-  
tur, et dilículo veniébant  
ad eum.

Et memoráti sunt quia  
Deus adjutor est eórum : \*

et Deus excélsus redéptor  
eórum est.

Et dilexérunt eum in ore  
suo,\* et lingua sua mentiti  
sunt ei :

Cor autem eórum non  
erat rectum cum eo : \* nec  
fidéles hábiti sunt in testa-  
ménto ejus.

Ipse autem est miséricors,  
et propítius fiet peccátis eó-  
rum : \* et non dispérdet eos.

Et abundávit ut averte-  
ret iram suam : \* et non ac-  
céndit omnem iram suam :

Et recordátus est quia ca-  
ro sunt : \* spíritus vadens,  
et non rédiens.

Quóties exacerbavérunt  
eum in desérto,\* in iram  
concitavérunt eum in ina-  
quóso ?

Et convérsi sunt, et ten-  
tavérunt Deum : \* et san-  
ctum Israël exacerbavérunt.

Non sunt recordáti ma-  
nus ejus,\* die qua redémit  
eos de manu tribulántis,

Sicut pósuit in Aegypto  
signa sua,\* et prodígia sua  
in campo Táneos.

Et convértit in sángu-  
inem flúmina eórum,\* et  
imbres eórum, ne biberent.

Misit in eos coenomyiam,  
et comédit eos : \* et ranam,  
et dispérdidit eos.

Et dedit aerúgini fructus  
eórum : \* et labóres eórum  
iocústae.

Et occídit in grándine ví-  
neas eórum : \* et moros eó-  
rum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum : \* et possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suae : \* indignationem, et iram, et tribulationem : immissiones per angelos malos.

Viam fecit semitae irae suae, non pepercit a morte animabus eorum : \* et iumenta eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti : \* primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

Et abstulit sicut oves populum suum : \* et perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe, et non timuerunt : \* et inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis suae, \* montem, quem acquisivit dextera ejus.

Et eiecit a facie eorum Gentes : \* et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum \* tribus Israel.

Et tentaverunt, et exacerbaverunt Deum excelsum : \* et testimonia ejus non custodierunt.

Et avertérunt se, et non servaverunt pactum : \* quemadmodum patres eorum,

conversi sunt in arcum pravam.

In iram concitaverunt eum in collibus suis : \* et in sculptilibus suis ad aemulationem eum provocaverunt.

Audívit Deus, et sprevit : \* et ad nihilum redégit valde Israel.

Et repulit tabernaculum Silo, \* tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.

Et tradidit in captivitatem virtutem eorum : \* et pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum : \* et haereditatem suam sprevit.

Juvenes eorum comedit ignis : \* et virgines eorum non sunt lamentatae.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt : \* et viduae eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, \* tanquam potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos in posteriora : \* opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Joseph : \* et tribum Ephraim non elegit :

Sed elegit tribum Juda, \* montem Sion quem dilexit.

Et aedificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, \* quam fundavit in saecula.

Et elegit David servum suum, et sustulit eum de

grégibus óvium : \* de post foetantes accépit eum,

Pascere Jacob servum suum, \* et Israél haereditatem suam :

Et pavit eos in innocentia cordis sui : \* et in intellectibus mánuum suárum dedúxit eos.

Añs. Tu es Deus, qui facis mirabilia.

Añs. Propitius esto.

Psalmus lxxviii.

**D**EUS, venérunt Gentes in haereditatem tuam, polluérunt templum sanctum tuum : \* posuérunt Jerúsalem in pomórum custodiam.

Posuérunt morticina servórum tuórum, escas volatilibus coeli : \* carnes sanctórum tuórum béstiis terrae.

Effuderunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem : \* et non erat qui sepeliret.

Facti sumus oppróbrium vicinis nostris : \* subsannatio et illúsis his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in finem : \* accendétur velut ignis zelus tuus ?

Effunde iram tuam in Gentes, quae te non novérunt : \* et in regna, quae nomen tuum non invocavérunt :

Quia comederunt Jacob : \* et locum ejus desolavérunt.

Ne memineris iniquitá-

tum nostrárum antiquárum, cito anticipent nos misericórdiae tuae : \* quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutáris noster : et p̄pter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos : \* et propitius esto peccátiis nostris, p̄pter nomen tuum :

Ne forte dicant in Géntibus : Ubi est Deus eórum ? \* et innotéscat in natióibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est : \* intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndū magnitudinem bráchii tui, \* p̄sside filios mortificatórum.

Et redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum : \* imp̄p̄rium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dñe.

Nos autem pópulus tuus, et oves páscae tuae, \* confitébimur tibi in saeculum :

In generatióem et generatióem \* annuntiábitis laudem tuam.

Psalmus lxxix.

**Q**UI regis Israél, inténde : \* qui dedúcis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chérubim, \* manifestáre coram Ephraím, Bénjamin, et Manásse.

Excita poténtiā tuam, et veni, \* ut salvos fácias nos.

Deus, convérte nos : \* et

osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Dómine, Deus virtútum,\*  
quosque irascéris super  
oratióem servi tui?

Cibábis nos pane lacry-  
márum ; \* et potum dabis  
nobis in lácrymis in men-  
súra ?

Posuísti nos in contradi-  
ctióem vicínis nostris : \*  
et inimíci nostri subsanna-  
vérunt nos.

Deus virtútum convérte  
nos : \* et osténde fáciem  
tuam : et salvi érimus.

Vineam de Ægypto  
transtulísti : \* eiecísti Gen-  
tes, et plantásti eam.

Dux itineris fuísti in cons-  
péctu ejus : \* plantásti ra-  
dices ejus, et implévit ter-  
ram.

Opéruit montes umbra  
ejus : \* et arbústa ejus ce-  
dros Dei.

Exténdit pálmites suos  
usque ad mare : \* et usque  
ad flumen propágenes ejus.

Ut quid destruxísti mac-  
cériam ejus : \* et vindémiant  
eam omnes, qui praeter-  
grediúntur viam ?

Exterminávit eam aper  
de silva : \* et singularís  
ferus depástus est eam.

Deus virtútum convérte-  
re : \* respice de coelo, et  
vide, et visita vineam istam.

Et pérfice eam, quam  
plantávit dextera tua : \* et  
super filium hóminis, quem  
confirmásti tibi.

Incénsa igni, et suffóssa \*  
ab increpatione vultus tui  
peribunt.

Fiat manus tua super vi-  
rum dexterae tuae : \* et su-  
per filium hóminis, quem  
confirmásti tibi.

Et non discédimus a te,  
vivificábis nos : \* et nomen  
tuum invocábimus.

Dómine, Deus virtútum,  
convérte nos : \* et osténde  
fáciem tuam, et salvi éri-  
mus.

*Añã.* Propítius esto pec-  
cátis nostris, Dómine.

*Per Annum, V.* Gaudé-  
bunt lábia mea, cum cantá-  
vero tibi. *R.* Et ánima  
mea, quam redemísti.

*In Adventu, V.* Ex Sion  
spécies decóris ejus. *R.*  
Deus noster maniféste vé-  
niet.

*Pro uno Martyre, V.* Gló-  
ria et honóre coronásti eum,  
Dómine. *R.* Et constituísti  
eum super ópera mánuum  
tuárum.

*Pro pluribus Martyribus,  
V.* Laetámini in Dómino,  
et exultáte justi. *R.* Et  
gloriámini omnes recti  
corde.

*Pro Confessore Pontifice  
et non Pontifice, V.* Amá-  
vit eum Dñus, et ornávit  
eum. *R.* Stolum glórie  
índuit eum.

*Pro una Sancta, V.* Spé-  
cie tua et pulchritúdine  
tua. *R.* Inténde, prospere  
procéde, et regna.

## AD LAUDES.

Antiphona. Tibi soli peccávi, Dómine, miserere mei.

Psalm. Miserere. 62.

Antiphona. Dómine.

Psalmus lxxxix.



**D**OMINE, refúgium factus es nobis : \* a generatióne in generatióne.

Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra, et orbis : \* a saeculo et usque in saeculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem : \* et dixisti : Convertimini, filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, \* tamquam dies hestérna, quae praetériit,

Et custódia in nocte, \* quae pro nihilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tráns-eat, mane flóreat, et tráns-eat : \* véspere décidat, indúret, et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, \* et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo : \* saeculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt : \* et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : \* dies annórum nostrórum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentátibus octoginta anni : \* et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniã supervénit mansuetúdo : \* et corripémur.

Quis novit potestátem irae tuae : \* et prae timóre tuo iram tuam dinumeráre ?

Déxteram tuam sic notam fac : \* et eruditos corde in sapiéntia.

Convértere, Dómine, usquequo ? \* et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : \* et exultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Laetáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti : \* annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, et in ópera tua : \* et dirige filios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera mánuum nostrárum dirige super nos : \* et opus mánuum nostrárum dirige.

Añã. Dómine, refúgium factus es nobis.

Añã. In matutínis meditábor in te.

Psalmus. Deus, Deus meus. 19.

Añã. Cantémus.

Canticum Moysis

*Exod. xv.*

**Q**ANTEMUS Dño :  
glorióse enim magnificátus est, \* equum et ascensórem dejecit in mare.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, \* et factus est mihi in salutem :

Iste Deus meus, et glorificábo eum : \* Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, omnipotens nomen ejus. \* Currus Pharaónis et exercitum ejus projecit in mare :

Elécti príncipes ejus submersi sunt in mari Rubro. \* Abyssi operuerunt eos, descendérunt in profundum quasi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta est in fortitudine : déxtera tua, Dómine, percussit inimicum. \* Et in multitudine glóriæ tuæ deposuisti adversários tuos :

Misisti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stipulam. \* Et in spíritu furóris tui congregatæ sunt aquæ :

Stetit unda fluens, \* congregatæ sunt abyssi in médio mari.

Dixit inimicus : Persequar, et comprehendam, \* dividam spólia, implebitur ánima mea :

Evaginábo gládiū meū, \* interficiet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, et

opéruiť eos mare : \* submersi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis similis tui in fortibus, Dómine? \* quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudábilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, et devorávit eos terra. \* Dux fuisti in misericórdia tua pópulo quem redemisti :

Et portásti eum in fortitudine tua, \* ad habitaculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et iráti sunt : \* dolóres obtinuerunt habitatóres Philístiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edóm, robústos Moab obtinuit tremor : \* obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, \* in magnitudine bráchii tui :

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertranseat pópulus tuus, Dñe, \* donec pertranseat pópulus tuus iste, quem possedisti.

Introdúces eos, et plantabis in monte haereditatis tuæ, \* firmíssimo habitaculo tuo quod operátus es, Dómine :

Sanctuárium tuum, Dñe, quod firmaverunt manus tuæ. \* Dóminus regnabit in aeternum et ultra.

Ingréssus est enim eques

Pháro cum cúrribus et equítibus ejus in mare: \* et redúxit super eos Dñs aquas maris :

Fílli autem Israël ambuláverunt per siccum \* in médio ejus.

Añã, Cantémus Dómino glorióse.

Añã. In sanctís ejus laudáte Deum.

Psalms. Laudáte Dóminum de coelis. 21.

Capitulum. Rom. xiii. d.

**D**OX præcésit, dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. Sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

**L**UX ecce surgit áurea, Pallens facéssat cæcitas,

Quæ nosmet in præceps diu

Erróre traxit dévio.

Hæc lux serénũ cónferat, Purósque nos præstet sibi: Nihil loquámur súbdolum, Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies, Ne lingua mendax, ne manus

Oculive peccent lúbriçi, Ne noxa corpus inquinet.

Speculátor adstat désuper,

Qui nos diébus ómnibus, Actúsque nostros próspicit A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória, Ejúsque soli Fílio, Cum Spíritu Paráclito, Nunc et per omne sæculum. Amen.

¶. Repléti sumus mane misericórdia tua. R. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedíctus, Añã. In sanctítate \*serviámus Dño, et liberábit nos ab inimicis nostris.

Preces, quando dicendæ sunt, habentur supra in Feria ii. 65.

## FERIA SEXTA

AD MATUTINUM.

Invit. Adorémus Dóminum, \* Quóniam ipse fecit nos.

Ps. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

**T**U Trinitátis Unitas, Orbem poténter quæ regis,

Atténde laudis cánticum Quod excubántes psállimus.

Nam léctulo consúrgimus Noctis quiéto témpore, Ut flagitémus ómnium A te medélam vulnerum.

Quo fraude quidquid dæmonum

In nóctibus delíquimus, Abstérgat illud coelitus

Tuæ potéstas glóriae.

Ne corpus adstet sórdidũ, Nec torpor instet córdium,

Ne criminis contágio Tepéscat ardor spiritus.



Ob hoc, Redemptor,  
quaesumus,  
Reple tuo nos lumine,  
Per quod diernum circulis  
Nullis ruamus actibus.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne saeculum.  
Amen.

Antiphona. Exultate.

Psalmus lxxx.



**K**ULTATE Deo  
adjuutori nostro: \*  
jubilate Deo Ja-  
cob.

Sumite psalmum, et date  
tympanum: \* psalterium  
jucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia  
tuba, \* in insigni die so-  
lemnitatis vestrae:

Quia praecceptum in Israél  
est: \* et iudiciu Deo Jacob.

Testimonium in Joseph  
posuit illud, cum exiret de  
terra Aegypti: \* linguam,  
quam non noverat, audivit.

Divertit ab oneribus dor-  
sum ejus: \* manus ejus in  
cophino serviérunt.

In tribulatione invocasti  
me, et libera vi te: \* exau-  
divi te in abscondito tem-  
pestatis: probavi te apud  
aquam contradictionis.

Audi populus meus, et  
contestabor te: \* Israél si  
audieris me, non erit in te  
deus recens, neque adorabis  
deum alienum.

Ego enim sum Dominus

Deus tuus, qui eduxi te de  
terra Aegypti: \* dilata os  
tuum, et implebo illud.

Et non audivit populus  
meus vocem meam: \* et  
Israél non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum  
desideria cordis eorum, \*  
ibunt in adinventiombus  
suis.

Si populus meus audisset  
me: \* Israél si in viis meis  
ambulasset:

Pro nihilo forsitan inimi-  
cos eorum humiliassem: \*  
et super tribulantes eos mi-  
sissem manum meam.

Inimici Domini mentiti  
sunt ei: \* et erit tempus  
eorum in saecula.

Et cibavit eos ex adipem  
frumenti: \* et de petra,  
melle saturavit eos.

Psalmus lxxxii.

**D**EUS stetit in synagó-  
ga deorum: \* in mé-  
dio autem deos dijudicat.

Usquequo iudicatis ini-  
quitate: \* et facies pecca-  
torum sumitis?

Judicate egeno, et pupillo:  
\* humilem et pauperem  
justificate.

Eripite pauperem: \* et  
egenum de manu peccatoris  
liberate.

Nescierunt, neque intel-  
lexerunt, in tenebris ambul-  
ant: \* movebuntur omnia  
fundamenta terrae.

Ego dixi: Dii estis, \* et  
filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriémini : \* et sicut unus de principibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram : \* quóniam tu haereditábis in ómnibus Géntibus.

*Añs.* Exultáte Deo adjutóri nostro.

*Añs.* Tu solus.

Psalmus lxxxii.

**D**EUS, quis símilis erit tibi? \* ne táceas, neque compescáris, Deus : Quóniam ecce inimíci tui sonuérunt : \* et qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consilium : \* et cogitavérunt advérsus sanctos tuos.

Dixerunt : Veníte, et disperdámus eos de gente : \* et non memorétur nomen Israél ultra.

Quóniam cogitavérunt unánimiter : \* simul advérsus te testaméntum disposuérunt, tabernácula Idu-maeórum et Ismahelítæ :

Moab, et Agaréni, Gebal, et Ammon, et Amalec : \* alienígenæ cum habitántibus Týrum.

Etenim Assur venit cum illis : \* facti sunt in adjutórium filiis Lot.

Fac illis sicut Má dian et Sisaræ : \* sicut Jabin in torrente Cisson.

Disperiérunt in Endor : \* facti sunt ut stercus terræ.

Pone principes eórũ sic, ut Oreb, et Zeb, \* et Zébec, et Sálmana :

Omnes principes eórum : \* qui dixerunt : Haereditáte possideámus Sanctuárium Dei.

Deus meus, pone illos ut rotam : \* et sicut stípulam ante faciém venti.

Sicut ignis, qui combúrit silvam : \* et sicut flamma combúrens montes :

Ita persequéris illos in tempestáte tua : \* et in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignominia : \* et quaerent nomen tuum, Dómine.

Erubéscant, et conturbéntur in saeculum saeculi : \* et confundántur, et pereant.

Et cognóscant quia nomen tibi Dóminus : \* tu solus Altíssimus in omni terra.

Psalmus lxxxiii.

**Q**UAM dilécta tabernácula tua, Dñe virtútum : \* concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea \* exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum : \* rex meus, et Deus meus.

Beāti, qui hábitant in domo tua, Dómine : \* in saecula saeculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxilium abs te : \* ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymarum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem : \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exáudi oratióem meam : \* áuribus pécipe, Deus Jacob.

Protéctor noster aspice Deus : \* et respice in faciém Christi tui :

Qua mélior est dies una in átris tuis \* super millia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei : \* magis quam habitáre in tabernaculis peccatórum.

Quia misericórdiam et veritátem diligit Deus : \* grátiam, et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia : \* Dñe virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Añs. Tu solus Altíssimus super omnem terram.

Añs. Benedixisti.

Psalmus lxxiv.

**B**ENEDIXISTI, Dómine, terram tuam : \* avertísti captivitátem Jacob.

Remisisti iniquitátem plebis tuae : \* operuisti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : \* avertísti ab ira indignatióis tuae.

Convérte nos, Deus salutaris noster : \* et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in aetérnum irascéris nobis ? \* aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem ?

Deus, tu convérsus vivificábis nos : \* et plebs tua laetábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : \* et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : \* quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : \* et in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúntamen prope tíméntes eum salutáre ipsius : \* ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et veritas obviáverunt sibi : \* justitia, et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est : \* et justitia de coelo spéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem : \* et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulábit : \* et ponet in via gressus suos.

Psalmus lxxxv.

**I**NCLINA, Dómine, aurem tuam, et exáudi me : \* quóniam inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : \* saluum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : \* laetifica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis : \* et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te.

Auribus pèrcipe, Dñe, oratióne meam : \* et inténde voci deprecationis meae.

In die tribulatiónis meae clamávi ad te : \* quia exaudisti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine : \* et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecisti, vénient, et adorábunt coram te, Dñe : \* et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et faciens mirabilia : \* tu es Deus solus.

Deduc me, Dñe, in via tua, et ingrédia in veritate tua : \* laetétur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, \* et glorificábo nomen tuum in aetérnum :

Quia misericórdia tua magna est super me : \* et erúisti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iníqui insurrexerunt super me, et synagóga poténtium quaesierunt ánimam meam : \* et non proposuerunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine Deus miserátor et miséricors, \* pátiens, et multae misericórdiae, et verax,

Réspice in me, et miserére mei, \* da impérium tuum púero tuo : et saluum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : \* quóniam tu, Dñe, adjuvisti me, et consolátus es me.

Añsa. Benedixisti, Dómine, terram tuam.

Añsa. Fundaménta ejus.

Psalmus lxxxvi.

**F**UNDAMENTA ejus in móntibus sanctis : \* diligit Dñus portas Sion super ómnia tabernacula Jacob.

Glóriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylónis \* sciéntium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et pópulus Æthiopū, \* hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea : \* et ipse fundávit eam Altissimus ?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et príncipum: \* horum, qui fuérunt in ea.

Sicut laetántium ómnium \* habitátio est in te.

Psalmus lxxxvii.

**D**OMINE Deus salutis meae: \* in die clamávi, et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea: \* inclína aurem tuam ad precem meam:

Quia repléta est malis ánima mea: \* et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: \* factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlchris, quorum non es memor ámplius: \* et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri: \* in tenebrósis, et in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus: \* et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me: \* posuérunt me abominatióne sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar: \* óculi mei languérunt prae inópia.

Clamávi ad te, Dómine, tota die: \* expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabilia: \* aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam, \* et veritátem tuam in perditióné?

Numquid cognoscéntur in ténébris mirabilia tua: \* et justitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi: \* et mane orátio mea praevéniet te.

Ut quid, Dómine, repélis oratióne meam: \* avértis faciém tuam a me?

Pauper sum ego, et in labóribus a juventúte mea: \* exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiéruunt irae tuae: \* et terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: \* circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amicum, et próximum: \* et notos meos a miséria.

*Añs.* Fundaménta ejus in móntibus sanctis.

*Antiphona.* Benedíctus.

Psalmus lxxxviii.

**M**ISERICORDIAS Dómini, \* in aetérnum cantábo.

In generatióne et generatióne \* annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti : In aetérnum misericórdia aedificábitur in coelis : \* praeparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo meo? \* usque in aetérnum praeparábo semen tuum.

Et aedificábo in generatióne, et generatióne \* sedem tuam.

Confitebúntur coeli mirabilia tua, Dómine : \* étenim veritátem tuam in ecclésiá sanctórum.

Quóniam quis in núbibus aequábitur Dómino : \* similis erit Deo in filiis Dei?

Deus, qui glorificátur in consílio sanctórum : \* magnus et terribilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútu, quis símilis tibi? \* potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris : \* motum autem flúctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum : \* in bráchio virtútu tuae dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt coeli, et tua est terra, orbem terrae et plenitudinem ejus tu fundásti : \* aquilónè, et mare tu creásti.

Thabor et Hermon in nómine tuo exultábunt : \* tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, et exaltétur dextera tua : \* ju-

stítia et judícium praepará-tio sedis tuae.

Misericórdia et véritas, praecedént faciém tuam : \* beátus pópulus, qui scit jubilatióne.

Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, et in nómine tuo exultábant tota die : \* et in justítia tua exaltábuntur.

Quóniam glória virtútu eórum tu es : \* et in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assúptio nostra : \* et sancti Is-raél regis nostri.

Tunc locútu es in visióne sanctis tuis, et dixísti : \* Pósuí adjutórium in potén-te : et exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum : \* óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei : \* et bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, \* et filius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concidam a facié ipsius inimicos ejus : \* et odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, et misericórdia mea cum ipso : \* et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus : \* et in flumínibus dexteram ejus.

Ipsé invocábit me : Pater meus es tu : \* Deus meus, et suscéptor salutis meae :

Et ego primogénitum ponam illum \* excélsus prae régibus terrae.

In aetérnum servábo illi misericórdiam meam : \* et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in saeculum saeculi semen ejus : \* et thronum ejus sicut dies coeli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : \* et in judiciis meis non ambuláverint :

Si justítias meas profanáverint : \* et mandáta mea non custodierint :

Visitábo in virga iniquitátes eórum : \* et in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo : \* neque nocébo in veritáte mea :

Neque profanábo testaméntum meum : \* et quae procédunt de lábiis meis non fáciám irríta.

Semel jurávi in sancto meo, si David méntiar : \* semen ejus in aetérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo, \* et sicut luna perfécta in aetérnum : et testis in coelo fidélis.

Tu vero repulstisti et despexísti : \* distulstisti Christum tuum.

Evertísti testaméntum

servi tui : \* profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus : \* posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes transeúntes viam : \* factus est oppróbrium vicinis suis.

Exaltásti dexteram depri méntium eum : \* lactificásti omnes inimícos ejus.

Avertísti adjutórium gládi ejus : \* et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatióne : \* et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus : \* perfudísti eum confusióne.

Usquequo, Dómine, avértis in finem : \* exardéscet sicut ignis ira tua ?

Memoráre quae mea substántia : \* numquid enim vane constituísti omnes filios hóminum ?

Quis est homo, qui vivet, et non vidébit mortem : \* éruet ánimam suam de manu inferi ?

Ubi sunt misericórdiae tuae antiquae, Dómine, \* sicut jurásti David in veritáte tua ?

Memor esto, Dómine, oppróbrii servórum tuórum \* (quod continui in sinu meo) multárum Géntium.

Quod exprobráverunt inimíci tui, Dómine, \* quod exprobráverunt commutatióne Christi tui.

Benedíctus Dóminus in aetérnum : \* fiat, fiat.

Psalmus xciii.

**D**EUS uliónum Dóminus : \* Deus uliónum libere egit.

Exultáre qui júdicas terram : \* redde retributióem supérbis.

Usquequo peccatóres, Dómine, \* úsquequo peccatóres gloriabúntur :

Effabúntur, et loquéntur iniquitátem : \* loquéntur omnes, qui operántur injustítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt : \* et haereditátem tuam vexavérunt.

Viduam, et ádvenam interfecérunt : \* et pupillos occidérunt.

Et dixerunt : Non vidébit Dóminus, \* nec intélliget Deus Jacob.

Intélligite insipiéntes in pópulo : \* et stulti aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? \* aut qui finxit óculum, non considerat?

Qui córripit Gentes, non árguet : \* qui docethómínem sciéntiam?

Dñus scit cogitatióes hómínū, \* quóniā vanae sunt.

Beátus homo, quem tu erudieris, Dómine : \* et de lege tua docúeris eum.

Ut mitiges ei a diébus malis : \* donec fodiátur peccatóri fovea.

Quia non repéllat Dóminus plebem suam : \* et haereditátem suam non derelinquet.

Quoadúsque justítia convertátur in júdicium : \* et qui júxta illam omnes qui recto sunt corde,

Quis consúrget mihi advérsus malignántes? \* aut quis stabit mecum advérsus operántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus adjúvit me : \* paulo minus habitáset in inférno ánima mea.

Sí dicébam : Motus est pes meus : \* misericórdia tua, Dómine, adjuvábát me.

Secúndum multitudínem dolórum meórum in corde meo : \* consolatióes tuae laetificavérunt ánimam meam.

Numquid adhaeret tibi sedes iniquitátis : \* qui fingis labórem in praecépto?

Captábunt in ánimam justí : \* et sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dñus in refúgium : \* et Deus meus in adjutórium spei meae.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum : et in malítia eórum dispédet eos : \* dispédet illos Dóminus Deus noster.

Añña. Benedíctus Dóminus in aetérnum.

Añña. Cantáte.



Psalmus xcv.

**Q**UANTATE Dómino  
cánticum novum : \*  
cantáte Dño omnis terra.

Cantáte Dño, et benedí-  
cite nómini ejus : \* annun-  
tiáte de die in diem salutáre  
ejus.

Annuntiáte inter Gentes  
glóriam ejus, \* in ómnibus  
pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dñus,  
et laudábilis nimis : \* terri-  
bilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Gén-  
tium daemónia : \* Dóminus  
autem coelos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo  
in conspéctu ejus : \* sancti-  
mónia et magnificéntia in  
sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriae  
Géntium, afférte Dño gló-  
riam et honórem : \* afférte  
Dño glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte  
in átria ejus : \* adoráte Dó-  
minum in átrio sancto ejus.

Commovéatur a fácie  
ejus univérsa terra : \* dicite  
in Géntibus quia Dóminus  
regnávit.

Etenim corréxit orbem  
terrae qui non commovébi-  
tur : \* judicábit pópulos in  
aequitáte.

Laeténtur coeli, et exúl-  
tet terra, commovéatur  
mare, et plenitúdo ejus : \*  
gaudébunt campi, et ómnia  
quae in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia

ligna silvárum a fácie Dñi,  
quia venit : \* quóniam venit  
judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in  
aequitáte, \* et pópulos in  
veritaté sua.

Psalmus xcvi.

**D**OMINUS regnávit,  
exúltet terra : \* lae-  
téntur insulae multae.

Nubes, et caligo in cir-  
cúitu ejus : \* justítia, et ju-  
dicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecé-  
det, \* et inflammábit in cir-  
cúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus  
orbi terrae : \* vidit, et com-  
móta est terra.

Montes, sicut cera fluxé-  
runt a fácie Dñi : \* a fácie  
Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt coeli ju-  
stítiam ejus : \* et vidérunt  
omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui  
adórant sculptília : \* et qui  
gloriantur in simulácris  
suis.

Adoráte eum omnes An-  
geli ejus : \* audívit, et lae-  
táta est Sion.

Et exultavérunt filiae  
Judae, \* propter judícia  
tua, Dómine :

Quóniam tu Dñus Altís-  
simus super omnem ter-  
ram : \* nimis exaltátus es  
super omnes deos.

Qui dilígitis Dñum, odíte  
malum : \* custódit Dómi-  
nus ánimas sanctórum

suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde laetitia.

Laetamini justi in Domino: \* et confitemini memoriae sanctificationis ejus.

Añã. Cantate Domino, et benedicite nomini ejus.

Per Annum, V. Intret oratio mea in conspectu tuo, Dñe. R. Inclina aurem tuam ad preces meas.

In Adventu, V. Emitte Agnum, Dñe, Dominatorem terrae. R. De petra deserti ad montem filiae Sion.

Pro uno Martyre, V. Posuisti, Dñe, super caput ejus. R. Coronam de lapide pretioso.

Pro pluribus Martyribus, V. Exultent justi in conspectu Dei. R. Et delecentur in laetitia.

Pro Conf. Pont. V. Eliget eum Dñs sacerdotem sibi. R. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Pro Conf. non Pont. V. Os justi meditabitur sapientiam. R. Et lingua ejus loquetur iudicium.

Pro una Sancta, V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio ejus non commovebitur.

AD LAUDES.

Añã. Spiritu principali confirma cor meum, Deus.

Psalm. Miserere. 62.

Añã. In veritate.

Psalmus cxlii.

**Q**UOMINE, exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: \* exaudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo: \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: \* et anxietus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: \* anima mea sicut terra sine aqua tibi:

Velociter exaudi me, Domine: \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: \* et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Dñe, ad te confugi: \*

doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : \* propter nomen tuum, Dñe, vivificabis me, in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : \* et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam : \* quoniam ego servus tuus sum.

Añs. In veritate tua exaudi me, Domine.

Añs. Illumina, Dñe, vul-tum tuum super nos.

Ps. Deus, Deus meus. 19.

Añs. Domine.

Canticum Habacuc.

Cap. iii.

**D**OMINE, audivi auditionem tuam, \* et timui.

Dñe, opus tuum \* in medio annorum vivifica illud.

In medio annorum notum facies : \* cum iratus fueris, misericordiae recordaberis.

Deus ab Austro veniet, \* et sanctus de monte Pharan :

Operuit coelos gloria ejus : \* et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : \* cornua in manibus ejus :

Ibi abscondita est fortitudo ejus : \* ante faciem ejus ibit mors.

Et egrediatur diabolus

ante pedes ejus. \* Stetit, et mensus est terram.

Aspexit, et dissolvit Gentes : \* et contriti sunt montes saeculi.

Incurvati sunt colles mundi, \* ab itineribus aeternitatis ejus.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae, \* turbabuntur pelles terrae Madian.

Numquid in fluminibus iratus es, Dñe? \* aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos : \* et quadrigae tuae salvatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum : \* juramenta tribubus, quae locutus es :

Fluvios scindes terrae : viderunt te, et doluerunt montes : \* gurges aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam : \* altitudo manus suas levavit.

Sol, et luna steterunt in habitaculo suo, \* in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastae tuae.

In fremitu conculcabis terram : \* in furore obstupescies Gentes.

Egressus es in salutem populi tui : \* in salutem cum Christo tuo :

Percussisti caput de domo impii : \* denudasti fundamentum ejus usque ad collum.

Maledixisti sceptris ejus,  
capiti bellatorum ejus,\* venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exultatio eorum \* sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis,\* in luto aquarum multarum.

Audivi, et conturbatus est venter meus : \* a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, \* et subter me scaeat.

Ut requiescam in die tribulationis : \* ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit :\* et non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivae : \* et arva non afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus : \* et non erit armamentum in praesepibus.

Ego autem in Domino gaudebo : \* et exultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea : \* et ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor \* in psalmis canentem.

Añā. Domine, audivi auditum tuum, et timui.

Añā. In tympano et choro, in chordis et organo laudate Deum.

Psalm. Laudate Dñm de caelis. 21.

Capitulum, Rom. xiii. d.

**D**OX praecessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

Hymnus.

**T**ERNA coeli gloria,

Beata spes mortalium,  
Summi Tonantis Unice,  
Castaeque proles Virginis;

Da dexteram surgentibus,  
Exurgat ut mens sobria,  
Flagrans et in laudem Dei  
Grates rependat debitas.

Ortus refulget lucifer,  
Praeitque solem nuntius :  
Cadunt tenebrae noctium :  
Lux sancta nos illuminet :

Manensque nostris sensibus,

Noctem repellat saeculi,  
Omni que fine temporis  
Purgata servet pectora.

Quaesita jam primum fides

In corde radices agat,  
Secunda spes congaudeat,  
Qua major extat caritas.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio  
Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc et per omne saeculum. Amen.

¶. Repleti sumus mane misericordia tua. R. Exultavimus, et delectati sumus.

Ad Benedictus, Añā. Per viscera misericordiae Dei

nostri visitávit nos oriens  
ex alto.

Preces, quando dicendae  
sunt, habentur supra in  
Feria ii. 65.

### SABBATO

#### AD MATUTINUM.

Invit. Dóminum Deum  
nostrum \* Veníte, adorémus.

Ps. Veníte, exultémus. 2.

#### Hymnus.

**S**UMMAE Parens cle-  
méntiae,  
Mundiregis qui máchinam,  
Unius et substántiae,  
Trínusque persónis Deus :  
Nostros pius cum cán-  
ticis

Fletus bénigne súscipe :  
Ut corde puro sórdium  
Te perfruámur largius.

I umbos, jecúrque mór-  
bidum

Flammis adúre cóngruis,  
Accíncti ut artus éxcubent  
Luxu remóto péssimo.

Quicúmque ut horas nó-  
ctium

Nunc concinéndó rúmpi-  
mus,

Ditémur omnes áffatim  
Donis beátæ pátriae.

Iraesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Regnans per omne saccu-  
lum. Amen.

Añã. Quia mirabília.

#### Psalmus xxvii.



**C**ANTATE DÓ-  
mino cánticum  
novum : \* qua  
mirabilia fecit.

Salvávit sibi délixera  
ejus : \* et bráchium san-  
ctum ejus.

Notum fecit Dóminus  
salutare suum : \* in conspé-  
ctu géntium revelávit justí-  
tiam suam.

Recordátus est miseri-  
córdiae suae, \* et veritátis  
suae dómui Israél.

Vidérunt omnes términi  
terrae \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis ter-  
ra : \* cantáte, et exultáte,  
et psállite.

Psállite Dómino in eitha-  
ra, in eithara et voce psal-  
mi : \* in tubis duétilibus,  
et voce tubae córnea.

Jubiláte in conspéctu  
Regis Dómini : \* moveátur  
mare, et plenitúdo ejus :  
orbis terrárum, et qui hábi-  
tant in eo.

Flúmina plaudent manu,  
simul montes exultábunt a  
conspéctu Dñi : \* quóniam  
venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum  
in justítia, \* et pópulos in  
aequitáte.

#### Psalmus xxviii.

**D**OMINUS regnávít,  
irascántur pópuli : \*  
qui sedet super chérubim,  
moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus : \* et excelsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno : quóniam terribile, et sanctum est : \* et honor regis iudicium diligit.

Tu parásti directiões : \* iudicium et justítiam in Jacob tu fecísti.

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte scabellum pedum ejus : \* quóniam sanctum est.

Móyses et Aaron in sacerdotiibus ejus : \* et Sámuél inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dóminum, et ipse exaudiébat eos : \* in columna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, \* et praeceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos : \* Deus, tu propítius fuísti eis, et ulciscens in omnes adinventiões eórum.

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte in monte sancto ejus : \* quóniam sanctus Dñus Deus noster.

*Añá.* Quia mirabilia fecit Dóminus.

Sequens Antiphona et Psalmus **Jubiláte**, hic prae-terminatur, quando dicitur in Laudibus, ut in Sabbatis in quibus fit Offic. de S. Maria, et in vigilia Nativit. Domini in Sabb. occurrente,

et ejus loco dicitur Antiphona et Psalmus Bonum est confiteri Dño ut infra.

*Añá.* Jubiláte.

Psalmus xciv.

**J**UBILATE Deo omnis terra : \* servite Dómino in laetítia.

Introíte in conspéctu ejus, \* in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : \* ipse fecit nos, et non ipsi nos :

Pópulus ejus, et oves páscuae ejus : \* introíte portas ejus in confessiõe, átria ejus in hymnis : confitemini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dñus, in aeternum misericórdia ejus, \* et usque in generatióne et generatióne veritatis ejus.

Vel Psalmus xci.

**B**ONUM est confiteri Dómino : \* et psállere nómini tuo, Altissime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : \* et veritatem tuam per noctem.

In decachóro psalterio : \* cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me, Dñe in factúra tua : \* et in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine ! \* nimis profúndae factae sunt cogitatiões tuae :

Vir insipiens non cognoscet : \* et stultus non intelliget haec.

Cum exórti fuerint peccatóres sicut foenum : \* et apparuerint omnes , qui operántur iniquitatem :

Ut intéreant in saeculum saeculi : \* tu autem Altissimus in aetérnum , Dómine.

Quóniam ecce inimici tui, Dómine, quóniam ecce inimici tui peribunt : \* et dispergéntur omnes, qui operántur iniquitatem.

Et exaltábitur sicut unicornis cornu meum : \* et senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimicos meos : \* et in insurgéntibus in me malignántibus audiet auris mea.

Justus, ut palma florébit : \* sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dñi, \* in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : \* et bene patiéntes erunt, ut annúntient :

Quóniam rectus Dñus Deus noster : \* et non est iniquitas in eo.

Psalmus c.

**Q**UISERICORDIAM, et iudicium \* cantábo tibi, Dómine :

Psallam, et intélligam in

via immaculáta, \* quando vénies ad me.

Perambulábam in innocentia cordis mei, \* in médio domus meae.

Non proponébam ante óculos meos rem inístam : \* faciéntes praevaricatiónes odívi.

Non adhaesit mihi cor pravum : \* declinántem a me malignum non cognoscebam.

Detrahéntem secréto próximo suo, \* hunc perseguébar.

Supérbo óculo, et insatiábili corde, \* cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terrae ut sédeant mecum : \* ámbulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat.

Non habitábit in médio domus meae qui facit supérbiam : \* qui lóquitur in conspéctu oculórum meórum.

In matutino interficiébā omnes peccatóres terrae : \* ut disperderem de civitate Dómini omnes operántes iniquitatem.

Añā. Jubiláte Deo omnis terra.

Vel Añā. Bonum est confitéri Dómino.

Añā. Clamor meus.

Psalmus ci.

**D**OMINE, exáudi orationem meam : \* et clamor meus ad te véniat.

Non avértas faciém tuam a me : \* in quacúmque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, \* velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : \* et ossa mea sicut crémium aruerunt.

Percússus sum ut foenum, et áruit cor meum : \* quia oblitus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei \* adhacsisit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitúdinis : \* factus sum sicut nyctícorax in domicilio.

Vigilávi, \* et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimici mei : \* et qui laudábant me advérsus me jurábant.

Quia cinerem tamquam panem manducábam, \* et potum meum cum fletu miscébam.

A facie irae et indignatiónis tuae : \* quia élevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : \* et ego sicut foenum áruí.

Tu autem, Dómine, in aetérnum pérmanes : \* et memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.

Tu exúrgens miseréberis Sion : \* quia tempus mise-

réndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápidés ejus : \* et terrae ejus miserébuntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum, Dñe, \* et omnes reges terrae glóriam tuam.

Quia aedificávit Dóminus Sion : \* et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratióem humilium : \* et non sprevit precem eórum.

Scribántur haec in generatióné áltera : \* et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

Quia prospéxit de excélsó sancto suo : \* Dóminus de coelo in terram aspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : \* ut sólveret filios interemptórum :

Ut annúntiet in Sion nomen Dómini : \* et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndó pópulos in unum, \* et reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suae : \* Paucitátem diérum meórum méntia mihi.

Ne révoques me in dimidio diérum meórum : \* in generatiónem et generatiónem anni tui.

Intío tu, Dñe, terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt coeli.

Ipsi peribunt, tu autem pérmanes : \* et omnes sicut vestiméntum veteráscent,



Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt: \* et semen eorum in saeculum dirigetur.

Psalmus cii.

**B**ENEDIC ánima mea Dómino: \* et ómnia, quae intra me sunt, nómini sancto ejus:

Benedic ánima mea Dómino: \* et noli oblivisci omnes retributiónes ejus:

Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis: \* qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui réditit de intéritu vitam tuam: \* qui coronat te in misericórdia et miseratióne.

Qui replet in bonis desiderium tuum: \* renovábitur ut áquila juvenús tua:

Faciens misericórdias Dñs: \* et judicium ómnibus injúriam patientibus.

Notas fecit vias suas Móysi, \* filiis Israël voluntates suas.

Miserátor, et miséricors Dóminus: \* longánimis, et multum miséricors.

Non in perpétuum irascetur: \* neque in aeternum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: \* neque secúndum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quóniam secúndum alti-

tudinem coeli a terra: \* corrobórávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat ortus ab occidente: \* longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quómmodo miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se: \* quóniam ipse cognóvit figmentum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: \* homo, sicut foenum dies ejus, tamquam flos agri sic efflórébit.

Quóniam spíritus pertransibit in illo, et non subsistet: \* et non cognóscet ámplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab aeterno, \* et usque in aeternum super timéntes eum.

Et justítia illius in filios filiórum, \* his qui servant testaméntum ejus:

Et mémores sunt mandatórum ipsius, \* ad faciéndum ea.

Dñs in coelo parávit sedem suam: \* et regnum ipsius ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus: \* poténtes virtúte, faciéntes verbum illius, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dño omnes virtútes ejus: \* ministri ejus, qui faciúnt voluntatem ejus.

Benedícite Dño ómnia ópera ejus: \* in omni loco dominatiónis ejus, béne-

dic ánima mea Dómino.

*Ant.* Clamor meus ad te véniat, Deus.

*Ant.* Bénedic.

Psalmus ciii.

**B**ENEDIC ánima mea Dómino : \* Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter.

Confessióem, et decórem induísti : \* amíctus lúmine sicut vestiméto :

Exténdens coelum sicut pellem : \* qui tegis aquis superióra ejus.

Qui ponís nubem ascénsu tuum : \* qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus : \* et ministros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam : \* non inclinábitur in saeculum saeculi.

Abyssus, sicut vestiméntum amíctus ejus : \* super montes stabunt aquae.

Ab increpatione tua fugient : \* a voce tonitru tui formidábunt.

Ascéndunt montes : et descéndunt campi \* in locum, quem fundásti eis.

Términum posuísti, quem non transgrediéntur : \* neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus : \* inter médium móntium pertransibunt aquae.

Potábunt omnes béstiae agri : \* exspectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres coeli habitábunt : \* de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superiórius suis : \* de fructu óperum tuórum satiábitur terra :

Prodúcens foenum jumentis, \* et herbam servituti hóminum :

Ut edúcas panem de terra : \* et vinum laetificet cor hóminis :

Hóminis fáciem in óleo : \* et panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, et cedri Libani, quas plantávit : \* illic pásseres nidificábunt.

Heróddi domus dux est eórum : \* montes excélsi cervis : petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora : \* sol cognóvit occásu suum.

Posuísti ténebras, et facta est nox : \* in ipsa pertransibunt omnes béstiae silvae.

Cátuli leónum rugientes, ut rápian, \* et quaerant a Deo escam sibi.

Ortus est sol et congregáti sunt : \* et in cubilibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum : \* et ad operatióem suam usque ad vésperum.

Quam magnificáta sunt

ópera tua, Dómine ! \* ómnia in sapiéntia fecísti : impléta est terra possessióne tua.

Hoc mare magnum, et spatiósum má nibus : \* illic reptí lia, quorum non est númerus.

Animália pusilla cum magnis : \* illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei : \* ómnia a te expéctant ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, cólligent : \* aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.

Averténte autem te fáciem, turbabúntur : \* áuferes spíritum eórum, et deficiént, et in púlverem suum reverténtur.

Emittes spíritum tuum, et creabúntur : \* et renovábis fáciem terrae.

Sit glória Dómini in saeculum : \* laetábitur Dóminus in opéribus suis :

Qui réspicit terram, et facit eam trémere : \* qui tangit montes, et fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea : \* psallam Deo meo quámdiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum : \* ego vero delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres a terra, et iníqui ita ut non sint : \* bénédic ánima mea Dómino.

Psalmus civ.

**C**ONFITEMINI Dómino, et invocáte nomen ejus : \* annuntiáte inter Gentes ópera ejus.

Cantáte ei, et psállite ei : \* narráte ómnia mirabilia ejus.

Laudámini in nómine sancto ejus : \* laetétur cor quaeréntium Dóminum.

Quaerite Dóminum, et confirmámini : \* quaerite fáciem ejus semper.

Mementóte mirabilium ejus, quae fecit : \* prodígia ejus, et júdicia oris ejus.

Semen Abraham, servi ejus : \* filii Jacob, elécti ejus.

Ipse Dóminus Deus noster : \* in univérsta terra júdicia ejus.

Memor fuit in saeculum testaménti sui : \* verbi, quod mandávit in mille generatiónes :

Quod dispósuit ad Abraham, \* et juraménti sui ad Isaac :

Et státuit illud Jacob in praecéptum : \* et Israél in testaméntum actérnum :

Dicens : tibi dabo terram Chánaan, \* funiculum haereditátis vestrae.

Cum essent número brevi, \* paucíssimi et incolae ejus :

Et pertransiérunt de gente in gentem, \* et de regno ad pópulum álterum.

Non reliquit hóminem nocére eis : \* et corripuit pro eis reges.

Nolite tângere christos meos : \* et in prophétis meis nolite malignári.

Et vocávit famem super terram : \* et omne firmaméntum panis contrívit.

Misit ante eos virum : \* in servum venúndatus est Joseph.

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránsit ánimam ejus,\* donec veníret verbum ejus.

Elóquium Dómini inflam-mávit eum : \* misit rex, et solvit eum; princeps populórum, et dimisit eum.

Constituit eum dóminum domus suae : \* et principem omnis possessiónis suae :

Ut erudíret príncipes ejus sicut semetípsam : \* et senes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Israél in Ægyptum : \* et Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum veheménter : \* et firmávit eum super inimicos ejus.

Convértit cor eórum ut odírent pópulum ejus : \* et dolum fácerent in servos ejus.

Misit Móysen servum suum : \* Aaron, quem elégit ípsam.

Pósuit in eis verba signórum suórum,\* et prodigiórum in terra Cham.

Misit ténebras, et obscurávit : \* et non exacerbávit sermónes suos.

Convértit aquas eórum in sánguinem : \* et occídít pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas\* in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit et venit coenomyia : \* et cínifes in ómnibus finibus eórum.

Pósuit plúvias eórum grándinem : \* ignem comburéntem in terra ipsórum.

Et percússit vineas eórum, et ficúlneas eórum : \* et contrívit lignum finium eórum.

Dixit, et venit locústa, et bruchus,\* cujus non erat número :

Et comédit omne foenum in terra eórum : \* et comédit omnem fructum terrae eórum.

Et percússit omne primogénitum in terra eórum : \* primitias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argénto et auro : \* et non erat in tríbus eórum infirmus.

Laetáta est Ægyptus in profectióne eórum : \* quia incúbuit timor eórum super eos.

Expándit nubem in protectiónem eórum,\* et ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, et venit cotúrnix : \* et pane coeli saturávit eos.

Dirúpit petram, et fluxé-  
runt aquae: \* abiérunt in  
siccó flúmina;

Quóniam memor fuit  
verbi sancti sui, \* quod há-  
buit ad Abraham púerum  
suum.

Et edúxit pópulum suum  
in exultatióne, \* et eléctos  
suos in laetitia.

Et dedit illis regiónés  
Géntium: \* et labóres pop-  
ulórúm possederunt:

Ut custódiánt justifica-  
tiónes ejus, \* et legem ejus  
requiránt.

*Aññ.* Benedic ánima mea  
Dómino.

*Aññ.* Vísita nos.

Psalmus cv.

**C**ONFITEMINI Dó-  
mino quóniam bo-  
nus: \* quóniam in saecu-  
lum misericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias  
Dómini, \* audítas fáciat  
omnes laudes ejus?

Beáti qui custódiunt ju-  
diciú, \* et fáciunt justí-  
tiam in omni témpore.

Meménto nostri, Dñe,  
in beneplácito pópuli tui: \*  
vísita nos in salutári tuo:

Ad vidéndum in bonitáte  
electórum tuórum, ad lae-  
tándum in laetitia gentis  
tuae: \* ut lauderis cum hae-  
reditáte tua.

Peccávimus cum pátri-  
bus nostris: \* injúste égi-  
mus, iniquitátem fécimus.

Patres nostri in Ægypto

non intellexérunt mirabilia  
tua: \* non fuérunt mémo-  
res multitudínis misericór-  
diae tuae.

Et irritavérunt ascendén-  
tes in mare, \* Mare rubrum.

Et salvávit eos propter  
nomen suum: \* ut notam  
fáceret poténtiam suam.

Et incrépuit Mare ru-  
brum, et exsiccátum est: \*  
et dedúxit eos in abyssi  
sicut in desérto.

Et salvávit eos de manu  
odiéntium: \* et redémít eos  
de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribu-  
lántes eos: \* unus ex eis  
non remánsit.

Et crediderunt verbis  
ejus: \* et laudavérunt lau-  
dem ejus.

Cito fecérunt, oblíti sunt  
óperum ejus: \* et non susti-  
nuérunt consílium ejus.

Et concupiérunt concu-  
piscéntiam in desérto: \* et  
tentavérunt Deum in ina-  
quóso.

Et dedit eis petitióne  
ipsórum: \* et misit satura-  
tatem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móysen  
in castris: \* Aaron sanctúm  
Dómini.

Apérta est terra, et de-  
glutívit Dathan: \* et opéruit  
super congregatióne Abi-  
ron.

Et exársit ignis in syna-  
goga eórum: \* flamma com-  
bússit peccatóres.

Et fecérunt vitulum in

Horeb : \* et adoravérunt scúlptile.

Et mutavérunt glóriam suam \* in similitúdinem vituli comedéntis foenum.

Obliti sunt Deum, qui salvávit eos, \* qui fecit magnália in Ægypto, mirabilia in terra Cham : terribilia in Mari rubro.

Et dixit ut dispénderet eos : \* si non Móyses eléctus ejus stetisset in confractióne in conspéctu ejus :

Ut avérteret iram ejus, ne dispénderet eos : \* et pro nihilo habuérunt terram desiderábilem :

Non credidérunt verbo ejus, et murmuravérunt in tabernáculis suis : \* non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum suam super eos : \* ut prostérneret eos in desérto :

Et ut dejiceret semen eórum in natióibus : \* et dispérgeret eos in regióibus.

Et initiáti sunt Beélphegor : \* et comedérunt sacrificia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiõibus suis : \* et multiplicáta est in eis ruína.

Et stetit Phínees, et placávit : \* et cessávit quassátiõ.

Et reputátum est ei in justitiám, \* in generatiónem et generatiónem usque in sempitérnum.

Et irritavérunt eum ad Aquas contradiciónis : \* et

vexátus est Móyses propter eos : quia exacerbavérunt spíritum ejus.

Et distinxit in lábiis suis \* non disperdidérunt gentes, quas dixit Dóminus illis.

Et commísti sunt inter gentes, et didicérunt ópera eórum : et servierunt sculptilibus eórum . \* et factum est illis in scándalum.

Et immolavérunt filios suos, \* et filias suas daemóniis.

Et effuderunt sánguinem innocéntem : \* sánguinem filiórum suórum et filiárum suárum, quas sacrificavérunt sculptilibus Chánaan.

Et infécta est terra in sanguinibus, et contamináta est in opéribus eórum : \* et fornicáti sunt in adinventiõibus suis.

Et irátus est furóre Dóminus in pópulum suum : \* et abominátus est haereditátem suam.

Et trádidit eos in manus géntiũ : \* et domináti sunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimici eórum, et humiliáti sunt sub mánibus eórum : \* saepe liberávit eos.

Ipsi autem exacerbavérunt eum in consilio suo : \* et humiliáti sunt in iniquitátibus suis.

Et vidit cum tribularéntur : \* et audívit oratiónem eórum.

Et memor fuit testaménti sui : \* et poenituit eum scúndum multitudínem misericórdiae suae.

Et dedit eos in misericórdias \* in conspéctu ómnium qui céperant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noster : \* et cógrega nos de Natióibus :

Ut confiteámur nómini sancto tuo : \* et gloriémur in laude tua.

Benedíctus Dñs Deus Israël a saeculo et usque in saeculum : \* et dicit omnis pópulus : Fiat, fiat.

Psalmus cvi.

**CONFITEMINI** Dómino quóniam bonus : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicant qui redémiti sunt a Dómino, quos redémit de manu inimíci : \* et de regióibus congregávit eos :

A solis ortu, et occásu : \* ab aquilóne, et mari.

Erravérunt in solitúdine in inaquóso : \* viam civitátis habitáculi non invenérunt,

Esuriéntes, et sitiéntes : \* ánima eórum in ipsis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur : \* et de necessitatibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam : \* ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dño misericórdiae ejus : \* et mirabília ejus filiis hóminum.

Quia satiávit ánimam inánem : \* et ánimam esuriéntem satiávit bonis.

Sedéntes in ténebris, et umbra mortis : \* vinctos in mendicitáte, et ferro.

Quia exacerhavérunt elóquia Dei : \* et consilium Altissimi irritavérunt.

Et humiliátum est in labóribus cor eórum : \* infirmáti sunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur : \* et de necessitatibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris, et umbra mortis : \* et víncula eórum dirúpit.

Confiteántur Dño misericórdiae ejus : \* et mirabília ejus filiis hóminum.

Quia contrívit portas aereas : \* et vectes férreos confrégit.

Suscépit eos de via iniquitátis eórum : \* propter injustítias enim suas humiliáti sunt.

Omnem escam abomináta est ánima eórum : \* et appropinquavérunt usque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur : \* et de necessitatibus eórum liberávit eos.

Misit verbum suum, et sanávit eos : \* et erípuit

eos de interitióibus eórum.

Confiteántur Dño misericórdiae ejus : \* et mirabilia ejus filiis hóminum.

Et sacrificent sacrificium laudis : \* et annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui descéndunt mare in návis, \* faciéntes operatiónem in aquis multis.

Ipsi vidérunt ópera Dómini, \* et mirabilia ejus in profúndo.

Dixit, et stetit spíritus procéllae : \* et exaltáti sunt fluéctus ejus.

Ascéndunt usque ad coelos, et descéndunt usque ad abyssos : \* ánima eórum in malis tabescébat.

Turbáti sunt, et moti sunt sicut ébrius : \* et omnis sapiéntia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur, \* et de necessitatibus eórum edúxit eos.

Et státuit procéllam ejus in auram : \* et siluérunť fluéctus ejus.

Et laetáti sunt quia siluérunť : \* et dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteántur Dño misericórdiae ejus : \* et mirabilia ejus filiis hóminum.

Et exáltent eum in ecclesia plebis : \* et in cáthedra seniórum laudent eum.

Pósuit flúmina in desértum : \* et éxitus aquárum in sitim.

Terram fructíferam in

salsúginem, \* a mállitia inhabitántium in ea.

Pósuit desértum in stagna aquárum : \* et terram sine aqua in éxitus aquárum.

Et collocávit illic esuriéntes : \* et constituérunt civitátem habitatiónis.

Et seminavérunt agros, et plantavérunt véneas : \* et fecérunt fructum nativitatís.

Et benedixit eis, et multiplicáti sunt nimis : \* et juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti sunt : \* et vexáti sunt a tribulatióne malórum, et dolóre.

Effúsa est contéptio super príncipes : \* et erráre fecit eos in invio, et non in via.

Et adjúvit páuperem de inópia : \* et pósuit sicut oves fámilias.

Vidébunt recti, et laetábuntur : \* et omnis iníquitas oppilábit os suum.

Quis sapiens et custódiét haec ? \* et intélliget misericórdias Dómini ?

Añã. Visita nos, Dñe, in salutári tuo.

Añã. Confitébor Dño.

Psalmus cvii.

**P**ARATUM cor meum, Deus, parátum cor meum : \* cantábo, et psallam in glória mea.

Exúrge glória mea, exúrge psaltérium, et cíthara : \* exúrgam dilúculo.



Confitébor tibi in pópu-  
lis, Dómine : \* et psallam  
tibi in natióibus.

Quia magna est super coe-  
los misericórdia tua : \* et  
usque ad nubes véritas tua :

Éxaltáre super coelos,  
Deus, et super omnem ter-  
ram glória tua : \* ut liberén-  
tur dilécti tui.

Salvum fac dextera tua,  
et exáudi me : \* Deus lo-  
cútus est in sancto suo :

Exultábo, et dividam Si-  
chimam, \* et convállem ta-  
bernaculórum dimétiar.

Meus est Gálaad, et meus  
est Manásses : \* et Ephraím  
suscéptio cápitis mei.

Juda rex meus : \* Moab  
lebes spei meae.

In Idumaeam exténdam  
calceaméntum meum : \*  
mihi alienígenae amíci facti  
sunt.

Quis dedúcet me in civi-  
tátem munitam ? \* quis de-  
dúcet me usque in Idu-  
maeam ?

Nonne tu, Deus, qui re-  
pulisti nos, \* et non exhibis,  
Deus, in virtútibus nostris ?

Da nobis auxiliúm de tri-  
bulatióne : \* quia vana sa-  
lus hóminis.

In Deo faciémus virtú-  
tem : \* et ipse ad nihilum  
dedúcet inimícos nostros.

*Psalms cviii.*

**D**EUS, laudem meam  
ne tacúeris : \* quia  
os peccatóris, et os do-

lósí super me apértum est.

Locúti sunt advérsus me  
lingua dolósa, et sermóni-  
bus ódii circumdedérunt  
me : \* et expugnávérunt me  
gratis.

Pro eo ut me diligerent :  
detrahébant mihi : \* ego  
autem orábam.

Et posuéruunt advérsus  
me mala pro bonis : \* et  
ódium pro dilectiόne mea.

Constitue super eum pec-  
catórem : \* et diabólus stet  
a dextris ejus.

Cum judicátur, éxeat  
condemnátus : \* et orátio  
ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci : \* et  
episcopátum ejus accipiat  
alter.

Fiant filii ejus órphani : \*  
et uxor ejus vídua.

Nutántes transferántur  
filii ejus, et mendicent : \* et  
ejiciántur de habitatióibus  
suis.

Scrutétur focnerátor om-  
nem substántiam ejus : \* et  
dirípiant aliéni labóres ejus.

Non sit illi adjútor : \* nec  
sit qui misereátur pupillis  
ejus.

Fiant nati ejus in intéri-  
tum : \* in generatióne una  
deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iní-  
quitas patrum ejus in cons-  
péctu Dñi : \* et peccátum  
matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dñum sem-  
per, et dispéreat de terra  
memória eórum : \* pro eo

quod non est recordatus  
facere misericordiam.

Et persecutus est homi-  
nem inopem, et mendicum,\*  
et compunctum corde mor-  
tificare.

Et dilexit maledictionem,  
et veniet ei : \* et noluit be-  
nedictionem, et elongabitur  
ab eo.

Et induit maledictionem  
sicut vestimentum, \* et in-  
travit sicut aqua in interiora  
ejus, et sicut oleum in ossi-  
bus ejus.

Fiat ei sicut vestimen-  
tum, quo operitur : \* et sicut  
zona, qua semper praecin-  
gitur.

Hoc opus eorum, qui dé-  
trahunt mihi apud Dómi-  
num : \* et qui loquuntur  
mala adversus animam  
meam.

Et tu, Dómine, Dómine,  
fac mecum propter nomen  
tuum : \* quia suavis est mi-  
sericordia tua.

Libera me, quia egénus,  
et pauper ego sum : \* et cor  
meum conturbatum est in-  
tra me.

Sicut umbra cum de-  
clinat, ablatus sum : \* et  
excussus sum sicut locu-  
stae.

Génua mea infirmata  
sunt a jejúnio : \* et caro  
mea immutata est propter  
oleum.

Et ego factus sum oppró-  
brium illis : \* viderunt me,  
et moverunt capita sua.

Adjuva me, Dñe Deus  
meus : \* salvum me fac  
secundum misericordiam  
tuam.

Et sciant quia manus tua  
haec : \* et tu, Dómine, feci-  
sti eam.

Maledicent illi, et tu be-  
nedices : \* qui insurgunt in  
me, confundantur : servus  
autem tuus laetabitur.

Induantur qui detrahunt  
mihi, pudóre : \* et operian-  
tur sicut diplóide confu-  
sione sua.

Confitebor Dómino ni-  
mis in ore meo : \* et in  
medio multorum laudabo  
eum.

Quia ástitit a dextris páu-  
peris, \* ut salvam faceret  
a persequentibus animam  
meam.

Aññ. Confitebor Dómino  
nimis in ore meo.

Per Annum V. Dómine,  
exáudi orationem meam.  
Rñ. Et clamor meus ad te  
veniat.

In Adventu, V. Egredié-  
tur Dñs de loco sancto  
suo. Rñ. Veniet, ut salvet  
pópulum suum.

Pro Beata María, V. Dif-  
fusa est grátia in lábiis tuis.  
Rñ. Propterea benedixit te  
Deus in aetérnum.

## AD LAUDES.

Aññ. Bénigne fac in bona  
voluntate tua, Dómine.

Psalm. Miserére. 62.

Aññ. Bonum est.

## Psalmus xci.



ONUM est confitèri Dño : \* et psállere nómini tuo, Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : \* et veritátem tuam per noctem.

In decachórdo, psaltèrio : \* cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me, Dñe, in factúra tua : \* et in opéribus mánuũ tuárum exultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dñe ! \* nimis profúndae factae sunt cogitátiões tuae :

Vir insípiens non cognóscet : \* et stultus non intél-  
liget haec.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut foenum : \* et apparúerint omnes, qui operántur iniquitátem :

Ut intéreant in saeculum saeculi : \* tu autem Altíssimus in aetérnum, Dómine.

Quóniam ecce inimici tui, Dñe, quóniam ecce inimici tui peribunt : \* et dispergéntur omnes, qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : \* et senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : \* et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Justus, ut palma floré-

bit : \* sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dñi, \* in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : \* et bene patiéntes erunt, ut annúntient :

Quóniam rectus Dóminus Deus noster : \* et non est iniquitas in eo.

Añã. Bonum est confitèri Dómino.

Añã. Métuant Dñum \* omnes fines terrae.

Ps. Deus, Deus meus. 19.

Añã. Date magnitúdine.

## Canticum Moysis.

Deut. xxxii.

**A**UDITE coeli quae loquor, \* áudiat terra verba oris mei.

Concréscat ut plúvia dóctrína mea, \* fluat ut ros elóquium meum,

Quasi imber super herbam, et quasi stillae super grámina. \* Quia nomen Dómini invocábo :

Date magnificéntiam Deo nostro. \* Dei perfécta sunt ópera, et omnes viae ejus júdicia :

Deus fidélis, et absque ulla iniquitáte, justus et re-  
ctus. \* Peccavérunt ei, et non filii ejus in sórdibus :

Generátio prava atque pervérsa. \* Haecine reddis Dómino pópule stulte et insípiens ?

Numquid non ipse est patertuus, \* qui possédit te, et fecit, et creávit te ?

Meménto díerum anti-  
quórum, \* cógita generatió-  
nes síngulas :

Intérroga patrem tuum,  
et annuntiábit tibi : \* majó-  
res tuos, et dicent tibi.

Quando dividébat Altíssi-  
mus Gentes : \* quando se-  
parábat filios Adam,

Constituit términos pop-  
ulórum \* juxta númerum  
filiórum Israël.

Pars autem Dñi, pópulus  
ejus : \* Jacob funiculus hae-  
reditátis ejus,

Invenit eum in terra des-  
érta, \* in loco horróris, et  
vastae solitúdinis :

Circumdúxit eum, et dó-  
cuit : \* et custodívit quasi  
pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans  
ad volándum pullos suos, \*  
et super eos volitans,

Expándit alas suas, et  
assúmpsit eum, \* atque por-  
távit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus  
fuit : \* et non erat cum eo  
deus aliénus.

Constituit eum super ex-  
celsam terram : \* ut comé-  
deret fructus agrórum,

Ut súgeret mel de pe-  
tra, \* oleúmque de saxo dur-  
ríssimo :

Butyrum de arménto, et  
lac de óvibus \* cum ádipe  
agnórum, et arfetum filió-  
rum Basan :

Et hircos cum medúlla  
tritici, \* et sánguinem uvae  
bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus,  
et recalcitrávit : \* incras-  
sátus, impinguátus, dilatá-  
tus,

Dereliquit Deum factó-  
rem suum, \* et recessit a  
Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in  
diis aliénis, \* et in abomina-  
tiónibus ad iracúndiam  
concitavérunt.

Immolavérunt daemóniis,  
et non Deo, \* diis, quos  
ignorábant :

Novi recentésque vené-  
runt, \* quos non coluérunt  
patres eórum.

Deum, qui te génuit de-  
reliquisti, \* et oblitus es Dó-  
mini creatóris tui.

Vidit Dñus, et ad ira-  
cúndiam concitátus est : \*  
quia provocavérunt eum fi-  
lii sui et filiae.

Et ait : Abscóndam fá-  
ciem meam ab eis, \* et con-  
siderábo novíssima eórum :

Generátio enim perversa  
est, \* et infidéles filii.

Ipsi me provocavérunt in  
eo, qui non erat Deus, \* et  
irritavérunt in vanitátibus  
suis :

Et ego provocábo eos in  
eo, qui non est pópulus, \*  
et in gente stulta irritábo  
illos.

Ignis succénsus est in fu-  
róre meo, \* et ardebit usque  
ad inférni novíssima :

Devorabitque terram cum  
gérmine suo,\* et móntium  
fundaménta combúret.

Congregábo super eos  
mala,\* et sagíttas meas  
complébo in eis.

Consuméntur fame,\* et  
devorábunt eos aves morsu  
amarissimo :

Dentes bestiárum immít-  
tam in eos,\* cum furóre  
trahéntium super terram,  
atque serpéntium.

Foris vastábit eos glá-  
dius, et intus pavor,\* jú-  
veneni simul ac virginem,  
laeténtem cum hómine  
sene.

Dixi: Ubinam sunt?\* ces-  
sáre fáciam ex homínibus  
memóriam eórum.

Sed propter iram inimi-  
córum dístuli : \* ne forte  
superbírent hostes eórum.

Et dicerent : Manus no-  
stra excélsa, et non Dñus,\*  
fecit haec ómnia.

Gens absque consilio est,  
et sine prudéntia.\* Utinam  
sáperent, et intellígerent, ac  
novíssima providérent.

Quómodo perseguátur  
unus mille,\* et duo fugent  
decem millia?

Nonne ídeo, quia Deus  
suus véndidit eos,\* et Dñus  
conclúsit illos?

Non enim est Deus no-  
ster ut dii eórum : \* et ini-  
míci nostri sunt júdices.

De vénea Sodomórum,  
vinea eórum,\* et de subur-  
bánis Gomórrhae :

Uva eórum uva fellis,\* et  
botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum eó-  
rum,\* et venénum áspidum  
insanábile.

Nonne haec cóndita sunt  
apud me,\* et signáta in  
thesáuris meis?

Mea est últio, et ego re-  
tribuam in témpore,\* ut la-  
bátur pes eórum :

Juxta est dies perditio-  
nis,\* et adesse festínant  
témpora.

Judicábit Dóminus pópu-  
lum suum,\* et in servis  
suis miserébitur :

Vidébit quod infirmáta  
sit manus,\* et clausi quo-  
que defecerunt, residuique  
consumpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eó-  
rum,\* in quibus habébant  
fidúciám?

De quorum víctimis co-  
medébant ádipes,\* et bibé-  
bant vinum libáminum :

Surgant, et opituléntur  
vobis,\* et in necessitaté  
vos prótegant.

Vidéte quod ego sim so-  
lus,\* et non sit álius Deus  
praeter me :

Ego occidam, et ego ví-  
vere fáciam:\* percúttiam, et  
ego sanábo, et non est qui  
de manu mea possit eruiere.

Levábo ad coelum ma-  
num meam, et dicam:\* Vi-  
vo ego in aetérnum.

Si acúero ut fulgur glá-  
dium meum,\* et arripúent  
judiciúm manus mea :

Reddam ultionem hósti-  
bus meis,\* et his, qui odé-  
runt me retribuam.

Inebriábo sagittas meas  
sánguine,\* et gládus meus  
deborábit carnes,

De cruóre occisórum,\* et  
de captivitáte, nudáti ini-  
micórum cápitis.

Laudáte gentes pópu-  
lum ejus,\* quia sanguínem  
servórũ suórum ulciscétur :

Et vindíctam retribuet in  
hostes eórum,\* et propítius  
erit terrae pópuli sui.

Añã. Date magnitúdinem  
Deo nostro.

Añã. In cymbalis bene-  
sonántibus laudáte Deum.

Psal. Laudáte Dómi-  
num de coelis. 21.

Capitulum. Rom. xiii.

**D**OX praecéssit, dies  
autem appropinquá-  
vit. Abjiciamus ergo ópera  
tenebrárum, et induámur  
arma lucis. Sicut in die  
honéste ambulémus.

Hymnus.

**A**URORA jam spargit  
polum :  
Terris dies illábitur :  
Lucis resúltat spículum :  
Discédat omne lúbrium.  
Phantásma noctis éxulet :  
Mentis réatus córruat :  
Quidquid tenébris hórrí-  
dum  
Nox áttulit culpaé, cadat.  
Ut mane, quod nos últi-  
mum

Hic deprecámur cérnui,  
Cum luce nobis éffluat,  
Hoc dum canóre cóncre-  
pat.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc et per omne saecu-  
lum. Amen.

Y. Repléti sumus mane  
misericórdia tua. R. Exul-  
távimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Añã. Il-  
lumináre, Dómine,\* his qui  
in ténebris sedent, et dirige  
pedes nostros in viam pa-  
cis, Deus Israél.

Preces, quando dicen-  
dae sunt, habentur supra in  
Feria ii. 65.

## DOMINICA

### AD VESPERAS.

Pater noster. Ave Ma-  
ría. Y. Deus in adjutórium.

Añã. Dixit Dóminus.

Psalms cix.



**I**XIT Dñs Dño  
meo : \*Sede a de-  
xtris meis :

Donec ponam  
inimicos tuos,\* scabéllum  
pedum tuórum.

Virgam virtútis tuae emit-  
tet Dóminus ex Sion : \* do-  
mináre in médio inimicó-  
rum tuórum.

Tecum princípium in die  
virtútis tuae in splendóri-  
bus sanctórum : \* ex útero  
ante luciferum génui te.

Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum : \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* confrégit in die irae suae reges.

Judicábit in natióibus, implébit rufnas : \* conquasábit cápita in terra multórum.

De torrénite in via bibet : \* proptérea exaltábit caput.

Añã. Dixit Dóminus Dño meo : Sede a dextris meis.

Antiphona. Fidélia.

Psalmus cx.

**CONFITEBOR** tibi, Dñe, in toto corde meo : \* in consilio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : \* exquisita in omnes voluntates ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : \* et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirabiliu suórum, miséricors et miserátor Dñus : \* escam dedit timéntibus se.

Memor erit in saeculum testaménti sui : \* virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis haereditátem géntium : \* ópera mánuum ejus véritas, et judicium.

Fidélia ómnia mandáta

ejus : confirmáta in saeculum saeculi, \* facta in veritate et aequitate.

Redemptiónem misit pópulo suo : \* mandávit in aeternum testaméntum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : \* iníitium sapiéntiae timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : \* laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

Añã. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in saeculum saeculi.

Antiphona. In mandátis.

Psalmus cxí.

**BEATUS** vir, qui timet Dñum : \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : \* generatio rectórum benedicétur.

Glória et divitiae in domo ejus : \* et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : \* miséricors, et miserátor, et justus.

Jucundus homo qui miserétur et cõmodat, dispõnet sermõnes suos in judicio : \* quia in aeternum non commovébitur.

In memóriã aeterna erit justus : \* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus sperare in Dómino, confirmátum est cor ejus : \* non

commovēbitur donec despiciat inimicos suos.

Dispērsit, dedit paupēribus : justitia ejus manet in saeculum saeculi, \* cornu ejus exaltābitur in glōria.

Peccātor vidēbit, et irascētur, dentibus suis fremet et tabēscet : \* desidērium peccātorum peribit.

Añā. In mandātis ejus cupit nimis.

Añā. Sit nomen Dōmini.

Psalmus cxii.

**L**AUDATE pūeri Dōminum : \* laudāte nomen Dōmini.

Sit nomen Dōmini benedictum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudābile nomen Dōmini.

Excelsus super omnes gentes Dōminus, \* et super coelos glōria ejus.

Quis sicut Dōminus Deus noster, qui in altis habitat, \* et humilia respicit in coelo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, \* et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo. \* matrem filiorum laetāntem.

Añā. Sit nomen Dōmini benedictum in saecula.

Añā. Nos qui vivimus.

Psalmus cxiii.

**I**N exitu Israēl de Ægypto, \* domus Jacob de populo bárbaro :

Facta est Judaea sanctificatio ejus, \* Israēl potestas ejus.

Mare vidit, et fugit : \* Jordānis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut ardetes : \* et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi mare quod fugisti : \* et tu Jordānis, quia conversus es retrorsum ?

Montes exultastis sicut arietes, \* et colles sicut agni ovium.

A facie Dōmini mota est terra, \* a facie Dei Jacob.

Qui convertit pētram in stagna aquarum, \* et rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Dōmine, non nobis : \* sed nōmini tuo da glōriam.

Super misericordia tua, et veritate tua : \* nequādo dicant Gentes: Ubi est Deus eorum ?

Deus autem noster in coelo : \* omnia quaecūque voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum, et aurum, \* opera manuum hōminum.

Os habent, et non loquuntur : \* oculos habent, et non vidēbunt.

Aures habent, et non



audient : \* nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt : pedes habent, et non ambulábunt : \* non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui faciunt ea : \* et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino : \* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : \* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino : \* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : \* et benedíxit nobis :  
Benedíxit dómui Israël : \* benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum, \* pusillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos : \* super vos, et super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino, \* qui fecit coelum, et terram.

Coelum coeli Dómino : \* terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine : \* neque omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Añã, Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Capitulum. 2 Cor. i.

**B**ENEDICTUS Deus, et Pater Dñi nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

**L**UCIS Creátor óptime  
Lucem diérum próferens,

Primórdiis lucis novae,  
Mundi parans originem.

Qui mane junctum véspéri

Diem vocári praecipis,  
Illábitur tetrum chaos,

Audi preces cum flétibus.  
Ne mens graváta crimine,  
Vitae sit exul múnere,  
Dum nil perénne cógitat,  
Seséque culpis illigat.

Coeléste pulset óstium :  
Vitále tollat praemium :  
Vitémus omne nóxium :  
Purgémus omne péssimum.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Regnans per omne saeculum. Amen.

℣. Dirigátur, Dómine,  
oratio mea. ℞. Sicut incensum in conspéctu tuo.

Praediéctus Hymnus cum suo ℣. dicitur a Dominica II. post Epiph. usque ad Dominicam I. Quadragesimae. Capit. vero praediéctum di-

citur in eisdem Dominicis post Epiph. usque ad Septuages. tantum. Dicitur etiam in feriali Officio ab Oct. Epiph. usque ad Dominicam primam Quadrag. Similiter et Versiculi.

Antiphonae autem cum Psalmis semper dicuntur ut supra, quando fit Offic. de Dominica, exceptis Dominicis Advent. quae habent Antiphonas proprias.

## Canticum

Beatae Mariae Virginis.  
*Luc. i. c.*

**Q**UAGNIFICAT \* anima mea Dominum :  
Et exultavit spiritus meus \* in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae : \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : \* et sanctum nomen ejus.

- Et misericordia ejus a progenie in progenies \* timéntibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo : \* dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, \* et exaltavit humiles.

Esuriéntes implévit bonis : \* et divites dimisit inanes.

Suscépit Israël puerum suum, \* recordátus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad pa-

tres nostros, \* Abraham, et sémini ejus in saecula.

Glória Patri, et Fílio, etc.

Deinde dicitur Antiphona et Oratio propria.

## FERIA SECUNDA

## AD VESPERAS.

Antiphona. Inclínávit.

Psalmus cxiv.



**Q**UILEXI, quóniam exáudiet Dñs \* vocem oratiónis meae.

Quia inclínávit aurem suam mihi : \* et in diébus meis invocábo.

Circumdederunt me dolóres mortis : \* et pericula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : \* et nomen Dómini invocávi.

O Dñe, libera ánimam meam : \* miséricors Dñus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : \* humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : \* quia Dóminus benefécit tibi.

Quia eripuit ánimam meam de morte : \* óculos meos a lácrymis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino \* in regióne vivórum.

Añs. Inclínávit Dóminus aurem suam mihi.

Antiphona. Crédidi.

Psalmus cxv.

**Q**UOD REDIDI, propter  
quod locutus sum: \*  
ego autem humiliatus sum  
nimis.

Ego dixi in excéssu meo: \*  
Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dño, \*  
pro ómnibus, quae retribuit  
mihi?

Cálicem salutáris acci-  
píam: \* et nomen Dómini  
invocabo.

Vota mea Dómino red-  
dam coram omni pópulo  
ejus: \* pretiósá in cons-  
péctu Dómini mors sanctórum ejus:

O Dómine, quia ego ser-  
vus tuus: \* ego servus tuus,  
et filius ancillae tuae.

Dirupísti víncula mea: \*  
tibi sacrificábo hóstiam lau-  
dis, et nomen Dómini in-  
vocabo.

Vota mea Dómino red-  
dam in conspéctu omnis  
pópuli ejus: \* in átriis do-  
mus Dómini, in médio tui  
Jerúsalem.

Añá. Crédidi, propter  
quod locutus sum.

Antiphona. Laudáte.

Psalmus cxvi.

**L**AUDATE Dóminum  
omnes Gentes: \* lau-  
dáte eum omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est  
super nos misericórdia  
ejus: \* et véritas Dómini  
manet in aetérnum.

Añá. Laudáte Dóminum  
omnes Gentes.

Antiphona. Clamávi.

Psalmus cxix.

**A**D Dñum cum tribu-  
lárer clamávi: \* et  
exaudivit me.

Dómine, libera ánimam  
meam a lábiis iniquis, \* et  
a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid  
apponátur tibi \* ad lin-  
guam dolósam?

Sagittae poténtis acú-  
tae, \* cum carbónibus de-  
solatóriis.

Heu mihi, quia incolátus  
meus prolongátus est: ha-  
bitávi cum habitántibus  
Cedar: \* multum íncola  
fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt  
pacem, eram pacíficus: \*  
cum loquébar illis, impu-  
gnábant me gratis.

Añá. Clamávi, et exaudi-  
vit me.

Antiphona. Unde véniet.

Psalmus cxx.

**L**EVAVI óculos meos  
in montes, \* unde vé-  
niet auxiliúm mihi.

Auxílium meum a Dó-  
mino, \* qui fecit coelum et  
terram.

Non det in commotióne  
pedem tuum: \* neque dor-  
mítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, ne-  
que dórmiet, \* qui custódit  
Israél.

Dñs custódit te, Dóminus protéctio tua, \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: \* neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: \* custódiat animam tuam Dóminus.

Dóminus, custódiat introítum tuum, et éxítum tuum: \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Añs. Unde véniet auxili-  
um mihi.

Capitulum. 2 Cor. i.



**B**ENEDICTUS Deus, et Pater Dñi nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, qui consoláture nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

**I**MMENSE coeli Cón-  
ditor,  
Qui mixta ne confúnderent,  
Aquaé fluénta dívidens,  
Coelum dedísti límitem.

Firmans locum coeléstibus,

Simúlque terrae rívilis:  
Ut unda flammás témperet,  
Terrae solum ne díssipent.

Infúnde nunc, piíssime,  
Donum perénnis grátiae:  
Fraudis novae ne cásibus  
Nos error átterat vetus.

Lucem fides adáugeat:  
Sic lúminis jubar ferat:  
Haec vana cunéta próte-  
rat:

Hanc falsa nulla cómpri-  
mant.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saecu-  
lum. Amen.

V. Dirigátur, Dómine,  
orátio mea. R. Sicut in-  
censum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat. Añs. Ma-  
gnificat ánima mea Dñum,  
quia respéxit Deus humili-  
tátem meam.

In Feriis Adventus, post  
Añam ad Magnificat, dic.  
sequentes Preces flexis ge-  
nibus, si dicendae sint.

**K**YRIE eléison. Christe  
eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, totum dicitur  
clara voce.

V. Et ne nos indúcas in-  
tentatióne. R. Sed libera  
nos a malo.

V. Ego dixi, Dñe, mise-  
rere mei. R. Sana animam  
meam, quia peccávi tibi.

V. Convértere, Dómine,  
úsquequo. R. Et deprecá-  
bilis esto super servos tuos.

V. Fiat misericórdia tua,  
Dñe, super nos. R. Quem-  
ádmódum sperávimus in te.

V. Sacerdótes tui induántur  
justítiam. R. Et sancti  
tui exúltent.

V. Dómine, salvum fac  
Regem. R. Et exáudi nos  
in die, qua invocáverimus te.

V. Salvum fac pópulum  
tuum, Dómine, et bédic  
haereditáti tuae. R. Et regé

eos, et extolle illos usque in aeternum.

*V.* Meménto congregatiónis tuae. *R.* Quam possedisti ab infítio.

*V.* Fiat pax in virtúte tua. *R.* Et abundántia in túrribus tuis.

*V.* Orémus pro fidélibus defúntis. *R.* Réquiem aetérnam dona eis, Dñe, et lux perpétua lúceat eis.

*V.* Requiéscant in pace. *R.* Amen.

*V.* Pro frátribus nostris abséntibus. *R.* Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

*V.* Afflíctis et captívis. *R.* Libera eos, Deus Israél, ex ómnibus tribulatióibus suis.

*V.* Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto. *R.* Et de Sion tuére eos.

*V.* Dómine, exáudi oratióem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

Psalmus I.

**Q**UISERERE mej, Deus, \* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum,\* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malua coram te feci : \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitáibus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexisti : \* incérta, et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dábis gáudium et laetitiam : \* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a faciē tua : \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetitiam salutáris tui : \* et spíritum principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : \* et impíi ad te converténtur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae : \* et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique : \*

holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulátus : \* cor contritum, et humiliátum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Dñe, in bona voluntáte tua Sion: \* ut aedificéntur muri Jerúsalē.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vitulos.

Glória Patri, et Filio, etc.

Finito Psalmo, dicitur:

V. Dómine Deus virtútum, convérte nos. R. Et osténde faciem tuam, et salvi érimus.

V. Exúrge, Christe, ádjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

V. Dómine, exáudi oratióem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Oratio, quando propria non assignatur, dicitur de Dominica praecedenti ut habetur in Proprio de Tempore.

Añae cum Psalmis semper dicunt, ad Vesperas in Ofic. feriali, ut hic in Psalterio: Hymni vero ab Oct. Epiphaniae usque ad Dominicam primam Quadragesimae. Añae autem ad Magnificat eisdem temporibus usque ad Septuagesimam.

## FERIA TERTIA

AD VESPERAS.

Añ. In domum Dómini.

Psalmus cxxi.



AETATUS sum in his, quae dicta sunt mihi: \* In domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in átriis tuis Jerúsalē.

Jerúsalem, quae aedificátur ut civitas: \* cujus participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dñi: \* testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogáte quae ad pacem sunt Jerúsalem: \* et abundantia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: \* et abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, \* loquébar pacem de te:

Propter domum Dñi Dei nostri, \* quaesivi bona tibi.

Añ. In domum Dómini laetántes ibimus.

Antiphona. Qui hábitas.

Psalmus cxxii.

AD te levávi óculos meos, \* qui hábitas in coelis.

Ecce sicut óculi servórum, \* in má nibus domínórum suórum,

Sicut óculi ancillae in má nibus domínae suae : \* ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Miserére nostri, Dómine, miserére nostri : \* quia multum repléti sumus despéctiône :

Quia multum repléta est ánima nostra : \* oppróbrium abundántibus, et despéctio supérbis.

Añã. Qui hábitas in coelis, miserére nobis.

Antiphona. Adjutórium.

Psalmus cxxiii.

**D**ISI quia Dñs erat in nobis, dicat nunc Israël : \* nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cum exúrgerent hómines in nos, \* forte vivos deglutíssent nos :

Cum irascerétur furor eórum in nos, \* fórsitan aqua absorbuíssent nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra : \* fórsitan pertransíssent ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus \* qui non dedit nos in captiõnem déntibus eórum.

Ánima nostra sicut passer erépta est \* de láqueo venántium :

Láqueus contrítus est, \* et nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, \* qui fecit coelum et terram.

Añã. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Antiphona. Bénéfac.

Psalmus cxxiv.

**Q**UI confidunt in Dómino, sicut mons Sion : \* non commovébitur in aetérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus : \* et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in saeculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum : \* ut non exténdant justí ad iniquitátem manus suas.

Bénéfac, Dñe, bonis, \* et rectís corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : \* pax super Israël.

Añã. Bénéfac, Dómine, bonis, et rectís corde.

Antiphona. Facti sumus.

Psalmus cxxv.

**I**N converténdo Dñs captivitátem Sion : \* facti sumus sicut consoláti :

Tunc replétum est gáudio os nostrum : \* et lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes : \* Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fá-  
cere nobiscum : \* facti su-  
mus laetántes.

Convérte, Dómine, capti-  
vitátem nostram, \* sicut tor-  
rens in Austro.

Qui séminant in lácry-  
mis, \* in exultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, \*  
mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient  
cum exultatióne, \* portán-  
tes manipulos suos.

Antiphona. Facti sumus  
sicut consoláti.

Capitulum. 2 Cor. i.

**B**ENEDICTUS  
Deus, et Pater  
Dñi nostri Jesu  
Christi, Pater mi-  
sericordiárum, et Deus to-  
tius consolatiónis, qui con-  
solátur nos in omni tribula-  
tióne nostra.

Hymnus.

**T**ELLURIS alme Cón-  
ditor,

Mundi solum qui séparans,  
Pulsis aquae moléstis,

Terram dedísti immóbilem :

Ut germen aptum pró-  
ferens,

Fulvis decóra flóribus,  
Foecúnda fructu sisteret,

Pastúmque gratū rédderet.

Mentis perústae vúlnera

Munda viróre grátiae :

Ut facta fletu díluat,

Morúsque pravos átterat.

Jussis tuis obtémperet :

Nullis malis approximet :

Bonis repléri gaúdeat,  
Et mortis íctum nésciat.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saecu-  
lum. Amen.

V. Dirigátur, Dómine,  
oratio mea. R. Sicut in-  
censum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Añs, Ex-  
últet spíritus meus in Deo  
salutári meo.

Preces si dicendae sint  
habentur supra in Vesperis  
Feriae ii. 141.

## FERIA QUARTA

AD VESPERAS.

Añs. Non confundétur.

Psalmus cxxvi.

**I**SI Dñs aedifi-  
cáverit domum, \*  
in vanum labora-  
vérunt qui aedi-  
ficant eam.

Nisi Dóminus custodi-  
erit civitátem, \* frustra vígi-  
lat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lu-  
cem surgere : \* surgite post-  
quam sedéritis, qui mandu-  
cátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis  
sommum : \* ecce haeréditas  
Dómini filii : merces, fru-  
ctus ventris.

Sicut sagíttae in manu  
poténtis : \* ita filii excussó-  
rum.

Beátus vir qui implévit  
desidérium suum ex ipsis : \*



non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

*Añā.* Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

*Antiphona.* Beati.

*Psalmus cxxvii.*

**B**EATI omnes, qui timent Dñm, \* qui ambulat in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis : \* beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, \* in lateribus domus tuae.

Filii tui sicut novellae olivarum, \* in circuitu mensae tuae.

Ecce sic benedicetur homo, \* qui timet Dñm.

Benedicat tibi Dñs ex Sion : \* et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitae tuae.

Et videas filios filiorum tuorum, \* pacem super Israel.

*Añā.* Beati omnes qui timent Dñm.

*Antiphona.* Saepe.

*Psalmus cxxviii.*

**S**AEP E expugnaverunt me a juventute mea, \* dicat nunc Israel.

Saepe expugnaverunt me a juventute mea : \* etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores : \*

prolongaverunt iniquitatem suam.

Dñm justus concedit cervices peccatorum : \* confundantur, et convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant sicut foenum tectorum : \* quod priusquam evellatur, exaruit :

De quo non implevit manum suam qui metit, \* et sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui praeteribant : Benedictio Dñi super vos : \* benediximus vobis in nomine Dñi.

*Añā.* Saepe expugnaverunt me a juventute mea.

*Antiphona.* De profundis.

*Psalmus cxxix.*

**D**E profundis clamavi ad te, Dñm : \* Dñe, exaudi vocem meam :

Fiant aures tuae intendentes, \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Dñm : \* Dñm, quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustinui te, Dñm.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : \* speravit anima mea in Dño.

A custodia matutina usque ad noctem : \* speret Israel in Dño.

Quia apud Dñm

miserericórdia : \* et copiósá apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.

*Antiphona.* De profúndis clamávi ad te, Dómine.

*Antiphona.* Speret.

*Psalmus cxxx.*

**D**OMINE, non est exaltátum cor meum : \* neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis : \* neque in mirabilibus super me.

Si non humíliter sentiébam : \* sed exaltávi ánimam meam :

Sicut ablaetátus est super matre sua, \* ita retribútió in ánimá mea.

Speret Israël in Dño, \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

*Antiphona.* Speret Israël in Dómino.

*Capitulum.* 2 Cor. i.



**B**ENEDICTUS Deus, et Pater Dñi nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

*Hymnus.*

**O**EELI Deus sanctíssime,  
Qui lúcidas mundi plagas  
Candóre pingis ígneo,  
Augens decóro lúmine.

Quarto die qui flámmeam Dum solis accéndis rotam, Lunae ministras órđinem, Vagósque cursus síderum.

Ut nóctibus, vel lúmini Diremptiόνis términum, Primórđiis et ménsium Signum dares notíssimum.

Expelle nóctem córdium : Abstérge sordes méntium : Resólve culpae vínculum : Evérte moles criminum.

Praesta, Pater piíssime, Patríque compar Unice, Cum Spírítu Paráclito Regnans per omne saeculum. Amen.

Dirigátur, Dómine, oratió mea. 17. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

*Ad Magníficat, Ant.* Respéxit Dñs humilitátem meam, et fecit in me magna, qui potens est.

*Preces quando dicendae sunt, habentur supra in Vesperis Feriae ii. 141.*

## FERIA QUINTA

AD VESPERAS.

*Antiphona.* Et omnis.

*Psalmus cxxxi.*



**M**EMENTO, Dómine, David, \* et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meae, \* si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis

meis, \* et pálebris meis dormitacione :

Et réquiem temporibus meis : donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata : \* invénimus eam in campis silvae.

Introibimus in tabernáculum ejus : \* adorábitus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, \* tu et arca sanctificacionis tuae.

Sacerdótes tui induántur justitiam : \* et sancti tui exúlent.

Propter David servum tuum, \* non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dñus David veritátem, et non frustrábitur eam : \* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testaméntum meum, \* et testimónia mea haec quae docébo eos :

Et filii córum usque in saeculum, \* sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : \* elégit eam in habitacionem sibi.

Haec réquies mea in saeculum saeculi : \* hic habitábo, quóniam elégit eam.

Víduam ejus benedicens benedicam : \* páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus induam

salutári : \* et sancti ejus exultacione exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, \* parávi lucérnam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione : \* super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

*Añsa.* Et omnis mansuetudinis ejus.

*Antiphona.* Ecce.

*Psalmus cxxxii.*

**E**CCE quam bonum, et quam jucúndum \* habitáre fratres in unum :

Sicut unguéntum in cápitate, \* quod descendit in barbam, barbam Aaron,

Quod descendit in oram vestiménti ejus : \* sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, \* et vitam usque in saeculum.

*Añsa.* Ecce quam bonum, et quam jucúndum habitáre fratres in unum.

*Antiphona.* Omnia.

*Psalmus cxxxiv.*

**L**AUDATE nomen Dómini, \* laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini \* in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dñum, quia bonus Dñus : \* psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit

sibi Dñus \* Israël in possessionem sibi.

Quia ego cognovi quod magnus est Dñus, \* et Deus noster prae omnibus diis.

Omnia quaecumque voluit, Dñus fecit in coelo, et in terra, \* in mari, et in omnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terrae: \* figura in pluviam fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis: \* qui percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus.

Et misit signa, et prodigia in medio tui Aegypti: \* in Pharaonem, et in omnes servos ejus.

Qui percussit gentes multas: \* et occidit reges fortes:

Sehon regem Amorrhaeorum, et Og regem Basan, \* et omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum haereditatem, \* haereditatem Israël populo suo.

Dñe, nomen tuum in aeternum: \* Dñe, memoriale tuum in generationem et generationem.

Quia iudicabit Dominus populum suum: \* et in servis suis deprecabitur.

Simulacra Gentium argentum, et aurum: \* opera manuum hominum.

Os habent, et non loquentur: \* oculos habent, et non videbunt.

Aures habent, et non audient: \* neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea: \* et omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israël benedicite Domino: \* domus Aaron benedicite Domino.

Domus Levi benedicite Domino: \* qui timetis Dominum, benedicite Dño.

Benedictus Dominus ex Sion, \* qui habitat in Jerusalem.

Aññ. Omnia quaecumque voluit, Dominus fecit.

Antiphona. Quoniam in aeternum.

Psalmus cxxxv.

**C**ONFITEMINI Domino, quoniam bonus: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Confitemini Deo deorum: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Confitemini Domino dominorum: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Qui facit mirabilia magna solus: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Qui fecit coelos in intellectu: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Qui firmavit terram super aquas: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Qui fecit luminaria magna: \* quoniam in aeternum misericordia ejus.

Solem in potestatem diéi : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Lunam, et stellas in potestatem noctis : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israël de médio eórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

In manu poténti, et bráchio excélso : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui divisit Mare rubrum in divisiónes : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israël per médium ejus : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem, et virtútem ejus in Mari rubro : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et occidit reges fortes : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum haereditatem : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Haereditatem Israël servo suo : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et redémit nos ab inimicis nostris : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo coeli : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

*Añs.* Quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

*Añs.* Hymnum cantáte.

*Psalmus cxxxvi.*

**S**UPER flúmina Babilónis, illic sédimus et flévimus : \* cum recordarémur Sion :

In salicibus in médio ejus, \* suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captivos duxérunt nos, \* verba cantiónum :

Et qui abduxérunt nos : \* Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus  
cánticum Dómini \* in terra  
aliéna ?

Si oblitus fuero tui Jerúsalem, \* obliuioni detur déxtera mea.

Adhaereat lingua mea  
fáucibus meis, \* si non memínero tui :

Si non proposúero Jerúsalem, \* in principio laetítiae meae.

Memor esto, Dñe, filiórũ  
Edom, \* in die Jerúsalem :

Qui dicunt : Exinaníte,  
exinaníte \* usque ad fundaméntum in ea.

Filia Babylónis mísera : \*  
beátus, qui retribuét tibi  
retributiónem tuam, quam  
retribuísti nobis.

Beátus, qui tenébit, \* et  
allidet párvulos tuos ad petram.


*Añ.* Hymnum cantáte  
nobis de cánticis Sion.

Capitulum. 2 Cor. i.



**B**ENEDICTUS  
Deus, et Pater  
Dñi nostri Jesu  
Christi, Pater  
misericordiárum, et Deus  
totius consolatiónis, qui  
consolátur nos in omni tri-  
bulatióne nostra.

Hymnus.

 **AGNAE** Deus po-  
téntiae,  
Qui fértili natos aqua  
Partim relinquis gúrgiti,  
Partim levas in áera.

Demérsa lymphis ímpri-  
mens,

Subvécta coelis érigens :  
Ut stirpe ab una pródita,  
Díversa répleant loca.

Íargire cunctis sérulis,  
Quos mundat unda sánguini-  
nis,

Nescire lapsus críminum,  
Nec ferre mortis taedium.

Ut culpa nullum depri-  
mat :

Nullum éfferat jactántia :  
Elisa mens ne cóncidat :  
Eláta mens ne córruat.

*Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saecu-  
lum. Amen.*

*V. Dirigátur, Dómine,  
orátio mea. R. Sicut incén-  
sum in conspéctu tuo.*

*Ad Magnificat, Añq. Fac,  
Deus, poténtiam in bráchio  
tuo : dispérde supérbos, et  
exálta húmiles.*

*Preces, quando dicendae  
sunt, habentur supra in  
Vesperis Feriae ii. 141.*

FERIA SEXTA

AD VESPERAS.

Antiphona. In conspéctu.

Psalmus cxxxvii.



**C**ONFITEBOR  
tibi, Dómine, in  
toto corde meo : \*  
quóniam audisti  
verba oris mei.

In conspéctu Angelórum  
psallam tibi : \* adcrábo ad

templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua: \* quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: \* multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Dñe, omnes reges terrae: \* quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in viis Dñi: \* quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dñus, et humilia respicit: \* et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: \* et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: \* Domine, misericordia tua in saeculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Aññ. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

Antiphona. Domine.

Psalmus cxxxviii.

**D**OMINE, probasti me, et cognovisti me: \* tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes

meas de longe: \* semitam meam, et funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas praevidisti: \* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dñe, tu cognovisti omnia novissima, et antiqua: \* tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: \* confortata est, et non poterò ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? \* et quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in coelum, tu illic es: \* si descendero in infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo, \* et habitavero in extremis maris:

Etenim illuc manus tua deducet me: \* et tenebit me dextera tua.

Et dixi: Forsitan tenebrae conculcabunt me: \* et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebrae non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur: \* sicut tenebrae ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: \* suscepisti me de utero matris meae.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: \* mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in

occulto: \* et substantia mea  
in inferioribus terrae.

Imperfectum meum vi-  
derunt oculi tui, et in libro  
tuo omnes scribentur: \* dies  
formabuntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis hono-  
rificati sunt amici tui,  
Deus: \* nimis confortatus  
est principatus eorum.

Dinumerabo eos et su-  
per arenam multiplicabun-  
tur: \* exurrexi, et adhuc  
sum tecum.

Si occideris, Deus, pecca-  
tores: \* viri sanguinum de-  
clinata a me:

Quia dicitis in cogitatio-  
ne: \* accipient in vanitate  
civitates tuas.

Nonne qui oderunt te,  
Dñe, oderam: \* et super  
inimicos tuos tabescbam?

Perfecto odio oderam il-  
los: \* et inimici facti sunt  
mihi.

Proba me, Deus, et scito  
cor meum: \* interroga me,  
et cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis  
in me est: \* et deduc me in  
via aeterna.

Añs. Dómine, probasti  
me, et cognovisti me.

Antiph. A viro iniquo.

Psalmus cxxxix.

**E**RIPe me, Dómine,  
ab hómine malo: \*  
a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniqui-  
tates in corde: \* tota die  
constituébant praelia.

Acuerunt linguas suas  
sicut serpentis: \* venenum  
áspidum sub labiis eorum.

Custodi me, Dómine, de  
manu peccatoris: \* et ab  
hominibus iniquis eripe  
me.

Qui cogitaverunt sup-  
plantare gressus meos: \*  
absconderunt superbi lá-  
queum mihi.

Et funes extenderunt in  
láqueum: \* juxta iter scán-  
dalum posuerunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus  
es tu: \* exaudi, Dómine,  
vocem deprecationis meae.

Dómine, Dómine, virtus  
salutis meae: \* obumbrá-  
sti super caput meum in  
die belli:

Ne tradas me, Dómine,  
a desiderio meo peccatori: \*  
cogitaverunt contra me, ne  
derelinquas me, ne forte  
exaltentur.

Caput circuitus eorum: \*  
labor labiorum ipsorum  
operiet eos.

Cadent super eos carbó-  
nes, in ignem dejicies eos: \*  
in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non diri-  
gétur in terra: \* virum  
injústum mala capient in  
intéritu.

Cognóvi quia faciet Dó-  
minus iudicium inopis: \* et  
vindictam páuperum.

Verumtamen iusti confite-  
buntur nómini tuo: \* et  
habitabunt recti cum vultu  
tuo.



*Añs.* A viro iniquo libera me, Dómine.

*Antiphona.* Dómine.

*Psalmus cxi.*

**D**OMINE, clamávi ad te, exáudi me : \* inténde voci meae, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incensum in conspéctu tuo : \* elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo : \* et óstium circumstántiae lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiae, \* ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitatem : \* et non comunicábo cum eléctis eórum.

Corripiet me justus in misericórdia, et increpábit me : \* óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : \* absorpti sunt juncti petrae júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuerunt : \* sicut crassitúdo terrae erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : \* quia ad te, Dómine, Dñe, óculi mei : in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo,

quem statuerunt mihi : \* et a scándalis operántium iniquitatem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : \* singuláriter sum ego donec tránseam.

*Añs.* Dómine, clamávi ad te, exáudi me.

*Antiphona.* Pórtio mea.

*Psalmus cx*

**V**OCE mea ad Dóminum clamávi : \* voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratióne meam, \* et tribulatióne meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spiritum meum, \* et tu cognovisti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, \* absconderunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, et vidébam : \* et non erat qui cognósceret me.

Péruit fuga a me, \* et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, \* dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatióne meam : \* quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persecúentibus me : \* quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdu

nómini tuo : \* me expé-  
ctant justi, donec retribuas  
mihí.

Añá. Pórtio mea, Dómi-  
ne, sit in terra vivéntium.

Capítulum. 2 Cor. i.



**B**ENEDICTUS  
Deus, et Pater  
Dñi nostri Jesu  
Christi, Pater mi-  
sericordiárum, et Deus to-  
tús consolatiónis, qui con-  
solátur nos in omni tribula-  
tióne nostra.

Hymnus.

**H**OMINIS supérne  
Cónditor,

Qui cuncta solus órдинans,  
Humum jubes producere  
Reptántis et ferae genus :

Et magna rerum córpora,  
Díctu jubéntis vívida,  
Per témporum certas vices  
Obtemperáre sérvulis.

Repélle, quod cupidinis  
Ciénte vi nos impetit,  
Aut móribus se súggerit,  
Aut áctibus se intérsit.

Da gaudiórum praemia,  
Da gratiárum múnera :  
Dissólve litis víncula :  
Adstringe pacis foedera.

Paesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saecu-  
lum. Amen.

V. Dirigátur, Dómine,  
oratio mea. R. Sicut incén-  
sum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat. Añá. De-  
pósuit poténtes, sanctos

persequéntes : et exaltávit  
húmiles, Christum confi-  
téntes.

Preces quando dicendae  
sunt, habentur supra in  
Vesperis Festae II. 141.

SABBATO

AD VESPERAS.

Antiphona. Benedíctus.

Psalmus cviii.



**B**ENEDICTUS  
Dñus Deus me-  
us, qui docet man-  
us meas ad prae-  
lium,\* et dígitos meos ad  
bellum.

Misericórdia mea, et re-  
fúgium meum : \* suscéptor  
meus, et liberátor meus :

Protéctor meus, et in  
ipso sperávi : \* qui subdit  
pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo,  
quia innotuísti ei ? \* aut fi-  
lius hóminis, quia réputas  
eum ?

Homo vanitati similis fa-  
ctus est : \* dies ejus sicut  
umbra praete-reunt.

Dómine, inclina coelos  
tuos, et descende : \* tange  
montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscationem,  
et dissipábis eos : \* emitte  
sagittas tuas, et conturbá-  
bis eos :

Emitte manum tuam de  
alto, éripe me, et libera me  
de aquis multis : \* de manu  
filiórum alienórum.

Quorum os locútum est

vanitatem \* et dextera eorum, dextera iniquitatis.

Deus, canticum novum cantabo tibi : \* in psalterio decachordo psallam tibi.

Qui dallasalutem regibus : \* qui redemisti David servum tuum de gladio maligno : eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem : \* et dextera eorum, dextera iniquitatis :

Quorum filii, sicut novellae plantationes \* in juventute sua.

Filiae eorum compositae : \* circumornatae ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena, \* eructantia ex hoc in illud.

Oves eorum fetosae, abundantes in egressibus suis : \* boves eorum crassae.

Non est ruina maceriae, neque transitus : \* neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui haec sunt : \* beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

Añsa. Benedictus Dominus Deus meus.

Añsa. Per singulos dies.

Psalmus cxliv.

**E**XALTABO te, Deus meus Rex : \* et benedicam nomini tuo in saeculum, et in saeculū saeculi.

Per singulos dies benedi-

cam tibi \* et laudabonomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Magnus Dominus et laudabilis nimis : \* et magnitudinis ejus non est finis.

Generatio et generatio laudabit opera tua : \* et potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur : \* et mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent : \* et magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt. \* et justitia tua exultabunt.

Miserator et misericors Dominus : \* patiens, et multum misericors.

Suavis Dominus universis : \* et miserationes ejus super omnia opera ejus.

Confiteantur tibi, Dñe, omnia opera tua : \* et sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent : \* et potentiam tuam loquentur :

Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam : \* et gloriam magnificentiae regni tui.

Regnum tuum regnum omnium saeculorum : \* et dominatio tua in omni generatione et generationem.

Fidelis Dñus in omnibus verbis suis : \* et sanctus in omnibus operibus suis.

Allevat Dominus omnes

qui cõrruunt : \* et erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant, Dõmine . \* et tu das escam illorum in tempore oportuno.

Aperis tu manum tuam : \* et implet omne animam benedictione.

Iustus Dõminus in omnibus viis suis . \* et sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est Dñus omnibus invocantibus eum : \* omnibus invocantibus eum in veritate.

Voluntatem timentium se faciet, \* et deprecationem eorum exaudiet : et salvos faciet eos.

Custodit Dõminus omnes diligentes se : \* et omnes peccatores disperdet.

Laudationem Dõmini loquetur os meum : \* et benedicat omnis caro nomini sancto ejus in saeculum, et in saeculum saeculi.

Antiphona. Per singulos dies benedicam te, Dõmine.

Antiphona. Laudabo.

Psalmus cxlv.

**L**AUDA anima mea Dõminum, laudabo Dõminum in vita mea : \* psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus : \* in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam : \*

in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adiutor ejus, spes ejus in Dõmino Deo ipsius : \* qui fecit coelum et terram, mare, et omnia, quae in eis sunt.

Qui custodit veritatem in saeculum, facit iudicium injuriam patientibus : \* dat escam esurientibus.

Dõminus solvit compeditos . \* Dõminus illuminat caecos.

Dõminus erigit elisos, \* Dõminus diligit justos.

Dõminus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet : \* et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dñus in saecula, Deus tuus Sion, \* in generationem et generationem.

Antiphona. Laudabo Deum meum in vita mea.

Antiphona. Deo nostro.

Psalmus cxlvi.

**L**AUDATE Dõminum quoniam bonus est psalmus : \* Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Aedificans Jerusalem Dõminus : \* dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde : \* et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : \* et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dñus noster, et

magna virtus ejus : \* et sapientiae ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus : \* humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione : \* psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit coelum nubibus : \* et parat terrae pluviam.

Qui producit in montibus foenum : \* et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum : \* et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit : \* nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum : \* et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Añsa. Deo nostro jucunda sit laudatio.

Antiphona. Lauda.

Psalmus cxlvii.

**L**AUDA Jerusalem Dominum : \* lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : \* et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae : \* velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut la-

nam ; \* nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : \* ante faciem frigoris ejus quis sustinebit ?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : \* flabit spiritus ejus et fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : \* justitias, et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : \* et judicia sua non manifestavit eis.

Antiphona. Lauda Jerusalem Dominum.

Capitulum. Rom. xi. d.



ALTITUDO divitiarum sapientiae et scientiae Dei : quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus !

Hymnus.

**J**AM sol recedit igneus :

Tu lux perennis, Unitas, Nostris, beata Trinitas, Infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine,

Te deprecamur vespere ; Digneris ut te supplices Laudemus inter coelites.

Patri, simulque Filio, Tibique, Sancte Spiritus, Sicut fuit, sit jugiter Saeculum per omne gloria.

Amen.

V. Vespertina oratio

ascéndat ad te, Dómine.  
R. Et descéndat super nos  
misericórdia tua.

Ad Magnif. Añã. Sus-  
cépit Deus Israël púerum  
suum : sicut locútus est ad  
Abraham, et semen ejus :  
exaltáre húmiles usque in  
saeculum.

Capit. O altitúdo dicitur  
in Vesp. Sabb. ab Octava  
Epiph. usque ad Septuagesimam.  
Hymnus et Versiculus etiam usque ad Quadragés. Añã ad Magnif. ab Octava Epiph. usque ad Septuages. tantum. Post Añã dic. Oratio propria.

Deinde sunt sequentes  
Commem. communes, seu  
Suffragia Sanctorum quae  
dic. etiam ad Laudes.

### COMMEMORATIO DE CRUCE

In fer. tantum Offic., etiam  
quando non dic. preces.

#### AD VESP. ET LAUDES.

Añã. Per signum Crucis  
de inimicis nostris libera  
nos, Deus noster.

V. Omnis terra adóret  
te, et psallat tibi. R. Psal-  
num dicat nómini tuo, Dó-  
mine.

Orémus. Oratio.

**P**ERPETUA nos,  
quaesumus, Dñe, pa-  
ce custódi: quos per lignum  
sanctae Crucis redimere  
dignátus es.

### COMMEMORATIONES COMMUNES,

Sive Suffragia Sanctorum.  
DE S. MARIA.

quando non dicitur ejus  
Officium Parvum.

#### AD VESP. ET LAUDES.

Añã. Sancta Maria, suc-  
curre miseris, juva pusillá-  
nimes, réfove flébiles, ora  
pro pópulo, intérvni pro  
Clero, intercède pro devóto  
femineo sexu : sentiant om-  
nes tuum juvámén, qui-  
cúmque celebrant tuam san-  
ctam commemoratióem.

V. Ora pro nobis sancta  
Dei Génitrix. R. Ut digni  
efficiámur promissionibus  
Christi.

Orémus. Oratio.

**Q**UONCEDE nos famu-  
los tuos, quaesumus  
Dñe Deus, perpétua men-  
tis et córporis sanitáte gau-  
dère, et gloriósa beatae  
Mariae semper Virginis in-  
tercessióne, a praesénti  
liberári tristitia, et aetérna  
pérfrui laetitia.

Ab Oct. Epiph. usque  
ad Purificationem dicitur :

V. Post partum, Virgo,  
inviolata permansisti. R.  
Dei Génitrix intercède pro  
nobis.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, qui salutis ae-  
térnae, beatae Mariae  
virginitate foecunda, hu-  
mano géneri praemia prae-  
stitisti; tribue, quaesumus :

ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

DE S. JOSEPH.

AD VESPERAS.

Añã. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dñus super familiam suam.

V. Glória et divitiae in domo ejus. R. Et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

AD LAUDES.

Añã. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius Joseph.

V. Os justi meditabitur sapientiam. R. Et lingua ejus loquetur iudicium.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimae Genitricis tuae eligere dignatus es: praesta quaesumus; ut, quem protectionem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in coelis.

DE APOSTOLIS.

AD VESPERAS.

Añã. Petrus Apóstolus, et Paulus Doctör Géntium, ipsi nos docuerunt legem tuam, Dómine.

V. Consti. ues eos príncipes super omnem terram.

R. Mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

AD LAUDES.

Añã. Gloriosi príncipes terrae, quómo do in vita sua dilexerunt se, ita, et in morte non sunt separati.

V. In omnem terram exiit sonus eorum. R. Et in fines orbis terrae verba eorum.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, cujus dextera beatum Petrum ambulátem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coapóstolum ejus Paulum tertio naufragátem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, et concede, ut amborum méritis, aeternitatis glóriam consequámur.

DE PATRONO

VEL TITULARI ECCLESIAE fiat Commemoratio consueta ante, vel post Commem. praedictas, pro dignitate illius, et ultimo loco:

DE PACE.

AD VESP. ET LAUDES.

Añã. Da pacem, Dómine, in diébus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster.

V. Fiat pax in virtute tua. R. Et abundantia in túrribus tuis.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt ópera: da

servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dñm.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster.

Sic terminatur Offic. ubi alia non sequatur Hora, ut dicitur in Rubr. de Oratione Dominica.

Dicitur Commemorationes, seu Suffragia, dicuntur ab Octava Epiph. usque ad Dñicam Passionis, exceptis Duplicibus, et infra Octav.

Quando dicitur Officium Beatae Mariae, non fit alia Commemoratio de ea.

In feriali Officio ante Commemorationes de S. Maria, et de Apostolis, primo fit Commem. de Cruce, quae habetur supra.

#### AD COMPLETORIUM.

Lector incipit:

V. Jube, domne, benedicere.

Bened. Noctem quietam, et finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens. R. Amen.

LECTIO BREVIS.

I Petr. v. c.



RATRES, Sobrii estote et vigilate: quia adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens, circumit quaerens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Tu autem, Dñe, miserere nobis. R. Deo gratias.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit coelum et terram.

Pater noster dicitur toto secreto.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

CONFITEOR Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Chorus respondet:

MISEREATUR tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, per-



dúcat te ad vitam aetérnam. *R.* Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur vobis fratres, et vos fratres, dic. tibi Pater, et te Pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit:

**M**ISEREATUR vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perdúcat vos ad vitam aetérnam. *R.* Amen.

**I**NDULGENTIAM, Absolutiónem et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. *R.* Amen.

Et facta Absolut. dic. *V.*

**C**ONVERTE nos Deus, salutáris noster. *R.* Et avérte iram tuam a nobis.

*V.* Deus, in adiutorium meum inténde. *R.* Dñe, ad adjuvándum me festina.

Gloria Patri. Sicut erat.

Antiphona. Miserére.

Psalmus iv.

**Q**UM invocárem exaudivit me Deus justitiae meae; \* in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, \* et exáudi oratióne meam.

Filii hóminum úsquequo gravi corde? \* ut quid diligitis vanitátem, et quaeritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: \* Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascimini, et nolite peccáre: \* quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium iustitiae, et speráte in Dómino. \* Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dñe: \* dedísti laetítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et ólei sui \* multiplicáti sunt.

In pace in idípsum \* dormiam, et requiescam;

Quóniam tu, Dómine, singularíter in spe \* constituísti me.

Psalmus xxx.

**I**N te, Dómine, sperávi, non confundar in aetérnum: \* in justitia tua libera me.

Inclína ad me aurem tuam, \* accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem: et in domum refúgii, \* ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu: \* et propter nomen tuum dedúces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: \* quóniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: \* redemisti me, Domine Deus veritatis.

Psalmsus xc.

**Q**UI habitat in adiutorio Altissimi, \* in protectione Dei coeli commorabitur.

Dicet Dño: Susceptor meus es tu, et refugium meum: \* Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, \* et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: \* et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: \* non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: \* ab incursu, et daemónio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis: \* ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: \* et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: \* altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: \* et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: \* ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: \* ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, et basiliscum ambulabis: \* et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: \* protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum: \* cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: \* et ostendam illi salutarem meum.

Psalmsus cxxxiii.

**B**ECCCE nunc benedicite Dñm, \* omnes servi Dñmi:

Qui statis in domo Dñmi, \* in atriis domus Dei nostri,

In noctibus extollite manus vestras in sancta, \* et benedicite Dñm.

Benedicat te Dñm rex Sion, \* qui fecit coelum et terram.

Aññ. Miserere mihi, Dñe, et exaudi orationem meam.

Hymnus.

**T**E lucis ante terminum,

Rerum Creator poscimus,  
Ut pro tua clementia  
Sis praesul et custodia.

Procul recedant somnia,  
Et noctium phantasmata;

Hostémque nostrum cóm-  
prime,  
Ne polluantur córpora.

Praesta, Pater piíssime,  
Patríque compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito  
Regnans per omne saecu-  
lum. Amen.

Capitulum. *Jerem. xiv. ó.*

**T**U autem in nobis es,  
Dómine, et nomen  
sanctum tuum invocatum  
est super nos : ne derelin-  
quas nos, Dómine Deus  
noster. *R.* Deo grátias.

*R.* br. In manus tuas,  
Dómine, comméndo spí-  
ritum meum. In manus.  
*V.* Redemisti nos, Dó-  
mine Deus veritátis. Com-  
méndo. Glória Patri. In  
manus.

*V.* Custódi nos, Dómine,  
ut pupillam óculi. *R.* Sub  
umbra alárúm tuárum pró-  
tege nos.

Antiphona. Salva nos.

Canticum Simeonis.

*Luc. ii. e.*

**N**UNC dimíttis servum  
tuum, Dñe, \* secun-  
dū verbum tuum in pace :  
Quia vidérunt óculi mei \*  
salutare tuum,

Quod parásti \* ante fá-  
ciem ómnium populórum.

Lumen ad revelatiónem  
géntium, \* et glóriam ple-  
bis tuae Israël.

Glória Patri, etc.

Añá. Salva nos, Dómi-  
ne, vigilánte, custódi nos

dormiéntes : ut vigilémus  
cum Christo, et requiescá-  
mus in pace.

Sequentes Preces semper  
dicuntur, praeterquam in  
Officio Duplici, et infra  
Octavas : quae in feriatí  
Officio Tempore Adventus,  
quando dictae sunt Preces  
in Vesperis, dicuntur flexis  
genibus.

**K**YRIE eléison. Christe  
eléison. Kyrie eléi-  
son.

Pater noster, *secreto.*

*V.* Et ne nos indúcas in  
tentatiónem. *R.* Sed lí-  
bera nos a malo.

Credo in Deum, *secreto.*

*V.* Carnis resurrecti-  
onem. *R.* Vitam aetérnam,  
Amen.

*V.* Benedíctus es, Dómi-  
ne, Deus patrum nostró-  
rum. *R.* Et laudábilis et  
gloriósus in saecula.

*V.* Benedicámus Patrem  
et Fílium cum Sancto Spí-  
ritu. *R.* Laudémus, et  
superexaltémus eum in sae-  
cula.

*V.* Benedíctus es, Dómi-  
ne, in firmaménto coeli.  
*R.* Et laudábilis, et glorió-  
sus, et superexaltátus in  
saecula.

*V.* Benedicat et custó-  
diat nos omnipotens et  
miséricors Dñus. *R.* Amen.

*V.* Dignáre, Dómine, no-  
cte ista. *R.* Sine peccáto  
nos custodire.

*V.* Miserére nostri, Dó-

mine. *R.* Miserere nostri.

*V.* Fiat misericordia tua, Dñe, super nos. *R.* Quemadmodum speravimus in te.

*V.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

**VISITA**, quaesumus Dñe, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*V.* Benedicamus Dño. *R.* Deo gratias.

Benedi. Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. *R.* Amen.

Et non dicitur **Fidelium** animae, sed immediate dicitur una ex infrascriptis Antiphonis pro tempore.

A Vesp. Sabb. ante Dom. primam Advent. usque ad Purificationem inclusive,

Antiphona.



**ALMA** Redemptoris Mater, quae pervia coeli Porta manes, et stella maris, succurre cadenti,

Surgere qui curat, populo, tu quae genuisti, Natura mirante, tuum sanctum Genitorem, Virgo prius ac posterius, Gabriëlis ab ore Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

In Adventu. *V.* Angelus Domini nuntiavit Mariae. *R.* Et concepit de Spiritu Sancto.

Orémus. *Oratio.*

**G**RATIAM tuam, quaesumus Dñe, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

A primis Vesperis Nativitatis et deinceps, *V.* Post partum, Virgo, inviolata permansisti. *R.* Dei Genitrix intercede pro nobis.

Orémus. *Oratio.*

**D**EUS, qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate fecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue quaesumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere Dñum nostrum Jesum Christum Filium tuum. *R.* Amen.

Post Purificationem, id

est a fine Completorii illius diei secundae februarii inclusive, etiam quando transfertur Festum Purificationis B. Mariae Virg., usque ad Feriam quintam in Coena Domini exclusive.

## Antiphona.



VE, Regina coelorum,  
Ave, Dómina Angelorum:

Salve radix, salve porta,  
Ex qua mundo lux est orta.

Gaude, Virgo gloriósa,  
Super omnes speciósa:

Vale, o valde decóra,  
Et pro nobis Christum exóra.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ℞. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

## Orémus. Oratio.

**C**ONCEDE, miséricors Deus, fragilitáti nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei Genitricis memoriam ágimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgámus. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

℣. Divinum auxilium máneat semper nobiscum. ℞. Amen.

Deinde dic. secr. Pater noster, Ave María, Credo.

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis dicatur Pater noster, Ave María, et Credo: quia Completorium, quod est finis Officii, sic terminari debet; et ante Matutinam iterum repetitur pro principio Officii sequentis diei.

Antiphonae praedictae dicuntur etiam in fine Laudum, quando discedendum est a Choro: sed si immediate post Matutinum subsequatur Prima, vel alia Hora, tunc in fine ultimae Horae, ita ut dicantur semper, quando, terminata aliqua Hora, discedendum est a Choro; et tunc, post ℣. Fidélium ánimae, et Pater noster secreto, dicitur:

℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℞. Et vitam aeternam. Amen.

Deinde una ex praedictis Antiphonis et in fine Divinum auxilium máneat semper nobiscum. ℞. Amen.

Extra Chorum autem dicuntur in fine Laudum, si tunc terminandum sit Officium; alioquin in fine ultimae Horae. Post alias vero Horas, quando terminatur Officium, dicitur tantum Pater noster, secreto.



## Proprium de Tempore.

### PARS HIEMALIS.

#### SABBATO

ANTE DOM. I. ADVENTUS.

AD VESPERAS.

Capitulum, *Rom.* xiii. d.



**H**RATRES :  
 Hora est jam  
 nos de som-  
 no surgere.  
 Nunc enim  
 propior est  
 nostra salus, quam cum cre-  
 didimus. *Ry.* Deo gratias.

Sic semper respondetur  
 in fine omnium capitulorum.

Hymnus.

**C**REATOR alme sde-  
 rum,  
 Aeterna lux credentium,  
 Jesu Redemptor omnium,  
 Intende votis supplicum.

Qui daemonis ne fraudi-  
 bus  
 Periret orbis, impetu  
 Amoris actus, languidi  
 Mundi medela factus es.

Commune qui mundi  
 nefas

Ut expiaries, ad crucem  
 E Virginis sacrario  
 Intacta prodixisti victima.

Cujus potestas gloriae,  
 Nomenque cum primum  
 sonat ;

Et coelites et inferi  
 Tremente curvantur genu.

Te deprecamur ultimae  
 Magnum diei Judicem,  
 Armis supernae gratiae  
 Defende nos ab hostibus.

Virtus, honor, laus, glo-  
 ria

Deo Patri cum Filio,  
 Sancto simul Paraclito,  
 In saeculorum saecula.

Amen.

*V.* Rorate, coeli, desu-  
 per, et nubes pluant justum.  
*R.* Aperiatur terra, et ger-  
 minet Salvatorem.

Ad Magnificat, Añña. Ec-  
 ce nomen Dñi venit de

longinquo, et claritas ejus  
replet orbem terrarum.

Oratio.

**EXCITA**, quaesumus  
Dómine, poténtiam  
tuam, et veni: ut ab immi-  
néntibus peccatórum no-  
strórum periculis, te mereá-  
mur protegénte éripi, te li-  
beránte salvári: Qui vivis et  
regnas cum Deo Patre in  
unitate Spíritus Sancti  
Deus, per ómnia saecula  
saeculórum. *R.* Amen.

Commemorationes seu  
Suffragia Sanctorum non  
fiunt per totum Adventum  
etiam in Officio de Sanctis,  
nec de Cruce in fer. Officio.

In Adventu non fit de  
Festo, nisi fuerit Duplex vel  
Semidupl. Quod si occurrat  
in Dominica, transfertur in  
primam diem simili Festo  
non impeditam secundum  
Rubricam de translatione  
festorum. De Simplici vero  
fit tantum Commemoratio.

## DOMINICA PRIMA

ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem  
ventúrum Dñm, *Venite*  
adoremus. Et dic. etiam in  
Feriis usque ad Dom. iiii.  
Adventus. Ps. *Venite. 2.*

Hymnus.

**U**ERBUM supérnum  
pródiens  
E Patris aetérni sinu,

Qui natus orbi súbvenis,  
Labénte cursu témporis:

Illúmina nunc péctora,  
Tuóque amóre cóncrema,  
Ut cor cadúca désereans  
Coeli volúptas ímpleat:

Ut, cum tribúnal Júdiciis  
Damnábit igni nóxios,  
Et vox amica débitum  
Vocábit ad coelum pios:  
Non esca flammárum  
nigros

Volvámur inter túrbines;  
Vultu Dei sed cómpotes  
Coeli fruámur gáudiis.

Patri, simúlque Fílio,  
Tibique, Sancte Spíritus,  
Sicut fuit, sit júgiter  
Saeculum per omne glória.

Amen.

In primo Nocturno.

Añã. *Véniet ecce Rex.*  
Psalmus. *Beátus vir cum*  
reliquis ut in Psalterio. 3.

Post V. in quolibet No-  
cturno dicitur *Pater noster*  
secreto usque ad V. Et  
ne nos indúcas in tentatió-  
nem. *R.* Sed libera nos a  
malo.

Absolutio.

**EXAUDI**, Dómine  
Jesu Christe, preces  
servórum tuórum, et mise-  
rére nobis, qui cum Patre  
et Spíritu Sancto vivis et  
regnas in saecula saeculó-  
rum. *R.* Amen.

V. *Jube, domne, bene-  
dicere. Bened. Benedictió-  
ne perpétua benedicat nos*  
*Pater aetérnus. R.* Amen.

Incipit liber Isaiae  
Prophetae.

Lectio i. Cap. i.



ISIO Isaiae filii  
Amos, quam vi-  
dit super Judam  
et Jerusalem in  
diebus Oziae, Joathan,  
Achaz, et Ezechiae, regum  
Juda. Audite coeli, et auribus  
percipite terra, quoniam  
Dominus locutus est: Filios  
enutrivit, et exaltavit: ipsi  
autem spreverunt me. Cog-  
novit bos possessorem  
suum, et asinus praesepem  
domini sui: Israel autem  
me non cognovit, et populus  
meus non intellexit. ¶  
Tu autem, Domine, miserere  
nobis. R. Deo gratias.

Sic semper terminantur  
Lectiones, nisi aliter signetur.

R. Aspiciens a longe,  
ecce video Dei potentiam  
venientem, et nebulam totam  
terram tegentem. Ite  
obviam ei, et dicite: Nuntia  
nobis, si tu es ipse,  
Qui regnatus es in populo  
Israel. V. Quique terrigenae,  
et filii hominum,  
simul in unum dives et  
pauper.—Ite obviam ei, et  
dicite. V. Qui regis Israel,  
intende, qui deducis velut  
ovem Joseph.—Nuntia nobis,  
si tu es ipse. V. Tollite  
portas, principes, vestras,  
et elevamini portae aeternales,  
et introibit Rex glori-

ae.—Qui regnatus es in  
populo Israel. V. Gloria  
Patri, et Filio, et Spiritui  
Sancto. Deinde repetitur  
R. Aspiciens a longe, usque  
ad V. Quique terrigenae.

Hoc R. non dicitur per  
Hebd., sed ejus loco dicitur  
Responsorium primum Fe-  
riacae ii. sequentis.

V. Jube, domne, benedi-  
cere. Benedictio. Unigeni-  
tus Dei Filius nos benedice-  
re et adjuvare dignetur. R.  
Amen.

Lectio ii.

UAE genti peccatrici,  
populo gravi iniqui-  
tate, semini nequam, filiis  
sceleratis: dereliquerunt  
Dominum, blasphemaverunt  
Sanctum Israel, abalienati  
sunt retrorsum. Super  
quo percussit vos ultra,  
addentes praevaricationem  
Omne caput languidum, et  
omne cor moerens. A planta  
pedis usque ad verticem  
non est in eo sanitas: vul-  
nus, et livor, et plaga tu-  
mens non est circumligata,  
nec curata medicamine, ne-  
que fota oleo.

R. Aspiciēbam in visu  
noctis, et ecce in nubibus  
coeli Filius hominis venie-  
bat: et datum est ei regnum,  
et honor: Et omnis populus,  
tribus, et linguae servi-  
ent ei. V. Potestas ejus,  
potestas aeterna, quae non  
auferetur: et regnum ejus,



quod non corrumpétur.—  
Et omnis.

V. Jube, domne, benedícere. Bened. Spíritus sancti grátia illúminet sensus et corda nostra. R. Amen.

## Lectio iii.

**T**ERRA vestra desértata, civitates vestrae succénsae igni : regiónem vestram coram vobis aliéni dévorant, et desolábitur sicut in vastitate hostíli. Et derelinquétur filia Sion ut umbráculum in vénea, et sicut tugúrium in cucumérario, et sicut civitas quae vastátur. Nisi Dóminus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sódoma fuissémus, et quasi Gomórtha símiles essémus.

R. Missus est Gábriel Angelus ad Mariam virgínem desponsátam Joseph, núntians ei verbum : et expavéscit Virgo de lúmine. Ne tíneas, María, invenisti grátiam apud Dóminum : Ecce concípies, et páries, et vocábitur Altíssimi Filius. V. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnábit in domo Jacob in aetérnum.— Ecce concípies. Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Ecce concípies.

Sic semper dicitur Glória in fine últimi Responsorii cujuslibet Nocturni nisi alitér notetur.

In secundo Nocturno.

Añ. Gaude et laetáre. Psalmus Consérva me cum reliquis ut in Psalterio. II.

Absolutio.

**I**PSIUS píetas et misericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre et Spíritui Sancto vivit et regnat in saecula saeculórum. R. Amen.

V. Jube, domne, benedícere. Bened. Deus Pater omnipotens sit nobis propítius et clemens. R. Amen.

Sermo S. Leónis Papae.  
*Serm. viii de jejunio decimi mensis et cleemosynis.*

## Lectio iv.



**U**M de advéntu regni Dei, et de mundi fine ac témporum, discipulos suos Salvátor instrúeret, totámque Ecclésiám suam in Apóstolis erudíret : Cavéte, inquit, ne forte gravéntur corda vestra in crápula, et ebrietáte, et cogitátionibus saeculáribus. Quod útique praecéptum, dilectíssimi, ad nos speciálius pertinére cognóscimus, quibus denuntiátus dies, étiam si est occúltus, non dubitátur esse vicinus.

R. Ave María, grátia plena : Dóminus tecum : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi : quod

enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. *V.* Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? et respondens Angelus, dixit ei.—Spiritus Sanctus.

*V.* Jube, domne, benedicere. *Benedictio.* Christus perpetuae det nobis gaudia vitae. *R.* Amen.

## Lectio v.

**A**D cujus adventum omnem hominem convenit praeparari: ne quem aut ventri deditum, aut curis saecularibus inveniat implicatum. Quotidiano enim, dilectissimi, experimento probatur, potus satietate aciem mentis obtundi, et ciborum nimietate vigorem cordis hebetari: ita ut delectatio edendi etiam corporum contraria sit salutis, nisi ratio temperantiae obsistat illucebrae, et quod futurum est oneri, subtrahat voluptati.

*R.* Salvatorem expectamus Dominum Jesum Christum: Qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. *V.* Sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei.— Qui reformabit.

*V.* Jube, domne, benedicere. *Benedictio.* Ignem sui amoris accendat Deus

in cordibus nostris. *R.* Amen.

## Lectio vi.

**Q**UAMVIS enim sine anima nihil caro desideret, et inde accipiat sensus, unde sumit et motus: ejusdem tamen est animae, quaedam sibi subditae negare substantiae, et interiori judicio ab inconveniuntibus exteriora frangere: ut a corporeis cupiditatibus saepius libera, in aula mentis possit divinae vacare sapientiae: ubi omni strepitu terrenarum silente curarum, in meditationibus sanctis, et in deliciis laetetur aeternis.

*R.* Obsecro, Domine, mitte quem missurus es: vide afflictionem populi tui: Sicut locutus es, veni, Et libera nos. *V.* Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim.—Sicut. Gloria Patri. Et libera.

## In tertio Nocturno.

*Añs.* Gabriel Angelus. *Psalmus* Coeli enarrant, cum reliquis. 15.

## Absolutio.

**A**VINCULIS peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens et misericors Dominus. *R.* Amen.

*V.* Jube, domne, benedicere. *Bened.* Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. *R.* Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Sic semper praeponitur Lectio sancti Evangelii, ante primam Lectionem de Homilia.

Lectio vii. *Cap. xxi. e.*

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae. *Homilia i. in Evangelia.*

**D**OMINUS ac Redemptor noster paratos nos invenire desiderans, senescentem mundum quae mala sequantur, denuntiat, ut nos ab ejus amore compescat. Appropinquantem ejus terminum quantae percussiones praeveniant, innotescit: ut si Deum metuere in tranquillitate nolumus, saltem vicinum ejus iudicium vel percussionibus attriti timeamus.

R. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, dicit Dominus: Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis. V. Super solium David, et super regnum ejus sedebit in aeternum. — Et vocabitur.

V. Jube, domne, benedicere. Benedictio. Divinum auxilium maneat semper nobiscum, R. Amen.

Quando fit Officium de

Sanctis, dicitur Cujus vel Quorum, vel Quarum festum colimus, ipse vel ipsa, ipsi vel ipsae, intercédant vel intercédant pro nobis ad Dóminum. R. Amen.

Quando fit Officium de Sancta Maria, Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum intercédant pro nobis ad Dóminum. R. Amen.

Lectio viii.

**H**UIC etenim lectioni sancti Evangelii, quam modo vestra fraternitas audivit, paulo superius Dóminus praemisit, dicens: Exurget gens contra gentem, et regnum adversus regnum: et erunt terraemotus magni per loca, pestilentiae, et fames. Et quibusdam interpositis, hoc, quod modo audistis, adjunxit: Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura Gentium prae confusione sonitus maris, et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia in proximo ventura formidamus.

R. Audite verbum Dómini Gentes, et annuntiáte illud in finibus terrae: Et insulis, quae procul sunt, dicite: Salvator noster advéniat. V. Annuntiáte, et audítum fácite: loquimini, et clamáte. — Et insulis.

V. Jube, domne, benedicere. Bened. Ad societa-

tem civium supernorum perducatur nos rex Angelorum. *R.* Amen.

Quando legitur aliud Evangelium cum Homilia, dic. sequens Benedictio. Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta. *R.* Amen.

Praedicto ordine dicuntur Absolutiones et Benedictiones, quodcumque fit Officium novem Lect.

Quando vero fit trium Lectionum, si singulae tres Lectiones sunt de Scriptura, Absolutio et Benedictiones primi Nocturni dicuntur secunda et quinta Feria; secundi Nocturni, tertia et sexta Feria, tertii Nocturni, quarta Feria, et Sabbato, omissa Benedictio ante Evangelium, cujus loco dicitur: **Ille nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat.** *R.* Amen. Si autem singulae tres Lectiones non sint de Scriptura, Absolutiones dicuntur eodem ordine; Benedictiones vero ut in tertio Nocturno.

Si fit de Sancto: prima erit Ille nos benedicat, secunda Cujus festum colimus, tertia Ad societatem.

Lectio ix.

**N**AM gentem contra gentem exurgere, earumque pressuram terris insistere, plus jam in nostris temporibus cernimus, quam in codicibus legimus. Quod

terraemotus urbes innúmeras obruat, ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole, et luna, et stellis, adhuc aperte minime vidimus: sed quia et haec non longe sint, ex ipsa jam aëris immutatione colligimus.

*R.* Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum: et regnabit Rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitiam in terra: \* Et hoc est nomen quod vocabunt eum: \* Dominus justus noster. *Y.* In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter.— Et hoc. Gloria Patri. Dñs.

Ab hac Dominica usque ad Nativitatem Domini, et a Dominica Septuagesimae usque ad Pascha, Dominicis diebus dicitur nonum Responsorium: quia **Te Deum** non dic. nisi in Festis.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. In illa die \* stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lac et mel, allelúia. Psalmus Dominus regnavit cum reliquis de Laudibus Dominicae, 19.
2. Jucundare \* filia Sion, et exulta satis filia Jerúsalem, allelúia.
3. Ecce Dominus veniet, \*

et omnes Sancti ejus cum eo : et erit in die illa lux magna, alleluia.

4. Omnes sitiéntes \* venite ad aquas : quaerite Dóminum, dum inveniri potest, alleluia.

5. Ecce véniet \* Prophéta magnus, et ipse renovábit Jérusalem, alleluia.

Capitulum. Rom. xiii. d.

**F**RATRES : Hora est jam nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quam cum credídimus. *R.* Deo grátias.

Hymnus.

**A**N clara vox redárguit  
Obscúra quaeque, persónans :

Procul fugéntur sómnia :  
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resúrgat tór-  
pida,

Non ámplius jacens humi :  
Sidus refúlget jam novum,  
Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos mittitur  
Laxáre gratis débitum :  
Omnes simul cum lácrymis  
Precémur indulgéntiam :

Ut, cum secúndo fúlserit,  
Metúque mundum cínxerit,  
Non pro reátu púniat,  
Sed nos pius tunc prótegat.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri, cum Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.

*V.* Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini.  
*R.* Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedíctus, Antiphona. Spíritus Sanctus\* in te descéndet, María: ne timeas, habébis in útero Filium Dei, alleluia.

Oratio.

**A**XCITA, quaesumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári: Qui vivis.

Ad Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam, Antiphonae de Laudibus dicuntur per ordinem, quarta praetermissa. Quod etiam servatur in aliis Dominicis Adventus.

AD PRIMAM.

Hymnus. Jam lucis orto sídere. Añs. In illa die. Ps. Deus in nómine tuo. cum reliquis de Psalt. 24. Capit. Regi saeculórum. 29.

*R.* br. Christe Fili Dei vivi, \* Miserére nobis. Repetitur: Christe Fili Dei vivi, Miserére nobis. *V.* Qui ventúrus es in mundum. Miserére nobis. *V.* Glória Patri, et Filio, et Spíritui sancto. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis.

*V.* Exúrge, Christe, ádjuva nos. *R.* Et líbera nos propter nomen tuum.

Sic dicitur quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, praeterquam in die et infra Octavam Conceptionis B. Mariae.

Deinde Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. Credo. *V.* Et ego ad te, Dómine, clamávi, cum reliquis ut in Psalterio. 29.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis Dómine miserere. 31. Quae dicitur in Dominicis et Feriis, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

## AD TERTIAM.

Hymnus. Nunc sancte. *Añs.* Jucundáre. Psalmus. Legem pone. cum reliquis. 41. Capitulum. Fratres : Hora est, ut supra. 174.

*R.* br. Veni ad liberándum nos, \* Dómine Deus virtútum. Et repetitur: Veni ad liberándum nos, Dñe Deus virtútum. *V.* Osténde faciém tuam, et salvi érimus. Dómine Deus virtútum. *V.* Glória Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.

*V.* Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine. *R.* Et omnes reges terrae glóriam tuam.

Sic repetuntur Versus in omnibus Responsoriis brevibus Horarum.

## AD SEXTAM.

*Añs.* Ecce Dóminus.

Capitulum. *Rom.* xiii. d.

**D**OX praecessit, dies autem appropinquávit : abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis.

*R.* br. Osténde nobis, Dómine, \* Misericórdiam tuam. Osténde. *V.* Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde nobis.

*V.* Meménto nostri, Dñe, in beneplácito pópuli tui. *R.* Vísita nos in salutári tuo.

## AD NONAM.

*Añs.* Ecce véniet.

Capitulum. *Rom.* xiii. d.

**S**ICUT in die honeste ambulémus : non in comessatióibus et ebrietátibus, non in cubilibus et impudicítiis, non in contentiÓne et aemulatiÓne : sed induímus Dóminum Jesum Christum.

*R.* br. Super te Jerúsalem, \* Oriétur Dóminus. Super te. *V.* Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super te.

*V.* Dómine Deus virtútum, convérte nos. *R.* Et osténde faciém tuam, et salvi érimus.

## AD VESPERAS.

*Añs.* In illa die, cum reliquis de Laudibus. 175.

Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica. 135. Capitulum. Fratres : Hora est. Hymnus. Creátor alme síderum ut supra in primis Vesperis. 167.

*V.* Rorate coeli désuper, et nubes pluant justum. *R.* Aperiátur terra et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnif. Añs. Ne tímeas, María, \* invenísti enim grátiam apud Dóminum : ecce concipies, et páries filium, allelúia.

Oratio. Excita, quaesumus Dómine, ut supra.

Hymni, Versiculi et Responsoria brevia hujus Dominicae dicuntur in aliis Dominicis, et Feriis Adventus.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae Defunctorum.

## FERIA SECUNDA

### AD MATUTINUM.

Invitator Regem ventúrum Dóminum, \* Veníte adorémus.

Ps. Veníte exultémus. 2. Hymnus. Verbum supérnum pródiens. 168.

Antiphona. Dóminus defénsor. Psalmus Dóminus illuminátio, cum reliquis de Psalterio. 51.

Post *V.* et Pater noster, Absolutiones et Benedicções in hac et sequentibus Feriis dicuntur ordine superius descripto.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. i. d.*



AVAMINI, mundi estóte, auférte malum cogitátionum vestrárum ab óculis meis : quiéscite ágere perversé, discite benefácere : quaerite iudicium, subveníte opprésso, judicáte pupillo, deféndite viduam. Et veníte, et argúite me, dicit Dóminus : si fuerint peccáta vestra ut cóccinum, quasi nix dealbabúntur : et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

☩ Súscipe verbum virgo María, quod tibi a Dño per Angelum transmíssum est : concipies et páries Deum páriter et hómínem, \* Ut benedícta dicáris inter omnes mulieres. *V.* Páries quidem filium, et virginitatis non patiéris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. — Ut benedícta.

Lectio ii.

**S**I voluérítis, et audierítis me, bona terrae comedétis. Quod si noluerítis, et me ad iracúndiam provocavérítis, gládus devorábit vos, quia os Dómini locútum est. Quómodo facta est merérix civitas fidelis, plena iudicii ? Justítia habitávit in ea, nunc autem homicidae. Argéntum tu-

um verum est in scóriam: vinum tuum mixtum est aqua. Príncipes tui infidéles, sócii furum: omnes diligunt múnera, sequúntur retributiónes. Pupillo non júdicant: et causa viduae non ingréditur ad illos.

R. Laeténtur coeli, et exúltet terra, jubiláte montes laudem: quia Dóminus noster véniet, Et páuperum suórum miserébitur. V. Oriétur in diébus ejus justítia, et abundántia pacis.—Et páuperum.

*LECTIO III.*

**P**ROPTER hoc ait Dóminus, Deus exercítuum fortis Israël: Heu, consolábor super hóstibus meis, et vindicábor de inimícis meis. Et convértam manum meam ad te, et excoquam ad purum scóriam tuam, et áuferam omne stánnum tuum. Et restítuam júdices tuos ut fuérunt prius, et consiliários tuos sicut antiquitus: post haec vocáberis civitas justí, urbs fidélis. Sion in júdicio redimétur, et redúcent eam in justítia: et cónteret sceléstos, et peccatóres simul: et qui dereliquérunt Dñum, consuméntur.

R. Aliéni non transibunt per Jerúsalem ámplius: Nam in illa die stillábunt montes dulcédinem, et colles fluent lac et mel, dicit

Dóminus. V. Deus a Líbano véniet, et Sanctus de monte umbróso et condénso.—Nam. Glória. Nam.

*AD LAUDES.*

Antiphona et Psalmus Miserére cum reliquis de Psalterio, 62.

*Capitulum. Isaiae ii.*

**V**ENITE, et ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob, et docébit nos vias suas, et ambulábit in sémitis ejus: quia de Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem.

Hymn. En clara vox. 174.

V. Vox clamántis in déserto: Paráte viam Dñi. R. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Añña Angelus Dómini nuntiávit Maríae, et concépit de Spíritu sancto, allelúia.

Deinde dicuntur Preces: Kyrie eléison. Pater noster. V. Ego dixi, Dómine, ut in Psalterio. 65.

*Oratio.*

**E**XCITA, quaecumus Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Oratio Dominicae praeteritae semper dicitur per Hebdomadam in feriali



178 *Infra Hebdomadam primam Adventus.*

Officio, quando propria non assignatur. Et ad Horas Antiphonae sumuntur de Laudibus Dominicae praecedentis, quando ad Laudes Feriae non assignantur propriae.

Hodie dicitur Officium Defunctorum, ut infra.

AD PRIMAM.

Antiphona. In illa die.

Capitulum. Pacem et veritatem, ut in Psalt. 37.

R. br. Christe Fili Dei vivi, \* Miserere nobis. Repetitur: Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. V. Qui venturus es in mundum. Miserere nobis. V. Glória Patri. Christe Fili Dei vivi, miserere nobis.

V. Exúrge, Christe, adjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

Deinde Preces, ut in Psalt. in feriali Officio. 38.

Ad Absolutionem Capituli. Dómine, miserere. ut in Psalterio. 40.

AD TERTIAM.

Antiphona. Jucundare.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**E**CCE dies veniunt, et suscitábo David germen justum : et regnabit Rex, et sapiens erit : et faciet iudicium, et justitiam in terra.

R. br. Veni ad liberandum nos, \* Dómine Deus

virtutum. Veni. V. Osténde faciem tuam, et salvi érimus.—Dómine Deus virtutum. Glória Patri. Veni.

V. Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine. R. Et omnes reges terrae glóriam tuam.

Post R. br. dicitur. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.

V. Dómine Deus virtutum. ut in Psalterio. 44.

AD SEXTAM.

Añã. Ecce Dóminus.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**I**N diébus illis salvabitur Juda, et Israél habitabit confidenter : et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dóminus justus noster.

R. br. Osténde nobis, Dómine, \* Misericórdiam tuam. Osténde. V. Et salutare tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde.

V. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui. R. Visita nos in salutári tuo.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 47.

AD NONAM.

Antiphona. Ecce veniet.

Capitulum. *Isaiae xiv.*

**P**ROPE est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur. Mi-

serébitur enim Dóminus Jacob, et Israël salvábitur.

R̄. br. Super te Jerúsalem, \* Oriétur Dóminus. Super. V̄. Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patr̄i. Super.

V̄. Veni, Dómine, et noli tardáre. R̄. Reláxa facínora plebi tuae.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 47.

AD VESPERAS.

Añã. Inclínávit. Psalmus Diléxi, cum reliquis de Psalterio. 139.

Capitulum. *Genes.* xlix. b.



NON auferétur sceptrum de Juda, et dux de fémore ejus, donec véniat qui mitténdus est : et ipse erit expectátio Géntium.

Hymn. Creátor alme síderum. 167.

V̄. Rorate coeli désuper, et nubes pluant justum. R̄. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnif. Añã. Leva Jerúsalem \* óculos tuos, et vide poténtiam Regis : ecce Salvátor venit sólvete te a vinculo.

Deinde dicitur Kyrie eléison, cum Precibus ut supra in Psalterio. 141.

Capitula praediéta dicuntur in feriali Officio usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

FERIA TERTIA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. ii.



VERBUM, quod vidit Isaías, filius Amos, super Juda et Jerúsalem. Et erit in novíssimis diébus praeparátus mons domus Dñi in vértice móntium, et elevábitur super colles, et fluent ad eum omnes Gentes. Et ibunt pópuli multi, et dicent : Venite, et ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob; et docébit nos vias suas, et ambulábimus in sémitis ejus : quia de Sion exíbit lex, et verbum Dñi de Jerúsalem.

R̄. Montes Israél, ramos vestros expándite, et floréte, et fructus fácite : Prope est ut véniat dies Dómini. V̄. Rorate coeli désuper, et nubes pluant justum : aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. — Prope est.

Lectio ii.

ET judicábit Gentes, et árguet pópulos multos : et conflábunt gládios suos in vómeres, et lánceas suas in falces : non levábit gens contra gentem gládium, nec exercebúntur ultra ad praelium. Domus Jacob venite, et ambulémus in lámíne Dómini. Projécti enim pópulum tuum,

dom Jacob : quia repléti sunt ut olim, et áugures habuerunt ut Phillsthiim, et púeris aliénis adhaesérunt.

*R.* Erúmpant montes jucunditátem, et colles justítiam : \* Quia lux mundi Dñus cum poténtia vénit. *V.* De Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem. --- Quia lux.

*Lectio iii.*

**R**EPLETA est terra argénto et auro : et non est finis thesaurórum ejus : et repléta est terra ejus equis : et innumerábiles quadrígae ejus. Et repléta est terra ejus idólis : opus mánuum suárum adoravérunt, quod fecérunt dígiti eórum. Et incurvávít se homo, et humiliátus est vir : ne ergo dimittas eis.

*R.* Ecce ab Austro vénio, ego Dñus Deus vester, \* Visitáre vos in pace. *V.* Aspiciam vos, et créscere faciám : multiplicabimini, et firmábo paetum meum vobíscum. — Visitáre. Glória Patri. Visitáre.

Ad Bened. Añsa. Antequam convenirent, \* invénta est Maria habens in útero de Spiritu sancto, allelúia.

Deinde Kyrie eleíson, ut supra. 65.

Ad Magnificat, Antiphona. Quaerite Dñum, \* dum inveniri potest : invo-

cáte eum, dum prope est, allelúia.

Deinde Kyrie eleíson, ut supra. 141.

## FERIA QUARTA.

De Isala Prophéta.

*Lectio i. Cap. iii.*



CCE enim dominátor Dóminus exercituum áuferet a Jerúsalem et a Juda válidum, et fortem, omne robur panis, et omne robur aquae : fortem, et virum bellatórem, júdicem, et prophétam, et ariolum, et senem : príncipem super quinquaginta, et honorábilem vultu, et consiliárium, et sapiéntem de architécctis, et prudéntem elóquii mystici. Et dabo púeros príncipes eórum, et effemináti dominabúntur eis.

*R.* Rex noster advéniet Christus, \* Quem Joáñnes praedicávit Agnum esse ventúrum. *V.* Super ipsum continébunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabúntur. — Quem Joáñnes.

*Lectio ii.*

**E**T írruet pópulus, vir ad virum, et unusquisque ad próximum suum : tumultuábitur puer contra senem, et ignóbiliis contra nóbilem. Apprehéndet enim vir fratrem suum domésticum patris sui : Vestimén-

tum tibi est, princeps esto noster, ruina autem haec sub manu tua. Respondébit in die illa, dicens: Non sum médicus, et in domo mea non est panis, neque vestiméntum: nolite constituere me principem pópuli.

**R.** Ante multum tempus prophetávit Ezéchiél: Vidi portam clausam, ecce Deus ante saecula ex ea procedébat pro salúte mundi: Et erat iterum clausa, demónstrans Virgínam, quia post partum permánsit virgo. **V.** Porta quam vidisti, Dóminus solus transíbit per illam.—Et erat.

*Lectio iii.*

**R**UIT enim Jerúsalem, et Judas concidit: quia lingua eórum et adinventiões eórum contra Dóminum, ut provocarent óculos majestátis ejus. Agnítio vultus eórum respóndit eis: et peccátum suum quasi Sódoma praedicaverunt, nec abscondérunt: vae ánimae eórum, quóniam réddita sunt eis mala. Dicite justo quóniam bene, quóniam fructum adinventiõnum suárum comedet. Vae impio in malum: retribútiõ enim mánuum ejus fiet ei.

**R.** Ecce dies véniunt, dicit Dñs, et suscitábo David germen justum: et regnábit Rex, et sápiens erit,

et fáciat judícium et justitiam in terra: Et hoc est nomen, quod vocábunt eum: Dñs justus noster. **V.** In diébus illis salvábitur Juda, et Israël habitábit confidénter.— Et hoc. Glória Patri. Dóminus.

**Ad Bened. Aña.** De Sion<sup>o</sup> exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

**Ad Magnif. Aña.** Véniet<sup>o</sup> fórtior me post me, cujus non sum dignus sólvete corrigiam calceamentórum.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 141.

**FERIA QUINTA.**

De Isala Prophéta.

*Lectio i. Cap. iv.*



**S**T apprehéndent septem mulieres virum unum in die illa, dicéntes: Panem nostrum comedémus, et vestiméntis nostris operiémur: tantúmmodo invocétur nomen tuum super nos, aufer oppróbrium nostrum. In die illa erit germen Dñi in magnificéntia, et glória, et fructus terrae sublimis, et exultátiõ his, qui salváti fúerint de Israël. Et erit: Omnis qui reléctus fúerit in Sion, et resíduus in Jerúsalem, sanctus vocábitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerúsalem.

R. Súscipe verbum, virgo María, quod tibi a Dño per Angelum transmissum est : concipies et páries Deum páriter et hóminem, \* Ut benedícta dicáris inter omnes mulieres. V. Páries quidem filium, et virginitátis non patieris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta.—Ut.

Lectio ii. *Cap. v.*

**Q**UANTABO dilécto meo cánticum patrúelis mei vineae suae. Vineae facta est dilécto meo in cornu filio olei. Et sepívit eam, et lápidés elégit ex illa, et plantávit eam eléctam et aedificávit turrim in médio ejus, et tóreular extrúxit in ea: et expectávit ut fáceret uvás, et fecit labrúscas. Nunc ergo, habitóres Jerúsalem, et viri Juda, judicáte inter me et vineam meam. Quid est quod débui ultra fácere vineae meae, et non feci ei ? an quod expectávi ut fáceret uvás, et fecit labrúscas ?

R. Aspiciébam in visu noctis, et ecce in núbibus coeli Filius hóminis veniébat : et datum est ei regnum et honor : \* Et omnis pópulus, tribus, et linguae sérvient ei. V. Potéstas ejus, potéstas aetérna, quae non auferétur : et regnum ejus, quod non corrumpétur.—Et omnis.

Lectio iii.

**E**T nunc osténdam vobis quid ego fáciam vineae meae : áuferam sepem ejus, et erit in direptiónem : diruam maceriam ejus, et erit in conculcatiõnem. Et ponam eam désertam : non putábitur, et non fodiétur : et ascéndent vepres et spinae : et núbibus mandábo ne pluant super eam imbrem. Vineae enim Dómini exercituum, domus Israël est : et vir Juda germen ejus delectábile : et expectávi ut fáceret iudicium, et ecce iniquitas ; et justitiam, et ecce clamor.

R. Missus est Gábriel Angelus ad Mariám virginem desponsátam Joseph nuntians ei verbum : et expavéscit Virgo de lúmine. Ne timeas, María, invenísti grátiam apud Dñum : \* Ecce concipies et páries, et vocábitur Altíssimi Filius. V. Dabit ei Dñus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aetérnum.—Ecce concipies. Glória Patri. Ecce.

Ad Bened. Aña. Benedícta \* tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 65.

Ad Magnif. Aña. Expectábo \* Dñum Salvatórem meum, et praestolabor eum dum prope est, allelúia.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 141.

FERIA SEXTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. vi.

**I**N anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsium et elevátum : et ea quae sub ipso erant, replébant templum. Séraphim stabant super illud : sex alae uni, et sex alae álteri : duábus velábant faciém ejus, et duábus velábant pedes ejus, et duábus volábant. Et clamábant alter ad álterum, et dicébant : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus exercítuum, plena est omnis terra glória ejus.

R. Ave María. 170.

Lectio ii.

**E**T commóta sunt superliminária cárdinum a voce clamántis, et domus repléta est fumo. Et dixi: Vae mihi, quia tácuí, quia vir pollútus lábiis ego sum, et in médio pópuli pollúta lábia habéntis ego hábito et Regem Dóminum exercítuum vidi óculis meis. Et volávit ad me unus de Séraphim, et in manu ejus cálculus, quem fórcipe túlerat de altári. Et tétigit os meum, et dixit : Ecce tétigit hoc lábia tua, et auferé-

tur iníquitas tua, et peccátum tuum mundábitur.

R. Salvatórem. 171.

Lectio iii.

**E**T audivi vocem Dómini dicéntis : Quem mittam ? et quis ibit nobis ? Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit : Vade, et dices pópulo huic : Audíte audiéntes, et nolíte intelligere : et vidéte visiónem, et nolíte cognóscere. Excaeca cor pópuli hujus, et aures ejus ágrava, et óculos ejus claude : ne forte videat óculis suis, et áuribus suis áudiat, et corde suo intéligat, et convertátur, et sanem eum.

R. Obsecro, Dñe 171.

Ad Benedictus, Añs. Ecce véniet Deus et homo de domo David sedére in throno, allelúia.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Ad Magnificat, Añs. Ex Ægypto vocávi Filium meum : véniet ut salvet pópulum suum.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 141.

SABBATO

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. vii.

**E**T factum est in diébus Achaz filii Jóathan, filii Oziae regis Juda, ascéndit Rasin rex Syriae,

et Phácee filius Romelíae rex Israëli, in Jerúsalem, ad praeliándum contra eam: et non potuerunt debelláre eam. Et nuntiaverunt dómni David, dicétes: Requiévit Syria super Ephraïm, et commótum est cor ejus, et cor pópuli ejus, sicut movéntur ligna silvárum a fácie venti. Et dixit Dóminus ad Isafam: Egrédere in occúrsum Achaz tu, et qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extrémum aquaedúctus piscinae superioris in via Agri fullónis.

R. Ecce virgo. 172.

Lectio ii.

**E**T dices ad eum: Vide ut sileas: noli timére, et cor tuum ne formidet a duábus caudis titiónum fumigántium istórum, in ira furóris Rasin regis Syriae, et filii Romelíae: eo quod consilium inferit contra te Syria in malum Ephraïm, et filius Romelíae, dicétes: Ascendámus ad Judam, et suscitémus eum, et avellámus eum ad nos, et ponámus regem in médio ejus filium Tábeel.

R. Audíte verbum. 172.

Lectio iii.

**E**T adjécit Dñus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsus supra. Et dixit Achaz: Non petam,

et non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et eligere bonum.

R. Ecce dies véniunt. 173.

Ad Bened. Aña. Sion, noli timére, \* ecce Deus tuus véniet, allelúia.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

AD VESPERAS.

Capitulum. Rom. xv.

**R**ATRES: Quaecúmque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patiéntiam, et consolatióem Scripturárum, spem habeámus.

Hymnus.

**C**REATOR alme siderum,  
 Éterna lux credéntium,  
 Jesu, Redémptor ómnium,  
 Inténde votis supplicum.

Qui daemonis ne fráudibus  
 Periret orbis, impetu  
 Amóris áctus, lánguidi  
 Mundi medéla factus es.

Commúne qui mundi nefas

Ut expiáres, ad crucem  
 E Virginis sacrário  
 Intácta prodis víctima.  
 Ujus potéstas glóriæ,  
 Noménque cum primum  
 sonat,  
 Et coelites, et inferi  
 Treménte curvántur genu.  
 Te deprecámur últimæ  
 Magnum diéi Júdicem,  
 Armis supérnae grátiae  
 Defénde nos ab hóstibus.  
 Virtus, honor, laus, gló-  
 ria  
 Deo Patri, cum Filio,  
 Sancto simul Paráclito,  
 In saeculorum saecula.

Amen.

℟. Roráte coeli désuper,  
 et nubes pluant justum. ℞.  
 Aperiátur terra, et gérmínet  
 Salvatórem.

Ad Magníf. Añá. Veni,  
 Dómine, visitáre nos in  
 pace, ut laetémur coram te  
 corde perfécto.

Oratio.

**A**XCITA, Dómine, cor-  
 da nostra ad praepa-  
 rándas Unigéniti tui vias:  
 ut per ejus advéntum, puri-  
 ficátis tibi méntibus servíre  
 mereámur. Qui tecum vivit  
 et regnat.

DOM. II. ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem  
 ventúrum Dóminum, Ve-  
 nite adorémus. Psalmus  
 Venite. 2.

Hymnus.

**A**ERBUM supérnum  
 pródiens  
 E Patris aetérni sinu,  
 Qui natus orbi súbvenis,  
 Labénte cursu témporis.  
 Illúmina nunc pécóra,  
 Tuóque amóre cóncrema;  
 Ut cor cadúca désereñs  
 Coeli volúptas impleat.  
 Et cum tribúnal Júdicis  
 Damnábit igni nóxios,  
 Et vox amíca débitum  
 Vocábit ad coelum pios:  
 Non esca flammárum ni-  
 gros  
 Volvámur inter túrbines,  
 Vultu Dei sed cómpotes  
 Coeli fruámur gáudiis.  
 Patri, simúlque Filio,  
 Tibique, sancte Spíritus,  
 Sicut fuit, sit júgiter  
 Saeculum per omne glória.  
 Amen.

In primo Nocturno.

Añá. Veniet ecce Rex.  
 Psalmus Beátus vir, cum  
 reliquis ut in Psalterio. 3.

De Isaía Prophéta.

Lectio 1. Cap. xi.



Tegrediétur virga  
 de radíce Jesse,  
 et flos de radíce  
 ejus ascéndet. Et  
 requiescet super eum spí-  
 ritus Dómini: spíritus sapién-  
 tiae et intelléctus, spíritus  
 consilii et fortitúdinis, spí-  
 ritus sciéntiae et pietátis :  
 et replébit eum spíritus tí-  
 móris Dómini. Non secún-  
 dum visiónem oculórum



judicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terrae.

**R.** Jerusalelem, cito veniet salus tua: quare moerore consumeris? numquid consiliarius non est tibi, quia innovavit te dolor? \* Salvabo te, et liberabo te, noli timere. **V.** Ego enim sum Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, Redemptor tuus.— Salvabo.

Lectio ii.

**E**T percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renium ejus. Habitabit lupus cum agno, et pardus cum haedo accubabit: vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascuntur: simul requiescent catuli eorum: et leo quasi bos comedet paleas.

**R.** Ecce Dominus veniet, et omnes Sancti ejus cum eo, et erit in die illa lux magna: et exsunt de Jerusalem sicut aqua munda: et regnabit Dominus in aeternum, \* Super omnes Gentes. **V.** Ecce Dominus cum virtute veniet: et regnum in manu ejus, et potestas, et imperium.— Super.

Lectio iii.

**E**T delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis: et in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquae maris operientes. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulchrum ejus gloriosum.

**R.** Civitas Jerusalem, noli flere: quoniam doluit Dominus super te, \* Et auferet a te omnem tribulationem. **V.** Ecce Dominus in fortitudine veniet: et brachium ejus dominabitur.— Et auferet. Gloria Patri. Et auferet.

In secundo Nocturno.

Añs. Gaude et laetare. Psalmus Conserva, cum reliquis ut in Psalterio. **II.**

De Expositione sancti Hieronymi Presbyteri in Isaiam Prophetam.

Lib. 4. in cap. xi. Isaias.

Lectio iv.

**E**T egredietur virga de radice Jesse. Usque ad principium visionis, vel ponderis Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos, omnis haec prophetia de Chri-

sto est : quam per partes volumus explanare, ne simul propòsita atque disserita, lectòris confundat memoriàm. Virgam et florem de radice Jesse ipsum Dòminum Judæi interpretantur : quod scilicet in virga regnantis potèntia, in flore pulchritudo monstrètur.

✠ Ecce veniet Dòminus protector noster, sanctus Israël, Corònam regni habens in capite suo. *V.* Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. — Corònam regni.

## Lectio v.

**N**OS autem virgam de radice Jesse sanctam Mariam virginem intelligamus, quae nullum habuit sibi fruticem cohaerentem: de qua et supra legimus: Ecce virgo concipiet, et pariet filium. Et florem, Dòminum Salvatorem, qui dicit in Cántico Canticòrum: Ego flos campi, et lílium convallium.

✠ Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos, dicit Dòminus : et de Jerúsalem civitate quam elégi, veniet vobis auxiliium : Et videbitis, et gaudèbit cor vestrum. *V.* Dabo in Sion salutem, et in Jerúsalem glòriam meam. — Et videbitis.

## Lectio vi.

**S**UPER hunc igitur florem, qui de trunco et radice Jesse per Mariam virginem repente consurgit, requiescet Spíritus Dòmini : quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter: nequáquam per partes, ut in caeteris Sanctis: sed juxta Evangélium eòrum, quod Hebraeo sermone conscriptum legunt Nazaraei : Descendat super eum omnis fons Spíritus sancti. Dòminus autem Spíritus est : et ubi Spíritus Dòmini, ibi libértas.

✠ Jerúsalem plantabis vineam in montibus tuis : exultabis, quoniam dies Dòmini veniet: surge Sion, convertere ad Dòminum Deum tuum : gaude et lactare Jacob. *R.* Quia de medio Génium Salvator tuus veniet. *V.* Exulta satis, filia Sion : júbila filia Jerúsalem. — Quia de medio. Glòria Patri. Quia de medio.

## In tertio Nocturno.

*A.* Gábriel Angelus. Psalmus Coeli enarrant, cum reliq. ut in Psalt. 15.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xi.

**I**N illo tempore : Cum audisset Joannes in vinculis ópera Christi, mit-

tens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homilia vi. in Evang.

post initium.



**A**LSIS tot signis, tantisque virtutibus, non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens grave in illo scandalum pertulit, cum eum post tot miracula morientem vidit. Unde et Paulus dicit: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est, ut pro hominibus auctor vitae moreretur: et inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit.

**R.** Egrediatur Dominus de Samaria ad portam, quae respicit ad Orientem: et veniet in Bethlehem, ambulans super aquas redemptionis Judae: Tunc salvus erit omnis homo: quia ecce veniet. **V.** Et praeparabitur in misericordia solium ejus, et sedebit super illud in veritate.— Tunc salvus.

Lectio viii.

**Q**UID est ergo dicere: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me; nisi aperta voce abjectionem mortis suae, humilitatemque signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abjecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cavendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

**R.** Festina, ne tardaveris, Domine: Et libera populum tuum. **V.** Veni, Domine, et noli tardare, relaxa facinora plebi tuae.— Et libera.

Lectio ix.

**S**ED dimissis Joannis discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat, audiamus: Quid existis in deserto videre? Arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore, vel detractioe tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur?

**R.** Ecce Dominus veniet cum splendore descendens, et virtus ejus cum eo. Visitare populum suum in pace, et constituere super eum vitam sempiternam. **V.** Ec-

ce Dóminus noster cum Virtúte véniet.— Visitáre. Glória Patri. Visitáre.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ecce in núbibus\* coeli Dñus véniet cum potestáte magna, allelúia. *Psal.* Dñus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Urbs fortitúdinis\* nostrae Sion, Sal átorponétur in ea murus et autemurále: aperite portas, quia nobiscum Deus, allelúia.

3. Ecce apparébit\* Dóminus, et non mentiétur: si moram fécerit, expécta eum, quia véniet, et non tardábit, allelúia.

4. Montes et colles\* cantábunt coram Deo laudem, et ómnia ligna silvárum plaudent mánibus: quóniam véniet Dominátor Dóminus in regnum aetérnum, allelúia, allelúia.

5. Ecce Dóminus\* noster cum irtúte véniet, et illuminábit óculos servórum suórum, allelúia.

Capitulum. *Rom.* xv.

**F**RATRES: Quaecúmque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per paciéntiam, et consolatióem Scripturarum, spem habeámus.

Hymnus.

**A**n clara vox redárguit,  
Obscúra quaeque pérosonans:

Procul fugéntur sómnia:  
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resúrgat tór-pida,

Non ámplius jacens humi:  
Sidus refúlgét jam novum,  
Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos míttitur

Laxáre grátis débitum:  
Omnes simul cum lácrymis  
Precémur indulgéntiam:

Ut cum secúndo fúlserit,  
Metúque mundum cinxerit,  
Non pro reátu púniat,  
Sed nos pius tunc prótegat.

Virtus, honor, laus, gló-  
ria

Deo Patri, cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculórum saecula.

Amen.

V. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dñi. *Ry.*  
Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Aña. Joánnes autem\* cum audisset in vinculis ópera Christi, mit-tens duos ex discipulis suis, ait illi: Tu es qui ventúrus es, an álium expectámus?

Oratio.

**E**XCITA, Dómine, corda nostra ad praeparándas Unigéniti tui vias: ut per ejus advéntum, purificáti tibi méntibus servíre mereámur: Qui tecum vivit.

AD TERTIAM.

Aña. Urbs fortitúdinis.

Capit. Fratres: Quaecúm-  
que, ut supra.

R̄. br. Veni ad liberandum nos, \* Dómine Deus virtútum. Veni. V̄. Osténde faciém tuam, et salvi érimus. Dómine. Glória Patri. Veni.

V̄. Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine. R̄. Et omnes reges terrae glóriam tuam.

## AD SEXTAM.

Añã. Ecce apparábit.

Capitulum. *Rom. xv.*

**D**EUS autem paciéntiae et solátii det vobis idípsum sápere in alτέρutrum, secúndum Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétiis Deum, et Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

R̄. br. Osténde nobis, Dñe, \* Misericórdiam tuam. Osténde. V̄. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde.

V̄. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui. R̄. Vísita nos in salutári tuo.

## AD NONAM.

Añã. Ecce Dñus noster.

Capitulum. *Rom. xv. c.*

**D**EUS autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétiis in spe, et in virtúte Spíritus sancti.

R̄. br. Super te, Jerúsalem, \* Oriétur Dñus. Super. V̄. Et glória ejus in te vidébitur.—Oriétur. Glória. Super.

V̄. Dñe Deus virtútum, convérte nos. R̄. Et osténde faciém tuam, et salvi érimus.

## AD VESPERAS.

Añã. Ecce in núbibus, cum reliquis de Laudibus. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica. 135. Capitulum. Fratres: Quaecúmque. Hymnus. Créator. V̄. Roráte, ut supra.

Ad Magníf. Añã. Tu es qui ventúrus es, \* an álium expéctamus? Dícite Joánni quae vidistis: Ad lumen rédeunt caeci, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur, allelúia.

Oratio. Excita, Dómine, ut supra.

Post Vesperas dici, dicuntur Vesperae Defunctorum.

## FERIA SECUNDA.

## AD MATUTINUM.

Invit. Regem ventúrum Dñum, \* Venite adorémus. Ps. Veníte. 2. Hymnus. Verbum supérnum. 168.

Añã. Dóminus defénsor. Ps. Dóminus illuminátio, cum reliq. de Psalt. 51.

De Isafa Prophéta.

Lectio i. *Cap. xiii.*



**N**US Babylónis, quod vidit Isafas filius Amos. Super montem caliginosum leváte signum,

exaltate vocem, levate manum, et ingrediuntur portas duces. Ego mandavi sanctificationis meis, et vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitus regum, Gentium congregatarum.

R. Suscipe verbum. 176.

LECTIO II.

**D**OMINUS exercituum praecepit militiae belli, venientibus de terra procul a summitate coeli: Dominus, et vasa furoris ejus, ut disperdat omnem terram. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas a Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissolvuntur, et omne cor hominis contabescet, et conteretur. Torsiones et dolores tenebunt; quasi parturiens dolerunt: unusquisque ad proximum suum stupabit, facies combustae vultus eorum.

R. Laetentur coeli. 177.

LECTIO III.

**E**CCE dies Domini veniet, crudelis, et indignationis plenus, et irac furorisque, ad ponendam terram, in solitudinem et peccatores ejus conterendos de ea. Quoniam stellae coeli, et splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol

in ortu suo, et luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, et contra impios iniquitatem eorum et quiescere faciam superbiam infidelium, et arrogantiam fortium humiliabo.

R. Alieni. 177.

AD LAUDES.

Antiphona et Psalmus Miserere, cum reliquis de Psalterio. 62.

Capitulum. *Isaiae ii.*

**V**ENITE, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exhibet lex, et verbum Domini de Jerusalem.

Hymnus En clara vox, ut supra. 174.

V. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. R. Rectas facite semitas ejus.

Ad Bened. Añã. De coelo veniet Dominator Dominus, et in manu ejus honor et imperium.

Deinde dicitur Kyrie eleison. 65

Oratio.

**E**XCITA, Domine, corda nostra ad preparandas Unigeniti tui vias: ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum vivit et regnat.

Hodie dicitur Officium Defunctorum, ut infra.

Ad Horas, Antiphonae et reliqua ut annotatur Feria secunda post Dominicam primam Adventus.

## AD TERTIAM.

Antiphona. Urbs fortitudinis. 189.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**E**CCE dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum : et regnabit Rex, et sapiens erit : et faciet iudicium et justitiam in terra.

R. br. Veni ad liberandum nos, \* Domine Deus virtutum. Veni. V. Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Domine. Gloria Patri. Veni.

V. Timebunt Gentes nomen tuum, Domine. R. Et omnes reges terrae gloriam tuam.

Post R. br. dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. V. Domine Deus virtutum, ut in Psalterio. 44.

## AD SEXTAM.

Añã. Ecce apparebit.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**I**N diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter : et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

R. br. Ostende nobis, Dñe, \* Misericordiam tuam. Ostende. V. Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria Patri. Ostende.

V. Memènto nostri, Domine, in beneplácito pópuli tui. R. Visita nos in salutare tuo.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 47.

## AD NONAM.

Añã. Ecce Dñs noster.

Capitulum. *Isaiae xiv.*

**P**ROPE est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur. Miserèbitur enim Dominus Jacob, et Israel salvabitur.

R. br. Super te Jerusalelem, \* Orietur Dominus. Super te. V. Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria Patri. Super te.

V. Veni, Domine, et noli tardare. R. Relaxa facinora plebi tuae.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 50.

## AD VESPERAS.

Añã. Inclina vit. Psalmus Dilèxi, cum reliquis de Psalterio. 139.

Capitulum. *Genes. xlix. b.*

**N**ON auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est : et ipse erit expectatio Gentium.

Hymn. Créatorialme. 184.  
V. *Rorate coeli desuper,  
et nubes pluant justum. R.  
Aperiatur terra, et germinet  
Salvátorem.*

Ad Magnif. Ana. Ecce  
veniet Rex \* Dóminus ter-  
rae, et ipse auferet jugum  
captivitátis nostrae.

Deinde Kyrie eléison, ut  
supra. 141.

FERIA TERTIA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. xiv.



ROPE est ut vé-  
niat tempus ejus,  
et dies ejus non  
elongabúntur.  
Miserébitur enim Dóminus  
Jacob et éliget adhuc de  
Israél, et requiescere eos fá-  
ciet super humum suam ;  
adjungétur advena ad eos,  
et adhaerébit dómui Jacob.  
Et tenébunt eos pópuli,  
et addúcent eos in locum su-  
um : et possidébit eos domus  
Israél super terram Dómini  
in servos et ancillas : et erunt  
capiéntes eos qui se cépe-  
rant, et subjiciént exactóres  
suos.

R. Montes Israél. 179.

Lectio ii.

ET erit in die illa,  
cum réquiem déderit  
tibi Deus a labore tuo, et a  
concussióne tua, et a servi-  
túte dura, qua ante servi-  
sti : sumes parabólam istam

contra regem Babylónis, et  
dices : Quómodo cessávit  
exactór, quiévit tribútum ?  
Contrivit Dñus báculum  
impiórum, virgam domi-  
nántium, caedéntem pópu-  
los in indignatióne, plaga  
insanábili, subjiciéntem in  
furóre Gentes, persequéntem  
crudéliter.

R. Erúmpant. 180.

Lectio iii.

QUOMODO cecidisti  
de coelo lícifer, qui  
mané oriebáris ? corruísti in  
terram, qui vulnerábas gen-  
tes ? qui dicébas in corde  
tuo : In coelum conscén-  
dam, super astra Dei exal-  
tábo sólium meum, sedébo  
in monte testaménti, in  
latéribus Aquilónis. Ascén-  
dam super altitúdinem nú-  
bium, similis ero Altíssimo.  
Verúntamen ad inférnum  
detrahéris in profúndum  
laci.

R. Ecce ab Austro. 180.

Ad Bened. Ana. Super  
te \* Jerusalem oriétur Dó-  
minus, et glória ejus in te  
vidébitur.

Deinde Kyrie eléison, ut  
supra. 65.

Ad Magnificat, Antipho-  
na. Vox clamántis \* in de-  
sérto : Paráte viam Dómi-  
ni, rectas fácite sémitas Dei  
nostri,

Deinde Kyrie eléison, ut  
supra. 141.



## FERIA QUARTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. xvi.*

**M**ITTE Agnum, Dñe, Dominatórem terrae de petra desérta ad montem filiae Sion. Et erit: Sicut avis fugiens, et pulli de nido avolántes, sic erunt filiae Moab in transcénsu Arnon. Iní consílium, coge concílium : pone quasi noctem umbram tuam in meridie : abscondé fugiéntes, et vagos ne prodas. Habítábunt apud te prófugi mei: Moab esto latibulum eórum a fácie vastatóris.

R. Rex noster. 180.

Lectio ii.

**F**INITUS est enim pulvis, consummátus est miser, defécit qui conculcábat terram. Et praeparábitur in misericórdia sólium, et sedébit super illud in veritáte in tabernáculo David, júdicans et quaerens júdicium, et velóciter reddens quod justum est. Audívimus supérbiam Moab, supérbus est valde : supérbia ejus, et arrogántia ejus, et indignátio ejus, plus quam fortitúdo ejus.

R. Ante multum. 181.

Lectio iii.

**I**DCIRCO ululábit Moab ad Moab, univérsus ululábit : his, qui lae-

tántur super muros cocti láteris, loquímmini plagas suas. Quóniam suburbána Hésebon desérta sunt, et véneam Sábama dómini Géntium excidérunt : flagélla ejus usque ad Jazer pervenérunt : erravérunt in desérto, propágines ejus relictae sunt, transiérunt mare.

R. Ecce Dóminus. 188.

Ad Bened. Ana. Ecce ego mitto Angelum meum, qui praeparábit viam meam ante fáciem tuam.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Ad Magníf. Ana. Sion renováberis, et vidébis justum tuum, qui ventúrus est in te.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 141.

## FERIA QUINTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. xix.*

**N**US Ægypti. Ecce Dñs ascendet super nubem levem, et ingrediétur Ægyptum, et commovebúntur simulácula Ægypti a fácie ejus, et cor Ægypti tabéscet in médio ejus. Et concurrere fáciem Ægyptios advérsus Ægyptios : et pugnábit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas advérsus civitátem, regnum advérsus regnum.

R. Jerúsalem. 186.

Lectio ii.

**E**T dirumpetur spiritus  
Ægypti in visceribus  
ejus, et consilium ejus præ-  
cipitabo : et interrogabunt  
simulacra sua , et divinos  
suos, et pythones, et ariolos.  
Et tradam Ægyptum in  
manu dominorum crudeli-  
um, et rex fortis domina-  
bitur eorum, ait Dominus  
Deus exercituum. Et are-  
scet aqua de mari, et fluvius  
desolabitur, atque siccabi-  
tur. Et deficiant flumina :  
attenuabuntur, et siccabun-  
tur rivi æggerum.

℞. Ecce Dominus. 186.

Lectio iii.

**S**TULTI principes  
Taneos , sapientes  
consilarii Pharaonis dede-  
runt consilium insipientes.  
Quomodo dicetis Pharaoni:  
Filius sapientium ego, filius  
regum antiquorum? Ubi  
nunc sunt sapientes tui?  
Annuntient tibi, et indicent  
quid cogitaverit Dominus exer-  
citus super Ægyptum.  
Stulti facti sunt principes  
Taneos, emarcuerunt prin-  
cipes Mempheos, deceperunt  
Ægyptum, angulum  
populorum ejus.

℞. Civitas Jerusalem. 186.

Ad Bened. Añã. Tu es  
qui venturus es, Domine,  
quem expectamus, ut sal-  
vum facias populum tuum.

Deinde Kyrie eleison, ut  
supra. 65.

Ad Magnif. Añã. Qui  
post me veniet,\* ante me  
factus est : cujus non sum  
dignus calceamenta sol-  
vere.

Deinde Kyrie eleison, ut  
supra. 141.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta.

Lectio i. Cap. xxiv.



**C**CCE Dominus dissi-  
pabit terram, et  
nudabit eam, et  
affliget faciem  
ejus, et disperget habitato-  
res ejus. Et erit sicut popu-  
lus, sic sacerdos : et sicut  
servus, sic dominus ejus :  
sicut ancilla, sic domina  
ejus : sicut emens, sic ille  
qui vendit : sicut foenerator,  
sic is qui mutuum accipit :  
sicut qui repetit, sic qui de-  
bet. Dissipatio dissipabi-  
tur terra, et direptione prae-  
dabitur. Dominus enim locutus  
est verbum hoc.

℞. Ecce veniet. 187.

Lectio ii.

**L**UXIT, et defluxit ter-  
ra, et infirmata est :  
defluxit orbis, infirmata est  
altitudo populi terrae. Et  
terra infecta est ab habita-  
toribus suis: quia transgressi  
sunt leges, mutaverunt jus,  
dissipaverunt foedus semi-  
piternum. Propter hoc ma-  
ledictio vorabit terram, et  
peccabunt habitatores ejus:

ideoque insipient cultores ejus, et relinquuntur homines pauci.

R. Sicut mater. 187.

Lectio iii.

**L**UXURIA vindemia, infirmata est vitis, ingemuérunt omnes qui laetabantur corde. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus laetitium, conticuit dulcedo citharae. Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis laetitia: translatum est gaudium terrae. Relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas. Quia haec erunt in medio terrae, in medio populorum: quomodo si paucae olivae, quae remanserunt, excutiantur ex olea: et racemi, cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hincient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A finibus terrae laudes audivimus, gloriam justorum.

R. Jerusalem. 187.

Ad Bened. Ant. Dicite: Pusillanimes, confortamini: ecce Dominus Deus noster venit.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 65.

Ad Magnif. Ant. Cantate Domino \* canticum novum: laus ejus ab extremis terrae.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 141.

SABBATO.

De Isaia Propheta.

Lectio i. Cap. xxv.



**DOMINE** Deus meus es tu, exaltabo te, et confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, et in sempiternum non aedificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas Gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine, umbraculum ab aestu.

R. Egrediatur. 188.

Lectio ii.

**SPIRITUS** enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut aestus in siti, tumultum alienorum humiliabis: et quasi calore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies. Et faciet

Dñs exercituum ómnibus pópulis in monte hoc convívium pínguium, convívium vindémiae, pínguium medullatórum, vindémiae defecátae. Et praecipitábit in monte isto fáciem vínculi colligáti super omnes pópulos, et telam quam orclitus est super omnes nátiónes.

R̄. Festina. 183.

Lectio iiii.

**P**RAECIPITABIT mortem in sempiternum : et auferet Dóminus Deus lácrymam ab omni fácie, et oppróbrium pópuli sui auferet de univérſa terra : quia Dóminus locúſus est. Et dicit in die illa : Ecce Deus noster iste, expectávimus eum, et salvábit nos : iste Dóminus, sustinúimus eum, exultábitus, et laetábimur in salutári ejus. Quia requiescet manus Dómini in monte isto : et triturábitur Moab sub eo, sicuti terúntur páleae in plauſtro. Et exténdet manus suas sub eo, sicut exténdit natans ad natándum : et humiliábit glóriam ejus cum allisióne mánuum ejus. Et muniménta sublímiú murrórum tuórum cóncident, et humiliábúntur, et detrahén- tur in terram usque ad púlverem.

R̄. Ecce Dóminus. 188.

Ad Bened. Aña. Levábit

Dóminus signum<sup>o</sup> in nátió- nibus, et congregábit dispérsos Israël.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Phil.* iv.



**R**RATRES : Gau-  
dété in Dómino  
semper : iterum  
dico, gaudété.  
Modéstia vestra nota sit  
ómnibus hominibus : Dó-  
minus enim prope est.

Hymnus.

**A**CREATOR alme síde-  
rum,

Éterna lux credéntium,  
Jesu, Redémptor ómnium,  
Inténde votis súpplicium.

Qui daemonis ne fráudi-  
bus

Períret orbis, ímpetu  
Amóris actus, lánguidi  
Mundi medéla factus es.

Commúne qui mundi  
nefas

Ut expiáres, ad crucem

E Virgínes sacrário

Intácta prodís víctima.

ujus potéstas glóriæ,  
Noménque cum primum  
sonat :

Et Coelites, et ínferi

Treménte curvántur genu.

de deprecámur últimæ

Magnum diéi Júdicem :

Armis supérnae grátiae

Defénde nos ab hóstibus.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri, cum Fílio,

Sancto simul Paráclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.

V. Roráte coeli désuper,  
et nubes pluant justum.

R. Aperiátur terra, et gé-  
minet Salvatórem.

Ad Magnif. Añã. Ante  
me non est formátus Deus,  
et post me non erit: quia mi-  
hi curvábatur omne genu, et  
confitébitur omnis lingua.

Oratio.

**A**UREM tuam, quaesu-  
mus Dómine, préci-  
bus nostris accómmoda: et  
mentis nostrae ténebras grá-  
tia tuae visitatiónis illústra:  
Qui vivis.

DOM. III. ADVENTUS.  
AD MATUTINUM.

Invitat. Prope est jam  
Dñus: \* Veníte, adorémus.  
Et dicitur quotidie usque  
ad Vigiliam Nativitatis Do-  
mini exclusive.

Ps. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

**T**ERBUM supérnum  
pródiens  
E Patris aetérni sinu,  
Qui natus orbi súbvenis,  
Labénte cursu témporis:  
Illúmina nunc pectóra,  
Tuóque amóre cóncrema;  
Ut cor cadúca désereas,  
Coeli volúptas ímpleat.  
Ut, cum tribúnal Júdicis  
Damnábit igni nóxios,  
Et vox amíca débitum

Vocábit ad coelum pios:  
Non esca flammárum ni-  
gros

Volvámur inter túrbines,  
Vultu Dei sed cómpotes  
Coeli fruámur gáudiis.

Patri, simúlque Filio,  
Tibique, sancte Spíritus,  
Sicut fuit, sit júgiter  
Saeculum per omne glória.  
Amen.

In primo Nocturno.

Añã. Veniet ecce Rex.  
Psalmus. Beátus vir, cum  
reliquis ut in Psalterio. 3.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. xxvi.

**I**N die illa cantábi-  
tur cánticum ís-  
tud in terra Juda:  
Urbs fortitúdinis  
nostrae Sion Salvátor, po-  
nétur in ea murus et ante-  
murále. Aperite portas, et  
ingrediátur gens justa, cu-  
stodiens veritátem. Vetus  
error ábiit: servábis pacem:  
pacem, quia in te sperávi-  
mus. Sperástis in Dómino  
in saeculis aetérnis, in  
Dómino Deo forti in per-  
pétuum. Quia incurvábít  
habitántes in excélsó, civitá-  
tem sublímem humiliábit.  
Humiliábit eam usque ad  
terram, détrahet eam usque  
ad púlverem. Conculcábit  
eam pes, pedes páuperis,  
gressus egenórum.

R. Ecce apparébit Dñus  
super nubem cándidam,  
Et cum eo sanctorum mil-

lia: et habébit in vestiménto, et in fémore suo scriptum: Rex regum, et Dñus dominántium. *V.* Apparébit in finem, et non mentiétur; si moram fécerit, expécta eum, quia véniens véniét.—Et cum eo.

## Lectio ii.

**S**EMITA justí recta est, rectus callis justí ad ambulándum. Et in sémita judiciórum tuórum, Dómine, sustinúimus te: nomen tuum, et memoriále tuum in desidério ánimae. Anima mea desiderávit te in nocte, sed et spírítu meo in praecórdiis meis de mane vigilábo ad te. Cum féceris judícia tua in terra, justítiam discent habitatóres orbis. Misereámur ímpio, et non discet justítiam: in terra sanctórum iniqua gessit, et non vidébit glóriam Dómini.

*R.* Béthlehem cívitas Dei summi, ex te éxiet Dóminátor Israël, et egréssus ejus sicut a principio diérum aeternitátis, et magnificábitur in médio univérsae terrae: Et pax erit in terra nostra, dum vénerit. *V.* Loquétur pacem in Géntibus, et potéstas ejus a mari usque ad mare.—Et pax.

## Lectio iii.

**D**OMINE, exaltétur manus tua, et non vídeant: vídeant, et confun-

dántur zelántes pópuli: et ignis hostes tuos dévoret. Dñe, dabis pacem nobis: ómnia enim ópera nostra operátus es nobis. Dómine Deus noster, possederunt nos dómini absque te, tantum in te recordémur nóminis tui. Moriéntes non vivant, gigántes non resurgant: proptérea visitásti et contrivísti eos, et perdidísti omnem memoriám eórum.

*R.* Qui ventúrus est, véniét, et non tardábit: et jam non erit timor in fínibus nostris: Quóniam ipse est Salvátor noster. *V.* Depónet omnes iniquitátes nostras, et projiciet in profúndum maris ómnia peccáta nostra.—Quóniam, Glória Patri. Quóniam.

## In secundo Nocturno.

Antiphona. Gaude et laetáre. Psalmus. Consérva cum reliquis ut in Psalterio. II.

Sermo S. Leonís Papae. *Serm. ii. de jejúnió decimi mensis, et collectis.*

## Lectio iv.



**S**UOD témporis rátio, et devotiónis nostrae ádmonet consuetúdo, pastoráli vobis, dilectíssimi, sollicitúdine praedicámus, decimi mensis celebrándum esse jejúnium, quo pro

consummata perceptione omnium fructuum, dignissime largitori eorum Deo continentiae libamen offertur. Quid enim potest efficacius esse jejūnio? cujus observantia appropinquamus Deo, et resistentes diabolo, vitia blanda superamus.

*R.* Ægypte, noli flere, quia Dominator tuus veniet tibi, ante cujus conspectum movebuntur abyssi, Liberare populum suum de manu potentiae. *V.* Ecce veniet Dominus exercituum, Deus tuus cum potestate magna. — Liberare.

LECTIO V.

**S**EMPER enim virtutibus jejūnium fuit. De abstinētia denique prouident castae cogitationes, rationabiles voluntates, salubriora consilia: et per voluntarias afflictiones caro concupiscētis moritur, virtutibus spiritus innovatur. Sed quia non solo jejūnio animarum nostrarum salus acquiritur: jejūnium nostrum misericordis pauperum suppleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis abstinētia jejunantis.

*R.* Prope est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur: Miserēbitur Dñs Jacob, et Israël salvabitur. *V.* Revertēte,

virgo Israël, revertēte ad civitates tuas. — Miserēbitur Dñs.

LECTIO VI.

**S**TUDEAMUS viduarum defensionem, pupillarum utilitatem, lugentium consolationem, dissidentium pacem. Suscipiatur peregrinus, adjuvetur oppressus, vestiatur nudus, foveatur aegrotus: ut quicumque nostrum de justis laboribus auctori honorum omnium Deo sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem regni coelestis praemium percipere mereatur. Quarta igitur et sexta Feria jejunemus: Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum pariter vigilemus: cujus suffragantibus meritis, quae poscimus, impetrare possimus per Dñm nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et sancto Spiritu vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

*R.* Descendet Dominus sicut pluvia in vellus: Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. *V.* Et adorabunt eum omnes reges, omnes Gentes servient ei. — Orietur. Gloria Patri. Orietur.

IN TERTIO NOCTURNO.

Añs. Gábríel Angelus. Psalmus. Coeli enarrant cum reliquis ut in Psalterio. 15.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. i. c.

**I**N illo tempore: Miserrunt Judaei ab Ierosolymis sacerdotes et Levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.  
Hom. vii. in Evangelia.



**X** hujus nobis lectionis verbis, fratres charissimi, Joannis humilitas commendatur: qui cum tantae virtutis esset, ut Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, et non negavit: et confessus est: Quia non sum ego Christus. Sed qui dixit, non sum; negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat: ut veritatem loquens, ejus membrum fieret, cujus sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere.

**V**eni, Domine, et non li tardare: relaxa facinora plebi tuae. Et revoca dispersos in terram suam.

**V**. Excita, Domine, potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos.—Et revoca.

Lectio viii.

**S**ED cum ex lectione alia, Redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex hujus lectionis verbis nobis quaestio valde implera generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dominus de Eliae adventu, respondit: Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quaecumque voluerunt: et, si vultis scire, Joannes ipse est Elias. Requisitus autem Joannes dicit: Non sum Elias. Quid est hoc, fratres charissimi, quia quod Veritas affirmat, hoc Propheta veritatis negat? Valde namque inter se diversa sunt: Ipse est; et, Non sum. Quomodo ergo Propheta veritatis est, si ejusdem veritatis sermonibus concors non est?

**E**cce radix Jesse descendet in salutem populorum, ipsum Gentes deprecabuntur: Et erit nomen ejus gloriosum. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum.—Et erit.

Lectio ix.

**S**ED si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium



sonat, quomodo contrarium non sit, invenitur. Ad Zachariam namque de Ioanne Angelus dicit: Ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae. Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Eliae dicitur, quia sicut Elías secundum Dómini adventum praevéniet, ita Joánes praevénit primum. Sicut ille praecursor venturus est Iúdicis, ita iste praecursor est factus Redemptóris. Joánes igitur in spiritu Elías erat, in persóna Elías non erat. Quod ergo Dóminus fatetur de spiritu, hoc Joánes dénegat de persóna.

R. Docébit nos Dóminus vias suas, et ambulábit in sémitis ejus: Quia de Sion exíbit lex et verbum Dómini de Jerúsalem. V. Venite, ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob.—Quia. Glória. Quia.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Veniet Dóminus, et non tardábit, et illuminábit abscondita tenebrarum, et manifestábit se ad omnes Gentes, allelúia. Ps. Dñs regnávít, cum reliquis 19.

2. Jerúsalem, gaude gáudio magno, quia veniet tibi Salvátor, allelúia.

3. Dabo in Sion salutem, et in Jerúsalem glóriam meam, allelúia.

4. Montes et omnes colles humiliabuntur: et erunt prava in directa, et áspera in vias planas: veni, Dómine, et noli tardáre, allelúia.

5. Juste et pie vivámus, expectántes beatam spem, et adventum Dómini.

Capitulum. Philipp. iv.

**E**RATRES: Gaudéte in Dómino semper: iterum dico, gaudéte. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dóminus enim prope est.

Hymnus.

**E**N clara vox redarguit Obscúra quaeque personans:

Procul fugéntur sómnia:  
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resúrgat tórpida,

Non ámplius jacens humi:  
Siculus refúlgat jam novum,  
Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos mittitur

Laxáre gratis débitum:  
Omnes simul cum lácrymis  
Precémur indulgéntiam.

Ut, cum secúndo fúlserit,  
Metúque mundum cinxerit,

Non pro reátu púniat,  
Sed nos pius tunc prótegat.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri, cum Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.

*V.* Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini.

*R.* Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona. Super solium David, et super regnum ejus sedebit in aeternum, alleluia.

Oratio.

**A**UREM tuam, quaesumus Domine, precibus nostris accommoda: et mentis nostrae tenebras gratia tuae visitationis illustra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD TERTIAM.

Añs. Jerusalem gaude.

Capit. Fratres: Gaudete, ut supra.

*R.* br. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Veni. *V.* Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Domine. Gloria Patri. Veni.

*V.* Timebunt Gentes nomen tuum, Domine. *R.* Et omnes reges terrae gloriam tuam.

AD SEXTAM.

Antiphona. Dabo in Sion.

Capitulum. Philipp. iv. b.

**N**IHIL solliciti sitis: sed in omni oratione, et obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant apud Deum.

*R.* br. Ostende nobis, Domine, Misericordiam tuam. Ostende. *V.* Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria Patri. Ostende.

*V.* Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui. *R.* Visita nos in salutari tuo.

AD NONAM.

Antiphona. Juste et pie. Capitulum. Philipp. iv. b.

**E**T pax Dei, quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras, in Christo Jesu Domino nostro.

*R.* br. Super te Jerusalem, Orietur Dominus. Super. *V.* Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria Patri. Super te.

*V.* Domine Deus virtutum, converte nos. *R.* Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

AD VESPERAS.

Añs. Veniet Dominus cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus cum reliquis. 135. Capit. Fratres: Gaudete, ut supra. 202. Hymnus Creator. 197.

*V.* Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum. *R.* Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnif. Añs Beata es Maria, quae credidisti

Dómino : perficiéntur in te, quae dicta sunt tibi a Dómino, alleluia.

Oratio. Aurem tuam, ut supra. 203.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae Defunctorum.

Haec Antiphona Beata es praetermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Antiphonis majoribus, ut infra: quibus semper cedunt Añae propriae aliis diebus ad Magnificat assignatae.

Sequentes Antiphonae majores ad Magnificat inchoantur die xvii. Decembris, et singulae ante et post Magnificat, integrac sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem, usque ad diem ante Vigiliam Nativitatis. Si vero Festum fuerit, die, post Orationem Festi, pro commem. Adventus.

Die 17 Dec. Añā. O Sapientia, quae ex ore Altissimi prodisti, attingens a fine usque ad finem, fortiter suaviterque disponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentiae.

18. Añā. O Adonai et Dux domus Israel, qui Moysi in igne flammae rubi apparuisti, et ei in Sina legem dedisti: veni ad redimendum nos in brachio extento.

19. Añā. O radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continentur reges os suum, quem Gentes deprecabuntur: veni

ad liberandum nos, jam noli tardare.

20. Añā. O clavis David, et sceptrum domus Israel, qui aperis, et nemo claudit; claudis, et nemo aperit: veni, et edue vincetum de domo carceris, sedentem in tenebris, et umbra mortis.

21. Añā. O Oriens, splendor lucis aeternae, et sol justitiae: veni, et illumina sedentes in tenebris, et umbra mortis.

22. Añā. O Rex Gentium, et desideratus earum, lapisque angularis, qui facis utraque unum: veni, et salva hominem, quem de limo formasti.

23. Añā. O Emmanuel, Rex et legifer noster, expectatio Gentium, et Salvator earum: veni ad salvandum nos, Domine Deus noster.

Sequentes Antiphonae ad Laudes et per Horas dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, incipiendo die xvii. Decemb. ab Añis quae Feriae illius diei assignantur. Similiter et aliae dicuntur in propriis Feriis.

Quod si dies xvii. fuerit Dominica, Antiphonae inchoantur sequenti Feria ii. quae erit dies xviii. Quae autem dicendae essent die, in quo occurrit Festum S. Thomae, dicuntur in Sabbato cum Psalmis Sabbati, quarta Antiphona praetermissa: cujus loco dicitur

Antiphona. **Expectétur.**  
206; nisi Vigília Nativitatis venerit in Dominica: tunc enim in Sabbato dicuntur Antiphonae de Laudibus Dominicae, quarta praetermissa, cuius loco dicitur Antiph. **Expectétur.** Antiphona ad Benedíctus, et Oratio dicitur in Sabbato Quatuor Temporum ponitur ut infra. Antiphonae vero de Laudibus, quae occurrunt in die S. Thomae, eo anno praeternuntur, et in Dominica tunc dicuntur. Añae de Vigília ut infra dicitur in Rubrica de Vigília, Similiter omittitur Añae. **Expectétur,** quando illud Festum in Sabbato venerit.

**FERIA SECUNDA.**

**AD LAUDES**

et per Horas, Añae.

1. Ecce véniet \*Dóminus princeps regum terrae: beáti, qui paráti sunt occurrere illi. Psalmi ejusdem Ferae, 62.
2. Cum vénerit \*Filius hóminis, putas invéniet fidem super terram?
3. Ecce jam venit plenitúdo témporis, in quo misit Deus Filium suum in terras.
4. Hauriétis aquas \*in gáudio de fóntibus Salvatóris.
5. Egre diétur \*Dñs de loco sancto suo: véniet ut salvet pópulum suum,

**FERIA TERTIA.**

**AD LAUDES**

et per Horas, Añae.

1. Rorate coeli desuper, \* et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. Psalmi ejusdem Ferae, 76.
2. Emítte Agnum, Dómine \* Dominatórem terrae, de petra desérti, ad montem filiae Sion.
3. Ut cognoscámus, Dómine, \* in terra viam tuam, in ómnibus Géntibus salutare tuum.
4. Da mercédem, Dñe, \* sustinéntibus te, ut Prophétae tui fidéles inveniántur.
5. Lex per Móysen data est, \* grátia et véritas per Jesum Christum facta est.

**FERIA QUARTA.**

**AD LAUDES**

et per Horas, Añae.

1. Prophétae praedica-verunt \* nasci Salvatórem de Virgine Maria. Psalmi ejusdem Ferae, 87.
2. Spíritus \* Dñi super me, evangelizáre paupéribus misit me.
3. Propter Sion \* non tacebo, donec egrediátur ut splendor justus ejus.
4. Ecce véniet Dñus, \* ut sédeat cum principibus, et sólium glóriæ téneat.
5. Annuntiáte \* pópulis, et dicite: Ecce Deus Salvátor noster véniet,

## FERIA QUINTA.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. De Sion \* véniet Dñs omnipotens, ut salvum fáciat pópulum suum. Psalmi ejusdem Ferie, 103.

2. Convertere, Dómine, aliqúantulum, et ne tardes venire ad servos tuos.

3. De Sion \* véniet, qui regnatúrus est Dóminus, Emmánuel magnum nomen ejus.

4. Ecce Deus meus, \* et honorábo eum: Deus patris mei, et exaltábo eum.

5. Dóminus \* légifer noster, Dñs Rex noster, ipse véniet, et salvábit nos.

## FERIA SEXTA.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Constantes estóte, \* vidébitis auxílium Dómini super vos. Psalmi ejusdem Ferie, 115.

2. Ad te, Dómine, \* levávi ánimam meam: veni, et éripe me, Dómine, ad te confúgi.

3. Veni, Dñe, \* et noli tardáre: reláxa facinora plebi tuae Israël.

4. Deus a Líbano véniet, \* etsplendor ejus sicut lumen erit.

5. Ego autem \* ad Dóminum aspiciam, et expectábo Deum Salvatórem meum.

## SABBATO.

Antiphonae secundum superiorem Rubricam, 204.

Ad Canticum vero Añae. Expectétur, \* sicut plúvia elóquium meum: et descéndet super nos sicut ros Deus noster. Psalmi ut in Laudibus Sabbati, 131.

In Festo S. Thomae pro commemoratione Adventus: ad Benedictus, Añae. Nolite timére: \* quinta enim die véniet ad vos Dóminus noster.

Si vero contingat Festum S. Thomae transferri in secundam Feriam, Antiphona praedicta dicitur ad Benedictus in Dominica, loco Antiphonae Ave Maria.

Ultimo die ante Vigiliam Nativitatis, ad Benedictus, Añae. Ecce compléta sunt \* ómnia, quae dicta sunt per Angelum de Virgine Maria.

Quibus Antiphonis cedunt aliae Antiphonae in propriis locis ad Benedictus assignatae.

## FERIA SECUNDA.

## AD MATUTINUM.

Invitat. Prope est jam Dóminus: \* Venite adorémus. Psalmus. Venite. 2. Hymnus. Verbum supernum. 168.

Añae. Dóminus defensor. Psalmus. Dóminus illuminatio, cum reliquis de Psalterio. 51.

De Isaia Propheta.

Lectio i. Cap. xxviii.



**A**E coronae superbiae, ebriis Ephraim, et flori decidenti, gloriae exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguis-  
sima, errantes a vino. Ecce validus et fortis Dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, et emissarum super terram spatiosam. Pedibus conculcabitur corona superbiae ebriorum Ephraim.

℣. Ecce apparebit. 198.

Lectio ii.

**E**t erit flos decidens gloriae exultationis ejus, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumnum: quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, et sertum exultationis residuo populi sui; et spiritus iudicii sedenti super iudicium, et fortitudo revertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque prae vino nescierunt, et prae ebrietate erraverunt: Sacerdos et Propheta nescierunt prae ebrietate, absorpti sunt a vino.

℣. Bethlehem. 199.

Lectio iii.

**I**DCIRCO haec dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Et ponam in pondere iudicium, et justitiam in mensura: et subvertet grande spem mendacii: et protectionem aquae inundabunt. Et delabitur foedus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inferno non stabit.

℣. Qui venturus est. 199.

AD LAUDES

Antiphona et Psalmus Miserere cum reliquis de Psalterio. 62. nisi dicendae sint Antiphonae secundum superiorem Rubricam. 204.

Capitulum. *Isaiae ii.*

**V**ENITE, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitas ejus: quia de Sion exhibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

Hymnus. En clara. 189.

℣. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. ℣. Rectas facite semitas ejus.

Ad Bened. Añs. Egredietur virga de radice Jesse, et replabitur omnis terra

glória Dómini : et videbit omnis caro salutáre Dei.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Oratio.

**A**UREM tuam, quaesumus Dómine, precibus nostris accómmoda : et mentis nostrae ténebras grátia tuae visitatiónis illustra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Hodie dicitur Officium Defunctorum.

Ad Horas, Antiphonae et reliqua, ut annotatur Feria ii. post Dominicam primam Adventus. 177.

AD TERTIAM.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**E**CCE dies véniunt, dicit Dóminus, et suscitábo David germen justum : et regnábit Rex, et sapiens erit : et faciet iudicium et justitiam in terra.

R̄. br. Veni ad liberándum nos, \* Dómine Deus virtútum. Veni. V. Osténde faciém tuam, et salvi érimus. Dómine Deus virtútum. Glória Patri. Veni.

V. Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine. R̄. Et omnes reges terrae glóriam tuam.

Post R̄. br. dicitur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. V. Dómine Deus virtútum, ut in Psalterio. 44.

AD SEXTAM.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**I**N diébus illis salvabitur Juda, et Israël habitábit confidénter : et hoc est nomen, quod vocábunt eum, Dóminus justus noster.

R̄. br. Osténde nobis. Dómine, \* Misericórdiam tuam. Osténde. V. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde.

V. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui. R̄. Visita nos in salutári tuo.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 47.

AD NONAM.

Capitulum. *Isaiae xiv.*

**P**ROPE est ut véniat tempus ejus, et dies ejus non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Jacob, et Israël servábitur.

R̄. br. Super te Jérusalem, \* Oriétur Dóminus. Super. V. Et glória ejus in te videbitur. Oriétur. Glória Patri. Super te.

V. Veni, Dómine, et noli tardáre. R̄. Reláxa facinorá plebi tuae.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 50.

AD VESPERAS.

Añã. Inclínávit.

Psalmus Diléxi, cum reliquis de Psalterio. 139.

Capitulum. *Genes. xlix. b.*



ON auferétur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit expectatio Gentium.

Hymnus, *Creátor. 197.*

V. Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum. R. Aperiat terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnif. Añã. Beátam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

Nisi dicenda sit Añã. O. Deinde Kyrie elíson, ut supra. 141.

FERIA TERTIA.

De Isafa Prophéta.

Lectio i. *Cap. xxx. d.*



XPECTAT Dñus ut misereatur vestri, et ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicii Dñus: beati omnes qui expectant eum. Pópulus enim Sion habitabit in Jerúsalem: plorans nequáquam plorabis, miserans miserabitur tui: ad vocem clamóris tui statim ut audierit, respondébit tibi. Et dabit vobis Dñus panem arctum, et aquam brevem: et non faciet avolare a te ultra doctórem tuum: et erunt óculi tui videntes praeceptórem tuum.

R. Ægypte, noli. 200.

Lectio ii.

GREDERE, dices ei: Et dabitur pluvia semini tuo, ubicúmque seminaveris in terra: et panis frugum terrae erit uberrimus et pinguis. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatióse: et tauri tui, et pulli asinórum, qui operantur terram, commistum migra comedent sicut in área ventilátum est. Et erunt super omnem montem excélsus, et super omnem collem elevátum rivi curréntium aquárum, in die interfecciónis mótórum, cum ceciderint turres

R. Prope est. 200.

Lectio iii.

ET erit lux lunae sicut lux solis, et lux solis erit septempleriter sicut lux septem diérum, in die qua alligáverit Dóminus vulnus pópuli sui, et percussúram plagae ejus sanáverit. Ecce nomen Dñi venit de longinquo, ardens furor ejus, et gravis ad portándum: lábia ejus repléta sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis devorans. Spíritus ejus velut torrens, inúndans usque ad médium colli, ad perdéndas Gentes in nihilum, et frenum erróris, quod erat in maxillis populórum.

R. Descéndet Dñus. 200.

Ad Bened. Añã. Tu Bethlehem \* terra Juda, non



eris minima : ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israël.

Deinde Kyrie eleison, ut supra 65.

Ad Magnificat, Antiphona. Elevare, elevare, consurge Jerusalem : solve vincula colli tui, captiva filia Sion.

Nisi dicenda sit Añã. O.

Deinde Kyrie eleison, ut supra 141.

FERIA QUARTA  
QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Lucam.

Lectio i. *Cap. i. c.*

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David ; et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii  
Episcopi.

*Lib. 2. in Lucam.*



**A**TENT quidem divina mysteria, nec facile, juxta propheticum dictum, quisquam hominum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex caeteris factis, atque praecceptis Domini Salvatoris possumus intelligere et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum

pareret, quae erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adultério.

**R.** Clama in fortitudine, qui annuntias pacem in Jerusalem : \* Die civitatibus Judae, et habitatoribus Sion : Ecce Deus noster, quem expectabamus, adveniet. **V.** Supra montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. — Die civitatibus.

Lectio ii.

**E**T ingressus ad eam Angelus. Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetrabilibus, quam nemo virorum viderit, solus Angelus repererit: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenerate depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

**R.** Orietur stella ex Jacob, et exurget homo de Israël, et confringet omnes duces alienigenarum : \* Et erit omnis terra possessio ejus. **V.** Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes Gentes servient ei. — Et erit.

Lectio iii.

**T**ANTI namque mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hódie primum audíur: Spiritus sanctus supervéniet in te. Et audíur, et créditur. Dénique, Ecce, inquit, ancilla Dómini: contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitátem, vide devotiónem. Ancillam se dicit Dómini, quae mater eligitur, nec repentinó exaltáta promisso est.

✠ Modo véniet Dominátor Dóminus: Et nomen ejus Emmánuel vocábitur. *V.* Oriétur in diébus ejus justítia, et abundántia pacis. — Et. Glória Patri. Et.

Ad Bened. *Añá.* Missus est Gábríel Angelus ad Mariám virgínam desponsátam Joseph.

Deínde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Oratio.

**P**RAESTA quaesumus omnipotens Deus: ut redemptionis nostrae ventúra solémnitas, et praeséntis nobis vitae subsidia cónferat, et aetérnae beatitúdinis praemia largiáur. Per Dóminum.

Et die. ad omnes Horas, praeterquam in Vesperis.

Ad Magnif. *Añá.* Ecce ancilla Dómini: fiat mihi secundum verbum tuum.

Nisi dicenda sit *Añá.* O. Post Preces dicitur Oratio Dominicae praecedentis, *Aurem tuam.* 203.

FERIA QUINTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap.* xxxiii.



**A**E qui praedáris, nonne et ipse praedáberis? et qui spernis, nonne et ipse spernéris? cum consummáveris depraedatiónem, depraedáberis: cum fatigátus desieris contémnere, contémneris. Dómine, miserére nostri: te enim expectávimus: esto bráchium nostrum in mane, et salus nostra in témpore tribulatiónis.

✠ Egrediétur Dñs et praeliábitur contra Gentes: Et stabunt pedes ejus supra montes olivárum ad Oriéntem. *V.* Et elevábitur supra omnes colles, et fluent ad eum omnes Gentes. — Et stabunt.

Lectio ii.

**A** VOCE Angeli fugerunt pópuli, et ab exaltatiónem tua dispérsae sunt Gentes. Et congregabúntur spólia vestra sicut colligitur brúchus, velut cum fossae plenae fúerint de eo. Magnificátus est Dóminus, quóniam habitávit in excélsis: implévit Sion iudicio et justítia. Et erit

fides in temporibus tuis : divitiarum salutis, sapientia et scientia : timor Domini ipse est thesaurus ejus.

R. Praecursor pro nobis ingreditur Agnus sine macula. \* Secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in aeternum, et in saeculum saeculi. V. Ipse est Rex justitiae, cujus generatio non habet finem. — Secundum.

## Lectio iii.

**Q**ONTERRITI sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munita saxorum sublimitas ejus : panis ei datus est, aquae ejus fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe.

R. Videbunt Gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum : \* Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. V. Et eris corona gloriae in

manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. — Et eris. Gloria Patri. Et eris.

Ad Bened. Aña, Vigilate \* animo, in proximo est Dominus Deus noster.

Nisi occurrat Festum S. Thomae: quia tunc ea praetermissa, dicitur Aña. Nolite timere; \* quinta enim die veniet, ad vos Dominus noster.

Quod etiam servatur in sequentibus diebus, quando illud Festum occurrit.

Deinde Kyrie eleison. 65.

Ad Magnif. Aña. Laetamini \* cum Jerusalem, et exultate in ea omnes qui diligitis eam in aeternum.

Nisi dicenda sit Aña. O.

Deinde Kyrie eleison. 141

## FERIA SEXTA

## QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio i. Cap. i. d.

**I**N illo tempore: Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda: et intravit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia S. Ambrósii Episc.

Lib. 2. in Lucae c. i. post initium.



**M**ORALE est omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo Angelus, cum abscondita

nuntiaret, ut fidem astrueret, exemplo senioris feminae sterilisque conceptum virgini Mariae nuntiavit : ut possibile Deo omne quod ei placuerit, assereret. Ubi audivit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi laeta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, in montana perrexit. Quo enim jam Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione contenderet ? Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia.

R. Emitte Agnum, Dñe, Dominatorem terrae, \* De petra deserti ad montem filiae Sion. V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. — De petra.

Lectio ii.

**D**ISCITE et vos, sanctae mulieres, sedulitatem, quam praegnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam, quae ante sola in intimis penetrabilibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non ab studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit. In montana Virgo cum festinatione, Virgo officii memor, injuriae immemor, affectu urgente, non sexu, relicta perrexit domo. Di-

scite virgines non circumcursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus.

R. Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum : \* Aperiatur terra, et germinet Salvatorem. V. Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terrae, de petra deserti ad montem filiae Sion. — Aperiatur terra.

Lectio iii.

**D**IDICISTIS, virgines, pudorem Mariae; discite humilitatem. Venit propinqua ad proximum, junior ad seniore : nec solum venit, sed etiam prior salutavit. Decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Noverit deferre senioribus. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est et causa pietatis, est etiam norma doctrinae. Contuendum est enim, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur : Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem.

R. Germinaverunt campi eremi germen odoris Israel : quia ecce Deus noster cum virtute venit, \* Etsplendor ejus cum eo. V. Ex Sion species decoris ejus : Deus

noster manifeste veniet. —  
Et splendor. Glória Patri.  
Et splendor.

Ad Bened. Añs. Ex quo  
facta est vox salutatiónis  
tuæ in áuribus meis, exultá-  
vit in gáudio infans in útero  
meo, allelúia.

Deinde Kyrie eléison, ut  
supra. 65.

Oratio.

**E**XCITA, quaesumus  
Dómine, poténtiam  
tuam, et veni: ut hi, qui in  
tua pietáte confidunt, ab  
omni citius adversitate libe-  
réntur: Qui vivis et regnas.

Et dicitur ad omnes Ho-  
ras, praeterquam in Vesper-  
is.

Ad Magnificat. Añs. Hoc  
est testimónium, quod per-  
hibuit Joánes: Qui post  
me venit, ante me factus  
est.

Nisi dicenda sit Añs. O.

Deinde Kyrie eléison, ut  
supra. 141.

Oratio Dominicæ præ-  
cedentis, Aurem tuam, 203.

### SABBATO

QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Lucam.

Lectio i. Cap. iii.

**A**NNO quintodécimo  
impérii Tibérii Cae-  
saris, procurante Póntio  
Piláto Judaeam. Et réli-  
qua.

Homilia S. Gregórii Papae.  
*Homilia xx. in Evang.*

**E**DEMPTORIS  
nostri Praecur-  
sor, quo tempore  
praedicationis  
officium accéperit, memo-  
ráto Románae reipublicae  
príncipe, et Judaeae régi-  
bus, designátur. Quia enim  
illum praedicare veniebat,  
qui et ex Judaea quosdam,  
et multos ex Géntibus re-  
dempturus erat: per regem  
Géntium et príncipes Ju-  
daeórum praedicationis  
ejus tempora designántur.  
Quia autem Gentilias col-  
ligénda erat, et Judaea pro  
culpa perfidiae dispergenda,  
ipsa quoque Aescriptio  
terréní principátus osténdit:  
quóniam et in Romána  
reipública unus praefuisse  
describitur, et in Judaeae  
regno per quartam partem  
plúrimi principabántur.

R. Egrediétur virga de  
radice Jesse, et flos de ra-  
dice ejus ascéndet: Et  
erit justitia cingulum lum-  
bórum ejus, et fides cinctó-  
rium renum ejus. V. Et  
requiescet super eum spiri-  
tus Dómini: spiritus sapién-  
tiae, et intelléctus: spiritus  
consilii, et fortitúdinis.—  
Et erit justitia.

Lectio ii.

**U**CE etenim nostri  
Redemptóris dicitur:  
Omne regnum in

seipsum divisum desolabitur. Liquet ergo, quoad finem regni Judaea pervenerat, quae tot regibus divisa subjacebat. Apte quoque non solum quibus regibus, sed etiam quibus sacerdotibus actum sit, demonstratur: et quia illum Joannes Baptista praedicaret, qui simul Rex et Sacerdos existeret, Lucas Evangelista praedicationis ejus tempora per regnum et sacerdotium designavit.

**R.** Radix Jesse, qui exurgit judicare Gentes, in eum Gentes sperabunt: Et erit nomen ejus benedictum in saecula. **V.** Super ipsum continebunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabuntur.—Et erit nomen.

Lectio iii.

**E**T venit in omnem regionem Jordani, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia Joannes non solum baptismum poenitentiae praedicavit, verum etiam quibusdam dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque, quod dicitur: Praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum:

quoniam baptismum, quod peccata solveret, quia dare non poterat, praedicabat: ut sicut incarnatum Verbum Patris praecurrerat verbo praedicationis, ita baptismum poenitentiae, quo peccata solvuntur, praecurreret suo baptismo: quo peccata solvi non possunt.

**R.** Veni, Domine, et noli tardare: relaxa facinorae plebi tuae, Et revoca dispersos in terram suam. **V.** Excita, Domine, potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos.—Et revoca. **G.** Gloria Patri. Et revoca.

Ad Bened. Añã. Quomodo fiet istud, Angele Dei, quoniam virtum non cognosco? Audi, Maria virgo: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Nisi dicenda sit Añã Nolite timere, et nisi haec fuerit dies ante Vigiliam Nativitatis: quia tunc ea praetermissa, dicitur Añã Ecce completa sunt omnia, quae dicta sunt per Angelum de virgine Maria. Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 65.

Oratio.

**D**EUS, qui conspicias, quia ex nostra pravitate affligimur: concede

propitius ut ex tua visitatione consolémur: Qui vivis et regnas.

Et dic, per omnes Horas.

AD VESPERAS.

Capitulum, I Cor. iv.



**R**RATRES: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

Hymnus.

**C**REATOR alme siderum,  
Aeterna lux credentium,  
Jesu, Redemptor omnium,  
Intende votis supplicum.

Qui daemonis ne fraudibus

Periret orbis, impetu  
Amoris actus, languidi  
Mundi medela factus es.

Commune qui mundi nefas

Ut expiares, ad crucem  
E Virginis sacrario  
Intacta prodixisti victima.

Cujus potestas gloriae,  
Nomenque cum primum  
sonat,

Et Coelites, et inferi  
Tremente curvantur genu.

Te deprecamur ultimae  
Magnum dei iudicem,  
Armis supernae gratiae  
Defende nos ab hostibus.

Virtus, honor, laus, gloria

Deo Patri, cum Filio,

Sancto simul Paraclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.

**V.** Rorate coeli desuper,  
et nubes pluant justum.  
**R.** Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Añña ad Magnificat, una  
ex majoribus. O.

Oratio.

**E**XCITA, quaesumus  
Dómine, potentiam  
tuam, et veni, et magna  
nobis virtute succurre: ut  
per auxilium gratiae tuae,  
quod nostra peccata praepediunt,  
indulgentia tuae propitiationis  
acceleret. Qui vivis et regnas.

DOM. IV. ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitat Prope est jam  
Dñus: Venite, adorémus.  
Psalmus. Venite. 2.

Hymnus.

**U**ERBUM supernum  
pródiens  
E Patris aeterni sinu,  
Qui natus orbi subvenis  
Labente cursu temporis:  
Illúmina nunc pectora,  
Tuoque amore concrema;  
Ut cor caduca deserens  
Coeli voluptas impleat.

Ut, cum tribunal iudicis  
Damnabit igni noxios,  
Et vos amica debitum  
Vocabit ad coelum pios:  
Non esca flammarum nigros

Volvámur inter túrbines ;  
Vultu Dei sed cómpotes  
Coeli fruámur gáudiis.

Patri, simúlque Filio,  
Tibique, sancte Spíritus,  
Sicut fuit, sit júgiter  
Saeclum per omne glória.  
Amen

In primo Nocturno.

Añs. Véniet ecce Rex.  
Psalmus Beátus vir, cum  
reliquis ut in Psalterio. 3.

De Isaia Prophéta.

Lección i. Cap. xxxv.



**A**ETABITUR  
desérta et invia,  
et exultábit soli-  
túdo, et florébit  
quasi lílium. Gérminans  
germinábit, et exultábit læ-  
tabúnda et laudans : glória  
Libani data est ei : decor  
Carméli et Saron, ipsi vi-  
debunt glóriam Dómini, et  
decórate Dei nostri. Con-  
fortáte manus dissolútas, et  
genua debília roboráte. Dí-  
cite pusillánimis : Confortá-  
mini, et nolite timére : ecce  
Deus vester ultiónem addú-  
cet retributiónis : Deus ipse  
véniat, et salvábit vos. Tunc  
aperiéntur óculi caecórum,  
et aures surdórum paté-  
bunt. Tunc sáliet sicut cer-  
vus claudus, et apérta erit  
lingua mutórum : quia scis-  
sae sunt in desérto aquae,  
et torrénates in solitúdine.  
Et quae erat árida, erit in  
stagnum, et sitiens in fon-  
tes aquárum.

R. Cánite tuba in Sion,  
vocáte Gentes, annuntiáte  
pópulis, et dicite : \* Ecce  
Deus Salvátor noster ad-  
véniat. V. Annuntiáte, et  
audítum fácite : loquimini,  
et clamáte.— Ecce Deus.

Lección ii.

**I**N cubilibus, in quibus  
prius dracones habi-  
tábant, oriétur viror cálamí  
et junci. Et erit ibi sémita  
et via, et via sancta vocábi-  
tur : non transíbit per eam  
pollútus, et haec erit vobis  
dirécta via, ita ut stulti non  
errent per eam. Non erit  
ibi leo, et mala bestía non  
ascéndet per eam, nec in-  
veniétur ibi : et ambulábunt  
qui liberáti fúerint. Et re-  
dempti a Dómino conver-  
téntur, et véniat in Sion  
cum laude : et laetítia sem-  
pitérna super caput eórum :  
gáudium et laetítiam obti-  
nébunt, et fúgiat dolor et  
gémus.

R. Non auferétur sce-  
ptrum de Juda, et dux de  
fémore ejus, donec véniat  
qui mitténdus est : \* Et ipse  
erit expectátió géntium. V.  
Pulchrióres sunt óculi ejus  
vino, et dentes ejus lacte  
candióres.—Et ipse.

Lección iii. Cap. xli.

**T**ACEANT ad me  
insulae, et Gentes  
mutent fortitúdinem : accé-  
dant, et tunc loquántur,  
simul ad júdicium propin-



quémus. Quis suscitávit ab Oriente justum, vocávit eum ut sequeretur se? dabit in conspéctu ejus Gentes et reges obtinébit: dabit quasi púlverem gládio ejus, sicut stipulam vento raptam árcui ejus. Persequétur eos, transíbit in pace, sémita in pédibus ejus non apparebit. Quis haec operátus est, et fecit, vocans generatiónes ab exórdio? Ego Dóminus primus et novíssimus ego sum.

**R.** Me opórtet mínuí, illum autem créscere: qui autem post me venit, ante me factus est: Cujus non sum dignus corrigiam calceamentórum sólvete. **V.** Ego baptizávi vos aqua: ille autem baptizábit vos Spíritu sancto. — Cujus non sum. Glória Patri. Cujus non sum.

In secundo Nocturno.

**Añá.** Gaude et laetáre. **Psalmus.** Consérva, cum reliquis ut in Psalterio. **II.**

**Sermo S. Leónis Papae.**  
*Serm. i. de jejunió decimi mensis, et collectis.*

Lectio iv.



**I** fidéliter, dilectíssimi, atque sapiénter creatiόνis nostrae intelligámus exórdium, inveniémus hóminem ideo ad imáginem Dei cónditum, ut imitátor sui esset auctóris: et hanc esse naturálem nostri géne-

ris dignitátem, si in nobis, quasi in quodam spéculo, divínae benignitátis forma respléndeat. Ad quam quótidie nos útique réparat grátia Salvatóris, dum quod cécidit in Adam primo, erígatur in secúndo.

**R.** Nascétur nobis párvulus, et vocábitur Deus, Fortis: Ipse sedébit super thronum David patris sui, et imperábit: cujus potéstas super húmerum ejus. **V.** In ipso benedicéntur omnes tribus terrae, omnes Gentes sérvient ei. — Ipse sedébit.

Lectio v.

**A**USA autem reparatiónis nostrae non est nisi misericórdia Dei: quem non diligerémus, nisi prius nos ipse diligeret, et ténebras ignorántiae nostrae, suae veritátis luce discúteret. Quod per sanctum Isaíam Dóminus denúntians, ait: Addúcam caecos in viam quam ignorábant, et sémitas quas nesciébant, fáciam illos calcáre: fáciam illis ténebras in lucem, et prava in dirécta. Haec verba fáciam illis, et non relínquam eos. Et iterum: Invéntus sum, inquit, a non quaeréntibus me, et palam appáruí iis qui me non interrogábant.

**R.** Ecce jam venit plenitúdo témporis, in quo misit Deus Filium suum in terras,

natum de Virgine, factum sub lege : \* Ut eos, qui sub lege erant, redimeret. *V.* Propter nimiam charitatem suam, qua diléxit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. — Ut eos.

## Lectio vi.

**Q**UOD quomodo impétrum sit, Joannes Apóstolus docet, dicens : Scimus quóniam Fílius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscámus verum, et simus in vero Filio ejus. Et iterum : Nos ergo diligámus Deum, quóniam ipse prior diléxit nos. Diligéndo itaque nos Deus, ad imáginem suam nos réparat; et ut in nobis formam suae bonitátis invéniat, dat unde ipsi quoque quod operátur, operémur, accéndens scilicet méntium nostrárum lucernas, et igne nos suae charitátis inflámmans, ut non solum ipsum, sed étiam quidquid diligit, diligámus.

*R.* Virgo Israël, revértere ad civitátes tuas : — Usquequo dolens avertéris? generábis Dóminum Salvatórem, oblatiónem novam in terra : Ambulábunt hómines in salvatióne. *V.* In charitáte perpétua diléxite : ideo atráxi te miserans tui. — Usquequo dolens. Glória Patri. Ambulábunt hómines.

## In tertio Nocturno.

*Añs.* Gábriel Angelus. *Psalm.* Coeli enarrant, cum reliquis de Psalterio. 15.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

## Lectio vii. Cap. iii.

**A**NNO quintodécimo impérii Tibérii Caesaris, procuránte Póntio Piláto Judaeam. Et reliqua.

De Homíllia S. Gregórii Papae.

*Ex Homil. xx. in Evangelia ante médium.*



**D**ICEBAT Joannes ad turbas, quae exhibant ut baptizarentur ab eo : Genimina viperarum, quis osténdit vobis fugere a ventúra ira? Ventúra enim ira est animadvérsio uliónis extrémæ : quam tunc fugere peccátor non valet, qui nunc ad laménta poeniténtiae non recúrrit. Et notándum quod malae sóboles, malórum paréntum actiónem imitátes, genimina viperarum vocántur : quia per hoc quod bonis invident, eosque perseguúntur, quod quibúsdam mala retribuunt, quod laesiones próximis exquirunt : quóniam in his ómnibus patrum suórum carnálium vias sequúntur, quasi venenáti filii de venenátis paréntibus nati sunt.

R. Jurávi, dicit Dóminus, ut ultra jam non iráscar super terram : montes enim et colles suscipient justítiam meam.\* Et testaméntum pacis erit in Jerúsalem. V. Juxta est salus mea, ut véniat : et justítia mea, ut revelétur. — Et testaméntum.

## Lectio viii.

SED quia jam peccávimus, quia usu malae consuetúdinis involúti sumus : dicat quid nobis faciéndum sit, ut fúgere a ventúra ira valeámus. Séquitur : Fácite ergo fructus dignos poeniténtiae. In quibus verbis notándum est, quod anicus sponsi non solum fructus poeniténtiae, sed dignos poeniténtiae ádmonet esse faciendos. Aliud namque est fructum fácere poeniténtiae ; áliud, dignum poeniténtiae fructum fácere. Ut enim secúndum dignos poeniténtiae fructus loquámur, sciéndum est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic jure concéditur, ut licitis utátur : sicque pietátis ópera fáciat, ut tamen si volúerit, ea quae mundi sunt, non relinquat.

R. Non discédimus a te, vivificábis nos, Dómine, et nomen tuum invocábimus.\* Osténde nobis fáciem tuam, et salvi érimus. V. Me-

ménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui : visita nos in salutári tuo. — Osténde nobis.

## Lectio ix.

AT si quis in fornicati-  
ónis culpam, vel fortásse, quod est grávius, in adultérium lapsus est : tanto a se licita debet abscíndere, quanto se méminit et illícita perpetrásse. Neque enim par fructus boni óperis esse debet, ejus qui minus, et ejus qui ámplius delíquit : aut ejus qui in nullis, et ejus qui in quibúsdam facinóribus cécidit, et ejus qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur : Fácite dignos fructus poeniténtiae : uniuscujúsque consciéntia convenitur, ut tanto majóra acquírat bonórum óperum lucra per poeniténtiam, quanto gravióra sibi íntulit damna per culpam.

R. Intuémini, quantus sit iste, qui ingréditur ad salvándas Gentes : ipse est Rex justítiae,\* Cujus generátio non habet finem. V. Praecúrsor pro nobis ingréditur, secúndum órđinem Melchisedech Póntifex factus in aetérnum. — Cujus. Glória Patri. Cujus.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Cánite tuba\* in Sion, quia prope est dies Dómini:

ecce veniet ad salvandum nos, allelúia, allelúia. Ps. Dóminus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Ecce veniet \* desideratus cunctis Géntibus : et replébitur glória domus Dómini, allelúia.

3. Erunt prava \* in directa, et áspera in vias planas : veni, Dómine, et noli tardare, allelúia.

4. Dóminus veniet, \* occurrere illi, dicentes : Magnum principium, et regni ejus non erit finis : Deus, fortis, dominator, princeps pacis, allelúia, allelúia.

5. Omnipotens sermo tuus, \* Dómine, a regalibus sédibus veniet, allelúia.

Capitulum. 1 Cor. iv.

**F**RATRES : Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inventiatur.

Hymnus.

**A**N clara vox redarguit  
Obscúra quacque, personans :

Procul fugentur sómnia :  
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resurgat torpida,

Non amplius jacens humi :  
Sidus refúlgat jam novum,  
Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos mittitur  
Laxare gratis debitum :

Omnes simul cum lácrymis  
Precémur indulgéntiam.

Ut, cum secundo fúlserit,  
Metúque mundum cínxerit,  
Non pro reátu púniat,  
Sed nos pius tunc próteget.

Virtus, honor, laus, glória

Deo Patri, cum Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.

V. Vox clamantis in deserto : Parate viam Dómini.  
R. Rectas facite semitas ejus.

Ad Bened. Añã. Ave María, \* grátia plena : Dóminus tecum : Benedícta tu in mulieribus, allelúia.

Nisi dicenda sit Añã. Nolite timere, vel Añã. Ecce completa, ut supra. 206.

Oratio.

**A**XCITA, quaesumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre : ut per auxílium grátiae tuae, quod nostra peccáta praepediunt, indulgéntia tuae propitiatiónis accéleret : Qui vivis.

AD TERTIAM.

Antiphona. Ecce veniet.  
Capitulum. Fratres : Sic nos, ut supra.

R. br. Veni ad liberandum nos, \* Dómine Deus virtutum. Veni. V. Ostende faciém tuam, et salvi érimus. Dómine. Glória Patri. Veni ad liberandum.

*V.* Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine. *R.* Et omnes reges terrae glóriam tuam.

## AD SEXTAM.

Antiphona. Erunt prava.

Capitulum. *I Cor. iv.*

**Q**UOD IHI autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, aut ab humano die: sed neque méspsum júdico.

*R.* br. Osténde nobis, Dñe, \* Misericórdiam tuam. Osténde. *V.* Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde.

*V.* Meménto nostri, Dñe, in beneplácito pópuli tui. *R.* Vísita nos in salutári tuo.

## AD NONAM.

Aña. Omnipotens sermo.

Capitulum. *I Cor. iv.*

**I**TAQUE nolíte ante tempus júdicáre, quoadúsque véniat Dñus: qui et illuminábit abscondíta tenebrárum, et manifestábit consília córdium: et tunc laus erit unicúsq; a Deo.

*R.* br. Super te Jerúsalem, \* Oriétur Dóminus. Super te. *V.* Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super.

*V.* Dómine Deus virtútum, convérte nos. *R.* Et osténde fáciem tuam, et salví érimus.

## AD VESPERAS.

Aña. Cánite tuba, cum reliquis de Laudibus. 220.

Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis. 135. Capitulum. Fratres: Sic nos. Hymnus. Créator alm. 216.

*V.* Roráte coeli désuper, et nubes pluant justum. *R.* Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat. Antiphona. O.

Oratio. Excita quaesumus, ut supra. 221.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae Defunctorum. clxxxviii.

## FERIA SECUNDA.

## AD MATUTINUM.

Invitat. Prope est jam Dóminus: \* Veníte adóremus. Psalm. Veníte. 2. Hymnus. Verbum supérnum. 216.

Antiphona. Dóminus defénsor.

Psalm. Dóminus illuminátio, cum reliquis de Psalterio. 51.

## De Isaía Prophéta.

Lectio 1. Cap. xli. b.



**T**u Israél serve meus. Jacob quem elégi, semen Abraham amici mei: in quo apprehénderi te ab extrémis terrae, et a longínquis ejus vocávi te, et dixi tibi: Servus meus es tu, elégi te, et non abjéci te. Ne tíneas, quia ego tecum sum: ne declínes, quia ego Deus tuus: confortávi te,

et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei.

**R.** Cánite tuba. 217.

Lectio ii.

**A**CCCE confundentur et erubescunt omnes, qui pugnant adversum te : erunt quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quaeres eos, et non invenies, viros rebelles tuos : erunt quasi non sint, et veluti consumptio homines bellantes adversum te. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi : Ne timeas, ego adjuvi te.

**R.** Non auferetur. 217.

Lectio iii.

**N**OLI timere, vermis Jacob, qui mortui estis ex Israël : ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus : et redemptor tuus sanctus Israël. Ego posui te quasi plaustrum trituran novum, habens rostra serrantia : triturabis montes, et comminues : et colles quasi pulverem pones. Ventilabis eos, et ventus tollet, et turbo disperget eos : et tu exultabis in Domino, in sancto Israël lactaberis.

**R.** Me oportet. 218.

AD LAUDES.

Antiphona secundum superiorem Rubricam.

Psalmus Miserere, cum reliquis de Psalterio. 62.

Capitulum, *Isaiae* ii.

**A**ENITE, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus : quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

Hymn. En clara vox. 221

**V.** Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini.  
**R.** Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona. Dicit Dominus : Poenitentiam agite : appropinquavit enim regnum coelorum, alleluia.

Nisi dicenda sit Añã. Nolite timere, vel Añã. Ecce completa. 206.

Deinde Kyrie eleison, ut supra 65.

Oratio.

**A**XCITA, quaesumus Domine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre : ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiacionis acceleret : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Hodie dicitur Officium Defunctorum, ut infra. exci.

Ad Horas, Antiphonae, et reliqua, ut annotatur Feria secunda post Dominicam primam Adventus.

## AD TERTIAM.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**A**CCCE dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum: et regnabit Rex, et sapiens erit: et faciet iudicium et justitiam in terra.

*R.* br. Veni ad liberandum nos, \* Domine Deus virtutum. Veni. *V.* Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Domine Deus virtutum. Glória Patri. Veni ad liberandum.

*V.* Timebunt Gentes nomen tuum, Domine. *R.* Et omnes reges terrae gloriam tuam.

Post *R.* br. dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. *V.* Domine Deus virtutum, ut in Psalterio. 44.

## AD SEXTAM.

Capitulum. *Jerem. xxiii.*

**I**N diebus illis salvabitur Juda, et Israël habitabit confidenter: et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

*R.* br. Ostende nobis, Domine, \* Misericordiam tuam. Ostende. *V.* Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Glória. Ostende.

*V.* Meménto nostri, Dñe, in beneplácito pópuli tui. *R.* Visita nos in salutari tuo.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 47.

## AD NONAM.

Capitulum. *Isaiae xiv.*

**P**ROPE est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur. Miserabitur enim Dominus Jacob, et Israël salvabitur.

*R.* br. Super te Jerusalem, \* Orietur Dominus. Super te. *V.* Et gloria ejus in te videbitur. Orietur Dominus. Glória Patri. Super te.

*V.* Veni, Domine, et noli tardare. *R.* Relaxa facinora plebi tuae.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 50.

## AD VESPERAS.

Añs. Inclínavit. Psalmus Diléxi, cum reliquis de Psalterio. 139.

Capitulum. *Genes. xlix. b.*

**N**ON auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: et ipse erit expectatio Gentium.

Hymn. Créator. 216.

*V.* Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum. *R.* Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnificat. Añs. O.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 141.

FERIA TERTIA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. xlii.*



**C**CCE servus meus, suscipiam eum : eléctus meus, complácuít sibi in illo ánima mea : dedi spíritum meum super eum, júdicium Géntibus próferet. Non clamábit, neque accípiet persónam, nec audíetur vox ejus foris. Cálamum quassátum non cónteret, et linum fúmigans non extínguet : in verítate edúcet júdicium. Non erit tristis, neque turbuléntus, donec ponat in terra júdicium : et legem ejus insulae expectábunt.

R. Nascétur nobis párvulus. 218.

Lectio ii.

**H**AEC dicit Dñus Deus creans coelos, et exténdens eos : firmans terram, et quae germinant ex ea : dans flatum pópulo, qui est super eam, et spíritum calcántibus eam. Ego Dñus vocávi te in justítia, et apprehéndi manum tuam, et servávi te. Et dedi te in foedus pópuli, in lucem Géntium : ut aperires óculos caecórum, et edúceres de conclusióne vinctum, de domo cárceris sedéntes in ténebris.

R. Ecce jam. 218.

Lectio iii.

**C**ANTATE Dño cánticum novum, laus ejus ab extrémis terrae : qui descenditis in mare, et plenitúdo ejus, insulae, et habitatóres earum. Sublevétur désertum, et civitátes ejus : in dómibus habitábit Cedar : laudáte habitatóres Petrae, de vértice móntium clamábunt. Ponent Dómino glériam, et laudem ejus in in:ulis nuntiábunt. Dóminus sicut fortis egrediétur, sicut vir praeliátor suscitábit zelum : vociferábitur, et clamábit : super inimicos suos confortábitur.

R. Virgo Israël. 219.

Ad Bened. Aña. Consúrge, consúrge : \* indüere fortitúdinem, bráchium Dñi.

Nisi dicenda sit Aña. Nolite timére, vel Aña. Ecce compléta. 206.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Ad Magnificat. Aña. O.

Deinde Kyrie eléison. 141.

FERIA QUARTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. li.*



**A**UDITE me, qui sequimini quod justum est, et quaeritis Dñum : attendite ad petram unde excisi estis, et ad cavérnam laci, de qua praecisi estis.



Atténdite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quae péperit vos: quia unum vocávi eum, et benedíxi ei, et multiplicávi eum. Consolábitur ergo Dóminus Sion, et consolábitur omnes ruínas ejus: et ponet desértum ejus quasi delicias, et solitúdinem ejus quasi hortum Dñi. Gáudium et laetitia inveniétur in ea, gratiarum áctio, et vox laudis.

R. Jurávi. 220.

Lectio ii.

**A**TTENDITE ad me pópule meus, et tribus mea me audíte: quia lex a me éxiet, et iudicium meum in lucem populórum requiescet. Prope est justus meus, egréssus est salvátor meus, et bráchia mea pópulos iudicábunt: me insulae expectábunt, et bráchium meum sustinébunt. Leváte in coelum óculos vestros, et vidéte sub terra deórsum: quia coeli sicut fumus liquéscent, et terra sicut vestiméntum atterétur, et habitatóres ejus sicut haec interibunt: salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet.

R. Non discédimus. 220.

Lectio iii.

**A**UDITE me qui scitis justum, pópulus meus, lex mea in corde eórum: nolíte timére opprobrium hóminum, et bla-

sphémias eórum ne metuátis. Sicut enim vestiméntum, sic cómedet eos vermis: et sicut lanam, sic devorábit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generatiónes generatiónum.

R. Intuémini. 220.

Ad Bened. Añá. Ponam in Sion salútem, et in Jérúsalem glóriam meam, allelúia.

Nisi dicenda sit Añá. Nolite timére, vel Añá. Ecce compléta. 206.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Ad Magnificat Añá. O.

Deinde Kyrie eléison. 141.

## FERIA QUINTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i.

Cap. lxiv.



**M**AGNAM dirúmperes coelos, et descénderes: a fácie tua montes deflúerent. Sicut exústio ignis tabéscerent, aquae ardént igni, ut notum fieret nomen tuum inimícis tuis: a fácie tua Gentes turbaréntur. Cum féceris mirabilia, non sustinébimus: descendisti, et a fácie tua montes deflúxerunt. A saeculo non audierunt, neque áuribus percepérunt: óculus non vidit, Deus absque te, quae prae-parásti expectántibus te.

R. Cánite tuba. 217.

Lectio ii.

**O**CCURRISTI laetanti, et facienti justitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, et peccavimus: in ipsis fuimus semper, et salvabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatae universae justitiae nostrae: et cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui invocet nomen tuum; qui consurgat, et teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostrae.

*R.* Non auferetur sceptrum. 217.

Lectio iii.

**E**T nunc, Dñe, pater noster es tu, nos vero lutum: et fictor noster tu, et opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris, Dómine, satis, et ne ultra memneris iniquitatis nostrae: ecce respice, pópulus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Jerusalem desolata est. Domus sanctificationis nostrae, et glóriæ nostrae, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

*R.* Me oportet. 218.

Ad Bened. Aña. Consolámini, consolámini, \* pópule meus, dicit Dóminus Deus vester.

Nisi dicenda sit Aña. Ecce compléta. 206.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 65.

Ad Magnificat. Aña. O.

Deinde Kyrie eléison. 141.

FERIA SEXTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i.

Cap. lxvi. b.



**A**UDITE verbum Dñi, qui trémittis ad verbum ejus: dixerunt fratres vestri odiéntes vos, et abiciéntes propter nomen meum: Glorificétur Dñus, et vidébitus in laetitia vestra: ipsi autem confundéntur. Vox pópuli de civitate, vox de templo, vox Dñi reddéntis retributióne inimicis suis. Antequam parturiret, péperit: antequam veniret partus ejus, péperit másculum. Quis audivit unquam tale? et quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturivit et péperit Sion filios suos?

*R.* Nascétur nobis. 218.

Lectio ii.

**N**UMQUID ego, qui alios parere fácio, ipse non pariam, dicit Dñus? si ego, qui generatióne caeteris tribuo, stérilis ero, ait

Dñus Deus tuus? Laetámini cum Jerúsalem, et exultáte in ea omnes qui diligitis eam : gaudéte cum eá gáudio univérsi, qui lugétis super eam, ut sugátis, et repleámini ab úbere consolationis ejus : ut mulgeátis, et deliciis affluátis ab omnimoda glória ejus. Quia haec dicit Dñus : Ecce ego declinábo super eam quasi flúvium pacis, et quasi torrénstem inundántem glóriam Géntium, quam sugétis : ad úbera portabimini, et super génua blandiéntur vobis.

R̄. Ecce jam venit. 218.

Lectio iii.

**Q**UOMODO si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerúsalem consolabimini. Vidébitis, et gaudébit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinábunt, et cognoscétur manus Dómini servis ejus, et indignábitur inimicis suis. Quia ecce Dóminus in igne véniet, et quasi turbo quadrigae ejus: réddere in indignatióne furórem suum, et increpatiónem suam in flamma ignis: quia in igne Dóminus dijudicábit, et in gládio suo ad omnem carnem, et multiplicábuntur interfécti a Dómino.

R̄. Virgo Israël. 219.

Ad Benedíctus, Añá, Ecce compléta sunt \* ómnia,

quae dicta sunt per Angelum de Virgine Maria.

Deinde Kyrie eléison. 65.

Ad Magnif. Añá. O Emánuel, \* Rex et légifer noster, expectátio Géntium, et Salvátor eárum : veni ad salvándum nos, Dómine Deus noster.

Deinde Kyrie eléison. 141.

Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, Officium fit hoc modo,

Ad Matutinum. Invitat. de Vigilia: **Hódie sciétis, ut infra. Hymnus de Adventu: Verbum supérnum. 216.**

Antiphonae, Psalmi, Versiculi, Lectiones, et Responsoria in primo et secundo Nocturno dicuntur de Dominica iv. Adventus. 216.

In tertio Nocturno, Antiphonae et Psalmi de Dominica. 219. Versiculi de Vigilia, tres Lectiones de Homilia Vigiliae cum suis Responsoriis: et non legitur Homilia Dominicae pro ultima Lectione. Laudes de Vigilia cum commem. de Dominica. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.

IN VIGILIA  
NATIVITATIS DOMINI.

AD MATUTINUM.

Invitat. **Hódie sciétis, quia véniet Dóminus : \* Et mane vidébitis glóriam ejus. Ps. Veníte, exultémus. 2.**

Hymnus. Verbum. 216.

Antiphonae et Psalmi de Feria occurrente.

V. Hódie sciétis, quia véniet Dñs. R. Et mane vidébitis glóriam ejus.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaeum.

Léctio i. *Cap. i. c.*

**Q**UM esset desponsáta Mater Jesu Maria Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Et reliqua.

Homilía sancti Hierónymi Presbyteri.

*Lib. I. Comm. in c. i. Matth.*

**Q**UARE non de simplici virgine, sed de desponsáta concipitur? Primum, ut per generatióem Joseph, orígo Mariæ monstrarétur: secúndo, ne lapidarétur a Judaeis ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fúgiens haberet solatiuni. Martyr Ignátius etiam quartam áddidit causam, cur a desponsáta concéptus sit: Ut partus, inquiens, ejus celarétur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxóre generátum.

R. Sanctificámini hódie, et estóte paráti: quia die crástina vidébitis \* Majestátem Dei in vobis. V. Hódie sciétis quia véniet Dñs, et mane vidébitis. -- Majestátem.

Léctio ii.

**A**NTEQUAM convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Non ab álío invénta est, nisi a Joseph, qui pene licéntia maritali futúrae uxóris ómnia nóverat. Quod autem dicitur: Antequam convenírent; non séquitur ut póstea convénerint: sed Scriptúra quod factum non sit, osténdit.

R. Constantes estóte, vidébitis auxiliú Dñi super vos: Judaea et Jerúsalem, nolite timére; \* Cras egrediémíni, et Dñs erit vobiscum. V. Sanctificámini filii Israél, et estóte paráti. — Cras egrediémíni.

Léctio iii.

**J**OSEPH autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam tradúcere, voluit occulte dimíttere eam. Si quis fornicariae conjúngitur, unum corpus efficitur: et in lege praecéptum est; non solum reos, sed et cóscios criminum obnoxios esse peccáti: quómodo Joseph, cum crimen celaret uxóris, justus scribitur? Sed hoc testimónium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitátem, et admirans quod evénerat, celat siléntio, cujus mystérium nesciebat.

R. Sanctificámini, filii Israél, dicit Dñs: die enim

crástina descéndet Dñus, \*  
Et áuferet a vobis omnem  
languórem. V. Crástina die  
delébitur iníquitas terrae, et  
regnábit super nos Salvátor  
mundi.—Et áuferet. Glória  
Patri. Et áuferet.

Deinceps Officium fit  
Duplex.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Judaea et Jerúsalem, \*  
nolite timére : cras egredié-  
mini, et Dñus erit vobis-  
cum, allelúia. Psal. Dñus  
regnávit, cum reliquis. 19.

2. Hódie sciétis \* quia  
veniet Dñus : et mane vidé-  
bitis glóriam ejus.

3. Crástina die \* delébi-  
tur iníquitas terrae : et re-  
gnábit super nos Salvátor  
mundi.

4. Dñus veniet, \* occúr-  
rite illi, dicétes : Magnum  
príncipium, et regni ejus  
non erit finis : Deus, fortis,  
dominátor, princeps pacis,  
allelúia.

5. Crástina erit \* vobis  
salus, dicit Dóminus Deus  
exercituum.

Capitulum.

Rom. i.

**P**AULUS servus Jesu  
Christi, vocátus Apó-  
stolus, segregátus in Evan-  
gélium Dei, quod ante pro-  
miserat per Prophétas suos  
in Scriptúris sanctis de Fi-  
lio suo, qui factus est ei ex  
sémine David secúndum  
carnem.

Hymn. En clara vox. 221.

V. Crástina die delébitur  
iníquitas terrae. R. Et re-  
gnábit super nos Salvátor  
mundi.

Ad Benedictus, Antipho-  
na. Oriétur sicut sol Sal-  
vátor mundi : et descén-  
det in úterum Vírginis,  
sicut imber super gramen,  
allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui nos redem-  
ptiónis nostrae án-  
nua expectátione laetíficas:  
praesta, ut Unigénitum  
tuum, quem Redemptórem  
laeti suscipimus, veniéntem  
quoque júdicem securi vi-  
deámus, Dóminum nostrum  
Jesum Christum Filium  
tuum : Qui tecum vivit et  
regnat.

Et dicitur per Horas  
diei.

Prima dicitur sicut in  
Duplicibus ; et ad Absolu-  
tionem Capituli dicitur Ca-  
pitulum Nonae.

AD TERTIAM.

Añae. Hódie sciétis.

Capitulum. Paulus ser-  
vus, ut supra.

R. br. Hódie sciétis, \*  
Quia veniet Dóminus. Hó-  
die sciétis. V. Et mane vi-  
débitis glóriam ejus. Quia  
veniet. Glória Patri. Hó-  
die sciétis.

V. Constantes estóte. R.  
Vidébitis auxiliium Dómini  
super vos

AD SEXTAM.

Añã. Crástina die.

Capitulum. *Rom. i.*

**Q**UI praeordinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.

℞. br. Crástina die \* Delébitur iniquitas terrae. Crástina. V. Et regnabit super nos Salvator mundi. Delébitur. Glória Patri. Crástina die.

V. Crástina erit vobis salus. ℞. Dicit Dominus Deus exercituum.

AD NONAM.

Añã. Crástina erit.

Capitulum. *Rom. i.*

**P**ER quem accepimus gratiam, et Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Géntibus pro nomine ejus, in quibus estis et vos vocati Jesu Christi Domini nostri.

℞. br. Crástina \* Erit vobis salus. Crástina. V. Dicit Dñs Deus exercituum. Erit. Glória. Crástina.

V. Crástina die delébitur iniquitas terrae. ℞. Et regnabit super nos Salvator mundi.



**E**t venerunt festinantes : et in-  
venerunt Mariam , et Joseph ,  
et infantem positum in præsepio. LUC. II. 16.

## In Nativitate Domini.

AD VESPERAS.

*Añae.*



**R**EX pacificus magnificatus est, cujus vultum desiderat universa terra. *Psalm.*

Dixit Dominus. 135.

2. Magnificatus est Rex pacificus super omnes reges universae terrae. *Psalmus* Confitebor. 136.

3. Complēti sunt dies Mariae, ut páreret Filium suum primogénitum. *Psalmus* Beatus vir. 136.

4. Scitote quia prope est regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardabit. *Ps.* Laudate pueri. 137.

5. Levate capita vestra: ecce appropinquat redemptio vestra. *Psalm.* Laudate Dñum omnes Gentes. 140.

*Capitulum. Tit. iii. b.*



**P**PARUIT benignitas, et humanitas Salvatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

*Hymnus.*

**J**ESU, Redemptor omnium,  
Quem lucis ante originem

Parem paternae gloriae  
Pater supremus edidit.

Tu lumen, et splendor  
Patris,

Tu spes perennis omnium,  
Intende quas fundunt preces

Tui per orbem servuli.

Memēto, rerum Conditor,

Nostri quod olim corporis,  
Sacra ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sum-  
pseris.

Testatur hoc praesens  
dies

Currens per anni circulum,  
Quod solus e sinu Patris  
Mundi salus adveneris.

Hunc astra, tellus, aequora,

Hunc omne quod coelo  
subest,

Salutis Auctorem novae  
Novo salutat cantico.

Et nos, beata quos sacri  
Rigavit unda sanguinis,  
Natalis ob diem tui  
Hymni tributum solvimus.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spi-  
ritu,

In sempiterna saecula.

Amen.

Sic terminantur omnes  
Hymni ejusdem metri usque  
ad Epiphaniam.

¶ Crastina die delébitur  
iniquitas terrae. *R.*



Et regnabit super nos Salvator mundi.

*Añs.* Magnif. *Añs.* Cum ortus fuerit sol de coelo, vidébitis Regem regum procedentem a Patre, tamquam sponsum de thalamo suo.

*Oratio.*

**Q**ONCEDE, quaesumus omnipotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eundem Dóminum.

AD MATUTINUM.

*Invitator.* Christus natus est nobis : Venite, adorémus. *Psalmus Venite.* 2.

*Hymnus.* Jesu, Redemptor, ut supra. 233.

In primo Nocturno.

*Añs.* Dóminus dixit \* ad me : Filius meus es tu, ego hódie genui te.

*Psalmus ii.*



**G**UARE fremuerunt Gentes, \* et populi meditati sunt inania ?

Astiterunt reges terrae, et principes convenérunt in unum \* adversus Dóminum et adversus Christum ejus.

Dirumpámus vincula eórum : \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in coelis, iridebit eos : \* et Dóminus subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* praedicans praecéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : \* Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hereditátem tuam, \* et possessiónem tuam términos terrae.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite : \* erudímini qui judicátis terram.

Servite Dómino in timóre : \* et exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam, nequándo irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, \* beati omnes, qui confidunt in eo.

*Añs.* Dóminus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hódie genui te.

*Añs.* Tamquam sponsum \* Dóminus procedens de thalamo suo.

*Psalmus xviii.*

**C**OELI enarrant glóriam Dei, \* et ópera mánuum ejus annúnciat firmaméntum.

Dies diēi erūctat verbum, \* et nox nocti indicat sciēntiam.

Non sunt loquēlae, neque sermōnes, \* quorum non audiāntur voces eōrum.

In omnem terram exivit sonus eōrum : \* et in fines orbis terrae verba eōrum.

In sole pōsuit tabernaculum suum : \* et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exultāvit ut gigas ad currēdam viam, \* a summo coelo egrēssio ejus :

Et occūrsus ejus usque ad summum ejus : \* nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dōmini immaculāta, convērtens ānimas : \* testimoniū Dñi fidēle, sapiēntiam praestans pārvulis.

Justitiae Dōmini rectae, laetificāntes corda : \* praecēptum Dōmini lūcidum, illūminans oculos.

Timor Dōmini sanctus, pērmanens in saeculum saeculi : \* judicātia Dñi vera, justificāta in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lāpidem pretiōsum multum : \* et dulciōra super mel et favum.

Etenim servus tuus custōdit ea, \* in custodiēdis illis retribūtio multa.

Delicēta quis intēlligit? ab occultis meis munda me : \* et ab aliēnis parce servo tuo.

Si mei non fūerint domīnāti, tunc immaculātus ero : \* et emundābor a delictō mājimo.

Et erunt ut complāceant elōquia oris mei : \* et meditatio cordis mei in conspēctū tuo semper.

Dōmine, adjūtor meus, \* et redēptor meus.

*Añā.* Tamquam sponsus Dōminus procedens de thalamo suo.

*Añā.* Diffūsa est \* grātia in lābiis tuis : proptērea benedixit te Deus in aeternum.

Psalmus xliij.

**E**RUCTAVIT cor meum verbum bonum : \* dico ego opera mea Regi.

Lingua mea cālamus scribae, \* velōciter scribēntis.

Speciōsus forma prae filiis hōminum, diffūsa est grātia in lābiis tuis : \* proptērea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere glādio tuo super femur tuum, \* potentissime.

Spēcie tua et pulchritūdine tua \* intēnde, prospere procēde, et regna,

Propter veritatem, et mansuetūdinem, et justitiam : \* et dedūcet te mirabiliter dēxtera tua.

Sagittae tuae acūtiae, pōpuli sub te cadent, \* in corda inimicōrum regis.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi : \* virga directiōnis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem : \* propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae prae consōrtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cāsia a vestimentis tuis, a dōmibus eburneis : \* ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : \* circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : \* et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum : \* quoniam ipse est Dōminus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiae Tyri in muneribus \* vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis glōria ejus filiae regis ab intus, \* in simbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducuntur Regi virgines post eam : \* proximae ejus afferuntur tibi.

Afferuntur in laetitia et exultatione : \* adducuntur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos principes super omnem terram.

Mēiores erunt nōminis

tui \* in omni generatiōne et generatiōnem.

Propterea pōpuli confitebuntur tibi in aeternum : \* et in saeculum saeculi.

*Añā.* Diffusa est grātia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in aeternum.

*V.* Tamquam sponsus.

*R.* Dōminus procedens de thalamo suo.

*Pater noster.*

*V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.

*Absolutio.*

**E**XAUDI, Dōmine Jesu Christe, preces servōrum tuōrum, et miserere nobis, qui cum Patre et Spīritu sancto vivis et regnas in saecula saeculōrum. *R.* Amen.

*V.* Jube, domne, benedicere. *Benedictio.* Benedictiōne perpētua benedicat nos Pater aeternus. *R.* Amen.

Tres sequentes Lectiōnes Isaiae leguntur sine titulo.

*Lectio i.* *Cap. ix.*



**R**IMO tempore alleviata est terra Zabulon, et terra Nephthali: et novissimo aggravata est via maris trans Jordānem Galilaeae Gēntium. Pōpulus qui ambulabat in tēnebris vidit lucem magnam: habi-

tántibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Multiplicásti gentem, et non magnificásti laetitiam. Laetabúntur coram te, sicut qui lactántur in messe, sicut exúltant victóres capta praeda, quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus, et virgam húmeri ejus, et sceptrum exactóris ejus superásti sicut in die Mádian. Quia omnis violénta praedatio cum tumultu, et vestiméntum mistum ságuine, erit in combustióne, et cibus ignis. Párvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principátus super húmerum ejus : et vocábitur nomen ejus, Admirábilis, Consiliáriu, Deus, Fortis, Pater futúri saeculi, Princeps pacis.

℞. Hódie nobis coelórum Rex de Virgine nasci dignátus est, ut hóminem pérditum ad coeléstia regna revocáret : \* Gaudet exercitus Angelórum : quia salus aetérna humáno géneri apparuit. ∇. Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonae voluntátis.—Gaudet. Glória Patri. Et repetitur ℞. Hódie nobis coelórum, usque ad ∇. Glória in excélsis.

∇. Jube, domne, benedícere. Bened. Unigénitus Dei Filius nos benedícere et adjuváre dignétur. ℞. Amen.

Lectio ii. Cap. xl.

CONSOLAMINI, consolámini pópule meus, dicit Deus vester. Loquímur ad cor Jerúsalem, et advocáte eam : quóniam compléta est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius : suscepit de manu Dñi duplícia pro ónibus peccátis suis. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dñi, rectas fácite in solitúdine sémitas Dei nostri. Omnis vallis exaltábitur, et omnis mons et collis humiliábitur : et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini : et vidébit omnis caro páriter quod os Dómini locútum est. Vox dicéntis : Clama. Et dixi : Quid clamábo? Omnis caro foenum, et omnis glória ejus quasi flos agri. Exsiccátum est foenum, et cecidit flos : quia spíritus Dómini sufflávít in eo. Vere foenum est pópulus : exsiccátum est foenum, et cecidit flos : Verbum autem Dómini nostri manet in aetérnum.

℞. Hódie nobis de coelo pax vera descendit : \* Hódie per totum mundum melliflúi facti sunt coeli. ∇. Hódie illúxit nobis dies redemptionis novae, reparationis antíquae, felicitátis aetérnae.—Hódie.

¶ Jube, domne, benedícere. Bened. Spíritus Sancti grátia illúminet sensus et corda nostra. R̄. Amen.

Lectio iii. Cap. lii.

**C**ONSURGE, consúrge, indúere fortitúdi-  
ne tua Sion, indúere vesti-  
méntis glóriæ tuæ Jerúsalem  
cívitas sancti: quia non  
adjiciet ultra ut pertránsat  
per te incircumcisus et im-  
múndus. Excútere de púl-  
vere, consúrge, sede Jerúsalem:  
solve víncula colli tui,  
captiva filia Sion. Quia  
haec dicit Dóminus: Gratis  
venúndati estis, et sine argé-  
nto redimémini. Quia  
haec dicit Dóminus Deus:  
In Ægyptum descéndit pópulus  
meus in princípio, ut colónus  
esset ibi: et Assur absque ulla  
causa calumniátus est eum.  
Et nunc quid mihi est hic,  
dicit Dñs, quóniam ablátus  
est pópulus meus gratis? Dominatóres  
ejus iníque agunt, dicit  
Dóminus: et júgiter tota  
die nomen meum blasphemátur.  
Propter hoc sciet pópulus  
meus nomen meum, in die illa:  
quia ego ipse qui loquébar,  
ecce adsum.

R̄. Quem vidístis pastóres?  
dícite, annuntiáte nobis,  
in terris quis apparuit? Natum  
vidimus, et choros Angelórum  
collaudántes Dñum. ¶ Dícite,  
quid-

nam vidístis? et annuntiáte  
Christi nativitátem.—Natum,  
Glória Patri. Natum.

In secundo Nocturno.

Añs. Suscépimus \*Deus  
misericórdiam tuam in mé-  
dio templi tui.

Psalmus xlvii.



**A**GNUS Dóminus, et laudábilis  
nimis \*in civitáte  
Dei nostri, in  
monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne  
univérsæ terræ, mons  
Sion, \* látera Aquilónis,  
cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus  
cognoscétur, \* cum suscép-  
iet eam.

Quóniam ecce reges ter-  
rae congregáti sunt: \* con-  
venérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti  
sunt, conturbáti sunt, com-  
móti sunt: \* tremor apprehé-  
ndit eos.

Ibi dolóres ut parturién-  
tis, \* in spíritu veheménti  
cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic ví-  
dimus in civitáte Dómini  
virtútum, in civitáte Dei  
nostri: \* Deus fundávit  
eam in aetérnum.

Suscépimus Deus miseri-  
córdiam tuam, \* in mé-  
dio templi tui.

Secúndum nomen tuum,  
Deus, sic et laus tua in fi-  
nes terræ: \* Justitia plena  
est dextera tua.

Laetetur mons Sion, et exultent filiae Judae, \* propter judicia tua, Domine.

Circumdante Sion, et complectimini eam : \* narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : \* et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum, et in saeculum saeculi : \* ipse reget nos in saecula.

Añã. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Añã. Orietur \* in diebus Domini abundantia pacis, et dominabitur.

Psalms lxxi.

**D**EUS, iudicium tuum regi da : \* et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in justitia, \* et pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo : \* et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum : \* et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, \* in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus : \* et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus ju-

stitia, et abundantia pacis : \* donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : \* et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procedent Aethiopes : \* et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulae munera offerent : \* reges Arabum, et Saba dona adducent :

Et adorabunt eum omnes reges terrae : \* omnes Gentes servient ei :

Quia liberabit pauperem a potente : \* et pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : \* et animas pauperum salvos faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum : \* et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiae, et adorabunt de ipso semper : \* tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus : \* et florebunt de civitate sicut foenum terrae.

Sit nomen ejus benedictum in saecula : \* ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae : \* omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedíctus Dñus Deus  
Israël, \* qui facit mirabília  
solus :

Et benedíctum nomen  
majestátis ejus in aetér-  
num : \* et replébitur ma-  
jestáte ejus omnis terra :  
fiat, fiat.

*Añs.* Oriétur in diébus  
Dómini abundántia pacis,  
et dominábitur.

*Añs.* Véritas de terra \*  
orta est, et justítia de coelo  
prospéxit.

*Psalmus lxxxiv.*

**B**ENEDIXISTI,  
Dómine, terram tu-  
am : \* avertísti captivitátem  
Jacob.

Remisísti iniquitátem  
plebis tuae : \* operuísti  
omnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram  
tuam : \* avertísti ab ira  
indignatiónis tuae.

Convérte nos, Deus sa-  
lutaris noster : \* et avérte  
iram tuam a nobis.

Numquid in aetérnum  
irascéris nobis? \* aut extén-  
des iram tuam a generatió-  
ne in generatióne?

Deus, tu convérsus vivifi-  
cábis nos : \* et plebs tua  
laetábitur in te.

Osténde nobis, Dómine,  
misericórdiam tuam : \* et  
salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in  
me Dóminus Deus : \* quó-  
niam loquétur pacem in  
plebem suam.

Et super sanctos suos : \*  
et in eos, qui convertúntur  
ad cor.

Verúntamen prope ti-  
méntes eum salutáre ipsí-  
us : \* ut inhábitet glória in  
terra nostra.

Misericórdia, et véritas  
obviavérunt sibi : \* justítia,  
et pax osculátae sunt.

Véritas de terra orta  
est : \* et justítia de coelo  
prospéxit.

Etenim Dñus dabit beni-  
gnitátem : \* et terra nostra  
dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambu-  
lábit : \* et ponet in via  
gressus suos.

*Añs.* Véritas de terra  
orta est, et justítia de coelo  
prospéxit.

*V.* Speciósus forma prae  
filiis hóminum. *R.* Dif-  
fúsa est grátia in lábiis  
tuis.

*Pater noster.*

*V.* Et ne nos indúcas in  
tentatióne. *R.* Sed líbe-  
ra nos a malo.

*Absolutio.*

**I**PSIUS pietas et mise-  
ricórdia nos ádjuvet,  
qui cum Patre et Spíritu  
Sancto vivit et regnat in  
saecula saeculórum. *R.*  
Amen.

*V.* Jube, domne, benedí-  
cere. *Benedictio* Deus pa-  
ter omnipotens sit nobis  
propítius et clemens. *R.*  
Amen.

Sermo S. Leonis Papae.  
Serm. i. de Nativ. Dom.

Lectio iv.



ALVATOR noster, dilectissimi, hodie natus est, gaudeamus. Neque enim fas est locum esse tristitiae, ubi natalis est vitae: quae consumpto mortalitatis timore, nobis ingerit de promissa aeternitate laetitiam. Nemo ab hujus alacritatis participatione secernitur. Una cunctis laetitiae communis est ratio: quia Dominus noster peccati mortisque destructor, sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Exultet sanctus, quia propinquat ad palmam: gaudeat peccator, quia invitatur ad veniam: animetur Gentilis, quia vocatur ad vitam. Dei namque Filius secundum plenitudinem temporis, quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandam auctori suo naturam generis assumpsit humani, ut inventor mortis diabolus, per ipsam, quam vicerat, vinceretur.

R. O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, jacentem in praesepio: \* Beata Virgo, cujus viscera meruerunt portare Dominum Christum.

V. Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum.—Beata.

V. Jube, domine, benedicere. Bened. Christus perpetuae det nobis gaudia vitae. R. Amen.

Lectio v.

IN quo conflictu pro nobis inito, magno et mirabili aequitatis jure certatum est, dum omnipotens Dominus cum saevissimo hoste non in sua majestate, sed in nostra congruitur humilitate: obiciens ei eandem formam, eandemque naturam, mortalitatis quidem nostrae participem, sed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac nativitate est, quod de omnibus legitur: Nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram. Nihil ergo in istam singularem nativitatem de carnis concupiscentia transivit, nihil de peccati lege manavit. Virgo regia Davidicae stirpis eligitur, quae sacro gravidanda foetu, divinam humanamque prolem prius conciperet mente, quam corpore. Et ne superni ignara consilii ad inusitatos paveret affatus quod in ea operandum erat a Spiritu sancto, colloquio discit angelico: nec damnum credit pudoris, Dei genitrix mox futura.

R. Beata Dei genitrix



María, cujus viscera intácta pórmanent : \* Hódie génuít Salvatórem saeculi.

V. Beáta, quae crédidit : quóniam perfécta sunt ómnia, quae dicta sunt ei a Dómino.—Hódie génuít.

V. Jube, domne, benedícere. Bened. Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris. R. Amen.

Lectio vi

**A**GAMUS ergo, dilectíssimi, grátias Deo Patri, per Fílium ejus in Spírítu sancto : qui propter multam charitátem suam, qua diléxit nos, misértus est nostri : et cum essémus mórtui peccátis, convivicávit nos Christo, ut essémus in ipso nova creatúra, novúmque figméntum. Deponámus ergo véterem hóminem cum áctibus suis : et adépti participatiónem generatiónis Christi, carnis renuntiémus opéribus. Agnósce, o Christiáne, dignitátem tuam : et divínae consors factus natúrae, noli in véterem vilitátem degéneri conversatióne redíre. Meménto, cujus cápitis et cujus córporis sis membrum. Reminiscere, quia értus de potestáte tenebrárum, translátus es in Dei lumen et regnum.

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus éfferam, nescio : Quia

quem coeli cápere non póterant, tuo grémio contulisti. V. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.—Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Añá. Ipse invocábit me, allelúia : Pater meus es tu, allelúia.

Psalmus lxxxviii.



MISERICORDIAS Dómini, \* in aetérnum cantábo.

In generatiónem et generatiónem \* annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti : In aetérnum misericórdia aedificábitur in coelis : \* praeparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo meo ? \* usque in aetérnum praeparábo semen tuum.

Et aedificábo in generatiónem, et generatiónem \* sedem tuam.

Confitebúntur coeli mirabília tua, Dñe : \* étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus aequábitur Dño : \* similis erit Deo in fíliis Dei ?

Deus, qui gloriábitur in consilio sanctórum : \* magnus et terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? \* potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris : \* motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum : \* in bráchio virtútis tuae dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt coeli, et tua est terra, orbem terrae et plenitúdinem ejus tu fundásti : \* aquilonem, et mare tu creásti.

Thabor et Hermon in nómine tuo exultábunt : \* tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, et exaltétur déxtera tua : \* justítia et judícium praeparátio sedis tuae.

Misericórdia et véritas praecedént faciém tuam : \* beátus pópulus, qui scit jubilatiónem.

Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, et in nómine tuo exultábunt tota die : \* et in justítia tua exaltábuntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es : \* et in benedictio tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assumptio nostra : \* et sancti Israél Regis nostri.

Tunc locútus est in visióne sanctis tuis, et dixísti : \* Pósum adjutórium in potén-

te : et exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum : \* óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei : \* et bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimícus in eo, \* et filius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concédam a facié ipsius inimícos ejus : \* et odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, et misericórdia mea cum ipso : \* et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus : \* et in fluminibus déxteram ejus.

Ipse invocábit me : Pater meus es tu : \* Deus meus, et susceptor salutis meae :

Et ego primogénitum ponam illum \* excélsus prae régibus terrae.

In aetérnum servábo illi misericórdiam meam : \* et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in saeculum saeculi semen ejus : \* et thronum ejus sicut dies coeli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : \* et in judiciis meis non ambuláverint :

Si justítias meas profanáverint : \* et mandáta mea non custodierint :

Visitábo in virga iniquitátes eórum : \* et in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo : \* neque nocébo in veritate mea :

Neque profanábo testaméntum meum : \* et quae procedunt de lábiis meis non fáciam írrita.

Semel jurávi in sancto meo, si David méntiar : \* semen ejus in aetérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo, \* et sicut luna perfécta in aetérnum : et testis in coelo fidélis.

Tu vero repulísti et despexísti : \* distulísti Christum tuum.

Evertísti testaméntum servi tui : \* profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus : \* posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes transeúntes viam : \* factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltásti dexteram depressiméntium eum : \* laetificásti omnes inimicos ejus.

Avértísti adjutórium gládií ejus : \* et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatióne : \* et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus : \* perfudísti eum confusióne.

Usquequo, Dñe, avértis in finem : \* exardéscet sicut ignis ira tua ?

Memoráre quae mea substántia : \* numquid enim vane constituísti omnes filios hóminum ?

Quis est homo, qui vivet, et non vidébit mortem : \* éruet ánimam suam de manu inferi ?

Ubi sunt misericórdiae tuae antiquae, Dñe, \* sicut jurásti David in veritate tua ?

Memor esto, Dñe, opprobrii servórum tuórum, \* (quod continui in sinu meo) multárum Géntium,

Quod exprobravérunt inimici tui, Dómine, \* quod exprobravérunt commutatiónem Christi tui.

Benedíctus Dóminus in aetérnum : \* fiat, fiat.

Añs. Ipse invocábit me, allelúia : Pater meus es tu, allelúia.

Añs. Laeténtur coeli, \* et exúltet terra ante fáciem Dómini, quóniam venit.

Psalmus xcv.

**C**ANTATE Dño cánticum novum : \* cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dño, et benedicite nómini ejus : \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus,

Quóniam magnus Dñus, et laudábilis nimis : \* terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes díi Génitium daemónia : \* Dóminus autem coelos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus : \* sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dño pátriae Génitium, afférte Dño glóriam et honórem : \* afférte Dño glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : \* adoráte Dñum in átrio sancto ejus.

Commovéatur a fácie ejus univérsa terra : \* dícite in Génitibus, quia Dóminus regnávít.

Etenim corréxit orbem terrae qui non commovébitur : \* judicábit pópulos in aequitáte.

Laeténtur coeli, et exúltet terra, commovéatur mare, et plenitúdo ejus : \* gaudébunt campi, et ómnia quae in eis sunt.

Tunc exaltábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dñi, quia venit : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in aequitáte, \* et pópulos in veritáte sua.

*Añã.* Laeténtur coeli, et exúltet terra ante fáciem Dómini, quóniam venit.

*Añã.* Notum fecit \* Dñus, allelúia, salutáre suum, allelúia.

Psalmus xcvii.

**C**ANTATE Dño cánticum novum : \* quia mirabília fecit.

Salvávít sibi délixtera ejus : \* et bráchiium sanctum ejus.

Notum fecit Dñus salutáre suum : \* in conspéctu génitium revelávít justítiam suam.

Recordátus est misericórdiae suae, \* et veritátis suae dómni Israël.

Vidérunt omnes términi terrae \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : \* cantáte, et exultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : \* in tubis ductílibus, et voce tubae córnea.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini : \* moveáur mare, et plenitúdo ejus : orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmína plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, \* et pópulos in aequitáte.

*Añã.* Notum fecit Dóminus, allelúia, salutáre suum, allelúia.

*V.* Ipse invocábit me, allelúia. *R.* Pater meus es tu, allelúia.

Pater noster.

Absolutio.

**A**VINCULIS peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens et misericors Dominus. *R.* Amen.

*V.* Jube, domne, benedicere. *Bened.* Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. *R.* Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* ii.

**I**N illo tempore: Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur univrsus orbis. Et reliqua. Homilia S. Gregorii Papae.

*Homil.* vii. in *Evang.*

**Q**UIA largiente Dño, Missarum solèmnia ter hodie celebratùri sumus, loqui diu de Evangelica lectione non possumus: sed nos aliquid vel breviter dicere, Redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est enim, quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc; quod aperte monstratur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos adscriberet in aeternitate? Quo contra de reprobis per Prophetam dicitur: Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur. Qui bene etiam in Bethlehem nascitur. Bethlehem quippe domus

panis interpretatur. Ipse namque est, qui ait: Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. Locus ergo, in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est: quia futurum profecto erat, ut ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur: ut profecto ostenderet, quia per humanitatem suam, quam assumpsit, quasi in alieno nascebatur.

*R.* Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium: et beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum: Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. *V.* Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentes, et adorare Dominum.—Qui hodie.

*V.* Jube, domne, benedicere. *Bened.* Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. *R.* Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio viii. *Cap.* ii. b.

**I**N illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

Lib. 2. in cap. ii. Lucae  
circa medium.



IDEDE Ecclesiae surgentis exordium. Christus nascitur, et pastores vigilare coeperunt: qui Gentium greges, pecudum modo ante viventes, in caulam Domini congregarent, ne quos spiritalium bestiarum, per offusas noctium tenebras paterentur incursus. Et bene pastores vigilant, quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, non saeculum, pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiam ille sit pastor, cui dicitur. Esto vigilans, et confirma. Quia non solum Episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, sed etiam Angelos destinavit.

R. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: \* Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. V. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.—Et vidimus. Gloria Patri. Et vidimus.

V. Jube, domne, benedicere. Benedictio. Verba sancti Evangelii doceat nos Christus Filius Dei. R. Amen.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Joannem.

Lectio ix. Cap. i.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

Tr. i. in Joan. circa med.



E vile aliquid putares quale consuevisti cogitare, cum verba humana soleres audire, audi quid cogites. Deus erat Verbum. Exeat nunc nescio quis infidelis Arianus, et dicat, quia Verbum Dei factum est. Quomodo potest fieri, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit omnia? Si et Verbum Dei ipsum factum est; per quod aliud Verbum factum est? Si hoc dicis, quia hoc est verbum Verbi, per quod factum est illud ipsum dico ego unicum Filium Dei. Si autem non dicis verbum Verbi, concede non factum, per quod facta sunt omnia. Non enim per se ipsum fieri potuit, per quod facta sunt omnia. Crede ergo Evangelistae.

Deinde dicitur Hymnus  
Te Deum laudamus. r8.

Quo finito, dicitur V.  
Dominus vobiscum. R. Et  
cum spiritu tuo.

Oratio. Concéde, ut infra  
ad Laudes.

Et dicto Benedicámus  
Dómino, celebratur prima  
Missa post mediam noctem,  
ut in Ordinario: qua finita,  
dicuntur Laudes.

V. Deus in adjutórium.

AD LAUDES.

et per Horas, Añae.

1. Quem vidístis \* pastó-  
res? dícite, annuntiáte no-  
bis, in terris quis apparuit?  
Natum vidimus, et choros  
Angelórum collaudántes  
Dóminum, allelúia, allelúia.  
Ps. Dóminus regnávít, cum  
reliquis. 19.

2. Génuit puérpera \* Re-  
gem, cui nomen aetérnum,  
et gáudia matris habens  
cum virginitátis honóre:  
nec primam símilem visa  
est, nec habére sequéntem,  
allelúia.

3. Angelus ad pastóres \*  
ait: Annúntio vobis gáu-  
dium magnum: quia natus  
est vobis hódie Salvátor  
mundi, allelúia.

4. Facta est cum Angelo \*  
multitúdo coeléstis exérci-  
tus laudántium Deum, et di-  
céntium: Glória in excélsis  
Deo, et in terra pax homí-  
nis bonae voluntátis, alle-  
lúia.

5. Párvulus filius \* hódie  
natus est nobis: et vocábi-  
tur Deus, fortis, allelúia,  
allelúia.

Capitulum. Hebr. i.

**Q**ULTIFARIAM,  
multisque modis  
olim Deus loquens pátribus  
in Prophétis: novíssime  
diébus istis locútus est no-  
bis in Filio, quem constituit  
haerédem universórum, per  
quem fecit et saecula.

Hymnus.

**A**SOLIS ortus cárdine  
Ad usque terrae lí-  
mitem,

Chistum canámus Prínci-  
pem,

Natum María Virgine.

Beátus Auctor saeculi

Servile corpus induit:

Ut carne carnem liberans,

Ne pérderet quos cón-  
dit.

Castae paréntis viscera

Coeléstis intrat grátia:

Venter Puéllae bájulat

Secréta, quae non nóverat.

Domus pudíci pécóris

Templum repénte fit Dei:

Intácta nésciens virum,

Concépít alvo Fílium.

Enítitur puérpera,

Quem Gábriel praedíxerat,

Quem ventre matris gé-  
stiens

Baptísta clausum sénserat.

Poenó jacére pértulit,

Praesépe non abhórruit:

Et lacte módico pastus est,

Per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus coeléstíu,

Et Angeli canunt Deo;

Palámque fit pastóribus  
Pastor, Créator ómnium.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spirítu,  
In sempitérna saecula.

Amen.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℞. Salutáre suum, allelúia.

Ad Bened. Añã. Glória in excélsis Deo, \* eti n terra pax homínibus bonae voluntátis, allelúia, allelúia.

Oratio.

**Q**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas liberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum.

Summo mane dicitur Prima: qua finita, celebratur secúnda Missa in Aurora, et in ea fit commemoratio de S. Anastasia Martyre.

AD PRIMAM.

Añã. Quem vidístis.

Capít. Regi saeculórum, ut supra, 29.

℞. br. Christe, Fili Dei vivi, \* Misérére nobis. ℣. Qui natus es de María Virgine. Et sic dicitur quotidie usque ad Epiphaniam.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Ipsi peribunt, ut infra ad Nonam.

Tertia dicitur hora sua, qua finita, celebratur tertia Missa de die Nativitatis.

AD TERTIAM.

Añã. Génuit puérpera.

Capít. Multifáram, ut supra.

℞. br. Verbum caro factum est. \* Allelúia, allelúia. Verbum. ℣. Et habitávit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum.

℣. Ipse invocábit me, allelúia. ℞. Pater meus es tu, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona. Angelus ad pastóres.

Capitulum. *Hebr. i. c.*

**E**T: Tu in principio, Dómine, terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt coeli.

℞. br. Notum fecit Dóminus. \* Allelúia, allelúia. Notum. ℣. Salutáre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.

℣. Vidérunt omnes fines terrae, allelúia. ℞. Salutáre Dei nostri, allelúia.

AD NONAM.

Añã. Párvulus filius.

Capitulum. *Hebr. i. d.*

**I**PSI peribunt, tu autem permanébis, et omnes sicut vestiméntum veteráscunt, et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

℞. br. Vidérunt omnes fines terrae, \* Allelúia, allelúia. Vidérunt. ℣. Salutáre



Dei nostri. Allelúia, allelúia.  
Glória Patri. Vidérunt.

V. Verbum caro factum est, allelúia. R. Et habitávit in nobis, allelúia.

AD VESPERAS.

Añã. Tecum principium \* in die virtútis tuae, in splendóribus Sanctórum, ex útero ante luciferum génui te.

Psalmus cix.

**EXIT** Dñus Dómino meo: \* Sede a dextris meis : Donec ponam inimicos tuos, \* scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuae emittet Dóminus ex Sion : \* domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principium in die virtútis tuae in splendóribus sanctórum : \* ex útero ante luciferum génui te.

Jurávit Dñus, et non poenitébit eum : \* Tu es sacerdos in aetérnum secúndum órđinem Melchisedech. :

Dñus a dextris tuis, \* confregit in die irae suae reges.

Judicábit in nátióibus, implebit ruínas : \* conquasábit cápita in terra multórum.

De torrénate in via bibet : \* proptérea exaltábit caput.

Añã. Tecum principium in die virtútis tuae, in splendóribus sanctórum, ex útero ante luciferum génui te.

Añã. Redemptiónem \*

misit Dóminus pópulo suo : mandávit in aetérnum testaméntum suum.

Psalmus cx.

**CONFITEBOR** tibi, Dómine, in toto corde meo : \* in consilio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : \* exquisita in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : \* et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors et miserátor Dóminus : \* escam dedit tíméntibus se.

Memor erit in saeculum testaménti sui : \* virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis haereditátem gentíum : \* ópera mánuum ejus véritas, et judicium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : confirmáta in saeculum saeculi, \* facta in veritáte et aequitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : \* mandávit in aetérnum testaméntum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : \* inítium sapiéntiae timor Dómini.

Intelléctus bonus ómni-bus faciéntibus eum : \* laudátio ejus manet in saeculum saeculi.

Añã. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo :

mandávit in aetérnum testaméntum suum.

Añã. Exórtum est \* in ténébris lumen rectis corde: miséricors, et miserátor, et justus Dóminus.

Psalmus cxi.

**B**EATUS vir, qui timet Dóminum : \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : \* generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo ejus : \* et justítia ejus manet in saeculum saeculi.

Exórtum est in ténébris lumen rectis : \* miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes suos in iudicio : \* quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit justus : \* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, confirmátum est cor ejus : \* non commovébitur donec despiciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in saeculum saeculi, \* cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus suis fremet et tabéscet : \* desidérium peccatórum perfbít.

Añã. Exórtum est in ténébris lumen rectis corde :

miséricors, et miserátor, et justus Dóminus.

Añã. Apud Dñum \* misericórdia, et copiósã apud eum redémptio.

Psalmus cxxix.

**D**E profúndis clamávi ad te, Dómine : \* Dñe, exáudi vocem meam :

Fiant aures tuae intendéntes, \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus : \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiósã apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Añã. Apud Dóminum misericórdia, et copiósã apud eum redémptio.

Añã. De fructu \* ventris tui ponam super sedem tuam.

Psalmus cxxxi.

**M**EMENTO, Dómine, David, \* et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob :

Si introfero in tabernaculum domus meae, \* si ascendero in lectum strati mei:

Si dederō somnum oculis meis, \* et palpebris meis dormitacionem:

Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Dño, \* tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: \* invenimus eam in campis silvae.

Introibimus in tabernaculum ejus: \* adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in requiem tuam, \* tu et arca sanctificacionis tuae.

Sacerdotes tui induantur justitiam: \* et sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, \* non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dóminus David veritatem, et non frustrabitur eam: \* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, \* et testimonia mea haec, quae docebo eos:

Et filii eorum usque in saeculum, \* sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dóminus Sion: \* elegit eam in habitacionem sibi.

Haec requies mea in sae-

culum saeculi: \* hic habitabo, quoniam elegeram eam.

Vidua ejus benedicens benedicam: \* pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutari: \* et sancti ejus exultacione exultabunt.

Illuc producam cornu David, \* paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione: \* super ipsum autem efflorescit sanctificacio mea.

Añña, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Capitulum.

Hebr. i.



ULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit haeredem universorum, per quem fecit et saecula.

Hymnus, Jesu, Redemptor. 233.

¶. Notum fecit Dóminus, alleluia. R. Salutare suum, alleluia.

Ad Magnif. Añña. Hódie Christus natus est: hódie Salvator apparuit: hódie in terra canunt Angeli, laetantur Archangeli: hódie exultant justi, dicentes: Glória in excelsis Deo, alleluia.

Oratio. Concede, ut supra. 249.

Deinde pro S. Stephano.

*Añã.* Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

*V.* Glória et honóre coronásti eum, Dómine. *R.* Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dñe, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat.

### IN FESTO

S. STEPHANI, PROTOMART.

Duplex ii. classis.

AD MATUTINUM.

Invitat. Christum natum, qui beátum hódie coronávit Stéphanum, Venite, adorémus. Ps. Venite. 2.

Hymnus, *Añã.* Psalmsi et *XV.* Nocturnorum dicuntur de Comuni unius Martyris. xxviii.

In primó Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. *Cap. vi.*



**N** diébus illis, crescén-te número discipulórum, factum est murmur Graecórum advérsus He-

braeos, eo quod despicerén-tur in ministério quotidiano viduae eórum. Convocántes autem duódecim multitudinem discipulórum, dixerunt : Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, et ministráre mensis. Consideráte ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spíritu sancto et sapiéntia, quos constituámus super hoc opus. Nos vero oratióni, et ministério verbi instántes érimus.

*R.* Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, Faciébat prodigia et signa magna in pópulo. *V.* Surrexérunt quidam de synagóga, disputántes cum Stéphanó : et non póterant resistere sapiéntiae, et Spíritui qui loquebátur.—Faciébat.

Lectio ii.

**E**T placuit sermo coram omni multitudi-ne. Et elegérunt Stéphanum, virum plenum fide et Spíritu sancto, et Philíp-pum, et Próchorum, et Nicánorem, et Timónem, et Pármenam, et Nicoláum ádvenam Antiochénum. Hos statuérunt ante conspéctum Apostolorum : et orántes imposuérunt eis manus. Et verbum Dómini crescebat ; et multiplicabátur número discipulórum

in Jerúsalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediébat fidei. Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, faciébat prodigia et signa magna in pópulo.

**R.** Vidébant omnes Stéphanum qui erant in concilio: Et intuebántur vultum ejus tamquam vultum Angeli stantis inter illos. **V.** Plenus grátia et fortitúdine faciébat prodigia et signa magna in pópulo.—Et intuebántur.

## Lectio iii.

**S**URREXERUNT autem quidam de synagóga, quae appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, et eórum qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphanó: et non póterant resistere sapiéntiae, et Spiritui qui loquebátur. Tunc summiserunt viros, qui dicerent se audísse eum dicentem verba blasphemiae in Móysen, et in Deum. Commoverunt itaque plebem, et senióres, et Scribas: et concurréntes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium, et statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba advérsus locum sanctum, et legem.

**R.** Intuens in coelum beátus Stéphanus, vidit glóriam Dei, et ait: Ecce

video coelos apértos, et Filium hóminis stantem a dextris virtútis Dei. **V.** Cum autem esset Stéphanus plenus Spiritu sancto, inténdens in coelum, vidit glóriam Dei, et ait.—Ecce. Glória Patri. Ecce.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Fulgéntii  
Episcopi.

*Serm. de S. Stephano  
circa initium.*

Lectio iv.



**E**RI celebrávimus temporálem sempitérni Regis nostri natálem: hódie celebrámus triumphálem militis passionem. Heri enim Rex noster trábea carnis indútus, de aula úteri virginális egrédiens, visitáre dignátus est mundum: hódie miles de tabernáculo córporis éxiens, triumphátor migrávit ad coelum. Ille, sempitérnae Deitátis majestáte serváta, servíle cinctórium carnis assúmens, in hujus saeculi campum pugnatúrus intrávit; iste, depóstitis corruptibilibus córporis indumentis, ad coeli palátium perénniter regnatúrus ascéndit. Ille descendit carne velátus; iste ascéndit sángine laureátus.

**R.** Lapidábant Stéphanum invocántem et dicentem: Dñe Jesu Christe, ac-

cipe spiritum meum : et ne státuas illis hoc peccátum. *V.* Pósisit autem génibus, clamávit voce magna, dicens.—Dómine.

## Lectio v.

**A**SCENDIT iste lapidántibus Judaeis, quia ille descendit laetántibus Angelis. Glória in excélsis Deo, heri sancti Angeli exultántes cantavérunt: hódie Stéphanum laetántes in suum consórtium suscepérunt. Heri Dñus exívit de útero Vírginis: hódie miles egressus est de ergástulo carnis. Heri Christus pro nobis pannis est involútus: hódie Stéphanus stola est ab eo immortalitátis indútus. Heri praesépis angústia Christum portávit infántem: hódie imménsitas coeli suscepit Stéphanum triumpántem. Sólus Dóminus descendit, ut multos eleváret: humiliávit se Rex noster, ut suos milites exaltáret.

*R.* Impetum fecérunt unanimiter in eum, et ejecérunt eum extra civitátem, invocántem et dicéntem: Dómine Jesu, áccipe spiritum meum. *V.* Et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus: et lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem.—Dómine.

## Lectio vi.

**N**CESSARIUM támen nobis est, fratres, agnóscere, quibus armis praecinctus Stéphanus saevitiam Judaeórum pótuít superáre, ut ita meruísset feliciter triumpháre. Stéphanus ergo, ut nóminis sui coronam meruísset accipere, charitátem pro armis habébat, et per ipsam ubique vincébat. Per charitátem Dei, saevióntibus Judaeis non cessit: per charitátem próximi pro lapidántibus intercésit. Per charitátem arguébat errántes, ut corrigeréntur: per charitátem pro lapidántibus orábat, ne puniréntur. Charitátis virtúte subnixus, vicit Saulum crudéliter saevióntem: et quem hábuit in terra persecutórem, in coelo méruit habére consórtem.

*R.* Impii super justum iactúram fecérunt, ut eum morti tráderent: \* At ille gaudens suscepit lapides, ut mererétur accipere coronam glóriæ. *V.* Continuérent aures suas, et impetum fecérunt unanimiter in eum.—At ille. Glória. At ille.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secúndum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xxiii. d.

**I**N illo témpore: Dícebat Jesus Scribis et Pharisaeis: Ecce ego mitto

ad vos Prophétas, et sapié-  
ntes, et Scribas : et ex illis  
occidétis, et crucifigétis.  
Et réliqua.

Homília sancti Hierónymi  
Presbyteri.

*Lib. 4. comm. in cap. xxiii.  
Matthaci.*



OC quod ántea di-  
xerámus : Implé-  
te mensúram pa-  
trum vestrórum,  
ad persónam Dómini per-  
tinére, eo quod occidéndus  
esset ab eis, potest et ad  
discipulos ejus reférri de  
quibus nunc dicit : Ecce  
ego mitto ad vos Prophétas,  
et sapiéntes, et Scribas.  
Simúlque obsérva, juxta  
Apóstolum scribéntem ad  
Corínthios, vária esse dona  
discipulórum Christi : álios  
Prophétas, qui ventúra  
praedicent : álios sapiéntes,  
qui novérunt quando débe-  
ant proférre sermónem : áli-  
os Scribas in lege doctíssim-  
os, ex quibus lapidátus est  
Stéphanus, Paulus occisus,  
crucifixus Petrus, flagelláti  
in Actibus Apostolórum di-  
scípuli.

*Ry.* Stéphanus, servus  
Dei, quem lapidábant Ju-  
daeí, vidit coelos apértos :  
vidit et introívit : \* Beátus  
homo, cui coeli patébant.

*V.* Cum ígitur saxórum  
crepitántium túrbine quate-  
rétur, inter aethéreos aulae  
coeléstis sinus divína ei clá-  
ritas fulsit. — Beátus.

Lectio viii.

**Q**UAERIMUS, quis  
iste sit Zacharias fil-  
lius Barachiae : quia multos  
légimus Zacharias. Et ne  
libera nobis tribuerétur  
erróris facultas, ádditum  
est : Quem occidistis inter  
templum et altáre. In  
divérsis divérsa legi : et  
débeo singulórum opinió-  
nes pónere. Alii Zachariam  
fílium Barachiae dicunt,  
qui in duódecim Prophétis  
undécimus est, patrísque in  
eo nomen conséntit : sed ubi  
occisus sit inter templum et  
altáre, Scriptúra non lóqui-  
tur : máxime cum tempóri-  
bus ejus vix ruínae templi  
fúerint. Alii Zachariam pa-  
trem Joánnis intélligi  
volunt, ex quibusdam apocryphórum sómniis appro-  
bántes, quod proptérea  
occisus sit, quia Salvatóris  
praedicáverit advéntum.

*Ry.* Patefactae sunt januae  
coeli Christi mártiri beáto  
Stéphanó, qui in número  
mártirum invéntus est pri-  
mus : \* Et ideo triúmphat  
in coelis coronátus. *V.* Mor-  
tem enim, quam Salvátor  
noster dignátus est pro no-  
bis pati, hanc ille primus  
réddidit Salvatóri. — Et  
ideo. Glória Patri. Et ideo.

Lectio ix.

**A**LII istum volunt esse  
Zachariam, qui occi-  
sus est a Joas rege Judae

inter templum et altäre, sicut Regum narrat história. Sed observándum, quod ille Zachariás non sit filius Barachíae, sed filius Joiadae sacerdotís: unde et Scriptúra refert: Non fuit recordátus Joas patris ejus Joiadae, quia sibi fecisset bona. Cum ergo et Zachariam teneámus et occisiónis conséntiat locus: quaerimus, quare Barachíae dicátur filius, et non Joiadae? Barachías lingua nostra Benedíctus Dómini dicitur, et sacerdotís Joiadae justítia Hebraeo nómine demonstrátur. In Evangélio quo utúntur Nazaréni, pro filio Barachíae, filium Joiadae reperimus scriptum.

Te Deum laudámus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añac.

1. Lapidáverunt Stéphanum, et ipse invocábat Dñum, dicens: Ne státuas illis hoc peccátum. Ps. Dñus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Lápides torréntis illi dulces fuérunt: ipsum sequúntur omnes ánimae justae.

3. Adhaesit ánimá meá post te, quia caro meá lapidáta est pro te, Deus meus.

4. Stéphanus vidit coelos apértos, vidit et introívit: beátus homo, cui coeli patébant.

5. Ecce video coelos apértos, et Jesum stantem a dextris virtútis Dei.

Capítulum. Act. vi. d.

**S**TEPHANUS autem plenus grátia et fortitúdine, faciébat prodigia et signa magna in pópulo.

Hymnus.

**I**NVICTE Martyr, únícum

Patris secútus Fílium,  
Victís triúmphas hóstibus,  
Victor fruens coeléstibus.

Tui precátus múnere  
Nostrum reátum dilue,  
Arcens mali contágium,  
Vitae repéllens taedium.

Solúta sunt jam víncula  
Tui sacráti córporis:  
Nos solve vínculis saeculi  
Dono supérni Núminis.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spí-  
ritu,

In sempitérna saecula.

Amen.

¶ Sepeliérunt Stéphanum viri tímoráti. R. Et fecerunt planctum magnum super eum.

Ad Bened. Añac. Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dñe, imitári quod colimus, ut discámus et inimicos diligere: quia ejus



natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Deum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit.

Deinde fit commemoratio de Nativitate, Añsa. Glória in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis, allelúia, allelúia.

V. Notum fecit Dominus, allelúia. R. Salutare suum, allelúia.

Oratio.

**Q**ONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per eundem Dominum.

AD TERTIAM.

Añsa. Lápides torréntis.

Capit. Stephanus, ut supra. 257.

R. br. Glória et honóre, \* Coronasti eum, Dñe. Glória. V. Et constituisti eum super ópera manuum tuarum. Coronasti. Glória Patri. Glória.

V. Posuisti, Dñe, \* super caput ejus. R. Coronam de lapide pretioso.

AD SEXTAM.

Añsa. Adhaesit ánima mea.

Capitulum. Act. vi. c.

**S**URREXERUNT autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenen-

sium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia, et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere sapientiae, et Spiritui qui loquebatur.

R. br. Posuisti, Dñe, \* Super caput ejus. Posuisti. V. Coronam de lapide pretioso. Super. Glória Patri. Posuisti.

V. Magna est glória ejus in salutari tuo. R. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

AD NONAM.

Añsa. Ecce video.

Capitulum. Act. vii. g.

**P**OSITIS autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

R. br. Magna est glória ejus, \* In salutari tuo. Magna est. V. Gloriam et magnum decorem impones super eum. In salutari. Glória Patri. Magna.

V. Justus ut palma florebit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

AD VESPERAS.

Antiph. Tecum principium, cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate ut supra. 250.

Et dicuntur etiam in aliis festis infra hanc octavam occurrentibus.

Capitulum. *Act. vi. b.*



**STEPHANUS** autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo.

Hymnus.

**D**EUS, tuorum militum  
Sors et corona, praemium,  
Laudes canentes Martyris  
Absolve nexu criminis.

Hic nempe mundi gaudia,  
Et blanda fraudum pabula  
Imbuta felle deputans  
Pervenit ad coelestia.

Poenas cucurrit fortiter,  
Et sustulit viriliter,  
Fundensque pro te sanguinem,  
Aeterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici  
Te poscimus piissime:  
In hoc triumpho Martyris  
Dimitte noxam servulis,

Iesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna saecula.

Amen.

℟. Stephanus vidit coelos apertos. *R.* Vidit et introivit: beatus homo, cui coeli patebant.

Ad Magnificat. *Añ.* Sepeliérunt Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et in-

imicos diligere: quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum: Qui tecum vivit.

Deinde pro S. Joanne. *Añ.* Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in coena recubuit: beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia.

℟. Valde honorandus est beatus Joannes *R.* Qui supra pectus Domini in coena recubuit.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, Dñe, benignus illustra: ut beati Joannis, Apostoli tui et Evangelistae, illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna.

Postea fit comm. de Nativitate. *Añ.* Hodie Christus natus est: hodie Salvator apparuit: hodie in terra canunt Angeli, laetantur Archangeli: hodie exultant justi, dicentes: Gloria in excelsis Deo, alleluia.

℟. Notum fecit Dominus, alleluia. *R.* Salutare suum, alleluia.

Oratio.

**C**ONCEDE quaesumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per eundem Dominum.

IN FESTO  
S. JOANNIS APOSTOLI ET  
EVANGELISTAE.

Duplex ii. classis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Hymnus,  
Añae, Psalmi, et Versiculi  
Nocturnorum de Communi  
Apostolorum, v.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola prima  
beati Joannis Apóstoli.

Leetio i. *Cap. i.*



UOD fuit ab in-  
tío, quod audí-  
mus, quod vídi-  
mus óculis nostris,  
quod perspéximus, et manus  
nostrae contréctáverunt de  
verbo vitae: et vita mani-  
festáta est, et vídimus, et  
testámur, et annuntiámus  
vobis vitam aetérnam, quae  
erat apud Patrem, et ap-  
páruit nobis: quod vídimus  
et audívimus, annuntiámus  
vobis, ut et vos societátem  
habeátis nobiscum, et soci-  
etas nostra sit cum Patre,  
et cum Filio ejus, Jesu  
Christo. Et haec scribimus  
vobis, ut gaudeátis, et gau-  
dium vestrum sit plenum.  
Et haec est annuntiatio,  
quam audívimus ab eo, et  
annuntiámus vobis: Quó-  
niam Deus lux est, et téné-  
brae in eo non sunt ullae.

R. Valde honorándus  
est beátus Joánnes, qui su-  
pra pectus Dómini in coena

recúbuit: Cui Christus in  
cruce matrem virgínem  
virgíni commendávit. V.  
Virgo est eléctus a Dño,  
atque inter caeteros magis  
diléctus.—Cui Christus.

Leetio ii.

S I dixérimus, quóniam  
societátem habémus  
cum eo, et in ténébris  
ambulámus, mentimur, et  
veritátem non fácimus. Si  
autem in luce ambulámus,  
sicut et ipse est in luce;  
societátem habémus ad in-  
vicem, et sanguis Jesu Chri-  
sti Filii ejus emúndat nos  
ab omni peccáto. Si dixé-  
rimus quóniam peccátum  
non habémus: ipsi nos sed-  
úcimus, et véritas in nobis  
non est. Si confiteámur  
peccáta nostra: fidélis est,  
et justus, ut remíttat nobis  
peccáta nostra, et emúndet  
nos ab omni iniquitáte. Si  
dixérimus quóniam non  
peccávimus, mendácem fá-  
cimus eum, et verbum ejus  
non est in nobis.

R. Hic est discipulus  
ille, qui testimónium pérhi-  
bet de his, et scripsit haec:  
Et scimus quia verum est  
testimónium ejus. V. Flu-  
énta Evangélii de ipso sa-  
cro Domínici pectoris fonte  
potávit.—Et scimus.

Leetio iii. *Cap. ii.*

F ILIOLI mei, haec  
scribo vobis, ut non  
peccéti. Sed et si quis

peccáverit, advocátum habémus apud Patrem, Jesum Christum justum : et ipse est propitiatio pro peccátis nostris : non pro nostris autem tantum, sed étiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quóniam cognóvimus eum, si mandáta ejus observémus. Qui dicit se nosse eum, et mandáta ejus non custódit, mendax est, et in hoc véritas non est. Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc cháritas Dei perfécta est.

R. Hic est beatíssimus Evangelista et Apóstolus Joánnes, Qui privilegio amoris praecipui, caeteris áltius a Domino méruit honorári. V. Hic est discipulus ille, quem diligébat Jesus, qui supra pectus Domini in coena recúbuit.— Qui privilegio. Glória Patri. Qui privilegio

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri de Scriptóribus Ecclesiásticis.

Lectio iv.



**I**OANNES Apóstolus, quem Jesus amávit plúrimū, filius Zebedaei frater Jacóbi Apóstoli, quem Heródes post passiónem Domini decollávit, novíssimus ómnium scripsit Evangelíum, rogátus ab Asiae

Episcopis, advérsus Cerínthum, aliósque haeréticos : et máxime tunc Ebionítarum dogma consúrgens, qui ásserunt Christum ante Mariám non fuisse : unde et compúlsus est divínam ejus nativítatem edicere.

R. Qui vicerit, fáciam illum colúmnam in templo meo, dicit Dóminus : Et scribam super eum nomen meum, et nomen civitátis novae Jerúsalem. V. Vincéti dabo édere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei.—Et scribam super eum.

Lectio v.

**Q**UARTODECIMO igitur anno, secúndam post Nerónem persecutióem movénte Domitiáno, in Pathmos Insulam relegátus, scripsit Apocalypsim, quam interpretátur Justinus Martyr, et Irenaeus. Interfécto autem Domitiáno, et actis ejus ob nimiam crudelitátem a Senátu rescíssis, sub Nerva príncipe rédiit Ephesum : ibique usque ad Trajánum príncipem perseverans, totas Asiae fundávit rexítque Ecclesiás ; et conféctus sénio, sexagésimo octávo post passiónem Dñi anno mórtuus, juxta eámdem urbem sepúltus est.

R. Diligébat autem eum Jesus, quóniam speciális

praerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: Quia virgo electus ab ipso, virgo in aevum permansit. ¶ In cruce denique moriturus, huic matrem suam virginem virgini commendavit. — Quia virgo.

Ex Commentariis ejusdem in Epistolam ad Galatas.

Lectio vi. *Lib. 3. cap. vi.*

**B**EATUS Joannes Evangelista, cum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, et vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferreretur, nec posset in plura vocem verba contexere: nihil aliud per singulas solabat proferre collectas, nisi hoc: Filii, diligite alterutrum. Tandem discipuli, et fratres, qui aderant, taedio affecti quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Joanne sententiam: Quia praeceptum Domini est: et si solum fiat, sufficit.

R. In medio Ecclesiae aperuit os ejus, Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus. ¶ Jucunditatem et exultationem thesaurizavit super eum. — Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

In tertio Nocturno  
Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. xxi. d.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere me. Conversus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

*Tractatus cxxiv. in Joannem, post medium.*



**U**AS vitas sibi divinitus praedicatas, et commendatas novit Ecclesia: quarum est una in fide, altera in specie: una in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis: una in labore, altera in requie: una in via, altera in patria: una in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Una declinat a malo, et facit bonum: altera nullum habet, a quo declinet, malum; et magnum habet, quo fruatur, bonum. Una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat.

R. In illum diem suscipiam te servum meum, et ponam te sicut signaculum in conspectu meo: Quoniam ego elegi te, dicit Dominus. ¶ Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae. — Quoniam.

Lectio viii.

**U**NA súbvenit indigénti, áltera ibi est, ubi nullum invenit indigéntem. Una aliéna peccáta, ut sua sibi ignoscántur, ignóscit: áltera nec pátitur quod ignóscat, nec facit quod sibi poscat ignósci. Una flagellátur malis, ne extollátur in bonis: áltera tanta plenitúdine grátiae caret omni malo, ut sine ulla tentatióne supérbiae cohaereat summo bono.

R. Iste est Joánes, qui supra pectus Dómini in coena recúbuit: Beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta coeléstia. Fluenta Evangélii de ipso sacro Domínici pectoris fonte potávit. — Beátus. Glória Patri, Beátus.

Lectio ix.

**A**RGO una bona est, sed adhuc mísera: áltera mélior, et beáta. Ista significáta est per Apóstolum Petrum, illa per Joánnem. Tota hic ágitur ista usque in hujus saeculi finem, et illic invenit finem: différtur illa complénda post hujus saeculi finem, sed in futúro saeculo non habet finem. Ideo dicitur huic: Séquere me. De illo autem: Sic eum volo manére, donec véniam: quid ad te? tu me séquere. Quid enim est hoc? Quantum sápio, quantum

cápio, quid est hoc? nisi tu me séquere per imitatióem perferéndi temporália mala: ille máneat, donec sempitérna vénio redditúrus bona.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES  
et per Horas, Añae.

1. Valde honorándus est beátus Joánes, qui supra pectus Dómini in coena recúbuit. Ps. Dóminus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Hic est discipulus ille, qui testimónium pérhibet de his: et scimus quia verum est testimónium ejus.

3. Hic est discipulus meus: sic eum volo manére, donec véniam.

4. Sunt de hic stántibus, qui non gustábunt mortem, donec vídeant Filium hóminis in regno suo.

5. Ecce puer meus eléctus, quem elégi, pósui super eum spíritum meum.

Capitulum. *Eclli.* xv.

**Q**UI timet Deum, fáciat bona: et qui cóntinens est justítiae, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymnus.

**A**XULTET orbis gáudiis:  
Coelum resúltet láudibus:  
Apostolórum glóriam  
Tellus et astra cóncinunt.

Vos, saeculorum Júdicez,  
 Et vera mundi lúmina,  
 Votis precámur córdium :  
 Audíte voces súpplicum.

Qui templa coeli cláuditis  
 Serásque verbo sólvitis,  
 Nos a reátu nóxios  
 Solvi jubéte, quaesumus.

Praecépta quorum prótinus

Languor salúsque séntiunt,  
 Sanáte mentes lánguidas:  
 Augéte nos virtútibus.

Ut, cum redibit Arbiter  
 In fine Christus saeculi,  
 Nos sempitérni gáudii  
 Concédát esse cómpotes.

Jesu, tibi sit glória,  
 Qui natus es de Virgine,  
 Cum Patre, et almo Spíritu,  
 In sempitérna saecula.

Amen.

V. Hic est discipulus ille,  
 qui testimónium pérhibet  
 de his. R. Et scimus quia  
 verum est testimónium ejus.

Ad Bened. Añá, Iste est  
 Joánnes, qui supra pectus  
 Dómini in coena recúbuit :  
 beátus Apóstolus, cui reve-  
 láta sunt secréta coeléstia.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam,  
 Dñe, benignus illú-  
 stra : ut beáti Joánnis, Apó-  
 stoli tui et Evangelístae,  
 illumináta doctínis, ad do-  
 na pervéniat sempitérna.  
 Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio  
 de Nativitate.

Añá. Glória in excélsis

Deo, et in terra pax homí-  
 nibus bonae voluntátis, alle-  
 lúia, allelúia.

V. Notum fecit Dóminus,  
 allelúia. R. Salutáre suum,  
 allelúia.

Oratio.

**C**ONCEDE, quae-  
 sumus omnipotens  
 Deus : ut nos Unigéniti tui  
 nova per carnem natívitas  
 liberet, quos sub peccáti ju-  
 go vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stephano.

Añá. Stéphanus autem  
 plenus grátia et fortitúdine,  
 faciébát signa magna in  
 pópulo.

V. Sepeliérunt Stépha-  
 num viri timoráti. R. Et  
 fecérunt planctum magnum  
 super eum.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus  
 Dñe, imitári quod  
 cólimus, ut discámus et  
 inimícos diligere : quia ejus  
 natalítia celebrámus, qui  
 novit étiam pro persecutó-  
 ribus exoráre Dóminum  
 nostrum Jesum Christum  
 Filium tuum : Qui tecum  
 vivit.

AD TERTIAM.

Añá. Hic est discipulus  
 ille. 263.

Capit. Qui timet Deum,  
 ut supra. 263.

R. br. In omnem terram  
 Exívit sonus eórum. In  
 omnem. V. Et in fines orbis

terrae verba eorum. Exult.  
Gloria Patri. In omnem.

V. Constitues eos principes super omnem terram.  
R. Mémores erunt nóm̄inis tui, Dómine.

AD SEXTAM.

Antiphona. Hic est discipulus meus.

Capitulum. *Eccli. xv.*

**Q**UIBAVIT illum pane vitae et intellectus, et aqua sapientiae salutáris potávit illum Dñus Deus noster.

R. br. Constitues eos principes, Super omnem terram. Constitues. V. Mémores erunt nóm̄inis tui, Dómine. Super. Gloria Patri. Constitues.

V. Nimis honoráti sunt amici tui, Deus. R. Nimis confortátus est principátus eorum.

AD NONAM.

Antiphona. Ecce puer meus.

Capitulum. *Eccli. xv.*

**I**N médio Ecclesiae aperuit os ejus, et implevit illum Dóminus spiritu sapientiae et intellectus, et stolam glóriae induit eum.

R. br. Nimis honoráti sunt amici tui, Deus. Nimis. V. Nimis confortátus est principátus eorum. Amici. Gloria Patri. Nimis.

V. Annuntiavérunt ópera Dei. R. Et facta ejus intellexérunt.

AD VESPERAS.

Antiphona. Tecum principium, cum reliquis Antiph. et Psalmis de Nativitate. 250.

Capitulum. Qui timet. Hymnus. Exúltet, ut supra.

V. Valde honorándus est beátus Joánnes. R. Qui supra pectus Dómini in coena recúbuit.

Ad Magníf. Antiph. Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non móritur: et non dixit Jesus, Non móritur: sed: Sic eum volo manére, donec véniam.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Joánnis, Apóstoli tui et Evangelistae, illumináta doctrinis, ad dona pervéniat sempiterna. Per Dóminum.

Deinde pro Sanctis Innocentibus.

Antiphona. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. et sequuntur Agnum quocúmque ferit.

V. Heródes irátus occídit multos p̄teros. R. In Bethlehém Judae civitáte David.

Oratio.

**D**EUS, cujus hodierna die praecónium Innocentes mártires non loquendo, sed moriendo confessi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut



fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur.

Deinde fit commemoratio de Nativitate.

Añã. Hódie Christus natus est : hódie Salvátor apparuit : hódie in terra canunt Angeli, lætántur Archàngeli: hódie exúltant jústi, dicétes : Glória in excélsis Deo, allelúia.

V. Notum fecit Dóminus, allelúia. R. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

**Q**ONCEDE quæsumus, omnipotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet.

Pro S. Stéphano.

Añã. Sepeliérunt Stéphánus viri timoráti, et fecérunt planctum magnum super eum.

V. Stéphanus vidit coelos apértos. R. Vidit et introívit : beátus homo, cui coeli patébant.

Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dómine, imitári quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebrámus, qui novit etiam pro persecutóribus exoráre Dñum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit.

IN FESTO  
SS. INNOCENTIIUM.

Duplex.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Mártyrum Dóminum, Veníte adorémus. Ps. Veníte. 2.

Hymnus.

**A**UDIT tyránnus anxius

Adesse regum Príncipem,  
Qui nomen Israël regat,  
Teneátque David régiam.

Exclámat amens nuntio :  
Succéssor instat, péllimur :  
Satélles, i, ferrum rape :  
Perfúnde cunas sánguine.

Quid próficit tantum nefas ?

Quid crimen Herodē juvat ?  
Unus tot inter fúnera  
Impúne Christus tollitur.

esu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre, et almo Spíritu,  
In sempitérna saecula.

Amen.

Añã. Psalmi, et VV. Nocturnorum sumuntur de Comm. plurim. Mart. xlv. excepta secunda Añã tertii Nocturni, quæ dicitur ut infra suo loco. 270.

In primo Nocturno.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i. Cap. xxxi. c.



**A**ECC dicit Dñus :  
Vox in excélsis  
audita est lamentatiónis,  
luctus,  
et fletus Rachel plorántis

filios suos, et noléntis consolári super eis, quia non sunt. Haec dicit Dóminus: Quiescat vox tua a plorátu, et óculi tui a lácrymis: quia est merces óperi tuo, ait Dóminus: et reverténtur de terra inimíci. Et est spes novíssimis tuis, ait Dñus: et reverténtur filii ad términos suos.

R. Centum quadraginta quátuor millia, qui empti sunt de terra, hi sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti: \* Virgines enim permansérunt, ideo regnant cum Deo, et Agnus Dei cum illis. V. Isti sunt qui venérunt ex magna tribulatióne, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni. — Virgines.

Lectio ii.

**A**UDIENS audivi Ephraïm transmi-grántem: Castigásti me, et eruditus sum, quasi juvenículus indómitus: convérte me, et convérta: quia tu Dóminus Deus meus. Postquam enim convertísti me, egi poeniténtiam: et postquam ostendisti mihi, percússi femur meum. Confúsus sum, et erúbui, quóniam sustínui oppróbrium adolescéntiae meae. Si filius honorábilis mihi Ephraïm, si puer delicátus: quia ex quo locútus sum de eo, adhuc recordábor ejus.

R. Sub altáre Dei audivi voces occisórum dicéntium: \* Quare non deféndis sánguinem nostrum? et acceperunt divinum respónsum: Adhuc sustinéte módicum tempus, donec impleátur número fratrú vestrórum. V. Vidi sub altáre Dei ánimas interfecatórum propter verbum Dei, et propter testimónium quod habébant, et clamábant voce magna, dicéntes.—Quare.

Lectio iii.

**S**TATUE tibi spéculam, pone tibi amari-tú-dines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulásti: revértere, virgo Israël, revértere ad civitátes tuas istas. Usquequo deliciis dissólveris filia vaga? quia creávit Dñus novum super terram: Fémina circúmdabit virum. Haec dicit Dñus exercituum, Deus Israël: Adhuc dicent verbum istud in terra Juda, et in úrbibus ejus, cum convértero captivitátem eórum: Benedícat tibi Dñus, pulchritúdo justítiae, mons sanctus.

R. Adoravérunt vivéntem in saecula saeculórum, Mitténtes coronas suas ante thronum Dñi Dei sui. V. Et ceciderunt in conspéctu throni in facies suas: et benedixerunt vivéntem in saecula saeculórum.—Mitténtes. Glória. Mitténtes.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. x. de Sanctis.

Lectio iv.



**O** D I E, fratres charissimi, natalem illorum infantium colimus, quos ab Herode crudelissimo rege interfectos esse, Evangelii textus eloquitur. Et ideo cum summa exultatione gaudeat terra, coelestium militum, et tantarum parens foecunda virtutum. Ecce prolanus hostis nunquam beatis parvulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam, sicut sacratissimum praesentis diei festum manifestat, quantum in beatos parvulos iniquitas abundavit, tantum in eis gratia benedictionis refudit.

**R.** Effuderunt sanguinem sanctorum velut aquam in circuitu Jerusalem: Et non erat qui sepeliret. **V.** Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus coeli, carnes sanctorum tuorum bestiiis terrae.—Et non erat.

Lectio v.

**B**EATA es, o Bethlehem terra Juda, quae Herodis regis immanitatem in puerorum extinctione perpessa es: quae sub uno tempore candidatam ple-

bem imbellis infantiae Deo offerre meruisti. Digne tamen natalem illorum colimus, quos beatus aeternae vitae mundus edidit, quam quos maternorum viscerum partus effudit. Siquidem ante vitae perpetuae adepti sunt dignitatem, quam usuram praesentis acceperint.

**R.** Isti sunt sancti, qui passi sunt propter te, Domine: vindica eos, Quia clamant ad te quotidie. **V.** Vindica, Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.—Quia clamant.

Lectio vi.

**A**LIORUM quidem pretiosa mors Martyrum laudem in confessione promeruit: horum in consummatione complacuit. Quia incipientis vitae primordiis, ipse eis occasus initium gloriae dedit, qui praesentis terminum impo-  
suit. Quos Herodis impietas lactentes matrum uberribus abstraxit, qui jure dicuntur Martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos velut primas erumpentes Ecclesiae gemmas, quaedam persecutionis pruina decocxit.

**R.** Isti sunt, qui non inquinaverunt vestimenta sua: Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. **V.** Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati:

Virgines enim sunt.—Ambulábunt. Glória Patri. Ambulábunt.

In tertio Nocturno.

Añá. Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dñum est merces eorum.

Psalmus xxxii.



XULTATE justi in Dómino : \* rectos decet colaudatio.

Confitémini Dómino in cíthara : \* in psalterio decem chordarum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum : \* bene psállite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Dómini, \* et ómnia ópera ejus in fide.

Diligít misericórdiam et judicium : \* misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini coeli firmati sunt : \* et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris : \* ponens in thesauris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra : \* ab eo autem commoveántur omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt : \* ipse mandavit, et creata sunt.

Dóminus díssipat consilia géntium : \* réprobat autem cogitationes populorum, et réprobat consilia príncipum.

Consilium autem Dñi in aeternum manet : \* cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.

Beata gens, cujus est Dóminus, Deus ejus : \* populus, quem elégit in haereditatem sibi.

De coelo respéxit Dóminus : \* vidit omnes filios hóminum.

De praeparato habitaculo suo \* respéxit super omnes, qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eorum : \* qui intélligit ómnia ópera eorum.

Non salvátur rex per multam virtutem : \* et gigas non salvábitur in multitudíne virtutis suae.

Fallax equus ad salutem : \* in abundantia autem virtutis suae non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum : \* et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Ut éruat a morte ánimas eorum : \* et alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dñum : \* quóniam adjutor, et protéctor noster est.

Quia in eo laetábitur cor nostrum : \* et in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dñe, super nos : \* quemadmodum sperávimus in te.

Añá. Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dñum est merces eorum.

Añã. Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

Psalmus xxxiii.

**B**ENEDICAM Dñum in omni témpore : \* semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : \* áudiant mansuéti, et laeténtur.

Magnificáte Dóminum mecum : \* et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum, et exaudivit me : \* et ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, et illuminámini : \* et fácies vestrae non confundéntur.

Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudivit eum : \* et de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dñi in circúitu tíméntium eum, \* et erípiet eos.

Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dóminus : \* beátus vir, qui sperat in eo.

Tíméte Dóminum omnes sancti ejus : \* quóniam non est inópia tíméntibus eum.

Divites eguérunt et esuriérunt : inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte filii, audíte me : \* tímórem Dñi docébo vos.

Quis est homo qui vult

vítam : \* díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam a malo : \* et lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, et fac bonum : \* inquiré pacem, et perséquere eam.

Oculi Dómini super justos : \* et aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dñi super faciéntes mala : \* ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos : \* et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dñus iis, qui tribuláto sunt corde : \* et húmiles spíritu salvábit.

Multae tribulatiónes justórum : \* et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : \* unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima : \* et qui odérunt justum, delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : \* et non delínquent omnes qui sperant in eo.

Añã. Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

Añã. Ecce merces sanctorum copiósa est apud Deum : ipsi vero mórtui sunt pro Christo, et vivent in aetérnum.

Psalmus xlv.

**D**EUS noster refugium, et virtus : \* adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : \* et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatae sunt aquae eorum : \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificavit civitatem Dei : \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur : \* adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatae sunt Gentes, et inclinata sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram : \* auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet arma : \* et scuta comburet igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : \* exaltabor in Gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

**A**n̄a. Ecce merces sanctorum copiosa est apud Deum : ipsi vero mortui sunt pro Christo, et vivent in aeternum.

**V.** Justi autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dñum est merces eorum.

**Pater noster.** *Absol.* A vinculis. **V.** Jube, domne, benedicere. *Bened.* Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. ii. c.

**I**N illo tempore : Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Et reliqua. Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

*Lib. I. Comm. in cap. ii. Matth. et apud Gloss. ord.*



**Q**UANDO tulit puerum, et matrem ejus, ut in Aegyptum transiret, nocte tulit, et in tenebris : quia noctem ignorantiae his, a quibus ipse recessit, reliquit inerudilis. Quando vero revertitur in Judaeam, nec nox, nec tenebrae ponuntur in Evangelio : quia in fine mundi Judaei fidem, tamquam Christum ab Aegypto revertentem, suscipientes, illuminabuntur.

℞ Cantábant sancti canticum novum ante sedem Dei et Agni: Et resonábat terra in voces eórum. *V.* Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno, et in ore ipsórum non est inventum mendácium. — Et resonábat. *Bened.* Quórum festum cólimus.

## Lectio viii.

**U**T adimplerétur quod dictum est a Dño per Prophétam dicentem: Ex Ægypto vocávi Filium meum. Respóndeat, qui Hebraeórum volúminum dénégant veritátem, ubi hoc in Septuaginta legátur intérpretibus. Quod cum non invenerint, nos eis dicémus, in Osée prophéta scriptum, sicut et exemplária probáre possunt, quae nuper edidimus.

℞ Vidi sub altáre Dei ánimas interfectórum propter verbum Dei quod habébant, et clara voce dicébant: Vindica, Dómine, sánguinem sanctorum tuórum, qui effúsus est. *V.* Sub throno Dei omne sancti clamant.—Vindica Dómine.

Si hoc Festum venerit in Dominica, tunc in fine prædicti ℞. viii. additur Glória Patri. Vindica. Et post ix. Lectionem dicitur Te Deum laudámus. Aliis diebus, ut infra.

## Lectio ix.

**U**NC adimplétum est, quod dictum est per Jeremíam Prophétam dicentem: Vox in Rama audita est, plorátus et ululátus multus, Rachel plorans filios suos. De Rachel natus est Bénéjamin, in cuius tribu non est Bétlehem. Quaeritur ergo, quómodo Rachel filios Judae, id est Bétlehem, quasi suos ploret. Respondébimus breviter, quia sepulta sit juxta Bétlehem in Ephrata: et ex matérno corpúsculi hospítio matris nomen accéperit. Sive quóniam Juda et Bénéjamin duae tribus junctae erant: et Heródes præcéperat non solum in Bétlehem intérfici púeros, sed et in ómnibus finibus ejus.

℞ Isti, qui amícti sunt stolis albis, qui sunt, et unde venérunt? Et dixit mihi: Hi sunt, qui venérunt de tribulatióne magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in ságuine Agni. *V.* Vidi sub altáre Dei ánimas interfectórum propter verbum Dei, et propter testimónium quod habébant. — Hi sunt. Glória Patri. Hi sunt.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Heródes irátus occidit multos púeros in Bétlehem

Judae civitate David. Ps. Dóminus regnavit, cum reliquis. 19.

2. A bimátu\* et infra, occidit multos púeros Heródes propter Dóminum.

3. Angeli eórum\* semper vident faciém Patris.

4. Vox in Rama audíta est, plorátus et ululátus, Rachel plorans filios suos.

5. Subthrono Dei omnes sancti clamant: Vindica ságuinem nostrum, Deus noster.

Capitulum. Apoc. xiv.

**A**IDI supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Hymnus.

**S**ALVETE, flores Mátyrum,  
Quos lucis ipso in limine  
Christi insecurator sustulit,  
Ceu turbo nascentes rosas.  
Vos prima Christi víctima.

Grex immolatorum tener,  
Aram sub ipsam simplices  
Palma et coronis luditis.

Iesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna saccula.

Amen.

¶ Heródes irátus occidit multos púeros. R. In Béthlehem Judae civitate David.

Ad Benedíctus. Añá. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, et sequuntur Agnum, quocúmque ferit.

Oratio.

**D**EUS, cujus hodierna die praecónium Innocentes mátyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, étiam móribus vita fateatur. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio de Nativitate.

Añá. Glória in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntátis, allelúia, allelúia.

V. Notum fecit Dñus, allelúia. R. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

**C**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta sérvitus tenet.

Pro S. Stephano.

Añá. Stéphanus autem, plenus grátia et fortitudine, faciébat signa magna in pópulo.

V. Sepeliérunt Stéphanum viri timorati. R. Et fecérunt planctum magnum super eum.



## Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dómine, imitari quod cólimus, ut discámus et inimicos diligere: quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Pro S. Joanne.

Añã. Iste est Joáñnes, qui supra pectus Dñi in coena recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta coeléstia.

℣. Hic est discipulus ille, qui testimónium pérhibet de his. ℞. Et scimus quia verum est testimónium ejus.

## Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Joáñnis Apóstoli tui et Evangelistae, illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

## AD TERTIAM.

Añã. A bimátu.

Capit. Vidi supra. 273.

℞. br. Laetámmini in Dómino, \* Et exultáte justí. Laetámmini. ℣. Et gloriámmini omnes recti corde. Et exultáte. Glória Patri. Laetámmini.

℣. Exúltent justí in conspéctu Dei. ℞. Et delecténtur in laetítia.

## AD SEXTAM.

Añã. Angeli eórum.

Capitulum. Apoc. xiv.

**H**I sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquínati: Virgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum quocúmque ferit.

℞. br. Exúltent justí, In conspéctu Dei. Exúltent. ℣. Et delecténtur in laetítia. In conspéctu. Glória Patri. Exúltent.

℣. Justí autem in perpétuum vivent. ℞. Et apud Dñum est merces eórum.

## AD NONAM.

Añã. Sub throno Dei.

Capitulum. Apoc. xiv.

**H**I empti sunt ex homínibus primitiae Deo et Agno, et in ore eórum non est invéntum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℞. br. Justí autem, In perpétuum vivent. Justí. ℣. Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum. Glória Patri. Justí autem.

℣. Exultábunt sancti in glória. ℞. Laetabúntur in cubílibus suis.

## AD VESPERAS.

Añã. Tecum princípium, cum reliquis Añis et Psalmis de Nativitate. 250.

Capit. Vidi supra, et Hymnus. Salvéte. 273.

*V.* Sub throno Dei omnes Sancti clamant. *R.* Vindica sanguinem nostrum, Deus noster.

*Ad Magnificat, Antiphona.* Innocentes pro Christo infantes occisi sunt, ab iniquo rege lactentes interfecisti sunt : ipsum sequuntur Agnum sine macula, et dicunt semper : Gloria tibi, Domine.

*Oratio.*

**D**EUS, cujus hodierna die praeconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica : ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio S. Thomae Cantuariensis, nisi fuerit Sabbatum.

*Añã.* Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit : fundatus enim erat supra firmam petram.

*V.* Gloria et honore coronasti eum, Domine. *R.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Oratio.*

**D**EUS, pro cuius Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit : praesta quaesumus; ut omnes, qui ejus im-

plorant auxilium, petitionis suae salutarem consequantur effectum.

Et fit commemoratio de Nativitate.

*Añã.* Hodie Christus natus est: hodie Salvator apparuit : hodie in terra canunt Angeli, lactantur Archangeli : hodie exultant justi, dicentes : Gloria in excelsis Deo, alleluia.

*V.* Notum fecit Dominus, alleluia. *R.* Salutare suum alleluia.

*Oratio.*

**C**ONCEDE, quaesumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet.

*Pro S. Stephano.*

*Añã.* Sepelierunt Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.

*V.* Stephanus vidit coelos apertos. *R.* Vidit et introivit : beatus homo, cui coeli patebant.

*Oratio.*

**D**A nobis, quaesumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Pro S. Joanne.

Añã. Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur : et non dixit Jesus : Non moritur ; sed : Sic eum volo manere, donec veniam.

V. Valde honorandus est beatus Joannes. R. Qui supra pectus Dñi in coena recubuit.

Oratio

**E**CCLESIAM tuam, Dómine, benignus illústra : ut beati Joannis Apóstoli tui et Evangelistae illuminata doctrinis, ad dona perveniát sempiterna. Per Dóminum,

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistae, SS. Innocentium, et eorum dies Octavae, venerit in Dominica, ipso die nihil fit de Dominica, sed die proximo post Festum S. Thomae mart. fit de ea, ut infra 280.

Si Festum S. Thomae venerit in Dominica, transfertur in ii. Feriam, et in Sabbato post Orationem SS. Innocentium dicitur Añã, V. et Oratio Dominicae, quae paulo infra habetur. 281. deinde fit comm. Octavarum : et in secundis Vesperis Dominicae fit commemoratio S. Thomae et Octavarum.

In secundis Vesperis S. Thomae, Añã. et Psalmi

de Nativit. 250. quae duplicantur : Capitulum, et alia de S. Silvestro, cum comm. S. Thomae et Octavarum.

**IN FESTO S. THOMAE**  
Episcopi et Martyris.  
Semiduplex.

Omnia de Comm. unius Mart. xxvii. praeter sequent.

Oratio.

**D**EUS, pro cujus Ecclesia gloriosus Póntifex Thomas gládiis impiórum occubuit, praesta, quaesumus, ut omnes qui ejus implórant auxilium, petitiónis suae salutárem consequantur effectum. Per Dñum.

In primo Nocturno. Lectiões : A Miléto. xxx.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**THOMAS**, Londini in Anglia natus, Theobáldo successit Cantuariénsi Episcopo : et qui antea in administrádo Cancellariae múnere praecláre se gesserat, in Episcopáli officio fortis et invictus fuit. Cum enim Henricus Secundus Angliae rex, convocatis ad se Episcopis et Procéribus regni, leges ferret utilitati ac dignitati Ecclesiasticae repugnantes, ádeo constanter óbstittit régiae cupiditati, ut neque pollicitationibus, neque terróribus de sen-

téntia decédens, próxime conjiéendus in cárcerem clam recésserit. Inde propínqui ejus omnis aetátis ejécti, amici, fautores omnes, iis, quibus per aetátem licéret, jurejurádo adstríctis, univérsos Thomam aditúros, si fortásse miserábili suórum calamitátis aspéctu moverétur, qui a sancto propósito privátis incómmodis deterréri mínime potúisset. Non respéxit carnem aut sánguinem, neque ullus in eo humanitátis sensus pastorális officii constántiam labefactávit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: Et dedit illi claritátem aetérnam. V. Descendítque cum illo in fóveam: et in vínculis non derelíquit eum.—Et dedit.

Lectio v.

**A**ONTULIT igitur se ad Alexándrum tertium Pontíficem, a quo benígne accéptus est: et inde proféctus, mónachis Pontiniacénsis monastérii, Cisterciénsis Ordinis, ab eódem commendátus. Quod ut cognóvit Henrícus, missis ad convéntum Fratrum Cisterciénsium minácibus líteris, Thomam e Pontiníaco monastério exturbáre conátur. Quare vir sanctus, véritus ne sua causa mali

aliquid Cisterciénsis familia paterétur, sponte discéssit, et Ludovicum Gálliae regem ejus invitáto convénit: ubi támdiu fuit, quoad Pontífice Máximo, et ipso rege agéntibus, ab exílio, summa totíus regni gratulatióne revocátur. Qui, dum boni pastóris officium secúrus exéquitur, ecce, calumniatóres ad regem déferunt, eum multa contra regnum et públicam quiétem molíri, ut própterea saepius conquererétur rex, se in suo regno cum uno sacerdote pacem habére non posse.

R. Desidérium ánimae ejus tribuísti ei, Dómine, Et voluntáte labiórúm ejus non fraudásti eum. V. Quóniam praevenísti eum in benedictiúnibus dulcedínis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó.— Et voluntáte.

Lectio vi.

**A**X qua regis voce nefárii satélites sperántes gratum se regi factúros, si Thomam e médio tóllerent, clam conveniéntes Cantuáriam, Episcopum in templo vespertínis horis óperam dantem aggrediúntur. Qui cléricis templi áditus praeclúdere conántibus accúrrens, óstium apéruit, illis usus verbis ad suos: Non est Dei Ecclesiá custodiéndá more castrórum, et

ego pro Ecclesia Dei libenter mortem subibo. Tum ad milites: Vos Dei jussu cavete, ne cuiquam meorum noceatis. Deinde flexis genibus, Deo, beatae Mariae, sancto Dionysio et reliquis sanctis, ejus Ecclesiae Patronis, Ecclesiam et seipsum commendans, sacrum caput eadem constantia, qua iniquissimi regis legibus restiterat, impio ferro praecidendum obtulit, quarto Kalendas Januarii, anno Domini millesimo centesimo septuagesimo primo: cujus cerebro respersum est totius templi pavimentum. Quem multis postea illustrem miraculis idem Alexander Pontifex retulit in Sanctorum numerum.

℞. Stola jucunditatis induit eum Dominus: Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. √. Cibavit illum Dominus pane vitae et intellectus, et aqua sapientiae salutaris potavit illum. — Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. x. b.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus Pharisaeis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

*Homilia lix. in Joannem.*



**A**GNUM quidam, dilectissimi, magnam, inquam, est Ecclesiae praelatio, et quae multa indiget sapientia et fortitudine, qualem Christus proposuit: ut animam pro ovibus ponamus, et nunquam illas deseramus: ut lupo generose resistamus. Haec enim inter pastorem, et mercenarium est differentia. Alter propriae, contemptis ovibus: alter, sua contempta, ovium semper salutem invigilat. Pastoris ergo exemplo demonstrato, deceptores duos meminit; furem maculantem et rapientem oves; et mercenarium permittentem, neque defendentem commissas.

℞. Corona aurea super caput ejus, Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. √. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Expressa.

Lectio viii.

**Q**UOD superiori tempore Ezechiel his verbis insectatus est: Vae pastoribus Israel: nonne pascébant semetipsos? nonne greges pascuntur a pastoribus? Sed illi contrarium

faciebant, quod máximae malitiae genus est, et plurimorum causa malorum. Idcirco inquit: Neque quod abjectum erat, reducebant: neque quod perierat, quaerebant: neque confractum alligabant, neque infirmum consolidabant: quoniam se, non gregem pascabant. Idem et Paulus aliis verbis significat: Omnes quae sua sunt, quaerunt, non quae Jesu Christi.

℞ Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: Qui minas iudicium non timuit, nec terrēnae dignitatis gloriam quaesivit, sed ad coelestia regna pervenit. √ Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Qui minas. Glória Patri. Qui.

Lectio ix.

**U**ERUM ab utroque se dissidere ostendit Christus: ab illis quidem, qui in aliorum perniciem veniunt, cum dicat, se propterea venisse, ut vitam haberent, et abundantius haberent: ab his autem, qui oves a lupis rapi negligebant, dicendo se propter eas animam ponere, ne oves perirent. Nam cum Judaei ipsum interimere vellent, non propterea destitit a doctrina, neque credentes tradidit, sed perstitit, et pertulit

mortem: ideo frequenter inquit: Ego sum pastor bonus. Quae cum nullo niti testimonio viderentur, (quod enim poneret animam suam, non multo post re monstratum est: quod autem vitam haberent, et abundantius haberent, eventum erat in futuro saeculo) alterum ab altero confirmat.

Te Deum laudamus. 18.

Ad Bened. Añña. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

∇ Justus ut palma floreat. ℞ Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio.

**D**EUS, pro cuius Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit: praesta quaesumus; ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suae salutarem consequantur effectum. Per Dñum.

Et sunt commemorationes de Octavis, De Nativitate, Antiphona, Glória in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis, alleluia, alleluia.

∇ Notum fecit Dominus, alleluia. ℞ Salutare suum, alleluia.

Oratio.

**A**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem natiuitas

liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet.

*Pro S. Stephano, Añã.*  
Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, faciebat signa magna in pópulo.

*V.* Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. *R.* Et fecérunt planctum magnum super eum.

*Oratio.*

**D**A nobis, quaesumus Dñe, imitári quod cólimus, ut discámus et inimicos dilígere : quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dñum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

*Pro S. Joanne, Añã.* Iste est Joánnes, qui supra peccus Dñi in coena recúbuit : beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta coeléstia.

*V.* Hic est discípus ille, qui testimónium pèrhibet de his. *R.* Et scimus quia verum est testimónium ejus.

*Oratio.*

**E**CCELESIAM tuam, Dómine, benignus illústra : ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelistae illumináta doctóris, ad dona pervéniat sempitèrna.

*Pro SS. Innocéntibus, Añã.* Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti : Virgines enim sunt, et sequúntur Agnum quocúmque íerit.

*V.* Heródes irátus occidit multos púeros. *R.* In Bèthlehem Judae civitáte David.

*Oratio.*

**D**EUS, cujus hodièrna die praecónium Innocèntes mártires non loquendo, sed moriendo confèssi sunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica ; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dñum.

*Si Festum S. Thomae non venerit in Dominica, Officium Dom. fit die immediate sequenti Festum ipsius, nisi fuerit Sabbatum : quia tunc de Dominica fit tantum comm. in die S. Silvestri ; et in Sabbato fit Officium de Octava Nativitatis, ut inferius ponitur. 288.*

## DOMINICA

### INFRA OCT. NATIVITATIS.

*In secundis Vesperis S. Thomae, quando non venerit in Dominica, Añã Tecum princípium, cum reliquis Añis et Psalmis de Nativitate. 250.*

*Capitulum. Galat. iv.*



**R**ATRES : Quanto témpore haeres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : sed sub tutóribus et actóribus est usque ad praefinitum tempus a Patre.

Hymnus.

**J**ESU, Redemptor omnium,  
Quem lucis ante originem  
Parem paternae gloriae  
Pater supremus edidit.

In lumen, et splendor  
Patris,  
Tu spes perennis omnium,  
Intende quas fundunt preces

Tui per orbem servuli.  
Memento, rerum Conditor,

Nostrum quod olim corporis,  
Sacra ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sum-  
pseris.

Testatur hoc praesens  
dies,  
Currens per anni circulum,  
Quod solus e sinu Patris  
Mundi salus adveneris.

Hunc astra, tellus, aequora,  
Hunc omne, quod coelo  
subest,  
Salutis Auctorem novae  
Novo salutat cantico.

Et nos, beata quos sacri  
Rigavit unda sanguinis,  
Natalis ob diem tui  
Hymni tributum solvimus.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna saecula.

Amen.

V. Verbum caro factum  
est, alleluia. R. Et habitavit  
in nobis, alleluia.

Ad Magnif. Añ. Dum

medium silentium \* tenent  
omnia, et nox in suo  
cursu medium iter perageret,  
omnipotens sermo tuus,  
Domine, a regalibus sedibus  
venit, alleluia.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiternus  
Deus, dirige actus nostros  
in beneplacito tuo: ut in nomine  
dilecti Filii tui mereamur bonis  
operibus abundare: Qui tecum  
vivit.

Deinde fit commemoratio  
S. Thomae, Añ. Qui vult  
venire post me, abneget semetipsum,  
et tollat crucem suam,  
et sequatur me.

V. Justus ut palma flo-  
rebit. R. Sicut cedrus Libani  
multiplicabitur.

Oratio.

**D**EUS, pro cujus  
Ecclesia gloriosus Pontifex  
Thomas gladiis impiorum occubuit:  
praesta quaesumus; ut omnes,  
qui ejus implorant auxilium,  
petitionis suae salutarem  
consequantur effectum.

De Nativitate, Añ. Hodie  
Christus natus est. hodie  
Salvator apparuit: hodie  
in terra canunt Angeli,  
laetantur Archangeli: hodie  
exultant justi, dicentes  
Gloria in excelsis Deo,  
alleluia.

V. Notum fecit Dominus,  
alleluia. R. Salutare suum,  
alleluia.



Oratio.

**Q**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stephano, Aña.

Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, et fecérunt planctum magnum super eum.

Stéphanus vidit coelos apértos. *R.* Vidit et introivit : beátus homo, cui coeli patébant.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dñe, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos diligere : quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Pro S. Joanne, Aña.

Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non móritur : et non dixit Jesus, Non móritur : sed : Sic eum volo manére, donec véniam.

Valde honorándus est beátus Joánes. *R.* Qui supra pectus Dómini in coena recúbuit.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, Dómine, benignus illústra : ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístae illumináta doctórnis, ad dona pervéniat sempitérna.

Pro SS. Innocentibus.

Aña. Innocéntes pro Christo infántes occisi sunt, ab iníquo rege lacténtes interfécti sunt : ipsum sequúntur Agnum sine mácula, et dicunt semper : Glória tibi, Dómine.

Sub throno Dei omnes sancti clamant. *R.* Vindica sánguinem nostrum Deus noster.

Oratio.

**D**EUS, cujus hodiérna die praecónium Innocéntes mártýres non loquendo, sed moriendo confessi sunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica : ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, étiam móribus vita fateatur. Per Dóminum nostrum.

AD MATUTINUM.

Omnia die, sicut in die Nativ. 234. praeter Añas ad Benedictus et Magnif., Orationem, Lectionem, et *R.*

Hac nocte ponitur Epístola B. Pauli ad Romanos, et de ea, et aliis ejus Epístolis legitur usque ad Septuagesimam.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola B. Pauli Apóstoli ad Romanos

Lectio i. *Cap. i.*



**P**AULUS servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante

promiserat per Prophétas suos in Scriptúris sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex sémine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtúte secundum spíritum sanctificatiónis, ex resurrectione mortuórum Jesu Christi Dómini nostri: per quem accepimus grátiam, et Apostolátum ad obediéndum fidei in ómnibus Géntibus pro nómine ejus, in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi: ómnibus qui sunt Romae, diléctis Dei, vocátis sanctis. Grátia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Dómino Jesu Christo.

R. Hódie nobis de coelo pax vera descendit: Hódie per totum mundum melliflui facti sunt coeli. V. Hódie illúxit nobis dies redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis aeternae.—Hódie, per.

Lectio ii.

**P**RIMUM quidem grátias ago Deo meo per Jesum Christum pro ómnibus vobis: quia fides vestra annuntiátur in univérso mundo. Testis enim mihi est Deus, cui sérvio in spíritu meo in Evangélio Filii ejus, quod sine intermissione memóriam vestri fácio semper in orationibus meis: óbsecrans, si quo modo tandem aliquándo prospere-

rum iter hábeam in voluntate Dei veniéndi ad vos. Desídero enim vidére vos, ut aliquid impértiar vobis grátiae spirituális ad confirmándos vos: id est, simul consolári in vobis per eam, quae invicem est, fidem vestram, atque meam.

R. Quem vidistis pastores? dicite, annuntiáte nobis, in terris quis apparuit? Natum vidimus, et choros Angelórum collaudántes Dóminum. V. Dicite, quidnam vidistis? et annuntiáte Christi nativítatem.—Natum.

Lectio iii.

**N**OLO autem vos ignorare, fratres, quia saepe propósi venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc) ut alíquem fructum hábeam et in vobis, sicut et in caeteris Géntibus: Graecis, ac Bárbaris, sapiéntibus, et insipientibus débitor sum: ita (quod in me) promptum est et vobis, qui Romae estis, evangélizare. Non enim erubescó Evangélium. Virtus enim Dei est in salutem omni credénti, Judaeo primum et Graeco. Justitia enim Dei in eo revelátur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit. Revelátur enim ira Dei de coelo super omnem impietatem et injustítiam hómi-

num eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent : quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit.

R. O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, jacentem in praesepio ! Beata Virgo, cujus viscera meruerunt portare Dominum Christum. V. Ave Maria, gratia plena : Dominus tecum. — Beata. Gloria Patri. Beata.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Sermo S. Leonis Papae.  
*Serm. ix. de Nativ. Dom.*



XCEDIT quidem, dilectissimi, multumque supereminet humani eloquii facultatem divini operis magnitudo : et inde oritur difficultas fandi, unde adest ratio non tacendi. Quia in Christo Jesu Filio Dei non solum ad divinam essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam quod dictum est per Prophetam : Generationem ejus quis enarrabit ? Utramque enim substantiam in unam convenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat. Et ideo nunquam materia deficit laudis, quia nunquam sufficit copia laudatoris.

R. Beata Dei Genitrix Maria, cujus viscera intacta permanent : Hodie genuit Salvatorem saeculi. V. Beata quae credidit : quoniam perfecta sunt omnia, quae dicta sunt ei a Domino. — Hodie.

Lectio v.

GAUDEAMUS igitur, quod ad eloquendum tantae misericordiae sacramentum impares sumus : et cum salutis nostrae altitudinem promerere non valeamus, sentiamus nobis bonum esse, quod vincimur. Nemo enim ad cognitionem veritatis magis propinquat, quam qui intelligit, in rebus divinis, etiam si multum proficiat, semper sibi superesse quod quaerat. Nam qui se ad id, in quod tendit pervenisse praesumit, non quaesita reperit, sed in inquisitione deficit.

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus offeram, nescio : Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. V. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem.

Lectio vi.

DE autem infirmitatis nostrae perturbemur angustiis, evangelicae nos et propheticae adjuvant

voces: quibus ita accendimur, et docemur, ut nos nativitatem Domini, qua Verbum caro factum est, non tam praeteritam recollere, quam praesentem videamur inspicere. Quod enim pastoribus pro gregum suorum custodia vigilantibus nuntiavit Angelus, etiam nostrum implevit auditum: et ideo Dominicis omnibus praesumus, quia verba divinitus edita cordis aure servamus: tamquam et in hodierna festivitate dicatur: Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

*R.* Beata viscera Mariae virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium; et beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum: Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. *V.* Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentes, et adorare Dominum. — Qui hodie. Gloria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. ii. c.*

**I**N illo tempore: Erat Joseph, et Maria mater Jesu, mirantes super his, quae dicebantur de illo. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

*Lib. 2. in cap. ii. Lucae,  
prope finem.*



**I**DES uberem in omnes gratiam, Domini generatione diffusam, et prophetiam incredulis negatam esse, non justis. Ecce et Simeon propheta, in ruinam et resurrectionem plurimorum venisse Dominum Jesum Christum, ut justorum, iniquorumque merita discernat: et pro nostrorum qualitate factorum, iudex verus et justus aut supplicia decernat, aut praemia.

*R.* Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. *V.* Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. — Et vidimus.

Lectio viii.

**E**T tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nec littera, nec historia docet, ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio transverberatur. Et ideo prudentiam Mariae haud ignaram mysterii coelestis ostendit. Vivum enim verbum Dei, et validum, et acutius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad

divisionem animae et spiritus, artuum quoque et medullarum, cogitationes cordis, et secreta scrutatur animorum : quia nuda et aperta sunt omnia Dei Filio, quem conscientiae secreta non fallunt.

¶ O Regem coeli, cui talia famulantur obséquia : stábulo pónitur, qui contémundum : \* Jacet in praesépio, et in coelis regnat. ¶ Natus est nobis hódie Salvátor, qui est Christus Dñus, in civitate David.— Jacet. Glória Patri. Jacet.

LECTIO IX.

**P**ROPHETAVIT itaque Simeon, prophetáverat virgo, prophetáverat copuláta conjúgio; prophetáre débuit étiam vidua, ne qua aut professio deésset, aut sexus. Et ideo Anna et stipendiis viduitátis, et móribus talis indúctur, ut digna planè fuisse credátur, quae Redemptórem ómnium venisse nuntiáret. Cujus mérita cum álibi descripsérimus, cum víduas hortarémur, hoc loco, quóniam ad ália properámus, non putámus iteránda.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Quem vidistis, pastóres, \* dicite, annuntiáte nobis, in terris quis apparuit ?

Natum vidimus, et choro Angelórum collaudántes Dóminum, allelúia, allelúia. Ps. Dóminus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Génuit puérpera \* Regem, cui nomen actérnum, et gáudia matris habens cum virginitátis honóre : nec primam símilem visa est, nec habére sequéntem, allelúia.

3. Angelus ad pastóres \* ait : Annúntio vobis gáudium magnum : quia natus est vobis hódie Salvátor mundi, allelúia.

4. Facta est cum Angelo multitúdo coeléstis exercitus laudántium Deum, et dicéntium : Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonae voluntátis, allelúia.

5. Párvulus filius \* hódie natus est nobis, et vocábitur Deus, fortis, allelúia, allelúia.

Capitulum. *Galat. iv.*

**F**RATRES : Quanto tempore haeres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : sed sub tutóribus et actóribus est usque ad praefínitum tempus a patre.

Hymnus. A solis ortus cárdine. 248.

¶ Verbum caro factum est, allelúia. ¶ Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Bened. Añã. Dum médium siléntium \* tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter perágeret, omnipotens sermo tuus, Dómine, a regálibus sédibus venit, allelúia.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine cūlécti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit comm. de Oct. Nativitatis, et aliis Octavis, ut supra. 279.

AD PRIMAM.

Añã. Quem vidístis.

Capit. Regi saeculorum, ut supra. 29.

R. br. Christe Fili Dei vivi, \* Miserére nobis. V. Qui natus es de María virgine.

Ad Absolutionem Capituli dicitur Capit. Nonae, ut infra.

AD TERTIAM.

Añã. Génuit puérpera.

Capit. Fratres: Quanto tempore, ut supra.

R. br. Verbum caro factum est. \* Allelúia, allelúia. Verbum. V. Et habitávit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória. Verbum.

V. Ipse invocábit me, allelúia. R. Pater meus es tu, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona. Angelus ad pastóres.

Capitulum. Galat. iv.

**A**T ubi venit plenitúdo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

R. br. Notum fecit Dóminus, \* Allelúia, allelúia. Notum. V. Salutáre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.

V. Vidérunt omnes fines terrae, allelúia. R. Salutáre Dei nostri, allelúia.

AD NONAM.

Añã. Párvulus filius.

Capitulum. Galat. iv.

**I**TAQUE jam non est servus, sed filius: quod si filius, et haeres per Deum.

R. br. Vidérunt omnes fines terrae, Allelúia, allelúia. Vidérunt. V. Salutáre Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt.

V. Verbum caro factum est, allelúia. R. Et habitávit in nobis, allelúia.

In ii. Vesperis, Antiphonae, Psalmi, Capitulum et Hymnus, ut supra in i. Vesperis. 280.

V. Verbum caro factum est, allelúia. R. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Magnif. Aña. Puer Jesus ꝑ proficiébat aetate et sapiéntia coram Deo et homínibus.

Oratio. Omnipótens, ut supra. Deinde sunt commemor. de Octavis. 281.

Si dies post Festum S. Thomae fuerit Sabbatum, Officium fit de Octava Nativitatis, hoc modo: In secundis Vesperis S. Thomae omnia dicuntur sicut in secundis Vesperis, diei Nativitatis, 280. (sed non duplicantur Añae.) et post Orationem Nativitatis fit commemoratio S. Thomae. 281; deinde S. Stephani, et aliarum Octavarum, ut supra, post Orationem Dominicae. 282.

#### AD MATUTINUM.

Omnia dicuntur sicut in die Nativitatis, praeter Lectiones primi et secundi Nocturni, et Responsoria, quae dicuntur ut supra in Dominica. 282. et Lectiones tertii Nocturni, quae dicuntur ut infra.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. *Cap. ii. 6.*

**I**N illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

*Lib. 2. in cap. ii. Lucae, circa medium.*



**I**DES festinare pastores. Nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides pastores Angelo credidisse: et tu Patri, Filio, Spiritui sancto, Angelis, Prophetis, et Apostolis credere non vis? Vide, quam signanter Scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinant, inquit, Verbum videre. Etenim cum caro Domini videtur, Verbum videtur, quod est Filius.

**R.** Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. **V.** Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. — Et vidimus.

#### Lectio viii.

**N**ON mediocre fidei tibi hoc videatur exemplum, quod vilis sit persona pastorum. Certe quo vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisivit, quae phalarae audita, et fucare nesciret. Simplicitas enim quaeritur, non ambitio desideratur.

R. O Regem coeli, cui talia famulantur obséquia : stábulo pónitur, qui contémnet mundum : Jacet in praesépio, et in coelis regnat. Natus est nobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitáte David.—Jacet. Glória Patri. Jacet.

Lectio ix.

**N**EC contemnenda putas quasi vilia verba pastórum. A pastóribus enim María fidem cólligit : a pastóribus pópulus ad Dei reveréntiam congregátur. Miráti étiam sunt omnes qui audierunt, de iis quae dicebantur a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba haec, cónferens in corde suo. Discámus sanctae Virginis in ómnibus castitátem, quae non minus ore pudica, quam córpore arguménta fidei conferébat in corde.

Te Deum laudámus. 18.

#### AD LAUDES.

Omnia dicuntur sicut in Nativitate. 248.

Et post Orationem fit commemoratio de S. Stephano, et reliquis, Oétavis ut supra. 280.

Ad Horas omnia dicuntur sicut in Nativ. Dñi. 249.

#### AD VESPERAS.

Añs. Tecum princípium, cum reliquis Añis et Psal-

mis de Nativitate. 250. et Añae duplicantur ; Capit. et reliqua de S. Silvestro.

Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, agitur de Festo cum comm. Dominicae in primis Vesperis et Laudibus ante comm. omnium Oétavarum ; et ix. Lectio erit de Homilia Dominicae.

### IN FESTO

#### SANCTI SILVESTRI,

Papae et Confess. Duplex.

A Capitulo omnia de Communi Confess. Pontif. infra. lxi.

Oratio.

**D**A quaesumus, omnipotens Deus : ut beáti Silvéstri, Confessoris tui atque Pontíficis, veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Deinde fit commem. de Oétavis, ut supra. 281.

#### AD MATUTINUM.

Omnia de Communi Confessoris pontíficis ut infra. lxii, praeter Lectiones et Orationem.

In primo Nocturno.

De Epístola ad Romános.

Lectio i. Cap. ii.



**P**ROPTER quod inexcusábilis es, o homo omnis, qui júdicas. In quo enim júdicas álterum



teipsum condémmas: éadem enim agis quae júdicas. Scimus enim quóniam júdicium Dei est secúndum veritátem in eos, qui tália agunt. Existimas autem hoc, o homo, qui júdicas eos qui tália agunt, et fœcis ea, quia tu effúgies júdicium Dei? An divitias bonitátis ejus, et patiéntiae, et longanimitátis contémnis? Ignóras quóniam benignitas Dei ad poeniténtiam te addúcit?

R. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam: \* Intra in gáudium Dómini tui. V. Dñe, quinque talénta tradidisti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum.— Intra.

## Lectio ii.

**S**ECUNDUM autem duritiam tuam, et impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae, et revelatiónis justí júdicii Dei, qui reddet unicuíque secúndum ópera ejus: iis quidem, qui secúndum patiéntiam boni óperis, glóriam, et honórem, et incorruptiόνem quaerunt, vitam aetérnam: iis autem, qui sunt ex contentiόνem, et qui non acquiescunt veritáti, credunt autem iniquitáti, ira et indignatio.

R. Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis

plácuit Deo: \* Ideo jurejurádo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. V. Benedictiόνem ómnium Géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus.— Ideo jurejurádo.

## Lectio iii.

**T**RIBULATIO et angústia in omnem ánimam hóminis operántis malum, Judaei primum, et Graeci: glória autem, et honor, et pax omni operánti bonum. Judaeo primum et Graeco: non enim est accéptio personárum apud Deum. Quicúmque enim sine lege peccavérunt, sine lege peribunt: et quicúmque in lege peccavérunt, per legem judicabúntur. Non enim auditóres legis justí sunt apud Deum, sed factóres legis justificabúntur.


R. Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: \* Tu es sacerdos in aetérnum secúndum órđinem Melchisedech. V. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis.—Tu es. Glória Patri. Tu es.

In secundo Nocturno.


## Lectio iv.



**S**ILVESTER Romanus, patre Rufino, a prima aetate operam dedit Cyrino Presbytero: cujus doctrinam et mores egrégie



E mendationes quarundam *Lectio*rum  
historicarum *In Breviario romano ex decreto*  
sacrae Rituum Congregationis sub die 2 Julii 1883 a  
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII.  
die 5 et 8 dicti mensis adprobato perficienda.



Die xxvi. Decembris. *In F*esto S.  
Silvestri, *P*apae et *C*onf.

Lectio iv.

**S**ILVESTER Romānus, patrē Rufino, a primae aetate operam dedit Cyri- no Presbytero, cujus do- ctrinam et mores egregie imitatus est. Hic, saeviente persecutiōne, in Soracte monte latitaverat, et trigésimum annum agens Presbyter Sanctae Romānae Ecclesiae a Marcellino Pontifice creatur. Quo in mūnere cum omni laude clericis aliis antecelleret, in Melchiadis postea lo- cum successit, Imperatore Constantino, qui antea pacem Ecclesiae Christi lege publica dederat. Vix Ecclesiae gubernacula tractanda suscepit, Constantinum, jam Crucis signo caelitus illustratum et de hoste Maxentio victorem, ad tuendam propa- gandamque christianam Religionem impense fovit.

HIEMALIS.

Quem etiam, uti vetus Ec- clesiae Romānae refert tra- ditio, Apostolorum imā- gines recognoscere fecit, sacro baptismate tinxit, et ab infidelitatis lepra mundavit.

Lectio v.

**I**TAQUE, auctore Silv- stro, pius Imperator quam christifidelibus pu- blice templa extruendi tri- buerat facultatem, eam exemplo suo confirmavit; multas enim erexit Basili- cas, scilicet Lateranensem Christo Servatori, Vaticana- nam Sancto Petro, Ostiensem Sancto Paulo, Sancto Laurentio in Agro Verano, Sanctae Crucis in Atrio Sessoriano, Sancto Petro et Marcellino ac Sanctae Agneti in viis La- vicana et Nomentana, et alias, quas sacris imā- nibus splendide exornavit, et, muneribus praediisque

\*

attribútis, magnificentissime locupletávit. Hoc Pontífice hábitum est Concílium: Nicænum primum, ubi præsidéntibus ejus Legátis, præsenteque Constantino, et trecéntis decem et octo Episcopis, sancta et Cathólica fides explicáta est, Ario ejusque sectatóribus condemnátis; quod étiam Concílium, peténtibus Pátribus, confirmávit in Synodo Romæ hábita, ubi iterum Arius condemnátus est. Multa ítem decreta fecit Ecclésiæ Dei útilia, quæ sub ejus nómine recenséntur; ídest, ut a solo Episcopo chrisma conficerétur: ut Præbyter chrismate baptizáti summum leniret vérticem; ut Diáconi dalmáticis in Ecclésiá, et palla linóstima ad lævam uteréntur; ut in lineo tantum velo sacrificium altáris conficerétur.

## Lectio vj.

**I**DEM præscripsisse tráditur tempus ómnibus, qui ordínibus initiáti essent, exercéndi singulos ordines in Ecclésiá, ántequam quisque ad altiorem

gradum ascénderet; ut láicus clérico non inféret crimen; ne cléricus apud profánum júdicem causam diceret. Sábbati et Dominici diéi nómine reténto, réliquos hebdómadae dies feriárum nómine distinctos, ut jam nunc in Ecclésiá vocári cœperant, appellári voluit, quo significarétur, quotidie cléricos, abjecta ceterárum rerum cura, uni Deo prorsus vacáre debére. Huic cœlesti prudéntiæ, qua Ecclésiám administrábat, insignis vitæ sanctitas, et benignitas in páuperes perpétuo respóndit. Quo in génere provídít, ut cléricis copiósus egéntes conjúngeret, et sacris virgí nibus quæ ad victum necessária essent, suppeditaréntur. Vixit in Pontificátu annos viginti unum, menses decem, diem unum. Sepúltus est in cœmetério Priscillæ via Salária. Fecit Ordinatiónes septem mense Decémbri, quibus creávit Præbyteros quadraginta duos, Diáconos viginti quinque, Episcopos per diversa loca sexáginta quinque.

imitatus, trigésimum annum agens, Præbyter sanctæ Romænæ Ecclesiæ a Marcellino Pontifice creatur. Quo in mûnere cum omni laude cléricis aliis antecelleret, in Melchiadis postea locum successit, Imperatore Constantino. Cui Imperatori, cum lepræ curandæ causa, sibi ex infântium sanguine, medicorum consilio, bânneum parari jussisset, sancti Apóstoli Petrus et Paulus in quiete apparuerunt, præcipientes ei, ut si ex lepra liberari vellet, ommissa impii bânnei immanitate, Silvéstrum in Soracte monte latitantem accerseret: a quo salutari lavacro recreatus, in omni ditione Romani Impérii templa Christiano more aedificari imperaret: sublatisque inanum deorum simulacris, vero Deo cultum adhiberet. Constantinus igitur, coeléstibus mónitis obtémperans, Silvéstrum diligentissime acquisitum vocat: a quo, Apostolorum imagines recognoscens, baptismo sanatur, et ad tuendam propagandamque Christi religionem inflammatur.

℞. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei.—Manus.

## Lectio v.

**I**TAQUE auctore Basilicæ aedificavit, quas sacris imaginibus, donisque ac munéribus magnificentissimis exornavit: facultate etiam data Christianis, quod antea negatum erat, publice templa extruendi. Hoc Pontifice, habita sunt duo Concilia: Nicaenum, ubi praesidentibus ejus Legatis, praesenteque Constantino et trecéntis decem et octo Episcopis, sancta et Catholica Fides explicata est, Ario ejusque sectatoribus condemnatis; quam etiam Synodum confirmavit, petentibus Concilii Patribus universis: et Romanum, in quo interfuere ducéti octoginta quatuor Episcopi, ubi iterum Arius condemnatus est.

℞. Pôsui adjutorium super poténtem, et exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.—Manus.

## Lectio vi.

**Q**UANTA item decreta fecit Ecclesiæ Dei utilia: in his, Ut a solo Episcopo Chrisma conficeretur: Ut Præbyter chrismate baptizati summum liniret verticem: Ut Diaconi dalmaticis in Ecclesiâ, et palla

linóstima ad laevam uterén-  
tur : Ut in líneo tantum velo  
Sacrificium altáris confice-  
rétur. Praescrípsit tempus  
ómnibus, qui Ordinibus ini-  
tiáti essent, exercéndi sín-  
gulos Ordines in Ecclesia,  
ántequam quisque ad altió-  
rem gradum ascénderet :  
Ut láicus clérico non infér-  
ret erimen; Ne clérico apud  
profánum júdicem causam  
diceret. Sábbati, et Domi-  
nici diéi nómine reténto,  
réliquos hebdómadae dies  
Feriárum nómine distin-  
ctos, ut jam ante in Ecclesia  
vócári coeperant, appellári  
vóluit: quo significarétur,  
quotidie cléricos, abjécta  
caeterárum rerum cura, uni  
Deo prorsus vacáre debére.  
Huic coeléstí prudéntiae,  
qua Ecclesiam administrá-  
bat, insignis vitae sánctitas,  
et benignitas in páuperes  
perpétuo respóndit. Quo in  
géneré providit, ut cléricis  
copiósís egéntes conjúnge-  
ret : et sacris virginibus,  
quae ad victum necessária  
essent, suppeditaréntur.  
Vixit in Pontificátu annos vi-  
ginti unum, menses decem,  
diem unum. Sepúltus est  
in coemetério Priscillae, via  
Salária. Fecit Ordinatiónes  
septem mense Decémbri,  
quibus creávit Presbyteros  
quadraginta duos, Diáco-  
nos viginti quinque, Epi-  
scopos per diversa loca sexa-  
ginta quinque,

✠. Iste est qui ante Deum  
magnas virtútes operátus  
est, et omnis terra doctri-  
na ejus repléta est : Ipse  
intercédat pro peccátis óm-  
nium populórum. Iste est  
qui contémpsit vitam mun-  
di, et pervénit ad coeléstia  
regna.—Ipse, Glória. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xii. c.

**I**N illo témpore : Dixit  
Jesus discipulis suis :  
Sint lumbi vestri praecincti,  
et lucérnae ardéntes in má-  
nibus vestris. Et reliqua.  
Homilia S. Gregórii Papae.

Homil. xiii. in Evang.



ANCTI Evange-  
lii, fratres charis-  
simi, apérta vobis  
est lectio recitata.

Seu ne aliquibus ipsa ejus  
planities alta fortásse vi-  
deátur, eam sub brevitate  
transcúrrimus, quátenus  
ejus expositio ita nesciénti-  
bus fiat cónnita, ut tamen  
sciéntibus non sit onerósa.  
Dóminus dicit : Sint lumbi  
vestri praecincti. Lumbos  
enim praecingimus, cum  
carnis luxúriam per conti-  
néntiam coarctámus. Sed  
quia minus est mala non  
ágere, nisi étiam quisque  
stúdeat et bonis opéribus  
insudáre, prótinus ádditur:  
Et lucérnae ardéntes in  
mánibus vestris. Lucernas

quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est.

*R.* Amavit eum Dominus et ornavit eum: stolam glorie induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. *V.* Induit eum Dominus lorica fidei, et ornavit eum.—Et ad.

*Lectio viii.*

**D**UO autem sunt quae jubentur, et lumbos restringere, et lucernas tenere: ut et munditia sit castitatis in corpore, et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si aut is, qui bona agit, adhuc luxuriae inquinamenta non deserit: aut is, qui castitate praeminet, necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed et si utrumque agitur, restat, ut quisque ille est, spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitis pro mundi hujus honestate contineat.

*R.* Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes

in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis.

*V.* Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.—Et vos. Gloria Patri. Et vos.

*Lectio ix.*

**E**T vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit quippe Dominus cum ad judicium properat: pulsat vero, cum jam per aegritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat: et videre eum, quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia laetus iudicem sustinet. Et cum tempus propinque mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.

*Te Deum laudamus. 18.*

Reliqua omnia usque ad Vesperas sumuntur de Communi Confessoris Pont. lxxi.

Et in fine Land. fit commemoratio de Octavis.

IN CIRCUMCISIONE  
DOMINI ET OCT. NATIVIT.

Duplex.

AD VESPERAS.

Añã. O admirabile com-  
mèrcium! cum reliquis de  
Laud. 304. Psalmus Dixit  
Dóminus, cum reliquis ut  
in festis B. M. V. clviii.

Capitulum. Tit. ii. c.



PPARUIT grátia  
Dei Salvatóris  
nostri ómnibus  
homínibus, eru-  
diens nos, ut abnegátes  
impietátem, et saeculária  
desidéria, sóbrie, et juste, et  
pie vivámus in hoc saeculo.

Hymnus.

JESU, Redemptor  
ómnium,  
Quem lucis ante originem  
Parem patérnae glóriæ  
Pater suprémus édedit.

Tu lumen, et splendor  
Patris,

Tu spes perénnis ómnium,  
Inténde quas fundunt pre-  
ces

Tui per orbem sérvuli.

Meménto, rerum Cón-  
ditor,

Nostri quod olim córporis,  
Sacráta ab alvo Vírginis  
Nascéndo, formam súm-  
peris.

Testátur hoc praesens  
dies

Currens per anni circulum,  
Quod solus e sinu Patris  
Mundi salus advéneris.

Hunc astra, tellus, ae-  
quora,

Hunc omne, quod coelo  
subest,

Salútis Auctórem novae  
Novo salútat cántico.

Et nos, beáta quos sacri  
Rigávit unda sanguínis,  
Natális ob diem tui  
Hyrrni tribútum sólvimus.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre, et almo Spíritu,  
In sempitérna saecula.

Amen.

V. Verbum caro factum  
est, allelúia. R. Et habitá-  
vit in nobis, allelúia.

Ad Magnificat, Antipho-  
na. Propter nímiã chari-  
tátem suam, qua diléxit nos  
Deus, Fílium suum misit in  
similitúdinem carnis pec-  
cáti, allelúia.

Oratio.

DEUS, qui salútis  
actérnae, beátae Ma-  
ríaë virginitáte foecúnda,  
humáno géneri praemia  
praestitísti; tríbue, quaesu-  
mus: ut ipsam pro nobis  
intercédere sentiámus, per  
quam merúimus Auctórem  
vitæ suscipere, Dóminum  
nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum: Qui tecum  
vivit et regnat.

Et non fit aliqua comme-  
moratio.

AD MATUTINUM.

Invitorium. Christus  
natus est nobis: Veníte

adorémus, Psalmus, Veníte. 2.

Hymnus. Jesu, Redemptor. ut supra. 294.

In primo Nocturno.

Añã. Dóminus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hódie génui te.

Psalmus ii.



UARE fremuerunt Gentes, \* et pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terrae, et príncipes convenérunt in unum \* advérsus Dóminum et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in coelis, irridébit eos : \* et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútu sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* praedicans praecéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : \* Filius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes haereditátē tuam, \* et possessionem tuam términos terrae.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam vas figuli confringens eos,

Et nunc reges intelligite : \* erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre \* et exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam nequándo irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.

Cum exáserit in brevi ira ejus, \* beáti omnes, qui confidunt in eo.

Añã. Dóminus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hódie génui te.

Antiphona. In sole pósuit tabernáculum suum : et ipse tamquam sponsus procedens de thálamó suo.

Psalmus xviii.

COELI enarrant glóriam Dei, \* et ópera mánuum ejus annúnciat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquélae, neque sermónes, \* quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : \* et in fines orbis terrae verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : \* et ipse tamquam sponsus procedens de thálamó suo :

Exultávit ut gígas ad curréndam viam, \* a summo coelo egréssio ejus :



Et occúrsum ejus usque ad summum ejus : \* nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dómini immaculáta convertens ánimas : \* testimónium Dñi fidéle, sapiéntiam praestans párvulis.

Justítiae Dómini rectae, laetificántes corda : \* praecéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in saeculum saeculi : \* júdicia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósum multum : \* et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, \* in custodiéndis illis retribúto multa.

Deficta quis intélligit ? ab occúltis meis munda me : \* et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti tunc immaculátus ero : \* et emundábor a defictó máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : \* et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, \* et rédemptor meus.

Antiphona. In sole pósuit tabernáculum suum : et ipse tamquam sponsus procedens de thámo suo.

Añ. Elevámini portae aeternáles, et introibit Rex glóriae.

Psalmus xxiii.

**D**OMINI est terra, et plenitúdo ejus : \* orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* et super flúmina praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus, et mundo corde, \* qui non acépit in vano ániam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino : \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generátio quaeréntium eum, \* quaeréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit Rex glóriae.

Quis est iste Rex glóriae ? \* Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit Rex glóriae.

Quis est iste Rex glóriae ? \* Dóminus virtútum ipse est Rex glóriae.

Añ. Elevámini portae aeternáles, et introibit Rex glóriae.

V. Tamquam sponsus. R. Dóminus procedens de thámo suo.

De Epístola beáti Pauli  
Apóstoli ad Romános.

Lectio i. Cap. iii. et iv.



**U**ID ergo ámplius Judæo est? aut quae utilitas circumcisiónis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia crédita sunt illis elóquia Dei. Quid enim si quidam illórum non credidérunt? Numquid incredúlitas illórum fidem Dei evacuábit? Absit. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut justificéris in sermónibus tuis: et vincas cum iudicáris. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei comméndat, quid dicémus? Numquid iníquus est Deus, qui infert iram? (secúndum hóminem dico.) Absit. Alióquin quómodo iudicábit Deus hunc mundum?

**R.** Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi: ecce de quo dicebam vobis: Qui post me venit, ante me factus est: Cujus non sum dignus corrigiam calceaménti sólvere. **V.** Qui de terra est, de terra loquitur: qui de coelo venit, super omnes est.— Cujus.

Lectio ii.

**A**N Judæórum Deus tantum? nonne et Géntium? Immo et Géntium. Quóniam quidem unus

est Deus, qui justificat circumcisiónem ex fide, et praeputium per fidem. Legem ergo destrúimus per fidem? Absit: sed legem statuimus. Quid ergo dicémus invenisse Abraham patrem nostrum secúndum carnem? Si enim Abraham ex opéribus justificátus est, habet glóriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit Scriptúra? Crédidit Abraham Deo: et reputátum est illi ad justitiam. Ei autem, qui operátur, merces non impútatur secúndum grátiam, sed secúndum débitum. Ei vero qui non operátur, credénti autem in eum, qui justificat impium, reputátur fides ejus ad justitiam secúndum propositum grátiae Dei. Sicut et David dicit beatitúdinem hóminis, cui Deus accepto fert justitiam sine opéribus: Beáti, quorum remissae sunt iniquitátes et quorum, tecta sunt peccáta.

**R.** Dies sanctificátus illúxit nobis: venite Gentes, et adoráte Dóminum: Quia hódie descéndit lux magna in terris. **V.** Haec dies quam fecit Dóminus, exultémus et laetémur in ea.— Quia.

Lectio iii.

**B**EATITUDO ergo haec in circumcisióne tantum manet, an étiam in praeputio? Dicimus enim

quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcisióne, an in præputio? Non in circumcisióne, sed in præputio. Et signum accepit circumcisiónis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio: ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam: et sit pater circumcisiónis, non iis tantum qui sunt ex circumcisióne, sed et iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

R̄. Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Domini, et illuxit nobis: Allelúia, allelúia. V̄. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus et lætemur in ea.— Allelúia, Glória Patri, Allelúia.

In secundo Nocturno.

Añs. Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.

Psalmus xiv.



RUCTAVIT cor meum verbum bonum: \* dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ \* velociter scribentis.

Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: \* propterea benedixit te Deus in ætænum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* potentissime.

Spécie tua et pulchritudine tua \* inténde, prospere procéde, et regna.

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent: \* in corda inimicorum regis.

Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: \* virga directiõnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ prae consortibus tuis.

Myrrha et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus ebúrnis: \* ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: \* circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: \* et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: \* quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiae Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiarum Regis ab intus, \* in simbris

áureis circumamicta varietatibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : \* próximae ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in laetitia et exultatione : \* adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : \* constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in omni generatióne et generatióne.

Propterea pópuli confitebúntur tibi in aetérnum : \* et in sacculum saeculi.

Antiphona. Speciósus forma prae filiis hóminum, diffusa est grátia in lábiis tuis.

Añã. Homo natus est in ea, et ipse fundávit eam Altíssimus.

Psalmus lxxxvi.

**F**UNDAMENTA ejus in móntibus sanctis : \* diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósã dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babilónis \* sciéntium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et pópulus Aethiópum, \* hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea : \* et ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum et príncipum : \* horum, qui fuérunt in ea.

Sicut laetántium ómnium \* habitatio est in te.

Añã. Homo natus est in ea, et ipse fundávit eam Altíssimus.

Añã. Exultábunt ómnia ligna silvárum ante faciém Dómini, quóniam venit.

Psalmus xcv.

**C**ANTATE Dómino cánticum novum : \* cantáte Dño omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedicite nómini ejus : \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dñus, et laudábilis nimis : \* terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium daemónia : \* Dñus autem coelos fecit.

Confessio, et pulchritúdo in conspéctu ejus : \* sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriae Géntium, afférte Dómino glóriam et honórem : \* afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus,

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : \* dicite in Géntibus quia Dóminus regnávít.

Et enim corréxit orbem terrae qui non commovébitur : \* judicábit pópulos in aequitate.

Laeténtur coeli, et exúltet terra, commoveátur mare, et plenitúdo ejus : \* gaudébunt campi, et ómnia quae in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dñi, quia venit : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in aequitate, \* et pópulos in veritate sua.

Aña. Exultábunt ómnia ligna silvárum ante fáciem Dómini, quóniam venit.

¶ Speciósus forma prae filiis hóminum. R. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Sermo S. Leónis Papae. *Serm. vii. de Nativ. Dom.*

Lectio iv.



**I**ESTIVITATIS hodiérnae, dilectíssimi, verus venerátor est, et pius cultor, qui nec de Incarnatióne Dómini áliquid falsum, nec de Deitate áliquid sentit indignum. Paris enim periculi malum est, si illi aut natúrae nostrae véritas, aut patérnae glóriæ negátur aequálitas. Cum ergo ad intelligéndum sa-

craméntū Nativitátis Christi, qua de matre vírgine est ortus, accédimus, abigátur procul terrenárum caligo ratiónum; et ab illuminatae fidei óculo, mundánae sapiéntiae fumus abscedat.

R. Congratulámini mihi omnes qui diligitis Dóminum : \* Quia cum essem párvula, plácuti Altíssimo, et de meis viscéribus genui Deum et hóminem. ¶ Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancillam húmitem respexit Deus. — Quia.

Lectio v.

**D**IVINA est enim auctóritas, cui crédimus : divína est doctúrina, quam séquimur. Quóniam sive legis testificatióni, sive Evangélicae tubae interiorem admoveámus auditum; verum est, quod Joánes plenus Spíritu sancto intónuit : In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Et similiter verum est, quod idem praedicátor adjécit : Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vidimus glóriam ejus, glóriam quasi unigéniti a Patre.

**R.** Confirmátum est cor Virginis, in quo divna mysteria, Angelo nuntiante, concépit : tunc speciósus forma prae filiis hóminum castis suscepit viscéribus : Et benedícta in aetérnum, Deum nobis prótulit et hóminem. **V.** Domus pudici pectoris, templum repente fit Dei, intácta nésciens virum, verbo concépit Fílium.—Et benedícta,

## Lectio vi.

**I**N utráque ergo natura idem est Dei Filius, nostra suscipiens, et própria non amittens : in hómine hóminem rénovans, in se incommutábilis perseverans. Déitas enim, quae illi cum Patre commúnis est, nullum detriméntum omnipoténtiae súbiit, nec Dei formam servi forma violávit : quia summa et sempitérna esséntia, quae se ad húmáni géneris inclinávit salutem, nos quidem in suam glóriam tránstulit ; sed quod erat, esse non déstitit. Unde cum Unigénitus Dei minórem se Patre confitétur, cui se dicit aequálem, veritatem in se formae utriúsque demonstrat : ut et húmanam probet imparilitas, et divínam decláret aequálitas.

**R.** Benedícta et venerábilis es, virgo María, quae sine tactu pudóris invénta

es mater Salvatóris : **J**acébat in praesépio, et jacébat in coelo. **V.** Dómine, audívi audítum tuum, et tímui : considerávi ópera tua, et expávi : in médio duórum animálium.—Jacébat. Glória Patri. Jacébat.

## In tertio Nocturno.

**Añs.** In principio, et ante saecula Deus erat Verbum, et ipse natus est hódie Salvátor mundi.

## Psalmus xvi.

**D**OMINUS regnávít, exúltet terra : **J**acébat in coelo. **V.** Dómine, audívi audítum tuum, et tímui : considerávi ópera tua, et expávi : in médio duórum animálium.—Jacébat. Glória Patri. Jacébat.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : \* justitia et iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet, \* et inflammábit in circuitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terrae : \* vidit, et commóta est terra.

Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : \* a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt coeli justítiam ejus : \* et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adorant sculptília, \* et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : \* audívit, et laetáta est Sion.

Et exultavérunt filiae Judae, \* propter iudicia tua, Dómine :

Quóniam tu Dóminus Altissimus super omnem terram : \* nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde laetitia.

Laetámini justí in Dómino : \* et confitémini memoriae sanctificatiónis ejus.

*Aña.* In princípío, et ante saecula Deus erat Verbum, et ipse natus est hódie Salvátor mundi.

*Aña.* Ante luciferum géntis, et ante saecula, Dóminus Salvátor noster hódie nasci dignátus est.

*Psalms xevii.*

**C**ANTATE Dómino cánticum novum : \* quia mirabilia fecit.

Salvávít sibi dextera ejus : \* et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : \* in conspéctu géntium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericórdiae suae, \* et veritátis suae dómni Israél.

Viderunt omnes términi terrae \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : \* cantáte, et exultáte, et psállite,

Psállite Dño in cithara, in cithara et voce psalmi : \* in tubis ductílibus, et voce tubae córneaе.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini : \* moveátur mare et plenitúdo ejus : orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justitia, \* et pópulos in aequitate.

*Antiphona.* Ante luciferum géntis, et ante saecula, Dóminus Salvátor noster hódie nasci dignátus est.

*Aña.* Nato Dómino, Angelórum chorus canébat, dicens : Salus Deo nostro, sedénti super thronum, et Agno.

*Psalms xeviii.*

**D**OMINUS regnávít, irascántur pópuli : \* qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dñus in Sion magnus : \* et excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno : quóniam terribile et sanctum est : \* et honor regis judicium diligit.

Tu parásti directiões : \* judicium et justitiam in Jacob tu fecísti,

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte scabellum pedum ejus : \* quóniam sanctum est.

Móyses et Aaron in sacerdotibus ejus : \* et Sámuël inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dóminum, et ipse exaudiébat eos : \* in columna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, \* et praeceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos : \* Deus, tu propítius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiões eórum.

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte in monte sancto ejus : \* quóniam sanctus Dñus Deus noster.

*Añs.* Nato Dómino Angelórum chorus canébat, dicens : Salus Deo nostro, sedénti super thronum, et Agno.

*V.* Notum fecit Dñus, allelúia. *R.* Salutare suum, allelúia.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. ii. c.*

**I**N illo témpore : Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer : vocátum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.

Homília sancti Ambrósii Episcopi.

*Lib. 2. in cap. ii. Lucae, circa médium.*



**C**IRCUMCIDI-

**TUR** Itaque

puer. Quis est iste puer, nisi ille, de quo dictum est : Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Factus est enim sub lege, ut eos, qui sub lege essent, lucrifaceret. Ut sisterent eum Dño. Quid sit autem in Jerúsalem sisti Dómino, dicerem, nisi in Isafac commentis ante dixissem. Circumcisus enim vitiis, Dominico dignus judicátur obtútu : quia óculi Dómini super justos. Vides omnem legis véteris sériem fuisse typum futúri : nam et circumcisio purgatiónem significat delictórum.

*R.* Sancta et immaculata virginitas, quibus te láudibus efferam, nescio : Quia quem coeli capere non poterant, tuo grémio contulisti. *V.* Benedicte tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.—Quia *Bened.* Divinum auxilium.

Lectio viii.

**S**ED quóniam prona quadam cupiditate peccandi, humanae carnis et mentis fragilitas inextricabilibus vitiis implicátur, eo per octávum circumcisiónis diem culpae totius



futura purgatio, resurrectionis praefigurabatur aetate. Hoc est enim illud : Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Dño vocabitur. Verbis enim Legis promittebatur Virginis partus. Et vere sanctus, quia immaculatus. Denique ipsum esse, qui Lege signetur, in eundem modum ab Angelo repetita verba declarant : Quod nascetur, inquit, Sanctum, vocabitur Filius Dei.

R. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore : Salvatorem saeculorum, ipsum Regem Angelorum, sola virgo lactabat ubere de coelo pleno. V. Domus pudici peccatoris templum repente fit Dei : intacta nesciens virum, verbo concipit Filium.—Salvatorem. Gloria Patri. Salvatorem.

Lectio ix.

**S**OLUS enim per omnia ex natis de femina sanctus Dominus Jesus, qui terranae contagia corruptelae, immaculati partus novitate non senserit, et coelesti maiestate depulerit. Nam si litteram sequamur: quomodo sanctus omnis masculus, cum multos sceleratissimos fuisse non lateat? Numquid sanctus Achab? Numquid sancti pseudoprophetae, quos ad

Eliae preces ultor coelestis injuriae ignis absumpsit? Sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterii pia legis divinae praescripta signabant: eo quod solus sanctae Ecclesiae virginis ad generandos populos Dei, immaculatae foecunditatis aperiret genitale secretum.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

Et per Horas, Añae.

1. O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. Ps. Dñs regnavit, cum reliquis. 19.

2. Quando natus est ineffabiliter ex Virgine, tunc impletae sunt Scripturae: sicut pluvia in vellus descendisti ut salvum faceres genus humanum: te laudamus, Deus noster.

3. Rubum, quem viderat Moyses incumbustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei genitrix, intercede pro nobis.

4. Germinavit radix Jesse: orta est stella ex Jacob: Virgo peperit Salvatorem: te laudamus, Deus noster.

5. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem; quem Joannes videns exclamavit,

dicens : Ecce Agnus Dei,  
ecce qui tollit peccata  
mundi, allelúia.

Capitulum. *Tit. c.*

**A**PPARUIT grátia  
Dei Salvatoris no-  
stri ómnibus hominibus,  
erúdiens nos, ut abnegán-  
tes impietátem, et saeculária  
desidéria, sóbrie, et juste,  
et pie vivámus in hoc sae-  
culo.

Hymnus.

**A**SOLIS ortus cár-  
dine  
Ad usque terrae límitem,  
Christum canámus Prínci-  
pem,  
Natum María vírgine.

B eátus auctór saeculi  
Servíle corpus induit :  
Ut carne carnem liberans,  
Ne pérderet quos cón-  
dit.

Castae Paréntis víscera  
Coeléstis intrat grátia :  
Venter Puéllae bájulat  
Secréta, quae non nóve-  
rat.

Domus pudíci péctoris  
Templum repénte fit Dei :  
Intácta nésciens virum,  
Concépit alvo Filium.

Enítitur puérpera,  
Quem Gábriel praedíxerat,  
Quem ventre matris gé-  
stiens

Baptísta clausum sénserat.  
Foeno jacére pértulit,  
Praesépe non abhórruit :  
Et lacte mó dico pastus est,  
Per quem nec ales ésurit.

gaudet chorus coelé-  
stium,

Et Angeli canunt Deo:  
Palámque fit pastóribus  
Pastor, Creatór ómnium.  
Iesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre, et almo Spí-  
ritu,

In sempitérna saecula.

Amen.

℣. Verbum caro factum  
est, allelúia. ℞. Et habitá-  
vit in nobis, allelúia.

Ad Bened. Añã. Mirá-  
bile mystérium declarátur  
hódie : innovántur natúrae,  
Deus homo factus est : id  
quod fuit permánsit, et  
quod non erat assúmpsit ;  
non commixtióem passus,  
neque divisióem.

Oratio.

**D**EUS, qui salutis  
aetérnae, beátæ Ma-  
ría virginitáte foecúnda,  
humáno géneri praemia  
praestitisti ; tribue, quae-  
sumus : ut ipsam pro nobis  
intercedere sentiámus, per  
quam meruimus auctórem  
vitae suscépere, Dóminum  
nostrum Jesum Christum  
Filius tuum : Qui tecum  
vivit et regnat in unitate.

AD TERTIAM.

Antiphona. Quando na-  
tus es.

Capit. Appáruit.

℞. br. Verbum caro fa-  
ctum est, Allelúia, alle-  
lúia. Verbum caro, ℣. Et

habitavit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum.

℣. Ipse invocabit me, allelúia. ℞. Pater meus es tu, allelúia.

## AD SEXTAM.

Añã. Rubum quem viderat Móyses.

Capitulum. *Hebr. i. c.*

**E**T in principio, Dómine, terram fundásti : et ópera mánuum tuárum sunt coeli.

℞. br. Notum fecit Dóminus, \* Allelúia, allelúia. Notum. ℣. Salutáre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.

℣. Viderunt omnes fines terrae, allelúia. ℞. Salutáre Dei nostri, allelúia.

## AD NONAM.

Añã. Ecce María.

Capitulum. *Hebr. i. d.*

**I**PSI peribunt, tu autem permanébis; et omnes sicut vestiméntum veteráscunt; et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

℞. br. Viderunt omnes fines terrae, \* Allelúia, allelúia. Viderunt. ℣. Salutáre Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Viderunt.

℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℞. Et habitávit in nobis, allelúia.

## AD VESPERAS.

Añã. O admirábile, cum reliquis de Laudibus. 304. Psalmi, Capitulum, et Hymn. ut supra in primis Vesperis. 294.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℞. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magnificat, Añã. Magnum haereditátis mystérium : templum Dei factus est úterus nesciéntis virum : non est pollútus ex ea carnem assúmens : omnes Gentes vénient, dicéntes : Glória tibi, Dómine.

Oratio. Deus, qui salutis.

Deinde pro S. Stephano,

Añã. Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

℣. Stéphanus vidit coelos apértos. ℞. Vidit et introívit : beátus homo, cui coeli patébant.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui primítias mártýrum in beati Levitae Stéphaní sángine dedicásti : tribue, quaesumus ; ut pro nobis intercéssor existat, qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dñum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

De aliis Octavis in his Vesperis nihil fit.

## IN OCT. S. STEPHANI.

Duplex.

Omnia dicuntur sicut in die festi praeter Lectiones et Orationem. Et fit Commemoratio de aliis Octavis.

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. Cap. vii. f. et viii.



**Q**UARA cervice, et in circumcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita et vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui praenuntiabant de adventu Justo, cujus vos nunc proditores et homicidae fuistis: qui accepistis legem in dispositione Angelorum, et non custodistis. Audiētes autem haec, dissecabantur cordibus suis, et stridebant dentibus in eum.

**R.** Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, Faciebat prodígia et signa magna in pópulo. **V.** Surrexerunt quidam de Synagoga, disputantes cum Stéphanu, et non poterant resistere sapientiae, et Spiritui qui loquebatur. — Faciebat.

Lectio ii.

**A**UM autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in coelum, vidit gloriam Dei, et Jesum stan-

tem a dextris Dei. Et ait: Ecce video coelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei. Exclamantes autem voce magna, continuérunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant: et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stéphanum invocantem, et dicentem: Dñe Jesu, suscipe spiritum meum.

**R.** Vidébant omnes Stéphanum, qui erant in concilio: **\*** Et intuebantur vultum ejus tamquam vultum Angeli stantis inter illos. **V.** Plenus grátia et fortitúdine, faciebat prodígia et signa magna in pópulo. — Et.

Lectio iii.

**P**OSITIS autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Dñe, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Dómino. Saulus autem erat consentiens neci ejus. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quae erat Jerosólymis: et omnes dispersi sunt per regiones Judaeae et Samariae, praeter Apóstolos. Curaverunt autem Stéphanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.

R. Intuens in coelum beátus Stéphanus, vidit glóriam Dei, et ait : \* Ecce vídeo coelos apértos, et Filium hóminis stantem a dextris virtútis Dei, V. Cum autem esset Stéphanus plenus Spíritu sancto, inténdens in coelum, vidit glóriam Dei, et ait.—Ecce. Glória Patri. Ecce.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini  
Episcopi.

Serm. ii. de S. Stephano.

Lectio iv.



OST hestérnum festívissimum diem, quo Salvatóris nostri Christi nobis nativitas illúxit, étiam hodiérnus dies beáti mártiris Stéphaní coróna illustrátur. Mártiris illíus mérita nulla pars orbis ignórat : passus enim est in ipso principio Ecclesiæ, id est, in ipsa urbe Jerosólýma. Ibi enim Diáconus ministrávit : et in ipso juventútis flore decórem aetátis suæ ságuine purpurávit. Pássio ejus insignis est, multúmque mirábilis. Hanc modo de libro Actuum Apostolorum, cum legerétur, non solum audívimus, sed étiam óculis spectávimus.

R. Lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem : \* Dñe Jesu Christe, áccipe spíritum meum : et

ne státuas illis hoc peccátum. V. Pósisit autem gé-nibus, clamávit voce magna, dicens.—Dómine.

Lectio v.

CHRISTUS ergo caput Mártýrum prior passus est pro nobis, relin-quens vobis exéplum, ut sequámini vestigia ejus. Cujus passiónis vestigia prosecútus beatíssimus Stéphanus, confítendo Christum lapidátus a Judæis, corónam méruit tamquam suo sibi nómine pósitam. Stéphanus enim Græce, Latíne coróna appellátur. Jam coróna nomen habébat, et ídeo palmam mártýrii suo nómine præferébat.

R. Impetum fecerunt unánimíter in eum, et ejecerunt eum extra civitátem, invocántem et dicéntem : \* Dómine Jesu, áccipe spíritum meum. V. Et testes deposuerunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus : et lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem.—Dómine Jesu.

Lectio vi.

QUI cum lapidarétur, non solum non expectábat de persecutóribus reportáre vindíctam, sed eis pótius a Deo véniam postulábat. Memínerat enim dixisse Dóminum : Míhi vindíctam, ego retríbuam, dicit

Dóminus. Et iterum : Ne dixeris, Ulciscar me de inimicis meis : sed expécta Dóminum, ut tibi auxilio sit. Expéctare nos jubet Dñus Deus, ut in die futúrae retributiónis cum sanctis Martyribus vindicémur.

R. Impii super justum jaçtúram fecerunt, ut eum morti tráderent : \* At ille gaudens suscepit lápides, ut mererétur accipere corónam glóriæ. V. Continuérunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. At ille. Glória. At ille.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xxiii. d.

**I**N illo témpore : Dicebat Jesus Scribis et Pharisæis : Ecce ego mitto ad vos Prophétas, et sapientes, et Scribas : et ex illis occidétis, et crucifigétis. Et reliqua.

Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

L. 4. Com. inc. xxiii. Matth.



**I**ERUSALEM, Jérusalem, quae occidit Prophétas. Jérusalem, non saxa et aedificia civitátis, sed habitatóres vocat : quam plangit patris afféctu, sicut et in alio loco légimus, quod videns eam, fléverit. In eo autem quod dicit : Quóties volui congregare filios tuos :

omnes retro Prophétas a se missos esse testátur. Gallinae quoque similitúdinem congregántis sub alas pullos suos, in cántico Deuteronomii légimus : Sicut áquila prótegit nidũ suum, et super pullos suos desiderávit : expándens alas suas, suscepit eos, et tulit super pennas suas.

R. Stéphanus servus Dei, quem lapidábant Judæi, vidit coelos apértos : vidit et introívit : \* Beátus homo cui coeli patébant. V. Cum ígitur saxórum crepitántium túrbine quaterétur, inter aethéreos aulae coeléstis sinus divína ei cláritas fulsit. — Beátus.

Lectio viii.

**E**CCE relinquétur vobis domus vestra desérta. Hoc ipsum ex persóna Jeremiæ jam ante dixerat : Reliqui domum meam, dimisi haereditátem meam : facta est mihi haeréditas mea quasi spelúnca hyaenae. Desértam Judaeórum domum, id est, templum illud, quod fulgébat augústiis, óculis comprobámus, quia habitatórem Christum pérdidit, et haereditátem praeripere géstiens, occidit haerédem.

R. Patefactae sunt jánuæ coeli Christi mártiri beáto Stéphanó, qui in número Mártýrum invéntus

est primus: Et ideo triumphat in coelis coronatus. *V.* Mortem enim, quam Salvator noster dignatus est pro nobis pati, hanc ille primus reddidit Salvatori. — Et ideo. Gloria. Et ideo.

## Lectio ix.

**D**ICO enim vobis: Non me videbitis a modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Ad Jerusalem loquitur, et ad populum Judaeorum. Versiculus autem istum, quo et parvuli atque lactentes in ingressu Jerusalem Domini Salvatoris usi sunt, quando dixerunt: Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis: sumpsit de centesimo decimo septimo Psalmo, qui manifeste de adventu Domini scriptus est.

Te Deum laudamus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Antiph.

Lapidaverunt, cum reliquis. 257.

## Oratio,

**O**MNIPOTENS sempiternus Deus, qui primitias martyrum in beati Levitae Stephani sanguine dedicasti: tribue, quaesumus; ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit,

Pro commem. S. Joannis, Antiph. Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in coena recubuit: beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia.

*V.* Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. *R.* Et scimus quia verum est testimonium ejus.

## Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, Domine, benignus illustra: ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistae illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna.

Pro SS. Innocentibus, Antiph. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quicumque ferit.

*V.* Herodes iratus occidit multos pueros. *R.* In Bethlehem Judae civitate David.

## Oratio.

**D**EUS, cujus hodierna die praeconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

## IN II. VESPERIS.

Antiphonae de Laudibus Festi. 257. Lapidaverunt,

cum reliquis. 257. Psalmus. Dixit Dñus, cum reliquis de Dominica. 135. et ultimo loco Psalmus. Crédidi propter. 140.

Deinde fit de S. Joanne, Capitulum. Qui timet Deum, et Hymnus. Exúltet orbis. 263.

V. Valde honorándus est beátus Joánnes. R. Qui supra pectus Dómini in coena recúbuit.

Ad Magnif. Añs. Iste est Joánnes, qui supra pectus Dñi in coena recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta coeléstia.

Oratio. Ecclésiám. 310.

Pro S. Stephano, Antiphona. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, et fecérunt planctum magnum super eum.

V. Stéphanus vidit coelos apértos. R. Vidit et introivit: beátus homo, cui coeli patébant.

Oratio. Omnípotens. 310.

Pro SS. Innocentiis, Antiphona. Innocétes pro Christo infántes occisi sunt, ab iníquo rege lactétes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, et dicunt semper: Glória tibi, Dómine.

V. Sub throno Dei omnes sancti clamant. R. Vindica sánguinem nostrum, Deus noster.

Oratio. Deus, cujus. 310.

IN OCT. S. JOANNIS.  
Duplex.

Omnia dicuntur sicut in die, praeter Lectiones.

In primo Nocturno.

De libro Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. Cap. iv.



OST haec vidi: et ecce óstium apértum in coelo: et vox prima, quam audivi, tamquam tubae loquéntis mecum, dicens: Ascénde huc, et osténdam tibi quae opórtet fieri post haec. Et statim fui in spíritu: et ecce sede pósito erat in coelo, et supra sedem sedens. Et qui sedébat, similis erat aspéctui lápidis jáspidis et sárdinis: et iris erat in circúitu sedis, similis visióni smarágdinae. Et in circúitu sedis sedilia viginti quátuor: et super thronos viginti quátuor senióres sedétes, circumamícti vestiméti albis, et in capitibus eórum corónae áureae.

R. Valde honorándus est beátus Joánnes, qui supra pectus Dómini in coena recúbuit: Cui Christus in cruce matrem virginem vírgini commendávit. V. Virgo est eléctus a Dómino, atque inter caeteros magis diléctus.—Cui Christus.



## Lectio ii.

**E**T de throno procedébant fúlgura, et voces, et tonitrua : et septem lámpades ardéntes ante thronum, qui sunt septem Spíritus Dei. Et in conspéctu sedis tamquam mare vítreum símile crystallo : et in médio sedis, et in circúitu sedis, quátuor animalia plena óculis ante et retro. Et animal primum símile leóni, et secúndum animal símile vítulo, et tertium animal habens faciém quasi hóminis, et quartum animal símile áquilae volánti. Et quátuor animalia, síngula eórum habébant alas senas : et in circúitu, et intus plena sunt óculis.

R. Hic est discipulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit haec : Et scimus quia verum est testimónium ejus. V. Fluenta Evangélii de ipso sacro domínici pectoris fonte potávit.—Et scimus.

## Lectio iii.

**E**T réquiem non habébant die ac nocte, dicéntia : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui ventúrus est. Et cum darent illa animalia glóriam, et honórem, et benedictiónem sedénti super thronum, vivénti in saecula saeculórum, proci-

débant vigínti quátuor senióres ante sedéntem in throno, et adorábant vivéntem in saecula saeculórum, et mittébant corónas suas ante thronum, dicéntes : Dignus es, Dómine Deus noster, accipere glóriam, et honórem, et virtútem : quia tu creásti ómnia, et propter voluntátem tuam erant, et creata sunt.

R. Hic est beatissimus Evangelísta et Apóstolus Joánnes, \* Qui privilégio amóris praecipui, caeteris áltius a Dómino méruit honorári. V. Hic est discipulus ille, quem diligébat Jesus, qui supra pectus Dñi in coena recúbuit.— Qui privilégio. Glória Patri. Qui privilégio.

## In secundo Nocturno.

Ex Tractátu S. Augustini Episcopi in Joánnem.

## Lectio iv. Tract. xxxvi.

**I**N quátuor Evangelíis, vel pótius quátuor libris unius Evangélii, sanctus Joánnes Apóstolus non immérito secúndum intelligéntiam spirítalem áquilae comparátus, áltius multóque sublímius áliis tribus eréxit praedicationem suam : et in ejus erectióné étiam corda nostra érigi volúit. Nam caeteri tres Evangelístae tamquam cum hómine Dómino in

terra ambulat, et de divinitate ejus pauca dixerunt: istum autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut in ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se non solum super terram, et super omnem ambitum aeris et coeli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum omnemque constitutionem invisibilium potestatum: et pervenit ad eum, per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

℞. Qui viderit, faciam illum columnam in templo meo, dicit Dominus: " Et scribam super eum nomen meum, et nomen civitatis novae Jerusalem. V. Vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei.—Et scribam,

## Lectio v.

**H**UIC tantae sublimitati principii etiam caetera congrua praedicavit, et de Domini divinitate, quomodo nullus alius, est locutus: hoc eructabat, quod biberat. Non enim sine causa de illo in isto ipso Evangelio narratur, quia et in convivio super pectus Domini discumbebat. De illo ergo pectore in secreto bibebat; sed quod in secreto bibit, in manifesto

eructavit: ut perveniat ad omnes gentes non solum incarnatio Filii Dei, passio, et resurrectio, sed etiam quod erat ante incarnationem unicus Patri, Verbum Patris, coaeternus generanti, aequalis ei a quo missus est.

℞. Diligebat autem eum Jesus, quoniam specialis praerogativa castitatis, ampliori dilectione fecerat dignum: " Quia virgo electus ab ipso, virgo in aevum permansit. V. In cruce denique moriturus, huic matrem suam virginem virgini commendavit.—Quia virgo,

## Lectio vi.

**A**QUILA ipse est Joannes, sublimium praedicator, et lucis internae atque aeternae fixis oculis contemplator. Dicuntur enim et pulli aquilarum a parentibus sic probari, patris scilicet ungue suspendi, et radiis solis opponi. Qui firme contemplatus fuerit, filius agnoscitur: si acie palpitaverit, tamquam adulterinus ab ungue dimittitur. Jam ergo videte, quam sublimia loqui debuit, qui est aquilae comparatus: et tamen etiam nos humi repentes, infirmi, et vix ullius momenti inter homines, audemus tractare ista, et ista exponere: et putamus nos

aut capere posse cum cogitamus, aut capi dum dicimus.

R. In medio Ecclesiae aperuit os ejus, \* Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus. V. Jucunditatem et exultationem thesaurizavit super eum.—Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. xxi. d.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere me. Conversus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. lxxxvii. in Joann. circa medium.



**C**UM magna Christus Petro communicasset, orbis terrarum curam demandasset, martyrium praedixisset, et majorem erga eum dilectionem testatus esset: cum vellet Petrus Joannem socium et collegam, inquit: Hic autem quid? Numquid eamdem viam aggrediatur? Et quemadmodum in coena interrogare non ausus, Joannem sufficit; ita nunc vicem reddit, arbitratus cum velle, sed non audere

de se sciscitari. Tum Christus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

R. In illum diem suscipiam te servum meum, et ponam te sicut signaculum in conspectu meo: Quoniam ego elegeri te, dicit Dominus. V. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae. — Quoniam ego elegeri te.

Lectio viii.

**N**AM cum nimia id caritate diceret Petrus, nec ab eo dividi vellet, ostendens Christus, quod quantavis eum dilectione prosequeretur, suam assequi non posset, inquit: Si eum volo manere, quid ad te? His verbis nos erudiens, neque dolendum, neque curiosius praeter divinam voluntatem investigandum. Nam cum Petrus semper in hujusmodi interrogationes ferventius prosiliret, iterum ejus fervorem retundens, quod non sit ulterius inquirendum, in hunc modum respondit.

R. Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in coena recubuit: Beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. V. Fluente Evangelii de ipso sacro dominici pectoris fonte potavit. — Beatus Apostolus. Gloria Patri. Beatus Apostolus.

Lectio ix.

**E**XIIT ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur: et non dixit ei Jesus, Quia non moritur; sed: Si cum volo manere donec veniam quid ad te? Noli arbitrari, inquit, eodem modo me de vobis disposuisse. Hoc autem dixit, ut intempestivum affectum, et consuetudinis desiderium tolleret. Cum enim essent orbis terrarum curam suscepturi, simul amplius esse non oportebat: magnum enim fuisset mundo detrimentum. Idcirco inquit: Opus suscepti, id considera, perfice, labora, et te certaminibus expone. Quid ad te, si volo eum manere hic? tu officium tuum cura, et exequere.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES.

Añā. Valde honorandus, cum reliquis. 263.

Capitulum. Hymnus. V. et Antiphona ad Benedictus. 263.

Pro comm. SS. Innocentium. Añā. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quicumque ferit.

V. Herodes iratus occidit multos pueros. R. In Bethlehēm Judae, civitate David.

Oratio.

**D**EUS, cujus hodierna die praeconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur: Per Dñum.

Ad Horas omnia ut in die festi. 264.

IN II. VESPERIS.

Añā de Laudibus Festi, Valde honorandus. 263. Psalmi ut in secundis Vesp. de Comm. Apost. xvii.

Capitulum et alia, ut in die. 265; cum commemoratione SS. Innocentium, Añā. Hi sunt.

V. Herodes iratus. Oratio. Deus, cujus. ut supra.

IN OCTAVA

SS. INNOCENTIUM.

Duplex.

Omnia, sicutur sicut in festo. 266; praeter Lectiones, et omittitur novum Responsorium cujus loco dicitur: Te Deum. 18.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romanos.

Lectio i. Cap. v.



**I**USTIFICATI ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dñum nostrum Jesum Christum:

per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe glorie filiorum Dei. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

R. Centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra, hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim permanserunt, ideo regnant cum Deo, et Agnus Dei cum illis. V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.—Virgines.

Lectio ii.

**U**T quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.

R. Sub altare Dei audivi voces occisorum dicentium: Quare non defendis sanguinem nostrum? et acceperunt divinum responsum: Adhuc sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum. V. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium quod habebant, et clamabant voce magna, dicentes.—Quare.

Lectio iii.

**S**I enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus: multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accipimus. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

R. Adoraverunt viventem in saecula saeculorum, Mittentes coronas suas ante thronum Domini Dei sui. V. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et benedixerunt viventem in saecula saeculorum.—Mittentes. Gloria Patri. Mittentes.

In ſecundo Nocturno.

Sermo ſancti Auguſtini  
Epilcopi.

Sermone i. de Innocent.

Lectio iv.



ASCENTE Dño, luētus coepit, non coelo, ſed mundo: indicitur mátribus lamentatio, Angelis exultatio, infántibus transmigratio. Deus eſt, qui natus eſt: Innocentes illi debentur victima, qui venit damnare mundi malitiam. Agnelli debent immolari, quia Agnus futurus eſt crucifigi, qui tollit peccata mundi. Sed oves ululant matres, quia agnos perdunt ſine voce balantes. Grande martyrrium, crudelē ſpectaculum! Eximitur machaera, et nulla interuenit cauſa: ſola ſtridet inuidia, cum qui natus eſt, nulli faciat violentiam. Sed oves cernimus matres, quae ſuper agnos lugent. Vox in Rama audita eſt, ploratus et ululatus magnus. Pignora ſunt, non credita, ſed creata: non depoſita, ſed expoſita.

R. Effuderunt ſanguine ſanctorum velut aquam in circuitu Jeruſalem: Et non erat qui ſepelliret. V. Poſuerunt mortalia ſervorum tuorum eſcas volatilibus coeli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terrae.—Et non erat.

Lectio v.

ESTIS eſt ipsa natura, quae pugnabat in martyres, cum tyrannus iactaret infantes. Mater crines capitis diſſipabat, quae ornamentum capitis amittebat. Quantis modis infantem volebat abscondere, et ipse se infantulus publicabat! Nesciebat tacere, quia necdum didicerat formidare. Pugnabat mater, et carnifex: ille traherebat, illa tenerebat. Ad carnificem mater clamabat: Quid ſeparas a me, quem genui ex me? Uterus genuit, non mansit ille, cum vixit, ubera mea frustra lacte contorquens. Cautē portavi, quem a te video manu crudeli iactari. Modo eum effuderunt viscera mea, et tu elidis ad terram.

R. Iſti ſunt ſancti, qui paſſi ſunt propter te, Dómine: vindica eos, Quia clamant ad te quotidie. V. Vindica, Dómine, ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt.—Quia.

Lectio vi.

ALIA acclamabat mater, cum exactor latro non compelleret ſimul occidi cum parvulo matrem: Ut quid me dimittis inanam? Si culpa eſt, mea eſt, ſi non eſt crimen, junge mortem, et libera matrem. Alia dicebat: Quid

quaeritis? Unum quaeritis, et multos occiditis; et ad unum, qui unus est, attingere non potestis. Alia contra clamabat: Veni jam, veni Salvator mundi, quamdiu quaereris? Nullum times: videat te miles, et nostros non occidat infantes. Miscebatur lamentatio matrum, et ad coelum transibat oblatio parvulorum.

**R.** Isti sunt, qui non inquinaverunt vestimenta sua: Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. **V.** Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt.— Ambulabunt. Gloria Patri. Ambulabunt.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. ii. c.*

**I**N illo tempore: Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Aegyptum: et esto ibi usque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

*Ex Homil. viii. in Matth. ante medium.*

**E**UAE cum audisset Joseph, nequam passus est scandalum, neque dixit: Incerta ista res

est, ac prorsus ambigua. Tu paulo ante dicebas, quia salvabit populum suum, et nunc seipsum quidem non potest de periculis liberare: sed fugan obis est necessaria, et peregrinatio, ac transmigratio longinqua. Contraria omnino sunt facta promissis. Sed aorum nihil prorsus opponit: vir enim erat fidelis, neque reversionis tempus curiose inquirat, quod utique ab Angelo non signate fuerat expressum: sed: Esto ibi usque quo dicam tibi.

**R.** Cantabant sancti canticum novum ante sedem Dei et Agni: Et resonabat terra in voces eorum. **V.** Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo et Agno, et in ore ipsorum non est inventum mendacium.— Et resonabat terra.

Lectio viii.

**U**ERUM ille nec per ista quidem factus est signior, sed obedivit libenter, et credidit, omnes prorsus tribulationes cum gaudio sustinendo. Enimvero misericors Deus molestis rebus quaedam etiam jucunda permiscuit. Quod certe in sanctis omnibus facit, quos neque tribulationes, neque jucunditates sinit habere continuas: sed

tum de adversis, tum ex prosperis justorum vitam quasi admirabili varietate contexit. Quod hic quoque eum fecisse considera.

R. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei quod habebant, et clara voce dicebant: Vindica, Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. V. Sub throno Dei omnes sancti clamant. — Vindica, Domine. Gloria Patri. Vindica, Domine.

LECTIO IX.

**V**IDENDO quippe sanctus Joseph gravidam Virginem, in conturbationem incidit maximam: sed adfuit repente Angelus, timorem prorsus extinguens. Deinde videns puerum natum, maxima exultatione replatus est: sed rursus huic etiam gaudio periculum grande successit, cum tota utique civitas turbaretur, ipse rex fureret, et ad necem puerum quaereret. Sed et hunc moerorem alia rursus laetitia subsequuta est, apparitio videlicet stellae, et adoratio Magorum. Post hanc quoque jucunditatem iterum periculum, iterumque formido. Quaerit, inquit, Herodes animam pueri, et fugere necesse est, et in longinqua transire.

Te Deum laudamus. 18.

Ad Laudes et per Horas, omnia ut in die Festi. 272. omissis Commemorationibus.

In secundis Vesperis Añae de Laudibus. 272. Psalmi de Dominica. 135. et loco ultimi, Ps. Credidi. 140. et reliqua ut in die.

Post Orationem SS. Innocentium fit comm. de Vigilia Epiphaniae, Aña. Puer Jesus proficiebat aetate et sapientia coram Deo et hominibus.

V. Notum fecit Dominus, alleluia. R. Salutare suum, alleluia.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare.

Deinde S. Telesphori, Papae et Mart. Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Gloria et honore coronasti eum, Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beati Telesphori, martyris tui atque Pontificis, annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut cujus



natalitia cõlimus, de ejusdem etiam protectiõne gaudeamus. Per Dõminum.

## IN VIGILIA

## EPIPHANIAE

Officium fit Semiduplex.

## AD MATUTINUM.

Omnia dicuntur ut in Octava Nativitatis. 294. exceptis Lectionibus et illis quae infra ponuntur.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romãnos.

Lectio i. Cap. vii.

**N** ignoratis, fratres, (sciẽntibus enim legem loquor) quia lex in hõmine dominatur quanto tempore vivit? Nam quae sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri: ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

R. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: ecce de quo dicebam vobis: Qui post me venit, ante me factus est: \* Cujus non sum dignus corrigiam calceamenti solvere. V. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de coelo venit, super omnes est. — Cujus.

Lectio ii.

**I**TAQUE fratres mei, et vos mortificati estis legi per Corpus Christi: ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litterae.

R. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentes, et adorate Dñum: \* Quia hodie descendit lux magna in terris. V. Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea. — Quia.

Lectio iii.

**Q**UID ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasiõne autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit.

R. Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dñus, et illúxit nobis: Allelúia, allelúia. V. Haec dies, quam fecit Dñus, exultémus et laetémur in ea. — Allelúia. Glória Patri. Allelúia.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. xiii. de Tempore.

Lectio iv.



**D**OMINUS noster Jesus Christus, fratres charissimi, qui in aeternum est cunctórum créator, hódie de matre nascendo factus est nobis Salvator. Natus est nobis hódie in tempore per voluntatem, ut nos perducát ad Patris aeternitatem. Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus: ut panem Angelórum manducáret homo, Dóminus Angelórum hódie factus est homo.

R. Congratulámini mihi omnes, qui diligitis Dñum: Quia cum essem párvula, plácuí Altíssimo, et de meis viscéribus genui Deum et hóminem. V. Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmílem respéxit Deus. — Quia.

Lectio v.

**H**ODIE impléta est prophetía illa, quae dicit: Roráte coeli desu-

per, et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. Factus est igitur qui fécerat, ut inveniretúr qui perierat. Sic enim in Psalmis homo confitétur: Priúsqvam húmiliárer, ego peccávi. Peccávit homo, et factus est reus: natus est homo Deus, ut liberaretúr reus. Homo igitur cécidit, sed Deus descendit. Cécidit homo miserabiliter, descendit Deus misericórditer. Cécidit homo per superbiam, descendit Deus cum grátia.

R. Confirmátum est cor Virginis, in quo divina mystéria, Angelo nuntiánte, concépit: tunc speciósam forma prae filiis hóminum castis suscepit viscéribus: Et benedícta in aeternum, Deum nobis prótulit et hóminem. V. Domus pudici pécctoris templum repénite fit Dei, intácta nésciens virum, verbo concépit Filium. — Et benedícta.

Lectio vi.

**O**MIRACULA, o prodígia, fratres mei! Natúrae jura mutántur in hómine: Deus nascitur, virgo sine viro gravidátur, viri nésciam sermo Dei marítat: simul facta est mater et virgo; mater facta, sed incorrúpta; virgo habens filium, nésciens virum; semper clausa, sed non

infoecúnda. Solus enim sine peccáto est natus, quem sine virili complexu non concupiscéntia carnis, sed obediéntia genuit mentis.

R. Benedícta et venerábilis es, virgo María, quae sine tactu pudóris invénta es mater Salvatóris : \* Jacébat in praesépio, et fulgébat in coelo. V. Dómine, audívi auditum tuum, et tímui : considerávi ópera tua, et expávi : in médio duórum animálium.—Jacébat. Glória Patri. Jacébat.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Léctio vii. Cap. ii. d.

**I**N illo témpore : De fúncto Heróde, ecce Angelus Dñi apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens : Surge, et accípe púerum, et matrem ejus, et vade in terram Israél. Et reliqua.

Homília S. Hierónymi Presbyteri.

L. i. *Comm. in c. ii. Matth.*



X hoc loco intelligimus non solum Heródem, sed et sacerdótes et Scribas eódem témpore necem Dñi fuisse meditátos. Qui surgens, accépit púerum et matrem ejus. Non dixit : Accépit filium suum, et uxórem suam : sed púerum, et matrem ejus ; quasi nutrítius, non marítus,

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus éfferam, nescio : \* Quia quem coeli capere non poterant tuo, grémio contulisti. V. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.—Quia quem coeli.

Léctio viii.

**A**UDIENS autem quod Archelaus regnaret in Judaea pro Heróde patre suo, tímuit illo ire. Multi labúntur errore propter ignorántiam históriæ, putántes eúmdem esse Heródem, a quo in passióne sua Dóminus irridétur, et qui nunc mórtuus esse referátur. Ergo Heródes ille qui cum Piláto póstea amicitias fecit, hujus Heródis filius est, frater Archelái.

R. Nesciens mater virgo virum, péperit sine dolore : \* Salvatórem saeculórum, ipsum Regem Angelórum, sola virgo lactábat úbere de coelo pleno. V. Domus pudíci pécatoris templum repénite fit Dei : intácta nesciens virum, verbo concépit Filium.—Salvatórem. Glória Patri. Salvatórem.

Léctio ix.

**Q**UONIAM Nazaraeus vocábitur. Si fixum de Scriptúris posuisset exéplum, nunquam díceret : Quod díctum est per

Prophétas, sed simpliciter : Quod dictum est per Prophétam : nunc autem pluraliter Prophétas vocans, osténdit se non verba de Scriptúris sumpsisse, sed sensum. Nazaraeus sanctus interpretátur. Sanctum autem Dóminum futurum omnis Scriptúra commémorat.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. O admirábile commercium ! \* Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Virgine nasci dignátus est : et procedens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem. Ps. Dóminus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Quando natus es \* ineffabiliter ex Virgine, tunc implétæ sunt Scriptúrae : sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum : te laudámus, Deus noster.

3. Rubum quem vide-rat Móyses \* incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitá-

tem : Dei génitrix, intercédere pro nobis.

4. Germinávit radix Jesse : \* orta est stella ex Jacob : Virgo péperit Salvatórem : te laudámus, Deus noster.

5. Ecce María genuit \* nobis Salvatórem ; quem Joánnes videns exclamávit, dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

Capitulum, Hymnus, V. Antiphona ad Benedictus, et Oratio, ut in Laudibus Dominicæ infra Octavam Nativitatis, ut supra. 286.

Et fit commemoratio S. Telesphori Patris et Martyris, Antiphona. Qui odit. V. Justus ut palma. Oratio. Deus, qui nos, de Comuni. xxxviii.

Ad Horas, Antiphonæ ut supra in Laudibus. Ad Primam non dicuntur Preces. Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ.

Capitula autem Horarum et RR, brevia, ut in dicta Dominica. 287.

Vesperæ de Epiphania. Duplex.



**E**t apertis thesauris suis  
obtulerunt ei numera, au-  
rum, thus, et myrrham. Matth. II. 11.

## In Epiphania Domini.

## AD VESPERAS.

Añã. Ante luciferum genitus, cum reliquis de Laudibus. Psalmus Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. 135. et loco ultimi Psalmus Laudate Dominum. 140.

Capitulum. *Isaia. lx.*



**S**URGE, illuminare Jerusalem: quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

Hymnus.

**Q**RUDELIS Heródes,  
Deum  
Regem venire quid times?  
Non eripit mortalia,  
Qui regna dat coeléstia.

Ibant Magi, quam viderant,  
Stellam sequentes prae-  
viam:

Lumen requirunt lumine:  
Deum fatentur munere.

Iaváera puri gurgitis  
Coeléstis Agnus attingit:  
Peccáta, quae non detulit,  
Nos abluendo sustulit.

Novum genus poténtiae:  
Aquae rubescunt hydriae,  
Vinúmque jussa fundere,  
Mutávit unda originem.

Iesu, tibi sit glória,  
Qui apparuísti Géntibus,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempitérna saecula.

Amen.

Sic terminantur Hymni  
per totam Octavam.

V. Reges Tharsis et insulae múnera offerent. R. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

Ad Magnif. Añã. Magi vidéntes stellam, dixerunt ad invicem: Hoc signum magni Regis est, eámus et inquirámus eum, et offerámus ei múnera, aurum, thus, et myrrham, allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus, stella duce, revelásti: concéde propítius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spécie[m] tuae celsitudinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

AD MATUTINUM.

Dicto Pater noster, Ave María, et Credo, omissis  
V. Dómine, lábia. Invitat.  
cum Psalmo Veníte et Hymno, incipitur ab Añã Afférte Dómino.

Infra Octav. vero dicitur  
V. Dómine lábia. Invitat.

Christus apparuit nobis,\*  
Venite, adorémus. *Psal.* Venite,  
exultémus. 2. *Hymnus.* Crudélis Heródes.

In primo Nocturno.

*Añá.* Afférte Dómino filii Dei, adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

*Psalmus xxviii.*



**A**FFERTE Dómino, filii Dei : \*  
afférte Dómino filios arietum :

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus : \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit : \* Dñs super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : \* vox Dñi in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros : \* et confringet Dóminus cedros Libani :

Et commínuet eas tamquam vítulum Libani ; \* et diléctus quemádmódu filius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : \* vox Dñi concutiéntis désertum : et commovébit Dóminus désertum Cades.

Vox Dómini praeparántis cervos, et revelábit condénsa : \* et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit : \* et sedébit Dóminus Rex in aetérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit : \* Dóminus benedicet pópulo suo in pace.

*Añá.* Afférte Dómino filii Dei, adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

*Añá.* Flúminis ímpetus \* laetificat, allelúia, civitátem Dei, allelúia.

*Psalmus xlv.*

**D**EUS noster refúgium, et virtus : \* adjútor in tribulatió nibus, quae invenerunt nos nimis.

Proptérea non timébitur, dum turbábitur terra : \* et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátae sunt aquae eórum : \* conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus laetificat civitátem Dei : \* sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : \* adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbátae sunt Gentes, et inclinátae sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Venite, et vidéte ópera Dómini, quae pósuit prodígia super terram : \* áuferens bella usque ad finem terrae.

Arcum cónteret, et confringet arma : \* et scuta combúret igni :

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

*Añs.* Flúminis ímpetus laetíficat, allelúia, civitátem Dei, allelúia.

*Antífona.* Psállite Deo nostro, \* psállite : psállite Regi nostro, psállite sapiénder.

Psalmus xlvj.

**O**MNES Gentes pláudite má nibus : \* jubilate Deo in voce exultatió nis.

Quóniam Dñs excélsus terribilis : \* Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis : \* et Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis haereditátem suam : \* spéciem Jacob quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo : \* et Dñs in voce tubae.

Psállite Deo nostro, psállite : \* psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terrae Deus : \* psállite sapiénder.

Regnábít Deus super Gentes : \* Deus sedet super sedem sanctám suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : \* quóniam dii fortes terrae veheménder eleváti sunt.

*Añs.* Psállite Deo nostro, psállite : psállite Regi nostro, psállite sapiénder.

*V.* Omnis terra adóret te, et psallat tibi. *R.* Psalmum dicat nómini tuo, Dñe.

Pater noster. *Absolutio.* Exáudi. *V.* Jube, domne. *Bened.* Benedicçãoe.

De Isaía Prophéta.

*Lectio i.* *Cap. lv.*



MNES sitiénder veníte ad aquas : et qui non habétiis argéntum, prope ráte, émite, et comédi te : veníte, émite absque argé nto, et absque ulla commutatió ne vinum et lac. Quare appénditiis argéntum non in pá nibus, et labórem vestrum non in saturitáte ? Audíte audiénder me, et comédi te bonum, et delectábitur in crassitúdi ne á nima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet á nima vestra, et fériam vóbiscum pactum sempitérum, misericórdias David fidéles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac praeceptórem Géntibus.

*R.* Hódie in Jordáne baptizáto Dño apérti sunt coeli, et sicut colúmba super eum Spíritus mansit, et vox



Patris intónuit : \* Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene compláui. *℣.* Descéndit Spiritus sanctus corporáli spécie sicut colúmba in ipsum, et vox de coelo facta est.—Hic est.

Praediéctum *R.* dicitur hac die, et in Dominica infra Octavam, et in die Octava tantum : aliis vero diebus infra Octavam, ejus loco dicitur : *R.* Tria sunt múnera. *Bened.* Unigénitus.

Lectio ii. *Cap.* lx.

**S**URGE, illumináre Jerúsalem : quia venit lumen tuum, et glória Dñi super te orta est. Quia ecce ténebrae opérient terram, et caligo pópulos : super te autem oriétur Dñus, et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt Gentes in lumine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide : omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : filii tui de longe vénient, et filiae tuae de látere surgent. Tunc vidébis, et áfflues, mirábitur, et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo Géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Mádian et Epha : omnes de Saba vénient, aurum et thus deferétes, et laudem Dómino annuntiántes.

*R.* In colúmbae spécie Spiritus sanctus visus est, patérna vox audita est : \* Hic est Filius meus diléctus in quo mihi bene compláui. *℣.* Coeli apérti sunt super eum, et vox Patris intónuit.—Hic est. *Bened.* Spiritus sancti grátia.

Lectio iii. *Isaiaelxi. d. et lxi.*

**G**AUDENS gaudébo in Dño, et exultábit ánima mea in Deo meo : quia induit me vestiméntis salutis ; et induménto justítiae circúmdedit me, quasi sponsum decorátum coróna, et quasi sponsam ornátam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat ; sic Dñus Deus germinábit justitiam, et laudem coram univérsis Géntibus. Propter Sion non tacébo, et propter Jerúsalem non quiéscam, donec egrediátur ut splendor justus ejus, et salvátor ejus, ut lampas accendátur.

*R.* Reges Tharsis et insulae múnera ófferent : \* Reges Arabum et Saba dona Dño Deo addúcent. *℣.* Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferétes.—Reges Arabum. Glória Patri. Reges Arabum.

In secundo Nocturno.

Aña. Omnis terra adóret te, \*et psallat tibi : psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

Psalmus lxxv.



**UBILATE** Deo omnis terra, psalmum dicite nōmini ejus: \* date glōriam laudi ejus.

Dicite Deo quam terribilia sunt ōpera tua, Dñe! \* in multitudīne virtūtis tuae mentiētur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi: \* psalmum dicat nōmini tuo.

Venite et videte ōpera Dei: \* terribilis in consiliis super filios hōminum.

Qui convertit mare in aridam, in flūmine pertransibunt pede: \* ibi laetābimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, ōculi ejus super Gentes respiciunt: \* qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum: \* et auditam facite vocem laudis ejus,

Qui pōsuit animam meam ad vitam: \* et non dedit in commotiōnem pedes meos.

Quōniam probasti nos, Deus: \* igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulatiōnes in dorso nostro: \* imposuisti hōmines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam: \* et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocāustis: \* reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.

Et locūtum est os meum, \* in tribulatiōne mea.

Holocāusta medullata offeram tibi cum incenso arietum: \* offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timētis Deum, \* quanta fecit animae meae.

Ad ipsum ore meo clamavi, \* et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, \* non exaudiet Dōminus.

Propterea exaudivit Deus, \* et attendit voci deprecationis meae.

Benedictus Deus, \* qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

*Aññ.* Omnis terra adoret te, et psallat tibi: psalmum dicat nōmini tuo, Dōmine.

*Aññ.* Reges Tharsis \* et insulae mūnera offerent Regi Dōmino.

Psalmus lxxi.

**D**EUS, iudicium tuum regi da: \* et justitiam tuam filio regis:

Judicare pōpulum tuum in justitia, \* et pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem pōpulo: \* et colles justitiam.

Judicabit páuperes pó-  
puli, et salvos faciet filios  
páuperum : \* et humiliabit  
calumniatórem.

Et permanébit cum sole,  
et ante lunam, \* in genera-  
tione et generatióne.

Descéndet sicut plúvia in  
vellus : \* et sicut stillicidia  
stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus  
justitia, et abundántia pa-  
cis : \* donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari  
usque ad mare : \* et a flú-  
mine usque ad términos  
orbis terrárum.

Coram illo prócident Æ-  
thiopes : \* et inimici ejus  
terram lingent.

Reges Tharsis et ínsulae  
múnera ófferent : \* reges  
Arabum et Saba dona ad-  
dúcent :

Et adorábunt eum omnes  
reges terrae : \* omnes Gentes  
sérvient ei :

Quia liberábit páuperem  
a poténte : \* et páuperem,  
cui non erat adjutor.

Parcet páuperi et inopi : \*  
et ánimas páuperum salvas  
faciet.

Ex usúris et iniquitate  
redimet ánimas eórum : \* et  
honorábile nomen eórum  
coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de  
auro Arábiae, et adorábunt  
de ipso semper : \* tota die  
benedícet ei.

Et erit firmaméntum in  
terra in summis móntium,

superextollétur super Li-  
banum fructus ejus : \* et  
florébunt de civitate sicut  
foenum terrae.

Sit nomen ejus benedi-  
ctum in saecula : \* ante so-  
lem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso  
omnes tribus terrae : \*  
omnes Gentes magnificá-  
bunt eum.

Benedíctus Dóminus De-  
us Israël, \* qui facit mira-  
bilis solus :

Et benedíctum nomen  
majestátis ejus in aetér-  
num : \* et replébitur maje-  
státe ejus omnis terra: fiat,  
fiat.

*Ant.* Reges Tharsis et  
ínsulae múnera ófferent Re-  
gi Dómino.

*Ant.* Omnes Gentes :  
quascúmque fecisti, véni-  
ent, et adorábunt coram te,  
Dómine.

Psalmus lxxxv.

**I**NCLINA, Dómine,  
aurem tuam, et exáudi  
me : \* quóniam inops, et  
pauper sum ego.

Custódi ánimam meam,  
quóniam sanctus sum : \*  
salvum fac servum tuum,  
Deus meus, sperántem in  
te.

Miserére mei, Dómine,  
quóniam ad te clamávi tota  
die : \* laetífica ánimam  
servi tui, quóniam ad te,  
Dómine, ánimam meam le-  
vávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis: \* et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratióem meam: \* et inténde voci deprecatiósni meae.

In die tribulatióis meae clamávi ad te: \* quia exaudísti me.

Non est similis tui in diis, Dómine: \* et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecisti, vénient, et adorábunt coram te, Dñe: \* et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et faciéns mirabilia: \* tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédia in veritate tua: \* laetétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, \* et glorificábo nomen tuum in aetérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me: \* et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iniqui insurrexérunt super me, et synagoga poténtium quaesiérunt ánimam meam: \* et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine Deus miserátor et miséricors, \* pátiens, et multae misericórdiae, et verax,

Réspice in me, et miserére mei, \* da impérium tuum púero tuo: et salvum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: \* quóniam tu, Dñe, adjuvísti me, et consolátus es me.

*Añã.* Omnes Gentes quascúmque fecisti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine.

¶ Reges Tharsis et insulae múnera ófferent. *R.* Reges Arabum et Saba dona addúcent.

Pater noster. *Absolutio.* Ipsús píetas. ¶ Jube domne, benedícere. *Bened.* Deus Pater omnipotens.

Sermo S. Leónis Papae. *Serm. ii. de Epiphania.*

Lectio iv.



**AUDETE** in Dómino, dilectíssimi, iterum dico, gaudéte: quóniam brevi intervállo témporis, post solemnitétem Nativitátis Christi, festívtas declaratióis ejus illúxit: et quem in illo die Virgo péperit, in hoc mundus agnóvit. Verbum enim caro factum sic susceptiósni nostrae temperávit exórdia, ut natus Jesus et credéntibus manifestus, et persequéntibus esset occúltus. Jam tunc ergo coeli enarráverunt glóriam Dei, et in

omnem terram sonus veritatis exiit, quando et pastoribus exercitus Angelorum Salvatoris editi annuntiator apparuit, et Magos ad eum adorandum praevia stella perduxit : ut a solis ortu usque ad occasum veri Regis generatio coruscaret, cum rerum fidem et regna Orientis per Magos discerent, et Romanum Imperium non lateret.

R. Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua : \* Et gloria Domini super te orta est. V. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.—Et gloria Domini. *Benedictio.* Christus perpetuae.

*Lectio v.*

**Q**UAM et saevitia Herodis volens primordia suspecti sibi Regis extinguere, huic dispensationi nesciens serviebat : ut dum atroci intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscreta infantium caede persequitur, annuntiatum coelitus dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur : quam promptiorem ad narrandum, diligentiorumque faciebat et supernae significationis novitas, et cruentissimi persecutoris impietas. Tunc autem etiam Aegypto Salvator illatus est ut gens

antiquis erroribus dedita, jam ad vicinam salutem per occultam gratiam signaretur : et quae nondum egerat ab animo superstitionem, jam hospitio reciperet veritatem.

R. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes, \* Alleluia, alleluia, alleluia. V. Reges Tharsis et insulae munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent. — Alleluia. *Benedictio.* Ignem sui amoris.

*Lectio vi.*

**A**GNOSCAMUS ergo, dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi, vocationis nostrae fideique primitias : et exultantibus animis beatae spei initia celebremus. Exinde enim in aeternam haereditatem coepimus introire : exinde nobis Christum loquentia Scripturarum arcana patuerunt ; et veritas, quam Judaeorum obcaecatio non recipit, omnibus nationibus lumen suum invexit. Honoretur itaque a nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostrae Auctor apparuit : et quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in coelis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas Domino mu-

nerum species obtulerunt; ita et nos de cordibus nostris, quae Deo sunt digna, promamus.

R. Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quaerentes, et dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus? \* Et venimus adorare Dñum. V. Vidimus stellam ejus in Oriente.— Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

In tertio Nocturno.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Haec Antiphona repetitur in Psalmo, ordine infrascripto.

Psalmus xciv.



ANITE, exultemus Domino: \* jubilemus Deo salutari nostro:

Praeoccupemus faciem ejus in confessione, \* et in psalmis jubilemus ei.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dñus Deus noster.

Quoniam Deus magnus Dominus: \* et Rex magnus super omnes deos:

Quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, \* et altitudines montium ipsius sunt.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dñus Deus noster.

Quoniam ipse est mare, et ipse fecit illud, \* et siccam manus ejus formaverunt.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dñus Deus noster.

Et nos populus pascuae ejus, et oves manus ejus. \* Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra;

Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: \* ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, et viderunt opera mea.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dñus Deus noster.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi, \* et dixi: Semper hi errant corde.

Et isti non cognoverunt vias meas: et juravi in ira mea: \* Si introibunt in requiem meam.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dñus Deus noster.

Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto:

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in saecula saeculorum. Amen.

Añ. Venite, adoremus eum: quia ipse est Dñus Deus noster.

Antiphona praedicta cum suo Psalmo dicitur tantum hac nocte: per Octavam vero loco hujus dicitur:

Añā. Homo natus est \* in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

Psalmus lxxxvi.

**F**UNDAMENTA ejus in montibus sanctis : \* diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylonis \* scientium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Æthiopum, \* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea : \* et ipse fundavit eam Altissimus ?

Dñs narrabit in scripturis populorum, et principum : \* horum, qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium \* habitatio est in te.

Añā. Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

Antiphona. Adorate Dominum, \* allelúia, in aula sancta ejus, allelúia.

Psalmus xcv.

**Q**UANTATE Dómino cánticum novum : \* cantate Dño omnis terra.

Cantate Dómino, et benedicite nómini ejus : \* annuntiáte de die in diem salutare ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, \* in omnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dñs, et laudábilis nimis : \* terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium daemónia : \* Dóminus autem coelos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus : \* sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriae Géntium, afférte Dño glóriam et honórem : \* afférte Dño glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur a fácie ejus univérta terra : \* dicite in Géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terrae qui non commovébitur : \* judicábit pópulos in aequitáte.

Laeténtur coeli, et exúltet terra, commovéatur mare, et plenitúdo ejus : \* gaudébunt campi, et omnia quae in eis sunt.

Tunc exultábunt omnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in aequitáte, \* et pópulos in veritáte sua.

Añā. Adorate Dóminum, allelúia, in aula sancta ejus, allelúia.

Añā. Adorate Deum, allelúia, omnes Angeli ejus, allelúia.

Psalms xvi.

**D**OMINUS regnavit,  
exultet terra: \* lae-  
tentur insulae multae.

Nubes, et caligo in cir-  
cuiu ejus: \* justitia, et ju-  
dicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum prae-  
cedet, \* et inflammabit in  
circuiu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus  
orbi terrae: \* vidit, et com-  
mota est terra.

Montes, sicut cera fluxer-  
unt a facie Domini: \* a  
facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt coeli ju-  
stitiam ejus: \* et viderunt  
omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui  
adorant sculptilia: \* et qui  
gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes An-  
geli ejus: \* audivit, et lae-  
tata est Sion.

Et exultaverunt filiae Ju-  
dae, \* propter judicia tua,  
Domine:

Quoniam tu Dominus  
Altissimus super omnem  
terram: \* nimis exaltatus es  
super omnes deos.

Qui diligitis Dominum,  
odite malum: \* custodit  
Dominus animas sancto-  
rum suorum, de manu pec-  
catōris liberabit eos.

Lux orta est justo, \* et  
rectis corde laetitia.

Laetamini justi in Domi-  
no: \* et confitemini memō-  
riae sanctificationis ejus.

*Añā.* Adorate Deum,  
alleluia, omnes Angeli ejus,  
alleluia.

*V.* Adorate Dominum,  
alleluia. *R.* In aula sancta  
ejus, alleluia.

*Pater noster. Absolutio.*  
*A vinculis. V.* Jube, domne,  
benedicere. *Bened. Evan-  
gelica lectio.*

*Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthaeum.*

*Lectio vii. Cap. ii.*

**Q**UM natus esset Jesus  
in Bethlehem Juda  
in diebus Herodis regis,  
ecce Magi ab Oriente  
venērunt Jerosolymam, di-  
cētes: Ubi est qui natus est  
Rex Judaeorum? Et reli-  
qua.

*Homilia S. Gregorii Papae.*

*Homil. x. in Evang.*

**I**CUT in lectione  
Evangelica, fra-  
tres charissimi,  
audistis, coeli Re-  
ge nato, rex terrae turbatus  
est: quia nimirum terrena  
altitudo confunditur, cum  
celsitudo coelestis aperitur.  
Sed quaerendum nobis est,  
quidnam sit, quod Redem-  
ptore nato, pastōribus in  
Judaea Angelus apparuit,  
atque ad adorandum hunc  
ab Oriente Magos non An-  
gelus, sed stella perduxit?  
Quia videlicet Judaeis, tam-  
quam ratione utentibus,  
rationale animal, id est, An-  
gelus praedicare debuit:



Gentiles vero, quia uti ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum non per vocem, sed per signa perducuntur. Unde etiam per Paulum dicitur: Prophetiae fidelibus datae sunt, non infidelibus, signa autem infidelibus, non fidelibus. Quia et illis prophetiae tamquam fidelibus, non infidelibus: et istis signa, tamquam infidelibus, non fidelibus data sunt.

R. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum, ubi puer erat: \* Videntes autem eam, gavisii sunt gaudio magno. V. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et proci dentes adoraverunt eum.—Videntes. Benedictio. Divinum auxilium.

Lectio viii.

**E**T notandum, quod Redemptorem nostrum, cum jam perfectae esset aetatis, eiusdem Gentilibus Apostoli praedicant, eumque parvulum, et necdum per humani corporis officium loquentem, stella Gentibus denuntiat: quia nimirum rationis ordo poscebat, ut et loquentem jam Dominum loquentes nobis praedicatores innotescerent, et necdum loquentem elementa muta prae-

dicarent. Sed in omnibus signis, quae vel nascente Domino, vel moriente eo, monstrata sunt, considerandum nobis est, quanta fuerit in quorundam Judaeorum corde duritia, qui hunc nec per prophetiae donum, nec per miracula agnovérunt.

R. Videntes stellam Magi, gavisii sunt gaudio magno: \* Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et proci dentes adoraverunt eum: Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei múnera: aurum, thus, et myrrham. V. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer.— Et intrantes. Gloria Patri. Et apertis. Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

**O**MNIA quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam usu humano loquar: Deum hunc coeli esse cognoverunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognovit, quia sub plantis ejus se calcabile praebuit. Terra cognovit, quia, eo moriente, contremuit. Sol cognovit, quia lucis suae radios abscondit. Saxa et parietes cognoverunt, quia tempore mortis

ejus scissa sunt. Inférnus agnóvit, quia hos, quos tenébat mórtuos, réddidit. Et tamen hunc, quem Dóminum ómnia insensibilia eleménta sensérunt, adhuc infidélium Judacórum corda Deum esse mínime cognóscunt, et durióra saxis, scindi ad poeniténdum nolunt.

Te Deum laudámus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ante luciferum géni-tus, et ante saecula Dñus Salvátor noster hódie mundo apparuit. Ps. Dóminus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Venit lumen tuum, Jerúsalem, et glória Dñi super te orta est: et ambulábunt Gentes in lúmine tuo, allelúia.

3. Apértis thesáuris suis, obtulérunt Magi Dómino aurum, thus, et myrrham, allelúia.

4. Mária et flúmina \* benedicite Dómino: hymnum dícite fontes Dómino, allelúia.

5. Stella ista sicut flamma coriscat, et Regem regum Deum démonstrat: Magi eam vidérunt, et magno Regi múnera obtulérunt.

Capitulum. *Isaiae lx.*

**S**URGE, illumináre Jerúsalem: quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est.

## Hymnus.

**O**SOLA magnárum úrbium

Major Bethlem, cui cón-tigit

Ducem salutis coelitus

Incorporátum gignere.

Quem stella, quae solis rotam

Vincit decóre ac lúmine,

Venisse terris nuntiát

Cum carne terréstri Deum.

Vidére postquam illum Magi,

Eóa promunt múnera;

Stratíque votis offerunt

Thus, myrrham, et aurum régium.

Regem Deúmque annú-tiant

Thesáurus, et fragrans odor

Thuris Sabaei, ac myrrheus

Pulvis sepúlchrum praedocet.

Jesu, tibi sit glória,

Qui apparuísti Géntibus,

Cum Patre, et almo Spí-ritu,

In sempitérna saecula.

Amen.

V. Adoráte Deum, allelúia.

R. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Ad Bened. Añae. Hódie coelésti sponso juncta est Ecclésia, quóniam in Jordáne lavit Christus ejus crimina: currunt cum múnéribus Magi ad regáles núptias, et ex aqua factó vino laetántur convivae, allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus, stella duce, revelasti: concede propitius; ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. Per eundem Dominum.

Ad Primam, R̄. br. Christe, Fili Dei vivi, V. Qui apparuisti hodie.

Et sic dicitur per totam Octavam.

AD TERTIAM.

Añā. Venit lumen tuum.

Capitulum. Surge, illuminare, ut supra. 337.

R̄. br. Reges Tharsis et insulae munera offerent, Allelúia, allelúia. Reges. V. Reges Arabum et Saba dona addúcent. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Reges.

V. Omnes de Saba venient, allelúia. R̄. Aurum et thus deferentes, allelúia.

AD SEXTAM.

Antiphona. Apértis thesauris suis.

Capitulum. *Isaiae lx.*

**L**EVA in circúitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, et filiae tuae de látere surgent.

R̄. br. Omnes de Saba venient, \* Allelúia, allelúia.

Omnes. V. Aurum et thus deferentes. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Omnes. V. Adorate Dominum, allelúia. R̄. In aula sancta ejus, allelúia.

AD NOXAM.

Añā. Stella ista.

Capitulum. *Isaiae lx.*

**O**MNES de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Dño annuntiantes.

R̄. br. Adorate Dominum, \* Allelúia, allelúia. Adorate. V. In aula sancta ejus. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Adorate.

V. Adorate Deum, allelúia. R̄. Omnes Angeli ejus, allelúia.

AD VESPERAS.

Añā. Ante luciferum, cum reliquis de Laud. 337. Psal. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. 135.

Et sic dicitur per totam Octavam.

Capitulum. *Isaiae lx.*



**S**URGE, illuminare Jerúsalem: quia venit lumen tuum, et glória Domini super te orta est.

Hymnus.

**A**RUEDELIS Heródes, Deum Regem venire quid times? Non eripit mortália, Qui regna dat coeléstia.

Ibant Magi, quam viderant,  
Stellam sequentes prae-  
viam :

Lumen requirunt lumine :  
Deum fatentur munere.

Lavára puri gurgitis  
Coeléstis Agnus attingit :  
Peccáta, quae non détulit,  
Nos abluendo sústulit.

Novum genus poténtiae:  
Aqua rubescunt hycíriae,  
Vinúmque jussa fúndere,  
Mutávit unda originem.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui apparuísti Géntibus,  
Cum Patre, et alno Spi-  
ritu,

In sempitérna saecula.

Amen.

V. Reges Tharsis et in-  
sulae múnera ófferent. R.  
Reges Arabum et Saba  
dona addúcent.

Ad Magnificat, Antiphona.  
Tribus miraculis orná-  
tum diem sanctum cóli-  
mus : hódie stella Magos  
duxit ad praesépium : hódie  
vinum ex aqua factum  
est ad núptias : hódie in  
Jordáne a Joánné Christus  
baptizári voluit, ut salváret  
nos, alleluia.

Oratio. Deus, qui ho-  
diérna die, ut supra. 338.

Si Epiphania venerit in  
Sabbato, in secundis Ves-  
peris fit commem. Domi-  
nicae infra Octavam, Añae.  
Remánsit. V. Omnes de  
Saba. Oratio. Vota, quae-  
sumus, ut infra. 354.

Infra Oct. Epiphaniae si  
occurrat Festum Duplex,  
vel Semiduplex, transfertur  
post Octavam, nisi fuerit  
Patroni, vel Titularis Eccle-  
siae, vel Dedicatio ejus-  
dem, ut dicitur in Rubrica  
de Octavis : de Simplicibus  
vero fit commemoratio.

Ad Matutinum, V. Dó-  
mine, lábia mea. Invita-  
torium et Hymnus ut su-  
pra in Rubrica Festi pon-  
nuntur. 325. Reliqua omnia  
ut in die Festi, praeter  
Lectiones, et Antiphonas  
ad Benedictus et Magnifi-  
cat, quae singulis diebus  
habentur propriae, ut se-  
quitur.

De Dominica infra Octa-  
vam, in quacumque die  
Octavae incidit, fit Offi-  
cium ut infra ordinatur. 355.  
Et in ea ponitur Epistola  
prima ad Corinthios, omis-  
sis Lectionibus de Epistola  
ad Romanos.

Post Dominicam vero  
continuatur dies Octavae  
eodem numero, quo notan-  
tur, perinde ac si Dominica  
non intercessisset. Exempli  
gratia : Si Dominica vene-  
rit in tertia die infra Octa-  
vam, prima die post Domi-  
nicam Lectiones secundi  
et tertii Nocturni, et Añae  
ad Benedictus et Magnifi-  
cat, dicentur de tertia die  
infra Octavam, et sic de-  
inceps de aliis. Lectiones  
tamen primi Nocturni de

Epistola ad Romanos omituntur, et pro iis sumuntur de Epistola prima ad Corinthios, quae sequuntur post Dominicam; et de ea legitur etiam post Octavam usque ad Dominicam sequentem.

SECUNDA DIE  
INFRA OCT. EPIPHANIAE.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romanos.

Lectio i. Cap. ix.



**M**ERITATEM dico in Christo, non méntior; testimónium mihi perhibente consciéntia mea in Spiritu sancto: quóniam tristítia mihi magna est, et contínuus dolor cordi meo. Optábam enim ego ipse anáthema esse a Christo pro frátribus meis, qui sunt cognáti mei secúndum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adóptio est filiórum, et glória, et testaméntum, et legíslatio, et obséqium, et promissa: quorum patres, et ex quibus est Christus secúndum carnem, qui est super ómnia Deus benedíctus in saecula. Amen.

R. Tria sunt múnera pretiósá, quae obtulérunt Magi Dómino in die ista, et habent in se divína mystéria: In auro, ut ostendátur Regis poténtia: in thure, Sacerdótem magnum con-

siderat: et in myrrha, Dóminicam sepultúram. V. Salútis nostrae auctórem Magi veneráti sunt in cunábulis, et de thesáuris suis mysticas ei múnus spécies obtulérunt.—In auro.

Lectio ii.

**N**ON autem quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israelitae: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocábitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissiónis, aestimántur in sémine. Promissiónis enim verbum hoc est: Secúndum hoc tempus véniam; et erit Saræ filius. Non solum autem illa: sed et Rebécca ex uno concúbitu habens Isaac patris nostri.

R. In colúmbae spécie Spíritus sanctus visus est, Patérna vox audita est: Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene compláculi. V. Coeli apérti sunt super eum, et vox Patris intónuit.—Hic est.

Lectio iii.

**Q**UM enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, (ut secúndum electiónem propósitum Dei maneret) non ex opéribus, sed ex vocánte dictum est ei: Quia

major sérviet minóri, sicut scriptum est : Jacob diléxi, Esau autem ódio hábui. Quid ergo dicémus? numquid iniquitas apud Deum? Absit. Móysi enim dicit : Miserébor cuius miséreor : et misericórdiam praestábo, cuius miserébor. Igitur non voléntis, neque curréntis, sed miseréntis est Dei.

*R.* Reges Tharsis et insulae múnera ófferent : \* Reges Arabum et Saba dona Dómino Deo addúcent. *V.* Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes. — Reges. Glória Patri. Reges.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. ii. de Epiph. qui est  
xxx. de Tempore.*

Lectio iv.

**A**D partum Virginitis adorandum Magi ab Oriénte venérunt. Hunc diem hódie celebrámus : huic débitum solemnitéris sermónem persólvimus. Illis dies iste primus illúxit, anniversária nobis festivité rédiit. Illi erant primitiae Géntium, nos pópulus Géntium. Nobis hoc lingua nuntiávit Apostolorum, stela illis tamquam lingua coelórum : et nobis ídem Apóstoli, tamquam álíi coeli, enarravérunt glóriam Dei.

*R.* Illumináre, illumináre Jerúsalem, quia venit lux tua : \* Et glória Dñi super te orta est. *V.* Et ambulábunt Gentes in lúmíne tuo, et reges in splendóre ortus tui. — Et glória.

Lectio v.

**Q**UAGNUM sacraméntum! in praesépi jacébat, et Magos ab Oriénte ducébat : abscondébatur in stábulo, et agnoscebátur in coelo : ut ágnitus in coelo manifestarétur in stábulo, et appellarétur Epiphania dies iste, quod Latíne manifestátio dici potest : simul ejus celsitúdinem humilitémque comméndans, ut qui in apérto coelo signis sidéreis monstrabátur magnus, in angústo diversório quaesitus, invenirétur inválidus, infantilibus in membris natus, infantilibusque pannis involútus, adorarétur a Magis, timerétur a malis.

*R.* Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes, \* Allelúia, allelúia, allelúia. *V.* Reges Tharsis et insulae múnera ófferent, reges Arabum et Saba dona addúcent. — Allelúia.

Lectio vi.

**T**IMUIT enim eum rex Heródes, eisdem sibi Magis nuntiántibus,

cum adhuc quaerent parvulum, quem cognoverant, coelo teste, jam natum. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cum abula terrabant infantis? Quanto consultius reges, non, sicut Herodes, interficere quaerant, sed, sicut Magi, potius adorare delectentur, jam praesertim eum, qui et ipsam mortem, quam cupiebat inimicus inferre, etiam pro ipsis inimicis ab inimicis sustinuit, eamque in suo corpore occisus occidit! Pie timeant reges ad Patris dexteram jam sedentem, quem rex impius timuit adhuc matris ubera lambentem.

R. Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam quaerentes, et dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus? \* Et venimus adorare Dominum. V. Vidimus stellam ejus in Oriente.—Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. ii.

**Q**UAM natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Et reliqua.

De Homilia S. Gregorii Papae.

Homil. x. in Evangel.



**A**TIVITATE Regis nostri cognita, Herodes ad callida argumenta convertitur: et ne terreno regno privaretur, renuntiari sibi ubi puer invenitur, postulat. Adorare eum velle se simulat, ut hunc, si inveniri possit, extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium divinitatis? Scriptum quippe est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Nam ea, quae apparuit stella, Magos perducit: natum Regem repertiunt, munera deferunt: et ne redire ad Herodem debeant, in somnis admonentur. Sicque fit, ut Jesum, quem quaerit Herodes, invenire non possit. Cujus persona qui alii, quam hypocritae designantur, qui dum fide quaerunt, invenire Deum nunquam merentur?

R. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum, ubi puer erat: Videntes autem eam, gavisii sunt gaudio magno. V. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum.—Videntes autem.

Lección viii.

**S**ED inter haec sciendum, quod Priscillianistae haerétici nasci unumquemque hominem sub constitutionibus stellarum putant: et hoc in adiutorium sui erroris assument, quod nova stella exiit, cum Dñs in carne apparuit: cuius fuisse fatum eandem, quae apparuit, stellam putant. Sed si Evangelii verba pensamus, quibus de eadem stella dicitur: Usque dum veniens staret supra, ubi erat puer: dum non puer ad stellam, sed stella ad puerum cucurrit: si dici liceat non stella fatum pueri, sed fatum stellae is, qui apparuit, puer fuit.

R. Videntes stellam Magi, gavisí sunt gaudio magno: Et intrantes domum, invenérunt puerum cum María matre ejus, et proci-dentes adoraverunt eum: Et apertis thesauris suis obtulerunt ei múnera: aurum, thus, et myrrham.

V. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecede-bat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer.— Et. Glória. Et.

Lección ix.

**S**ED a fidélium cordibus absit, ut aliquid esse fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hic Conditor, qui creávit, ad-

ministrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellae propter hominem factae sunt: et si stella fatum hominis dicitur, ipsis suis ministris subesse homo perhibetur. Certe, cum Jacob de útero egrédiens, prioris fratris plantam teneret manu, prior perfecté nequáquam egredi potuit, nisi subsequens inchoasset: et tamen cum uno tempore, eodemque momento utrumque mater fúderit, non una utriusque vitae qualitas fuit.

Te Deum laudamus. r8.

Ad Bened. Añã. Ab Oriente\* venérunt Magi in Bethlehém adorare Dñm: et apertis thesauris suis, pretiosa múnera obtulerunt: aurum, sicut Regi magno; thus, sicut Deo vero; myrrham, sepultúrae ejus, allelúia.

Ad Magnif. Añã. Videntes stellam Magi, \* gavisí sunt gaudio magno: et intrantes domum, obtulerunt Dómino aurum, thus, et myrrham, allelúia.

TERTIA DIE.

In primo Nocturno.

De Epístola ad Romanos.

Lección i. Cap. xii.



**B**SECRO itaque vos, fratres, per misericórdiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam



viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri : ut probetis quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta. Dico enim per gratiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos : Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem : et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

R̄. Tria sunt. 340.

Lectio ii.

**S**ICUT enim in uno corpore multa membra habemus : omnia autem membra non eundem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes : sive prophetam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praeesit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

R̄. In columbae. 340.

Lectio iii.

**D**ILECTIO sine simulatione. Odiētes malum, adhaerentes bono :

Charitate fraternitatis invicem diligentes : Honore invicem praevenientes : Sollicitudine non pigri : Spiritu ferventes : Domino servientes : Spe gaudentes : In tribulatione patientes : Orationi instantes : Necessitatibus sanctorum communicantes : Hospitalitatem sectantes. Benedicite persecutibus vos : benedicite, et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus : Idipsum invicem sentientes : Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

R̄. Reges Tharsis. 341.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Augustini  
Episcopi.

Serm. ii. de Epiphania.

Lectio iv.



**U**M tam multijam nati, atque defuncti essent reges Judaeorum, numquid quemquam eorum adorandum Magi quaesierunt? Non, quia nec quemquam eorum, coelo loquente, didicerunt. Verumtamen, quod praeter eundem non est, haec Magorum illuminatio magnum testimonium caecitatis extitit Judaeorum. In terra eorum isti requirebant, quem illi in sua non agnoscebant.

R̄. Illuminare. 341.

*Lectio v.*

**A**PUD eos isti infāntem invenērunt, quem illi apud se negavērunt. In his terris de longinquo isti et peregrīni pūerum Christum nondum verba promēntem adoravērunt, ubi cives illi jūvenem, mirācula faciēntem, crucifixērunt. Isti in membris parvis Deum adoravērunt, illi in magnis factis nec tamquam hōmini pepercerunt : quasi plus fūerit vidēre novam stellam in ejus nativitate fulgēntem, quam solem ejus in morte lugēntem.

*R̄. Omnes de Saba. 341.*

*Lectio vi.*

**J**AM verō quod eādē stella, quae Magos perdūxit ad locum, ubi erat cum Matre Virgine Deus infans, quae ūtīque pōterat eos ad ipsam perdūcere civitatem; setamen subtrāxit, nec eis prorsus apparuit, donec de civitate, in qua Christus nascerētur, idē ipsi interrogarētur Judaei, et ipsi eam secūndum divīnae Scriptūrae testimōnium nominārent, ipsi dicerent: In Bēthlehem Judae. Sic enim scriptum est: Et tu Bēthlehem terra Juda, non es mīnima in principibus Juda : ex te enim exiit Dux, qui regat pōpulum meum Israël. Quid aliud hic significāvit divīna providē-

tia, nisi apud Judaeos solas divīnas litteras remansūras, quibus Gentes instruerētur, illi excaecarētur ?

*R̄. Magi veniunt. 342.*

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secūndum Matthaeum.*

*Lectio vii. Cap. ii.*

**Q**UM natus esset Jesus in Bēthlehem Juda in diēbus Herōdis regis, ecce Magi ab Oriēte venērunt Jerosōlymam, dicētes: Ubi est qui natus est Rex Judaeōrum ? Et reliqua.

*De Homilia S. Gregōrii Papae.*

*Ex Homil. x. in Evang.*



**M**AGI vero aurum, thus, et myrrham dēferunt. Aurum quippe Regi cōngruit, thus vero in Dei sacrificium pōnitur, myrrha autem mortuōrum cōrpora condiūntur. Eum ergo Magi, quem adorant, etiam mysticis munēribus praedicant : auro Regem, thus Deum, myrrha mortālem. Sunt vero nonnulli haerētici qui hunc Deum credunt, sed ubique regnāre nequāquam credunt. Hi profēcto ei thus offerunt, sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli, qui hunc Regem existimant, sed Deum negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt.

*R̄. Stella, quam. 342.*

Lectio viii.

**E**T sunt nonnulli, qui hunc et Deum et Regem fatentur, sed assumpsisse carnem mortalem negant. Hi nimirum ei aurum et thus offerunt, sed offerre myrrham assumptae mortalitatis nolunt. Nos itaque nato Dño offeramus aurum, ut hunc ubique regnare fateamur: offeramus thus, ut credamus, quod is, qui in tempore apparuit, Deus ante tempora exiit: offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in sua divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carnem mortalem.

R. Videntes stellam. 343.

Lectio ix.

**Q**UAMVIS in auro, thure, et myrrha intelligi et aliud potest. Auro namque sapientia designatur, Salomone attestante, qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem, quod Deo incenditur, virtus orationis exprimitur. Psalmista testante, qui dicit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham vero carnis nostrae mortificatio figuratur. Unde sancta Ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro Deo certantibus dicit: Manus meae distillaverunt myrrham, Te Deum. 18.

Ad Bened. Añ. Tria sunt múnera \* quae obtulerunt Magi Dómino: aurum, thus, et myrrham, Filio Dei, Regi magno, allelúia.

Ad Magnif. Añ. Lux de luce \* apparuisti, Christe, cui Magi múnera offerunt, allelúia, allelúia, allelúia.

## QUARTA DIE.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romanos.

Lectio i. Cap. xiii.



**M**AGNIS ánima potestátibus sublimioribus súbdita sit: Non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: nam principes non sunt timóri boni óperis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum.

R. Tria sunt. 340.

Lectio ii.

**S**I autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo necessitate súbditi estóte, non solum propter iram, sed etiam propter

conscientiam. Ideo enim et tributa praestatis : ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum serviētes. Reddite ergo omnibus debita : cui tributum, tributum : cui vectigal, vectigal : cui timorem, timorem : cui honorem, honorem.

R. In columbae. 340.

Lectio iii.

**N**EMINI quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis : qui enim diligit proximum, legem implēvit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces : et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilēctio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilēctio.

R. Reges Tharsis. 341.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Leonis Papae.

*Serm. i. de Epiphania.*

Lectio iv.



**C**ELEBRATO proximo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Salvatorem, Epiphaniae nobis, dilectissimi, veneranda festivitas dat perseverantiam gaudiorum : ut inter cognatarum solemnitatum vicina sacramenta,

exultationis vigor, et fervor fidei non tepescat. Ad omnium enim hominum spectat salutem, quod infantia mediatoris Dei et hominum, jam universo declarabatur mundo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo.

R. Illuminare. 341.

Lectio v.

**Q**UAMVIS enim Israeliticam gentem, et ipsius gentis unam familiam delegisset, de qua naturam universae humanitatis assumeret : noluit tamen intra maternae habitationis angustias ortus sui latere primordia : sed mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignatus est pro omnibus nasci. Tribus igitur Magis in regione Orientis stella novae claritatis apparuit, quae illustrior caeteris pulchriorque sideribus, facile in se intuentium oculos animosque converteret : ut confestim adverteretur non esse otiosum, quod tam insolitum videbatur.

R. Omnes de Saba. 341.

Lectio vi.

**D**EDIT ergo aspicientibus intellectum, qui praestitit signum : et quod fecit intelligi, fecit inquiri ; et se inveniendum obtulit requisitus. Sequuntur tres viri superni luminis ductum, et praevii fulgoris indicium intenta contemplatione

comitantes, ad agnitionem veritatis, gratiae splendore ducuntur, qui humano sensu significatum sibi Regis ortum aestimaverunt in civitate regia esse quaerendum. Sed qui servi susceperat formam, et non iudicare venerat, sed iudicari, Bethlehem praelegit nativitati, Jerosolyman passioni.

Rz. Magi veniunt ab Oriente. 342.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. ii.

**Q**UM natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolyman, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Et reliqua.

De Homilia S. Gregorii Papae.

Ex Homil. x. in Evang.



**Q**AGNUM veronobis aliquid Magi innuunt, quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. In eo namque quod admōniti faciunt, nobis profecto insnuant, quid faciamus. Regio quippe nostra paradisi est: ad quam, Jesu cognito, redire per viam, qua venimus, prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo cibum

vetitum gustando discessimus: sed ad eam necesse est, ut flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refracuendo redeamus.

Rz. Stella, quam. 342.

Lectio viii.

**P**ER aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur: quoniam qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad haec per lamenta revocamur. Unde necesse est, fratres charissimi, ut semper pavidi, semperque suspecti, ponamus ante oculos cordis, hinc culpas operis, illinc iudicium extremae distributionis. Pensamus quam districtus iudex veniat, qui iudicium minatur, et latet: terrores peccatoribus intētat, et tamen adhuc sustinet: et idcirco venire citius differt, ut minus inveniat quod condemnet.

Rz. Videntes stellam. 343.

Lectio ix.

**P**UNIAMUS flētibusculpas, et cum Psalmistae voce, praeviamus faciem ejus in confessione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana laetitia seducat. In proximo namque est iudex, qui dixit: Vae vobis, qui ridetis nunc: quia lugēbitis et flēbitis. Hinc enim Salomon ait: Risus dolori miscēbitur:

et, Extréma gáudii luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum deputávi errórem, et gáudio dixi: Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapiéntium ubi tristítia est: et cor stultórum ubi laetítia.

Te Deum laudámus. 18.

Ad Benedictus, Antiphona, Vidimus stellam ejus \* in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona, Interrogábat \* Magos Heródes: Quod signum vidístis super natum Regem? Stellam vidimus fulgéntem, cujus splendor illúminat mundum.

QUINTA DIE.

In primo Nocturno.

De Epístola ad Romános.

Lectio i. *Cap. xiv.*



**F**IRMUM autem in fide assúmte, non in disceptatióibus cogitatiónum. Alius enim credit se manducáre ómnia: qui autem infirmus est, solus mandúcat. Is qui mandúcat, non manducántem non spernat: et qui non mandúcat, manducántem non júdicet: Deus enim illum assúpsit. Tu quis es, qui júdicas aliénium servum? Dómino suo stat, aut ca-

dit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.

R̄. Tria sunt. 340.

Lectio ii.

**D**AMÁlius júdicat diem inter diem: álius autem júdicat omnem diem: unusquísque in suo sensu abúndet. Qui sapit diem, Dómino sapit. Et qui mandúcat, Dómino mandúcat: grátias enim agit Deo. Et qui non mandúcat, Dómino non mandúcat, et grátias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi móritur. Sive enim vívimus, Dómino vivimus: sive mórimur, Dómino mórimur. Sive ergo vivimus, sive mórimur, Dñi sumus.

R̄. In colúmbae. 340.

Lectio iii.

**I**N hoc enim Christus mórtuus est, et resurrexit: ut et mortuórum et vivórum dominétur. Tu autem quid júdicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stábitimus ante tribúnal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dóminus, quóniam mihi flectétur omne genu: et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquísque nostrum pro se ratiónem reddet Deo. Non ergo ámplius ínvicem júdicemus.

R̄. Reges Tharsis. 341.

In secundo Nocturno.  
Sermo S. Máximi Episcopi.  
*Homil. i. de Epiphania.*

Lectio iv.

**I**N hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paternae traditionis instruímur, multiplici nobis est festivitate lactandum. Ferunt enim, hodie Christum Dóminum nostrum vel stella duce a Géntibus adoratum; vel invitatum ad nuptias, aquas in vina veruisse; vel suscepto a Joanne baptisate, consecrassé fluénta Jordánis, suúmque simul purificassé Baptístam.

R. Illuminare. 34r.

Lectio v.

**S**ED quid potissimum praesénti hoc factum sit die, nóverit ipse qui fecit: nos tamen crédere, nec dubitare debémus, quidquid illud est, factum esse pro nobis. Nam quod eum fulgentioris stellae rádiis incitati adoravére Chaldaei, Deum verum Géntibus spes data est adorandi. Quod aquae novo sunt ordine in vina mutatae, novi nobis poculi praelibatum est sacraméntum. Quod autem baptizatus est Agnus Dei, regenerantis baptismi salutare nobis munus est dedicatum.

R. Omnes de Saba. 34r.

Lectio vi.

**O**PORTET itaque nos, fratres, ad honorem Salvatoris nostri, cujus nativitatem debita nuper cum exultatione transégimus, omni cum devotíone étiam hunc virtutum ejus celebrare natalem. Et quam recte tria haec nobis uno acta in die mysteria praedicántur, qui ineffabilis Trinitatis arcanum uno Dei sub nómine confitemur. Per haec ergo miracula Christus Dóminus Redemptor noster óculis se voluit revelare mortálium, quatenus invisibilis ejus divinitas, quae latebat in hómine, in ópere non latéret.

R. Magi véniunt. 34r.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. ii.*

**Q**UM natus esset Jesus in Bethlehém Juda in diebus Heródis regis, ecce Magi ab Oriente vénerunt Jerosólymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judaeórum? Et reliqua.

Homilia sancti Hierónymi  
Presbyteri.

*Lib. i. Comm. in c. ii. Matth.*



**Q**UIDIMUS enim stellam ejus in Oriente. Ad confusiónem Judaeórum, ut nativitaté Christi

a Géntibus díscerent, órítur in Oriénte stella; quam futúram, Bálaam, cujus successóres erant, vaticínio nóverant. Lege Numerórum librum. Deferúntur autem Magi stellae indício in Judaeam, ut sacerdótes a Magis interrogáti ubi Christus nascerétur, inexcusábiles fírent de advéntu ejus.

R. Stella, quam. 342.

Lectio viii.

**A**T illi dixerunt ei: In Bétlehem Judaeae. Librariórum hic error est. Putámus enim ab Evangelísta primum éditum, sicut in ipso Hebráico légimus, Judae, non Judaeae. Quae est enim aliárum Géntium Bétlehem, ut ad distinctiónem ejus hic Judaeae ponerétur? Judae autem ideíreo scribitur, quia est et ália Bétlehem in Galilaea. Lege librum Jesu filii Nave. Dénique et in ipso testimónio, quod de Michaeae prophetía sumptum est, ita habétur: Et tu Bétlehem terra Juda.

R. Vidéntes stellam. 343.

Lectio ix.

**E**T apértis thesáuris suis, obtulé-runt ei múnera: aurum, thus, et myrrham. Pulchérime mún-erum sacraménta Juvén-cus présbyter uno versículo comprehéndit: Thus, aurum, myrrham, Regíque,

hominíque, Deóque dona ferunt. Et respónso accépto in somnis, ne redírent ad Heródem, per áliam vi-am revérsi sunt in regiónem suam. Qui múnera obtúlerant Dómino, consequén-ter respónsum accípiunt, non per Angelum, sed per ipsum Dóminum: ut meritórum Joseph privilégium demonstrarétur. Revertúntur autem per áliam viam: quia infidelitáti miscéndi non erant Judaeórum.

Te Deum laudámus. 18.

Ad Bened. Añá. Omnes nátiónes \* vénient a longe, portántes múnera sua, alle-lúia.

Ad Magnificat. Añá.

Omnes de Saba \* vénient, aurum et thus deferéntes, allelúia, allelúia.

#### SEXTA DIE.

In primo Nocturno.

De Epístola ad Romános.

Lectio i. Cap. xv.



**Q**EBEMUS autem nos firmióres imbecillitátes infirmórum sustinére, et non nobis placére. Unusquisque vestrum próximo suo pláceat in bonum, ad aedificatió-nem. Etenim Christus non sibi plácuít, sed sicut scriptum est: Impropería impropérantium tibi cecidérunt super me. Quaecúmque enim scripta



sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt : ut per patientiam et consolationem Scripturarum, spem habeamus.

R̄. Tria sunt. 340.

Lectio ii.

**D**EUS autem patientiae et solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum : ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, et Patrem Domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum : Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in Gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit : Lactamini Gentes cum plebe ejus. Et iterum : Laudate omnes Gentes Dominum, et magnificate eum omnes populi.

R̄. In columbae. 340.

Lectio iii.

**E**T rursus Isafas ait : Erit radix Jesse, et qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo : ut abundetis in spe, et virtute Spiritus sancti.

Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, replenti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam vos reducens : propter gratiam, quae data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Jesu in Gentibus : sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, et sanctificata in Spiritu sancto.

R̄. Reges Tharsis. 341.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Fulgentii  
Episcopi.

*Ex Serm. v. qui est de Epiphania, sub initium.*

Lectio iv.

**I**PSE Deus, qui sibi in veteri Testamento primitias offerri mandavit, homo natus, Gentium primitias suo cultui dedicavit. Pastores fuerunt primitiae Judaeorum : Magi facti sunt primitiae Gentium. Illi de proximo adducti, isti de longinquo reducti. Ubi est, inquit, qui natus est Rex Judaeorum ? De Herode rege Judaeorum filii jam fuerant nati. Archelaus natus est in palatio, Christus in diversorio. Archelaus natus, est in lecto argenteo positus : Christus autem na-

tus, in praesepio est brevissimo collocatus: et tamen ille natus in palatio contemnitur, iste natus in diversorio quaeritur: ille a Magis nullatenus nominatur, iste inventus suppliciter adoratur.

R. Illuminare. 341.

Lectio v.

**Q**UIS est iste Rex Judaeorum? Pauper et dives, humilis et sublimis. Quis est iste Rex Judaeorum, qui portatur ut parvulus, adoratur ut Deus? parvus in praesepio, immensus in coelo: vilis in pannis, pretiosus in stellis. Quid est quod sic turbaris Herodes? Rex iste, qui natus est, non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subjugare. Nec ideo natus est, ut tibi succedat, sed ut in eum mundus fideliter credat. Venit ergo, non ut pugnet vivus, sed ut triumphet occisus.

R. Omnes de Saba. 341.

Lectio vi.

**P**UER iste, qui nunc a Magis dicitur Rex Judaeorum, idem Creator est, et Dominus Angelorum. Quapropter cujus times infantiam nascentis, magis timere debes omnipotentiam judicantis. Noli eum timere regni tui successorum, sed time infidelitatis tuae justissimum damna-

torum. Ite, inquit, et renuntiare mihi, ut et ego veniens adorem eum. O caliditas facta, o incredulitas impia, o nequitia fraudulenta! Sanguis Innocentium, quem crudeliter effudisti, attestatur quid de hoc puero voluisti.

R. Magi veniunt. 342.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. ii.

**A**UM natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. in Lucae cap. ii. post initium.



**G**RAE sunt ista verae fidei munera? Aurum Regi, thus Deo, myrrha defuncto. Aliud enim Regis insigne, aliud divinae sacramentum potestatis, aliud honor est sepulturae, quae non corrumpat corpus mortui, sed reservet. Nos quoque, qui haec audimus, et legimus, de thesauris nostris talia, fratres, munera proferamus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus. Si igitur in teipso quod es,

non ex te debes aestimare, sed ex Christo : quanto magis in Christo non tua debes aestimare, sed Christi ?

R. Stella, quam. 342.

Lectio viii.

**E**RGO Magi de thesauris suis offerunt munera. Vultis scire quam bonum meritum habeant? Stella ab his videtur; et ubi Herodes est, non videtur: ubi Christus est, rursus videtur, et viam demonstrat. Ergo stella haec via est, et via Christus: quia secundum incarnationis mysterium Christus est stella. Orietur enim stella ex Jacob, et exurgit homo ex Israel. Denique ubi Christus, et stella est. Ipse enim est stella splendida, et matutina. Sua igitur ipse luce se signat.

R. Videntes. 243.

Lectio ix.

**A**CCIPE aliud documentum. Alia venerunt via Magi, alia redeunt. Qui enim Christum viderant, Christum intellexerant; meliores utique, quam venerant, revertuntur. Duae quippe sunt viae: una, quae ducit ad interitum; alia, quae ducit ad regnum. Illa peccatorum est, quae ducit ad Herodem: haec Christus est, qua reditur ad patriam. Hic enim temporalis est incolatus, sicut

scriptum est: Multum incolata facta est anima mea.

Te Deum laudamus. 18.

Ad Bened. Añs. Venient ad te, \* qui detrahébant tibi, et adorábunt vestigia pedum tuorum.

Ad Magnificat, Añs. Admoniti Magi \* in somnis, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

### SABBATO

Infra Octavam Epiphaniae.

AD VESPERAS.

Capitulum. Rom. xii.



**R**RATRES: Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Hymnus Crudelis, et V. Reges Tharsis. 325.

Ad Magnif. Añs. Remansit \* puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus, existimantes illum esse in comitatu: et requirébant eum inter cognatos et notos.

Oratio.

**U**OTA, quaesumus Domine, supplicantis populi coelesti pietate prosequere: ut et quae agenda sunt, videant, et ad implenda quae viderint, convalescant. Per Dominum.

Deinde fit comm. Epiph. per Añam quæ occurrit secundum ordinem dierum infra Octavam.

V. Omnes de Saba venient, allelúia. R. Aurum et thus deferentes, allelúia.

Nisi dicta sit Antiphona Omnes de Saba venient; tunc enim legitur V. Adorate Deum, allelúia. R. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui hodierna die Unigénitum tuum Géntibus, stella duce, revelásti: concède propitius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitudinis perducámur. Per eúndem Dóminum.

#### DOMINICA

*Infra Octavam Epiphaniae.*

Totum Officium dicitur de Epiphania, præter Lecciónes, Capitula, Añas ad Benedictus et ad Magnificat, et Orationem.

In primo Nocturno ponitur Epistola prima ad Corinthios, quæ inferius post Octavam habetur, 364; et legitur de ea sequentibus diebus, Lecciónes vero, quæ aliquando supersunt de Epistola ad Romanos, eo anno prætermittuntur.

Quando Epiphania in Dominica venerit, Sabbato

sequenti fit Officium de Dominica, et Feria vi. Vesperæ a Capitulo de Dominica cum commem. Octavæ.

In primo Nocturno leguntur Lecciónes de Epistola ad Romanos, ut infra: Epistola vero ad Corinthios tunc ponitur ipsa die Dominica in Officio Octavæ.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romános.

Lección i. Cap. xvi.



**C**OMMENDO autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministério Ecclésiæ, quæ est in Cenchrís: ut eam suscipiátis in Dño digne sanctis, et assistátis ei in quocúmque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque ástitit multis, et mihi ipsi. Salutáte Priscam et Aquilam adjutores meos in Christo Jesu (qui pro ánima mea suas cervices supposuerunt: quibus non solus ego grátias ago, sed et cunctæ Ecclésiæ Géntium) et domésticam Ecclésiám eórum.

R. Hódie in Jordáne baptizáto Dómino apérti sunt coeli, et sicut colúmba super eum Spíritus mansit, et vox Patris intónuit: Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene complácu. V. Descéndit Spíritus sanctus corporáli spécie

sicut columba in ipsum, et vox de coelo facta est. — Hic est.

*Lectio ii.*

**R**OGO autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offensus praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, et declinate ab illis. Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo.

*R.* In columbae specie Spiritus sanctus visus est. Paterna vox audita est: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. *V.* Coeli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est Filius.

*Lectio iii.*

**S**ALUTAT vos Timotheus adiutor meus, et Lucius, et Jason, et Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in Domino. Salutat vos Cajus hospes meus, et universa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, et Quartus frater. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

*R.* Reges Tharsis et insulae munera offerent: Reges Arabum et Saba dona Domino Deo adducunt. *V.* Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes. — Reges. Gloria Patri. Reges.

*In secundo Nocturno.*

Sermo sancti Leonis Papae.  
*Serm. iv. de Epiphania.*

*Lectio iv.*

**M**AGNUM et rationabile, dilectissimi, verae pietatis obsequium est, in diebus, qui divinae opera misericordiae protestantur, toto corde gaudere, et honorifice ea, quae ad salutem nos ram gesta sunt, celebrare, vocante nos ad hanc devotionem ipsa recurrentium temporum lege, quae nobis post diem, in quo coaeternus Patri Filius Dei natus ex Virgine est, brevi intervallo Epiphaniae intulit festum, ex apparitione Domini consecratum.

*R.* Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: Et gloria Domini super te orta est. *V.* Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria.

*Lectio v.*

**I**N quo fidei nostrae magnum praesidium providentia divina constituit: ut, dum solemniter vene-

ratione recólitur adoráta in exórdiis suis Salvatóris infántia, per ipsa originália documenta probarétur veri hóminis in Christo orta nátura. Hoc enim est quod justificat impios : hoc est, quod ex peccatóribus facit sanctos, si in uno eodémque Dño nostro Jesu Christo et vera Déitas, et vera credátur humánitas : Déitas, qua ante ómnia saecula in forma Dei acquális est Patri : humánitas, qua novíssimis diébus in formá servi únitus est hómini.

*R.* Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes, Allelúia, allelúia, allelúia. *V.* Reges Tharsis et insulae múnera offerent, reges Arabum et Saba dona addúcent. — Allelúia.

*Lectio vi.*

**A**D roborándum ergó hanc fidem, quae contra omnes pronuntiábatur erróres, ex magna gestum est divini pietáte consílii, ut gens in longínqua Orientális plagae regione consistens, quae spectándórum síderum arte pollébat, signum nati púeri, qui supra omnem Israël esset regnatúrus, acciperet. Nova etenim cláritas apud Magos stellae illustriórís apparúit, et intuéntium

ánimos ita admiratióne sui splendóris implévit, ut nequáquam sibi créderent negligéndum, quod tanto nuntiábatur indício.

*R.* Magi véniunt ab Oriente Jerosólymam, quacréntes et dicéntes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus ? Et vénimus adoráre Dóminum. *V.* Vidimus stellam ejus in Oriente. — Et vénimus. *Gloria* Patri. Et vénimus.

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vii. Cap. ii. f.*

**A**UM factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatisque diébus, cum redirent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem. Et reliqua.

*Homílla sancti Ambrósii Episcopi.*

*Lib. 2. in cap. ii. Luc. in fine.*

**DUODECIMO** anno, ut légimus, Domínicae súmitur disputatiónis exórdium. Hic enim praedicándae fidei evangelizántium número debébatur. Nec otiose immemor suórum secúndum carnem párentum, qui secúndum carnem útique sapiéntia Dei implebátur et grátia, post



triduum reperitur in templo : ut esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede coelesti, et honore divino, fidei nostrae se suscitatus offerret, qui mortuus credebatur.

*R.* Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venissent ad locum, ubi puer erat : Videntes autem eam, gavisus sunt gaudio magno. *V.* Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et proci dentes adoraverunt eum.—Videntes autem eam.

*Lectio viii.*

**Q**UID est quod me quaerebatis ? Duae sunt in Christo generationes : una est paterna, materna altera. Paterna illa divini or ; materna vero, quae in nostrum laborem usumque descendit. Et ideo quae supra naturam, supra aetatem, supra consuetudinem fiunt, non humanis assignanda virtutibus, sed divinis referenda sunt potestatibus. Alibi eum ad ministerium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quae humana sunt, exigat. Sed cum hic duodecim describatur annorum, illic discipulos habere dicatur : vides matrem didicisse a filio, ne

exigeret a validiore ministerium, quae stupēbat in juniore miraculum.

*R.* Videntes stellam Magi, gavisus sunt gaudio magno : Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et proci dentes adoraverunt eum : Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera : aurum, thus, et myrrham.

*V.* Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer.—Et intrantes. Gloria Patri. Et apertis.

*Lectio ix.*

**E**T venit Nazareth, et erat subditus illis. Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret ? Et miramur, si Patri defert, qui subditur matri ? Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est : attollat licet saevis emissus latebris coluber perfidiae caput, et serpentinis evomat venena pectoribus. Cum dicat se Filius missum, majorem haereticus appellet Patrem, ut imperfectum Filium dicat, qui potest habere majorem : ut alienis auxiliis asserat eum, qui mittitur, indigere. Numquid et humano egēbat auxilio, ut materno serviret imperio ?

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ante luciferum \* géni-  
tus, et ante saecula, Dó-  
minus Salvátor noster hód-  
die mundo apparuit. Psal-  
mus Dóminus regnávít, cum  
reliquis. 19.

2. Venit lumen tuum \*  
Jerúsalem, et glória Dómini  
super te orta est : et ambu-  
lábunt Gentes in lumine  
tuo, allelúia.

3. Apértis thesáuris suis, \*  
obtulerunt Magi Dómino  
aurum, thus, et myrrham,  
allelúia.

4. Mária et flúmina \* be-  
nedícite Dómino : hymnum  
dícite, fontes, Dómino, al-  
lelúia.

5. Stella ista \* sicut flam-  
ma corúscat, et Regem  
regum Deum demónstrat :  
Magi eam vidérunt, et ma-  
gno Regi múnera obtulé-  
runt.

Capitulum. Rom. xii.

**F**RATRES : Obsecro  
vos permisericórdiam  
Dei, ut exhibeátis córpora  
vestra hóstiam vivéntem,  
sanctam, Deo placéntem,  
rationábilis obséquium ve-  
strum.

Hymnus O sola, et V.  
Adoráte Deum. 337.

Ad Bened. Añae. Remán-  
sit \* puer Jesus in Jerúsa-  
lem, et non cognóverunt  
paréntes ejus, existimántes  
illum esse in comitátu : et

requirébant eum inter co-  
gnátos et notos.

Oratio.

**Q**UOT A, quaesumus  
Dómine, supplicán-  
tis pópuli coelésti pietáte  
proséquere : ut et quae  
agénda sunt, videant, et  
ad implénda quae viderint,  
convalescant. Per Dómi-  
num.

Deinde fit commem. de  
Epiphania. Añae. Hódie coe-  
lésti sponso juncta est Ec-  
clésia, quóniam in Jordáne  
lavit Christus ejus crímina :  
currunt cum munéribus  
Magi ad regáles nuptias,  
et ex aqua factó vino, lae-  
tántur convivae, allelúia.

V. Omnes de Saba vé-  
nient, allelúia. R. Aurum et  
thus deferéntes, allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui hodiérna  
die Unigénitum tu-  
um Géntibus, stella duce,  
revelásti : concéde propi-  
tius ; ut qui jam te ex fide  
cognóvimus, usque ad con-  
templándam spéciem tuae  
celsitúdinis perducámur.  
Per eúndem Dóminum.

AD TERTIAM.

Añae. Venit lumen tuum.

Capit. Fratres : Obsecro,  
ut supra.

R. br. Reges Tharsis et  
ínsulae múnera ófferent, \*  
Allelúia, allelúia. Reges. V.  
Reges Arabum et Saba



dona addūcent. Allelúia, allelúia. *Gloria Patri. Reges Tharsis.*

*V.* Omnes de Saba venient, allelúia. *R.* Aurum et thus deferentes, allelúia.

## AD SEXTAM.

*Antiphona.* Apértis thesauris suis.

*Capitulum. Rom. xii.*

**D**ICO enim per grátiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sápere quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietatem.

*R.* *Dr.* Omnes de Saba venient, Allelúia, allelúia. Omnes. *V.* Aurum et thus deferentes. Allelúia, allelúia. *Gloria Patri. Omnes V.* Adoráte Dóminum, allelúia. *R.* In aula sancta ejus, allelúia.

## AD NONAM.

*Antiphona.* Stella ista. *Capitulum. Rom. xii. b.*

**S**ICUT enim in uno corpore multa membra habémus: omnia autem membra non eúmdem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter altérius membra, in Christo Jesu Dómino nostro.

*R.* *Dr.* Adoráte Dñm, Allelúia, allelúia. Adoráte. *V.* In aula sancta ejus. Allelúia, allelúia. *Gloria Patri. Adoráte.*

*V.* Adoráte Deum, allelúia. *R.* Omnes Angeli ejus, allelúia.

## AD VESPERAS.

*Añã. Ante luciferum, cum reliquis de Laudibus. 359.* *Psalmus Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica.*

135. *Capitulum Fratres: Obsecro vos. 359.*

*Hymnus Crudélis Heródes, et V. Reges Tharsis. 325.*

*Ad Magnif. Añã. Fili,* quid fecisti nobis sic? Ego et pater tuus dolentes quaerebámus te. Quid est quod me quaerebátis? nesciebátis quia in iis, quae Patris mei sunt, opórtet me esse? *Oratio. Vota, quaesumus Dómine, ut supra. 359.*

*Et fit comm. de Epiphania. Añã. Tribus miráculis ornátum diem sanctum cólimus: hódie stella Magos duxit ad praesépium: hódie vinum ex aqua factum est ad núptias: hódie in Jordáne a Joánne Christus baptizári vóluit, ut salváret nos, allelúia.*

*V.* Omnes de Saba venient, allelúia. *R.* Aurum et thus deferentes, allelúia. *Oratio. Deus, qui hodierna die. 359.*

*Si Octava Epiphaniae venerit in Dominica, nihil fit de Dominica in ipsa die Octava, sed tantum in primis Vesperis diei Octavae*

fit commemoratio pro secundis Vesperis Dominicae infra Octavam, de qua celebratum est Officium eod die, Antiphona, *Fili, quid fecisti.* *V.* Omnes de Sabba; qui Versus etiam dicitur, quando Octava Epiphaniae venerit in Feria secunda, pro commemoratione Dominicae in primis Vesperis diei Octavae.

IN DIE OCTAVA  
EPIPHANIAE.

Duplex.

In primis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis Vesperis Epiphaniae. 325; excepta Oratione, quae dicitur ut sequitur.

Oratio.

**D**EUS, cujus Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit: praesta, quaesumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur: Qui tecum vivit.

AD MATUTINUM.

Invitorium, Hymnus, et Psalmi, ut infra Octavam: caetera dicuntur sicut in die Epiphaniae, praeter Lectiones.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Epistola prima ad Corinthios, quae occurrunt secundum superiorem Rubricam. 355.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni.

*Orat. in sancta Lumina.*

Lectio iv.



**N**ON possum cohibere lactitiae voluptatem, sed mente extollor, et afficior: et propriae pusillitatis oblitus, officium magni Joannis, immo potius famulatum subire contendendo, ac gestio: et licet non sim praecursor, de eremo tamen venio. Christus ergo illuminatur, immo potius fulgore suo nos illuminat: Christus baptizatur, simul et nos descendamus, ut cum ipso pariter ascendamus.

**R.** Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: Et gloria Domini super te orta est. *V.* Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.—Et gloria.

Lectio v.

**J**OANNES baptizat, et accedit Jesus, sanctificans quidem et ipsum qui baptizat, praecipue tamen ut et veterem Adam sepeliat in aquis, et ante omnia, ut per haec sanctificentur aquae Jordani: ut sicut erat spiritus et caro, ita et his, qui baptizandi erant, in spiritu et aqua

sanctificati6nis succ6ssio traderetur. Non suscipit Baptista, cont6ndit Jesus. Ego, inquit, opus habeo a te baptizari. Lucerna dicit ad Solem et vox loquitur ad Verbum.

R. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem D6mino annuntiantes, Allel6uia, allel6uia, allel6uia. V. Reges Tharsis et insulae m6nera offerent, reges Arabum et Saba dona adducunt. — Allel6uia.

Lectio vi.

**A**SCENDIT Jesus de aqua, secum quodammodo demersum educens et elevans mundum : et vidit non dividi coelum, sed aperiri, quod sibi ac nobis post se aliquando Adam ille concluserat ; sicut et igneo gladio parad6sus fuerat conclusus. Spiritus sanctus testimoni6nium perhibet : similia namque sibi ipsa concurrunt. De coelo testimoni6nium defertur : inde enim erat ille, cui testimoni6nium perhibetur.

R. Magi veniunt ab Oriente Jeros6lymam, quaerentes, et dicentes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus ? Et venimus adorare D6minum. V. Vidimus stellam ejus in Oriente. — Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. i. d.

**I**N illo tempore : Vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccat6m mundi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tr. vi. in Joan. ante med.

**A**NTEQUAM veniret D6minus ut baptizaretur a Joanne in Jordane, noverat eum illis vocibus, ubi ait : Tu ad me venis baptizari ? ego a te debeo baptizari. Sed ecce D6minus noverat, noverat Filium Dei. Unde probamus quod jam noverat, quia ipse baptizaret in Spiritu sancto ? Antequam veniret ad fluvium, cum multi ad Joannem currerent baptizari, ait illis : Ego quidem baptizo vos in aqua : qui autem post me venit, major me est : cujus non sum dignus corrigiam calcamenti solvere : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, et igni. Jam et hoc noverat.

R. Stella quam viderant Magi in Oriente, antecederat eos, donec venirent ad locum, ubi puer erat : Videntes autem eam, gavisii sunt gaudio magno. V. Et

intrantes domum, inven-  
runt puerum cum Mariama-  
tre ejus, et procidentes ado-  
raverunt eum. — Videntes.

## Lectio viii.

**Q**UID ergo per colúm-  
bam didicit, ne men-  
dax póstea inveniátur,  
(quod avértat a nobis Deus  
opinári) nisi quamdam pro-  
prietátem in Christo talem  
futúram, ut quamvis multi  
ministri baptizatúri essent,  
sive justí, sive injústi, non  
tribuerétur sánctitas bap-  
tismi, nisi illi, super quem  
descéndit colúmbe, de quo  
dictum est : Hic est qui  
baptizat in Spíritu sancto ?  
Petrus baptizet, hic est qui  
baptizat : Paulus baptizet,  
hic est qui baptizat : Judas  
baptizet, hic est qui bap-  
tizat. Nam si pro diversitate  
meritórum baptisma san-  
ctum est : quia diversa sunt  
mérita, diversa erunt bap-  
tismata : et tanto quisque  
aliquid mélius putátur  
accipere, quanto a melióre  
vidétur accepisse.

R. Videntes stellam Ma-  
gi, gavisí sunt gáudio ma-  
gno : \* Et intrantes domum,  
invenérunt puerum cum  
María matre ejus, et proci-  
dentes adoraverunt eum : \*  
Et apértis thesáuris suis  
obtulérunt ei múnera, au-  
rum, thus, et myrrham. V.  
Stella, quam viderant Magi  
in Oriénte, antecedébat eos,

usque dum véniens staret  
supra, ubi erat puer. — Et  
intrantes. Glória Patri. Et  
apértis.

## Lectio ix.

**I**PSI sancti, (intelligite  
fratres) boni pertinén-  
tes ad colúmnam, pertinén-  
tes ad sortem civitátis illius  
Jerúsalem, ipsi boni in  
Ecclésia, de quibus dicit  
Apóstolus : Novit Dóminus  
qui sunt ejus ; diversárum  
gratiárum sunt, non omnes  
pária mérita habent. Sunt  
alii aliis sanctiiores, sunt alii  
aliis meliiores. Quare ergo  
si unus ab illo, verbi grátia,  
justo, sancto baptizétur,  
alius ab alio inferioris mé-  
riti apud Deum, inferioris  
gradus, inferioris continén-  
tiae, inferioris vitae : unum  
tamen et par et aequale est  
quod acceperunt, nisi quia  
hic est, qui baptizat ?

Te Deum laudamus. 18.

Ad Laudes, per Horas, et  
ad Vesp., omnia dic. sicut  
in die Epiph., excepta Ora-  
tione, quae est : **Deus, cujus  
Unigénitus**, ut supra. 361.

Si Octava Epiph. venerit  
in Sabbato, in secundis  
Vesperis Octavae fit comm.  
Dominicae ii. post Epiph.  
Quando autem Septuag.  
venerit in i. Dominica post  
Octav. Epiphaniae, tunc in  
primo Sabbato post Octa-  
vam, non impedito Festo ix.  
Lectio num, alioquin i. die

post Octavam, fit Officium de Feria, in qua ponuntur R. R. primi Nocturni Dominicæ ii. post Epiph., et tres Lectiones leguntur de Homilia ejusdem Dominicæ cum ejus Añã ad Benedictus, et Oratione. Festum vero Semiduplex in ea occurrens transferitur in primam diem similiter non impeditam.

### DOM. I. POST EPIPH.

Quæ est infra Octavam.

In primo Nocturno legitur Epistola prima ad Corinthios, secundum superiorem Rubricam. 355.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. i.*



**P**AULUS vocátus Apóstolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sósthene frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificátis in Christo Jesu, vocátis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Dómini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsórum, et nostro. Grátia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Dño Jesu Christo.

R. Hódie in Jordáne baptizáto Dómino, apérti sunt coeli, et sicut colúmba super eum Spíritus mansit, et vox Patris intónuit : Hic

est Filius meus diléctus, in quo mihi bene complácuti. V. Descéndit Spíritus sanctus corporáli specie sicut colúmba in ipsum, et vox de coelo facta est. — Hic.

Lectio ii.

**G**RATIAS ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu : quod in omnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni sciéntia : sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis : ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, expectántibus revelatióem Dómini nostri Jesu Christi, qui et confirmábit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Dómini nostri Jesu Christi. Fidélis Deus : per quem vocáti estis in societátem Filii ejus Jesu Christi Dñi nostri.

R. In colúmbæ specie Spíritus sanctus visus est. Patérna vox audita est : Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene complácuti. V. Coeli apérti sunt super eum, et vox Patris intónuit. — Hic est.

Lectio iii.

**O**BSECRE autem vos, fratres, per nomen Dómini nostri Jesu Christi, ut idípsum dicátis omnes, et non sint in vobis schísmata : sitis autem perfécti, in eódem sensu, et in eádem

senténtia. Significátum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiónes sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apóllo: ego vero Cephae: ego autem Christi. Divísus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nómine Pauli baptizáti estis?

R. Reges Tharsis et insulae múnera ófferent: Reges Arabum et Saba dona Dómino Deo addúcent. V. Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes. — Reges. Glória Patri. Reges.


In ii. et iii. Nocturno leguntur Lectiões Dominicæ infra Octavam. 356.

Si vero dies Octava venerit in Dominica, dicuntur de die Octava. 361.

FERIA SECUNDA.

De Epístola prima ad Corinthios.

Lectio i. Cap. ii.

 T ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermónis, aut sapiéntiae, annúntians vobis testimónium Christi. Non enim iudicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, et timóre, et tremóre multo fui apud vos:

et sermo meus, et praedicatio mea non in persuasíbilibus humanae sapiéntiae verbis, sed in ostensióne spíritus et virtútis: ut fides vestra non sit in sapiéntia hóminum, sed in virtúte Dei.

Lectio ii.

**S**APIENTIAM autem loquimur inter perfectos: sapiéntiam vero non hujus saeculi, neque principum hujus saeculi, qui destruúntur: sed loquimur Dei sapiéntiam in mystério, quae abscondita est, quam praedestinávit Deus ante saecula in glóriam nostram, quam nemo principum hujus saeculi cognóvit: si enim cognovissent, nunquam Dñum glóriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, quae praeparávit Deus iis, qui diligunt illum.

Lectio iii.

**N**OBIS autem revelávit Deus per Spíritum suum. Spíritus enim ómnia scrutátur, étiam profúnda Dei. Quis enim hóminum scit quae sunt hóminis, nisi spíritus hóminis, qui in ipso est? ita et quae Dei sunt, nemo cognóvit, nisi Spíritus Dei. Nos autem non spíritum hujus mundi accévimus, sed Spíritum qui ex Deo est, ut sciámus quae

a Deo donata sunt nobis : quae et loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

### FERIA TERTIA.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio i. Cap. v.



**M**ININO auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis : et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, jam iudicavi ut praesens, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu, tradere huiusmodi satae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.

Lectio ii.

**N**ON est bona gloria vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Chri-

stus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae, et nequitiarum : sed in azymis sinceritatis, et veritatis.

Lectio iii.

**S**CRIPSI vobis in epistola : Ne commisceamini fornicariis. Non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus : alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri : si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut malédicus, aut ebrius, aut rapax : cum huiusmodi nec cibum sumere.

### FERIA QUARTA.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio i. Cap. vi.



**N**UDET aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, iudicari apud iniquos, et non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis saecularia? Saecularia igitur iudicia si habueritis : contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos

constituíte ad iudicándum. Ad verecúndiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicáre inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio conténdit: et hoc apud infidéles?

Lectio ii.

**J**AM quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habétis inter vos. Quare non magis injúriam accéptis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos injúriam fáctis, et fraudátis: et hoc frátribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidébunt? Nolite erráre: Neque fornicárii, neque idóli servientes, neque adúlteri, neque molles, neque masculórum concubitóres, neque fures, neque avári, neque ebríosi, neque malédici, neque rapáces, regnum Dei possidébunt. Et haec quidam fuístis: sed ablúti estis, sed sanctificáti estis, sed justificáti estis, in nómine Dómini nostri Jesu Christi, et in Spíritu Dei nostri.

Lectio iii.

**O**MNIA mihi licent, sed non ómnia expédiunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullus rédgar potestáte. Esca ventri, et venter escis: Deus autem et hunc et has déstruet:

corpus autem non fornicatióni, sed Dómino: et Dóminus córpori. Deus vero et Dóminum suscitávit: et nos suscitábit per virtútem suam. Nescítis quóniam córpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, fáciem membra meretricis? Absit. An nescítis, quóniam qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. Qui autem adhaeret Dómino, unus spíritus est. Fúgite fornicatiónem.

FERIA QUINTA.

De Epístola prima ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. vii.*

**E** quibus autem scripsístis mihi: Bonum est hómini mulierem non tángere: propter fornicatió-nem autem unusquisque suam uxórem hábeat, et unaquaeque suum virum hábeat. Uxóri vir débitum reddat: similiter autem et uxor viro. Múlier sui córporis potestátem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui córporis potestátem non habet, sed múlier.

Lectio ii.

**N**OLITE fraudáre invicem, nisi forte ex consénsu ad tempus, ut vacétis oratióni: et iterum



revertimini in idipsum, ne tentet vos sáttanas propter incontínentiam vestram. Hoc autem dico secúndum indulgéntiam, non secúndum impérium. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum : sed unusquisque próprium donum habet ex Deo : álius quidem sic, álius vero sic. Dico autem non nuptis, et víduis : bonum est illis si sic permáneant sicut et ego. Quod si non se cóntinent, nubant. Mélius est enim núbere, quam uri.

## Lectio iii.

**I**S autem, qui matrimonio juncti sunt, praecipio non ego, sed Dóminus, uxórem a viro non discédere : quod si discéserit, manére innúptam, aut viro suo reconciliári. Et vir uxórem non dimittat. Nam caeteris ego dico, non Dóminus : Si quis frater, uxórem habet infidélem, et haecconsentit habitáre cum illo, non dimittat illam. Et si qua múlier fidélem habet virum infidélem, et hic consentit habitáre cum illa, non dimittat virum : sanctificátus est enim vir infidélis per mulierem fidélem, et sanctificáta est múlier infidélis per virum fidélem : alióquin filii vestri immúndi essent, nunc autem sancti sunt.

## FERIA SEXTA.

De Epístola prima ad Corinthios.

Lectio i. Cap. xiii.



**S**I quis hóminum loquar et Angelórum, charitatem autem non hábeam, factus sum velut aes sonans, aut cyrúbalum tinniens. Et si labúero prophetiam, et nóverim mystéria ómnia, et omnem sciéntiam : et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam, charitátem autem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, charitátem autem non habúero, nihil mihi prodest.

## Lectio ii.

**C**HARITAS pátiens est, benígna est : Cháritas non aemuláttur, non agit pérperam, non infláttur, non est ambitiósá, non quaerit quae sua sunt, non irritáttur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitáte ; congáudet autem veritáti, ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cháritas nunquam excidit : sive prophetiae evacuabúntur, sive linguae cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte

enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

*Lectio iii.*

**Q**UM essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli. Videmus nunc per speculum in aenigmatate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec: major autem horum est charitas.

**SABBATO.**

De Epistola prima ad Corinthios.

*Lectio i. Cap. xvi.*

E colléctis autem, quae fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiae, ita et vos facite. Per unam Sabbati unusquisque vestrum apud se sepónat, recóndens quod ei bene placuerit: ut non, cum vénero, tunc colléctae fiant. Cum autem praesens fuero: quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem. Quod si dignum fue-

rit ut et ego eam, mecum ibunt.

*Lectio ii.*

**U**ENIAM autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manébo, vel etiam hiemabo: ut vos me deducatis quocúmque fero. Nolo enim vos modo in tránsito vidére: spero enim me aliquántulum témporis manére apud vos, si Dóminus permiserit. Permanébo autem Ephesusque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum, et évidens: et adversarii multi.

*Lectio iii.*

**S**I autem vénerit Timotheus, vidéte ut sine timóre sit apud vos: opus enim Dómini operatur, sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat: deducite autem illum in pace, ut véniat ad me: expécto enim illum cum fratribus. De Apóllo autem fratre vobis notum facio, quóniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus: et útique non fuit volúntas ut nunc veniret: veniet autem, cum ei vácuum fuérit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortámini. Omnia vestra in charitate fiant.

---

## SABBATO PRIMO

Post Octavam Epiphaniae.

Ad Vesperas, omnia, praeter Orationem, ut in Psalterio. 155; quod servatur in aliis Sabbatis usque ad Septuagesimam.

Oratio.

**O**MNIPOTENS semipitérne Deus, qui coeléstia simul et terréna moderáris : supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, et pacem tuam nostris concéde temporibus. Per Dóminum.

Deinde fiunt commemoratiónes ibidem positae ut in Psalterio. 159.

## DOM. II. POST EPIPH.

Omnia ut in Psalterio, praeter ea quae hic sunt propria.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. i.*

**P**AULUS Apóstolus Jesu Christi per voluntátem Dei, et Timótheus frater, Ecclésiae Dei, quae est Corínthi, cum ómnibus sanctis qui sunt in univérsa Acháia. Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Dómino Jesu Christo. Benedíctus Deus et Pater Dó-

mini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totiús consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra : ut possimus et ipsi consolári eos qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem qua exhortámur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abúndant passiónes Christi in nobis : ita et per Christum abúndat consolatió nostra.

**R.** Dómine, ne in ira tua árguas me, neque in furóre tuo corrípias me : Misérére mei, Dómine, quóniam infirmus sum. **V.** Timor et tremor venérunt super me, et contexérunt me ténebrae. — Misérére mei.

Lectio ii.

**S**IVE autem tribulamur pro vestra exhortatióne et salúte, sive consolámur pro vestra consolatióne, sive exhortámur pro vestra exhortatióne et salúte, quae operátur tolerantiam earúndem passiónum, quas et nos pátimur; ut spes nostra firma sit pro vobis : sciéntes, quod sicut sócii passiónum estis, sic éritis et consolatiónis.

**R.** Deus, qui sedes super thronum, et júdicas aequitátem, esto refúgium páuperum in tribulatióne : Quia tu solus labórem et dolórem consideras. **V.** Tibi

enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.— Quia tu solus.

*Lectio iii.*

**N**ON enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quae facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit, et eruit: in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet adiuvantibus et vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, ejus quae in nobis est donationis, per multos gratiae agantur pro nobis.

*R.* A dextris est mihi Dñs, ne commovear: \* Propter hoc dilatatum est cor meum, et exultavit lingua mea. *V.* Dñs pars hereditatis meae, et calicis mei.— Propter. Gloria. Propter.

*In secundo Nocturno.*

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

*Ex Praefat. in Epist. B. Pauli.*

*Lectio iv.*



**E**ATI Pauli Epistolarum lectionem dum assidue ausculto, perque hebdomadas singulas bis

saepe, et ter, et quater, quotiescumque sanctorum Martyrum memorias celebramus, gaudio exulto, tuba illa spiritali perfruens, et excitor, ac desiderio incalresco, vocem mihi amicum agnoscens, et fere praesentem ipsum intuere, et disserentem audire videor. Sed tamen doleo et moleste fero, quod virum hunc non omnes, sicut par est, cognoscunt: verum ita illum nonnulli ignorant, ut ne Epistolarum quidem ejus numerum plane sciant. Hoc vero non imperitia facit: sed quod nolint beati hujus viri scripta assidue in manibus habere.

*R.* Notas mihi fecisti, Dñe, vias vitae: \* Adimpleris me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. *V.* Tu es qui restitues hereditatem meam mihi.— Adimpleris.

*Lectio v.*

**N**EQUE enim nos, quae scimus, si quid scimus, ab ingenii bonitate atque acumine scimus: sed quod erga hunc virum impense affecti, ab illius lectione nunquam discimus: siquidem qui amant, si plus quam ceteri omnes eorum facta norunt quos amant, ut qui de iis ipsis sint solliciti. Id quod beatus hic

véluti osténdens, ad Philip-péenses ait : Sicut est mihi justum, ut hoc de vobis ómnibus séntiam, eo quod hábeam vos in corde, et in vínculis meis, et in defénsi-óne et confirmatióne Evan-gélii.

Ry. Diligam te, Dómine, virtus mea : Dñs firma-méntum meum, \* Et refúgium meum. V. Liberátor meus, Deus meus, adjútor meus.— Et refúgium.

Lectio vi.

**Q**UAPROPTER si et vos quoque lecti-óni diligénte atténdere volu-eritis, nihil aliud vobis erit requiréndum. Verax est enim Christi sermo dicéns: Quaerite, et inveniétis : pul-sáte, et aperiétur vobis. Caeterum, quandóquidem complúres ex iis qui huc nobiscum convéniunt, et liberórum educatiónem, et uxóris curam, et familiae providéntiam suscepére, ob idque totos sese huic labóri dare non sústinent : at certe ipsi vos excitáte ad ea saltem capiéndam, quae álii col-légerint, stúdiu tantúdem iis, quae dicta fúerint, auscultándis, quantum pecú-niis colligédis impertién-tes. Nam etsi turpe sit, nonnisi tantum stúdiu a vobis exigere : optábile tamen erit, si tantum saltem tri-buátis.

Ry. Dñi est terra, et ple-nitúdo ejus : \* Orbis terrá-rum, et univérsti qui hábitant in eo. V. Ipse super mária fundávit eam, et super flú-mina praeparávit illam.— Orbis. Glória Patri. Orbis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii  
secúndum Joánnem.

Lectio vii. Cap. ii.

**I**N illo témpore : Nú-ptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad núptias. Et reliqua.

Homilla sancti Augustini  
Episcopi.

Tr. ix. in Joán. post. init.

**Q**UOD Dóminus invitátus venit ad núptias, étiam excépta mystica significatióne, confirmáre voluit quod ipse fecit nú-ptias. Futúri enim erant, de quibus dixit Apóstolus, pro-hibéntes núbere, et dicéntes quod malum essent núptiae, et quod diábolus eas fecís-set : cum idem Dñs dicat in Evangelio, interrogátus utrum liceat hómini dimít-tere uxórem suam ex quáli-bet causa, non licére, excé-pta causa fornicatiónis. In qua responsi-óne, si memini-stis, hoc ait : Quod Deus con-júnxit, homo non séparet.

Ry. Ad te, Dómine, levá-vi ánimam meam : \* Deus

meus, in te confido, non erubescam. *V.* Custódi ánimam meam, et éripe me.— Deus meus.

Lectio viii.

**E**T qui bene erudití sunt in fide Cathólica, novérunt quod Deus fécerit núptias: et sicut conjúctio a Deo, ita divórtium a diabólo sit. Sed proptérea in causa fornicatiónis licet uxórem dimíttere: quia ipsa esse uxor prior nóluit, quae fidem conjugálem marito non servávit. Nec illae, quae virginitátem Deo vovent, quamquam ampliórem gradum honóris et sanctitátis in Ecclesiá téneant, sine núptiis sunt: nam et ipsae pertainent ad núptias cum tota Ecclesiá, in quibus núptiis sponsus est Christus.

*R.* Duo Séraphim clamábant alter ad álterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñus Deus Sábaoth: \* Plena est omnis terra glória ejus. *V.* Tres sunt qui testimóniū dant in coelo: Pater, Verbum, et Spíritus sanctus: et hi tres unum sunt.— Sanctus. Glória Patri. Plena.

Hoc *R.* semper dicitur post viii. Lect. ab hac Dominica usque ad Septuag. in Dominicis tantum.

Lectio ix.

**A**C per hoc ergo Dñus invitátus venit ad núptias, ut conjugális cá-

stítas firmarétur, et ostenderétur sacraméntum núptiarum: quia et illárum núptiarum sponsus persónam Dómini figurábat, cui dictum est: Servásti vinum bonum usque adhuc. Bonum enim vinum Christus servávit usque adhuc, id est Evangélium suum.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES.

Omnia ut in Psalt. 19.

Ad Bened. Añá. Núptiae factae sunt \* in Cana Galilaeae, et erat ibi Jesus cum María matre sua.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui coeléstia simul et terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, et pacem tuam nostris concéde temporibus. Per Dóminum.

Deinde fiunt commemoratiónes ut supra in Vesperis Sabbati. 159.

Ad Horas, et Vesperas, omnia ut in Psalterio de Dominica.

Ad Magnificat, Añá. Deficiente vino, \* jussit Jesus impléri hydrias aqua, quae in vinum conversa est, allelúia.

Oratio. Omnipotens, ut supra.

Deinde fiunt Commemoratiónes ut supra in Vesperis Sabbati. 159.

Post Octavam Epiph. usque ad Quadrag. quando occurrit fieri de Feria, fit Officium ut in Psalterio, exceptis iis, quae sunt propria. Oratio vero dicitur de Dominica praecedenti.

### FERIA SECUNDA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. iii.*



**I**NCIPIMUS iterum nosmetipsos commendare? aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quae scitur et legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, ministrata a nobis, et scripta, non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

**R.** Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Dñe, Quam abscondisti timentibus te! **V.** Et perfecisti eis qui sperant in te, Dñe, in conspectu filiorum hominum.—Quam abscondisti.

Lectio ii.

**E**IDUCIAM autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia no-

stra ex Deo est: qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non littera, sed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus, quae evacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?

**R.** Adjutor meus esto, Deus: ne derelinquas me. **V.** Neque despicias me Deus salutaris meus.—Ne.

Lectio iii.

**D**AM si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium justitiae in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur.

℞. Benedicam Dñum in omni tempore: Semper laus ejus in ore meo. V. In Dño laudabitur ánima mea, áudiant mansuéti, et laeténtur.—Semper. Glória. Semper.

Responsoria in hac et sequentibus Feriis posita repetuntur in Feriis sequentium Hebdomadaram usque ad Septuagesimam.

**FERIA TERTIA.**

De Epístola secúnda ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. v.*



**S**CIMUS enim, quóniam si teréstris domus nostra hujus habitatiónis dissolvátur, quod aedificatióem ex Deo habémus, domum non manufactam, aetérnam in coelis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitatióem nostram, quae de coelo est, superindui cupiéntes: si tamen vestiti, non nudi inveniámur. Nam et qui sumus in hoc tabernáculo, ingemiscimus graváti: eo quod nólumus expoliári, sed supervestíri; ut absorbeátur quod mortále est, a vita.

℞. Auribus pércipe, Deus, lácrymas meas: ne síleas a me: remítte mihi: Quóniam íncola ego sum apud te, et peregrínus. V. Compláceat tibi, ut erípias me: Dñe, ad adjuvándum me festína.—Quóniam.

Lectio ii.

**A**UDENTES igitur semper, sciéntes quóniam dum sumus in corpore, peregrínámur a Dómino: (per fidem enim ambulámus, et non per spéciem:) audémus autem, et bonam voluntátem habémus magis peregrínári a corpore, et praeséntes esse ad Dñum. Et ideo conténdimus, sive abséntes, sive praeséntes, placére illi. Omnes enim nos manifestári opórtet ante tribúnal Christi, ut réferat unusquisque própria corpóris, prout gessit, sive bonum, sive malum.

℞. Státuit Dóminus supra petram pedes meos, et diréxit gressus meos Deus: Et misit in os meum cánticum novum. V. Exaudívit preces meas: et edúxit me de lacu misériae.—Et misit.

Lectio iii.

**S**CIENTES ergo tímórem Dñi, homínibus suadémus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in consciétiis vestris manifestos nos esse. Non íterum commendámus nos vobis, sed occasióem damus vobis gloriándi pro nobis: ut habeátis ad eos qui in fácie gloriántur, et non in corde. Sive enim mente excédimus, Deo; sive sóbrii sumus, vobis. Cháritas enim Christi urget



nos : aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt : et pro omnibus mortuus est Christus : ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit.

**R.** Ego dixi, Domine, miserere mei : \* Sana animam meam, quia peccavi tibi. **V.** Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, Domine.—Sana. Gloria Patri. Sana.

#### FERIA QUARTA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. vii.*



**A**S ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem laesimus, neminem corrumpimus, neminem circumvenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Praediximus enim, quod in cordibus nostris estis ad commoriendum, et ad convivendum.

**R.** Ne perderis me cum iniquitatibus meis : \* Neque in finem iratus reserves mala mea. **V.** Non intres in iudicium cum sermo tuo, Domine.—Neque.

Lectio ii.

**Q**UANTA mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloria pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus : foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi. Non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram aemulationem pro me, ita ut magis gauderem.

**R.** Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum : \* Cantabo, et psalmum dicam Domino. **V.** Exurge gloria mea, exurge psalterium et cithara, exurgam diluculo.—Cantabo, et psalmum.

Lectio iii.

**Q**UONIAM etsi contristavi vos in epistola, non me poenitet : et si poeniteret, videns quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit ; nunc gaudeo : non quia contristati estis, sed quia poenitentiis estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum

Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quae enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur: saeculi autem tristitia mortem operatur.

*R.* Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: \* Deus meus, misericordia mea. *V.* Laetabor et exultabo in te, psallam nomini tuo, Altissime.—Deus. Gloria Patri. Deus.

FERIA QUINTA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

*Lectio i. Cap. x.*



**I**NSEPSE autem ego Paulus obsecro vos, per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne praesens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tamquam secundum carnem ambulamus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.

*R.* Deus, in te speravi, Domine, non confundar in aeternum: in justitia tua libera me, \* Et eripe me. *V.* Inclina ad me aurem tuam, et salva me. — Et eripe.

*Lectio ii.*

**N**AM arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitio, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quae secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos.

*R.* Repleatur os meum laude tua, ut hymnum dicam gloriae tuae, tota die magnitudinem tuam: noli me projicere in tempore senectutis: \* Dum defecerit in me virtus mea, ne derelinquas me. *V.* Gaudebunt labia mea cum cantavero tibi.—Dum defecerit.

*Lectio iii.*

**N**AM, et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in aedificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam. Ut autem non existimer tamquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolae, inveniunt, graves sunt et fortes;

praesentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis : hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales et praesentes in facto. Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant : sed ipsi in nobis nosmetipsos mentientes, et comparantes nosmetipsos nobis.

R. Gaudébunt lábia mea cum cantávero tibi : \* Et ánima mea quam redemisti, Dñe. V. Sed et lingua mea meditábitur justítiam tuam, tota die laudem tuam. — Et ánima. Glória Patri. Et ánima.

#### FERIA SEXTA.

De Epístola secúnda ad Corínthios.

Lección i. Cap. xii.



I gloriári oportet (non expedit quidem) véniam autem ad visiónes et revelatiónes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit :) raptum hujusmodi usque ad tertium coelum. Et scio hujusmodi hóminem, (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit :) quóniam raptus est in paradísium : et audívit arcána verba, quae non licet hómini loqui.

R. Confítebor tibi, Dñe Deus, in toto corde meo, et honorificábo nomen tuum in aetérnum : \* Quia misericórdia tua, Dñe, magna est super me. V. Deus meus es tu, et confítebor tibi : Deus meus es tu, et exaltábo te.—Quia.

Lección ii.

PRO hujusmodi gloriabor : pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam et si volúero gloriári, non ero insípens : veritátem enim dicam : parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut áliquid audit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meae ángelus sátanae, qui me colaphízet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea : nam virtus in infirmitáte perficitur.

R. Misericórdia tua, Dómine, magna est super me : \* Et liberásti ánimam meam ex inférno inferióri. V. In die tribulatiónis meae clamávi ad te, quia exaudisti me.—Et liberásti.

Lección iii.

LIBENTER igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi. Propter quod pláceo mihi in

infirmatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari, nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum.

℞. Factus est mihi Dñs in refugium: \* Et Deus meus in auxilium spei meae. V. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et factus est Dñs protector meus. — Et Deus. Glória. Et Deus.

SABBATO.

De Epístola secúnda ad Corinthios.

Lectio i. Cap. xiii.



CCE tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Praedixi, et praedico, ut praesens, et nunc absens, iis qui ante peccaverunt, et caeteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. An experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis.

℞. Ne perdidideris me cum iniquitatibus meis: \* Neque in finem iratus reserves mala mea. V. Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine.—Neque in finem.

Lectio ii.

UOSMETIPSOS tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis; non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis: nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc et oramus vestram consummationem.

℞. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: \* Cantabo, et psalmum dicam Domino. V. Exurge gloria mea, exurge psalterium et cithara, exurgam diluculo.— Cantabo.

Lectio iii.

IDEO haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem, quam Dñs dedit mihi in aedificationem, et non in destructionem. De

caetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

R. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: \* Deus meus, misericordia mea. V. Laetabor et exultabo in te, psallam nomini tuo, Altissime.—Deus. Gloria. Deus.

AD VESPERAS.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiternus Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuae majestatis extendere. Per Dñm.

DOM. III. POST EPIPH.

AD MATUTINUM.

Omnia ut in Psalterio.

In primo nocturno.

Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio i. Cap. i.



**P**AULUS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum

a mortuis: et qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiae. Gratia vobis et pax a Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti saeculo nequam, secundum voluntatem Dei et Patris nostri, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

R. Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: \* Miserere mei, Dñe, quoniam infirmus sum. V. Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebrae.—Miserere mei.

Lectio ii.

**Q**UIROR quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet nos, aut Angelus de coelo evangelizet vobis praeferquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quaero hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi servus non essem.

R̄. Deus, qui sedes super thronum, et iudicas aequitatem, esto refugium pauperum in tribulatione: Quia tu solus laborem et dolorem consideras. V̄. Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. — Quia tu.

Lectio iii.

**N**OTUM enim vobis facio, fratres, Evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam in Iudaismo supra multos coactaneos meos in genere meo, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum.

R̄. A dextris est mihi Dominus, ne commovear: Propter hoc dilatatum est cor meum, et exultavit lingua mea. V̄. Dominus pars hereditatis meae, et calicis mei.—Propter. Gloria Patri. Propter.

In secundo Nocturno.

De Expositione sancti Augustini Episcopi in Epistolam ad Galatas.

In Praefatione, tom. 4.

Lectio iv.



**C**AUSA, propter quam scribit Apostolus ad Galatas, haec est: ut intelligant gratiam Dei id secum agere, ut sub lege jam non sint. Cum enim praedicata eis esset Evangelii gratia, non defuerunt quidam ex circumcisione, quamvis Christiani nomine, nondum tamen tenentes ipsum gratiae beneficium, et adhuc volentes esse sub oneribus legis, quae Dominus Deus imposuerat non iustitiae servientibus, sed peccato, justam scilicet legem iniustus hominibus dando ad demonstranda peccata eorum, non auferenda. Non enim aufert peccata, nisi gratia fidei, quae per dilectionem operatur.

R̄. Notas mihi fecisti, Domine, vias vitae: Adimplebis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. V̄. Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.—Adimplebis.

Lectio v.

**S**UB hac ergo gratia jam Galatas constitutos illi volebant constituere sub oneribus legis, asseverantes nihil eis prodesse Evangelium, nisi circumciderentur, et caeteras carnales Iudaici ritus obser-

uationes subirent. Et ideo Paulum Apostolum suspectum habere coeperant, a quo illis Evangelium praedicatum erat, tamquam non tenentem disciplinam caeterorum Apostolorum, qui Gentes cogebant judaizare.

*R.* Diligam te, Dñe, virtus mea : Dominus firmiter meum, \* Et refugium meum. *V.* Liberator meus, Deus meus, adiutor meus.—Et refugium.

*Lectio vi.*

**T**ALIS quidem quaestio est et in Epistola ad Romanos : verumtamen videtur aliquid interesse, quod ibi contentionem ipsam dirimit, litemque componit, quae inter eos qui ex Judaeis, et eos, qui ex Gentibus crediderant, orta erat : cum illi tamquam ex meritis operum legis, sibi redditum Evangelii praemium arbitrentur, quod praemium incircumcisis tamquam immeritis nolēbant dari : illi contra Judaeis se praeferre gestirent, tamquam interfectōribus Dñi. In hac vero epistola ad eos scribit, qui jam commōti erant auctoritate illorum, qui ex Judaeis erant, et ad observationes legis cogebant.

*R.* Domini est terra, et plenitudo ejus : \* Orbis terrarum, et universi qui

habitant in eo. *V.* Ipse super maria fundavit eam, et super flumina praeparavit illam.—Orbis terrarum. Glōria Patri. Orbis terrarum.

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.*

*Lectio vii. Cap. viii.*

**I**N illo tempore : Cum descendisset Jesus de monte, secutae sunt eum turbae multae : et ecce leprosus veniens, adorabat eum. Et reliqua.

*Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.*

*L. i. Comm. in C. viii. Matth.*

**E** monte Domino descendente, occurrunt turbae, quia ad altiora ascendere non valuerunt. Et primus ei occurrit leprosus : necdum enim poterat cum lepra tam multiplicem in monte Salvatoris audire sermonem. Et notandum, quod hic primus specialiter curatus sit : secundo, puer Centurionis : tertio, socrus Petri febriens in Capharnaum : quarto loco, qui oblatus sunt ei a daemōnio vexati : quorum spiritus verbo ejiciebat, quando et omnes male habentes curavit.

*R.* Ad te, Dñe, levavi animam meam : \* Deus meus, in te confido, non erubē-

scam. V. Custódi ánimam meam, et éripe me.—Deus.

Lección viii.

**E**T ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens. Reçte post praedicationem atque doctrinam, signi offertur occasio, ut per virtutem miraculi, praeteritus apud audientes sermo firmetur. Dómine, si vis, potes me mundare. Qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat. Et extendens Jesus manum tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Extendente manum Dómino, statim lepra fugit. Simúlque considera, quam húmilis, et sine jaçtántia respónsio. Ille dixerat, Si vis: Dóminus respóndit, Volo. Ille praemiserat, Potes me mundare: Dñs jungit, et dicit: Mundare. Non ergo, ut plerique Latinórum putant, jungendum est, et legéndum, Volo mundare: sed separatim, ut primum dicat, Volo; deinde imperet, Mundare.

R. Duo Séraphim clamábant alter ad álterum: \* Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth: \* Plena est omnis terra glória ejus. V. Tres sunt qui testimónium dant in coelo: Pater, Verbum, et Spíritus sanctus: et hi tres unum sunt.—Sanctus. Glória Patri. Plena.

Lección ix.

**E**T ait illi Jesus: Vide, némini dixeris. Et revéra quid erat necesse ut sermóne jaçtáret, quod corpore praeferebat? Sed vade, osténde te Sacerdóti. Várias ob causas mittit eum ad Sacerdótem: primum, propter humilitátem, ut Sacerdótibus deférre honórem videátur. Erat enim lege praecéptum, ut, qui mundáti fuerant a lepra, offerrent múnera Sacerdótibus. Deínde, ut mundátū vidéntes leprósum, aut créderent Salvatóri, aut non créderent: si créderent, salvaréntur: si non créderent, inexcusábiles forent. Et simul, ne quod, in eo saepissime criminabántur, legem viderétur infringere.

Te Deum laudámus. 18.

Ad Laudes omnia ut in Psalterio. 19.

Ad Bened. Añs. Cum descendisset\* Jesus de monte, ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dñe, si vis, potes me mundare: et extendens manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius respice: atque ad protegéndum nos dexteram tuae majestátis exténde. Per Dñum.



Ad Magnif. Aññ. Dñe, si vis, \*potes me mundare: et ait Jesus: Volo, mundare.

FERIA SECUNDA.

De Epístola ad Gálatas.

Lectio i. Cap. iii.



**I**NSENSATI Gálatae, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus praescriptus est, in vobis crucifixus? Hoc solum a vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum Spiritu coeperitis, nunc carne consummemini? Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, et operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

R̄. Quam magna. 374.

Lectio ii.

**A**GNOSCITE ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahae. Próvidens autem Scriptura, quia ex fide justificat Gentes Deus, praenuntiavit Abrahae: Quia benedicentur in te omnes Gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex

operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

R̄. Adjutor meus. 374.

Lectio iii.

**Q**UONIAM autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est: quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed: Qui fecerit ea, vivet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno: ut in Gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

R̄. Benedicam. 375.

FERIA TERTIA.

De Epístola ad Gálatas.

Lectio i. Cap. v.



**S**TATE, et nolite iterum iugo servitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus homini circumcidenti se, quoniam debitor est universae legis faciendae. Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini: a gratia

excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem justitiae expectamus.

R. Auribus percipe. 375.

Lectio ii.

**N**AM in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praecipuum: sed fides, quae per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire? Persuasio haec non est ex eo, qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Dño, quod nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille.

R. Statuit Dñus. 375.

Lectio iii.

**E**GO autem, fratres, si circumcisionem adhuc praedico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis. Utinam et abscondantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si invicem mordetis, et comeditis, videte ne ab invicem consumamini. Dico autem: Spiritu ambulatē, et desi-

deria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: haec enim sibi invicem adversantur, ut non quaecumque vultis, illa faciatis.

R. Ego dixi. 376.

FERIA QUARTA.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio i.

Cap. i.

**P**AULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Dño Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Dñi nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate.

R. Ne perdidideris. 376.

Lectio ii.

**Q**UI praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem

peccatorum secundum divitias gratiae ejus, quae superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia : ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in coelis, et quae in terra sunt, in ipso.

R̄. Paratum cor. 376.

Lectio iii.

**I**N quo etiam et nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae : ut simus in laudem gloriae ejus nos, qui ante speravimus in Christo. In quo et vos, cum audissetis verbum veritatis (Evangeliium salutis vestrae), in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus haereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius.

R̄. Adjutor meus. 377.

FERIA QUINTA.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio i. Cap. iv.



**B**SECRO itaque vos ego vincetus in Domino, ut digne ambulatis vocatione, qua vocati estis,

cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

R̄. Deus in te. 377.

Lectio ii.

**U**NICUIQUE autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit : Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem : dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terrae ? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia.

R̄. Repleatur os. 377.

Lectio iii.

**E**T ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi : donec occurramus omnes in unitatem

fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omnivento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.

*R.* Gaudébunt lábia. 378.

FERIA SEXTA.

De Epístola ad Ephésios.

*Lectio i. Cap. v.*



**S**TOTE ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi: et ambuláte in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo, in odorem suavitatis. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut turpitudinem, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

*R.* Confitebor tibi. 378.

*Lectio ii.*

**H**OC enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non

habet haereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambuláte.

*R.* Misericordia tua. 378.

*Lectio iii.*

**F**RUCTUS enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate: probantes quid sit beneplacitum Deo: et nolite communicare operibus infructuosae tenebrarum, magis autem redarguite. Quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem, quae arguuntur, a lumine manifestantur: omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.

*R.* Factus est. 379.

SABBATO.

De Epístola ad Ephésios.

*Lectio i. Cap. vi.*



**O**BLII, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est. Honóra patrem tuum, et matrem tuam. Quod est

mandátum primum in promissione : ut bene sit tibi, et sis longævus super terram. Et vos patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros : sed educate illos in disciplina et correptione Domini.

*R.* Ne perdidideris. 379.

*Lectio ii.*

**S**ERVI, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : non ad oculum serviētes, quasi hominibus placētes, sed ut servi Christi, faciētes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate serviētes, sicut Domino, et non hominibus : sciētes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber. Et vos, domini, eadem facite illis, remittētes minas : sciētes quia et illorum et vester Dominus est in coelis : et personarum acceptio non est apud eum.

*R.* Paratum cor. 379.

*Lectio iii.*

**D**E caetero, fratres, confortamini in Dño, et in potentia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem :

sed adversus principes, et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae, in coelestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare.

*R.* Adjutor meus. 380.

AD VESPERAS.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis salutem mentis et corporis ; ut ea, quae pro peccatis nostris patimur, te adjuvante, vincamus. Per Dominum nostrum.

DOM. IV. POST EPIPH.

*In primo Nocturno.*

Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Philippenses.

*Lectio i. Cap. i.*

**P**AULUS et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis et Diacōnibus. Grātia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Grātias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, super

communicatióne vestra in Evangelíio Christi a prima die usque nunc. Confidens hoc ipsum, quia qui coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi justum hoc sentíre pro ómnibus vobis: eo quod hábeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensióne, et confirmatióne Evangelíi, sócios gáudii mei omnes vos esse.

℞. Dómine, ne in ira tua árguas me, neque in furóre tuo corrípias me: \* Miserére mei, Dñe, quóniam infirmus sum. V. Timor et tremor venérunt super me, et contéxerunt me ténebrae. — Miserére.

Lectio ii.

**T**ESTIS enim mihi est Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in sciéntia, et in omni sensu: ut probétiis potióra, ut sitis sincéri, et sine offénsa in diem Christi, repléti fruétu justitiæ per Jesum Christum, in glóriam et laudem Dei. Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad proféctum venérunt Evangelíi: ita ut vincula mea manifestá fierent in Christo in omni prætorio, et in caeteris ómnibus; et

plures e frátribus in Dómino confidéntes vinculis meis, abundantius audérent sine timóre verbum Dei loqui.

℞. Deus, qui sedes super thronum, et júdicas acquitátem, esto refúgium páuperum in tribulatióne: \* Quia tu solus labórem et dolórem consideras. V. Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor. — Quia.

Lectio iii.

**Q**UIDAM quidem et propter invidiam et contentiónem, quidam autem et propter bonam voluntátem Christum prædicant, quidam ex charitáte, sciéntes quóniam in defensióne Evangelíi pósitus sum. Quidam autem ex contentiúne Christum annúntiant non sincére, existimántes pressúram se suscitáre vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasiúnem, sive per veritátem, Christus annúntiétur: et in hoc gáudeo, sed et gaudébo.

℞. A dextris est mihi Dóminus, ne commóvear: \* Propter hoc dilatátum est cor meum, et exultávit lingua mea. V. Dóminus pars hæreditátis meae, et cálicis mei. — Propter hoc dilatátum. Glória Patri. Propter hoc dilatátum.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálíum sancti  
Gregórii Papae.

Lib. 4. Cap. xxx.

Lectio iv.



**R**EPLEMUS refectiõibus corpus, ne extenuatum deficiat: extenuamus abstinentia, ne nos repletum premat: vegetamus hoc motibus, ne situ immobilitatis intereat: sed citius hoc collocando sistimus, ne ipsa sua vegetatiõne succumbat: adjumentis hoc vestium tegimus, ne frigus interimat: et quaesita adjumenta projicimus, ne calor exurat. Tot igitur diversitatibus occurrentes, quid agimus, nisi corruptibilitati servimus, ut saltem multiplicitas impensi obsequii corpus sustineat, quod anxietas infirmae mutabilitatis gravat?

*R.* Notas mihi fecisti, Dñe, vias vitae: Adimplebis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. *V.* Tu es qui restitues haereditatem meam mihi. — Adimplebis.

Lectio v.

**U**NDE bene per Paulum dicitur: Vanitati enim subjēta est creatura non volens, sed propter eum qui subjēcit eam in

spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei. Vanitati quippe creatura non volens subditur: quia homo, qui ingēnitae constantiae statum volens deseruit, pressus justae mortalitatis pondere, nolens mutabilitatis suae corruptioni servit. Sed creatura haec tunc a servitute corruptionis eripitur, cum ad filiorum Dei gloriam incorrupta resurgendo sublevatur.

*R.* Diligam te, Dñe, virtus mea: Dñs firmamentum meum, Et refugium meum.

*V.* Liberator meus, Deus meus, adjutor meus. — Et refugium.

Lectio vi.

**H**IC itaque electi molestia vinciti sunt, quia adhuc corruptionis suae poena deprimuntur: sed cum corruptibili carne exuimur, quasi ab his quibus nunc astringimur, molestiae vinculis relaxamur. Praesentari namque jam Deo cupimus, sed, adhuc mortalis corporis obligatione praepedimur. Jure ergo vinciti dicimur, quia adhuc incēssum nostri desiderii ad Deum liberum non habemus. Unde bene Paulus, aeterna desiderans, sed tamen adhuc corruptionis suae sarcinam portans,

vinctus clamat : Cúpio dissólvi, et esse cum Christo. Dissólvi enim non quaeret, nisi se proculdúbio vinctum vidéret.

℞. Dómini est terra, et plenitúdo ejus : \* Orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo. V. Ipse super mária fundávit eam, et super flúmina praeparávit illam.—Orbis. Glória Patri. Orbis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. viii. c.*

**I**N illo tempore : Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus : et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus : ipse vero dormiebat. Et reliqua.

Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

*L. I. Comm. in c. viii. Matth.*



**Q**UINTUM signum fecit, quando ascendens navem de Capharnaum, ventis imperavit et mari. Sextum, quando in regione Gerasenorum dedit potestatem daemónibus in porcos. Séptimum, quando ingrédiens civitatem suam, paralyticum secundum curávit in léctulo. Primus enim paralyticus est puer centuriónis.

℞. Ad te, Dómine, levávi ánimam meam : \* Deus meus, in te confido non erubescam. V. Custódi ánimam meam, et éripe me.—Deus.

Lectio viii.

**I**PSE vero dormiebat : et accesserunt ad eum, et suscitaverunt eum, dicentes : Dñe, salva nos. Hujus signi typum in Jona legimus, quando caeteris periclitantibus, ipse securus est, et dormit, et suscitatur ; et império ac sacraménto passiónis suae liberat suscitantes. Tunc surgens imperavit ventis et mari. Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creatúrae sentiant Creatórem. Quas enim increpavit, et quibus imperavit, sentiunt imperantem : non errore haeticórum qui ómnia putant animántia, sed majestáte Conditóris, quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.

℞. Duo Séraphim clamabant alter ad alterum : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth : Plena est omnis terra glória ejus. V. Tres sunt qui testimoniúm dant in coelo : Pater, Verbum, et Spiritus sanctus : et hi tres unum sunt.—Sanctus. Glória. Plena.

Lectio ix.

**P**ORRO hómines mirati sunt, dicentes : Qualis est hic, quia venti et



mare obédiunt ei? Non discipuli, sed nautae, et caeteri, qui in navi erant, mirabántur. Sin autem quis contentiósse volúerit eos, qui mirabántur, fuisse discipulos: respondébimus, recte hómines appellátos, qui necdum nóverant poténtiam Salvatóris.

Te Deum laudámus. r8.

Ad Bened. Añã. Ascendénte Jesu \* in naviculam, ecce motus magnus factus est in mari: et suscitavérunt eum discipuli ejus, dicétes: Dñe, salva nos, perimus.

Oratio.

**D**EUS, qui nos in tantis periculis constitútos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et córporis; ut ea, quae pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Añã. Dñe, \* salva nos, perimus: ímpera, et fac, Deus, tranquillitatem.

FERIA SECUNDA.

De Epistola ad Philip-penses.

Lectio i. *Cap. iv.*



**T**AQUE fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum, et coróna mea: sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo, et Syntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et

te germáne compar, ádjuva illas, quae neccum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte, et caeteris adjutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitae.

R. Quam magna. 374.

Lectio ii.

**G**AUDETE in Dómino semper: iterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne cum gratiárum actióne, petitiónes vestrae innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quae exúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligéncias vestras in Christo Jesu.

R. Adjutor meus. 374.

Lectio iii.

**D**E caetero, fratres, quaecúmque sunt vera, quaecúmque pudica, quaecúmque justa, quaecúmque sancta, quaecúmque amabilia, quaecúmque bonae famae; si qua virtus, si qua laus disciplinae: haec cogitáte. Quae et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, haec ágite: et Deus pacis erit vobiscum. Gávisus sum autem in Dño veheménter, quóniã tandem aliquándó refluístis pro me sentíre, sicut et sentiebátis: occupáti autem erátis.

R. Benedicam. 375.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola beati Pauli  
Apóstoli ad Colossenses.

Lectio i. *Cap. i.*



**A**ULUS Apóstolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timótheus frater: eis, qui sunt Colóssis, sanctis et fidélibus frátribus in Christo Jesu. Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Dño Jesu Christo. Grátias ágimus Deo et Patri Dómini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes: audiétes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectiónem, quam habétes in sanctos omnes propter spem, quae repósita est vobis in coelis, quam audístis in verbo veritátis Evangélii: quod pervénit ad vos, sicut et in univérso mundo est, et fructificat, et crescit sicut in vobis, ex ea die qua audístis et cognovístis grátiam Dei in veritate, sicut didicístis ab Epáphra caríssimo consérvo nostro, qui est fidélis pro vobis mínister Christi Jesu, qui étiam manifestávit nobis dilectiónem vestram in spírítu.

R. Auribus pécipere  
Deus. 375.

Lectio ii.

**I**DEO et nos, ex qua die audivimus, non cessámus pro vobis orantes,

et postulátes ut impleámini agnitiónem voluntátis ejus, in omni sapiéntia et intellectu spiritali: ut ambulétes digne Deo per ómnia placétes, in omni ópere bono fructificátes, et crescétes in sciéntia Dei: in omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis ejus, in omni paciéntia et longanimitáte, cum gáudio grátias agétes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine.

R. Státuit Dóminus supra petram. 375.

Lectio iii.

**Q**UI eripuit nos de potestáte tenebrárum, et transtulit in regnum Filii dilectiónis suae, in quo habémus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatórum: qui est imágo Dei invisibilis, primogénitus omnis creatúrae: quóniam in ipso cóndita sunt univérso in coelis, et in terra, visibilia, et invisibilia, sive Throni, sive Dominatiónes, sive Principátus, sive Potestátes: ómnia per ipsum, et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. Et ipse est caput córporis Ecclesiæ, qui est principium, primogénitus ex mórtuis.

R. Ego dixi. 376.

## FERIA QUARTA.

De Epístola ad Colos-senses.

Lectio i. *Cap. iii. b. et iv.*

**I**NDUITE vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore: et grati estote.

R. Ne perdidideris. 376.

Lectio ii.

**T**ERBUM Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum. Mulieres, subditae estote viris, sicut oportet, in Domino. Viri diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas.

Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant.

R. Paratum cor. 376.

Lectio iii.

**S**ERVI, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculos servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, et non hominibus: scientes quod a Domino accipietis retributionem haereditatis. Domino Christo servite. Qui enim injuriam facit, recipiet id quod inique gessit: et non est personarum acceptio apud Deum. Domini, quod justum est et aequum, servis praestate: scientes quod et vos Dominum habetis in coelo. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.

R. Adjutor. 377.

## FERIA QUINTA.

Incipit Epístola prima beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Lectio i. *Cap. i.*

**P**AULUS, et Silvanus, et Timotheus, Ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre, et Domino Jesu Christo. Gratia

vobis et pax. Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratióibus nostris sine intermissióne, memores óperis fidei vestrae, et labóris, et charitátis, et sustinéntiae spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum : sciéntes fratres dilécti a Deo, electi ónem vestram : quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos.

℞. Deus, in te sperávi. 377.

Lectio ii.

**E**T vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa cum gáudio Spíritus sancti : ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia, et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia, et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qualem intróitum habuérimus ad vos : et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et expectáre Filium ejus de

coelis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventúra.

℞. Replcátur. 377.

Lectio iii. Cap. ii.

**N**AM ipsi scitis, fratres, intróitum nostrum ad vos, quia non inánis fuit : sed ante passí, et contuméliis affécti (sicut scitis) in Philippis, fidúciam habúimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangélium Dei in multa sollicitúdine. Exhortatio enim nostra non de erróre, neque de immundítia, neque in dolo, sed sicut probáti sumus a Deo, ut crederétur nobis Evangélium : ita lóquimur, non quasi homínibus placéntes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquándo fúimus in sermóne adulatiónis, sicut scitis : neque in occasióne avaritiae, Deus testis est : nec quaeréntes ab homínibus glóriam, neque a vobis, neque ab áliis.

℞. Gaudébunt lábia. 378.

FERIA SEXTA.

De Epístola prima ad Thesalonicensés.

Lectio i. Cap. iv.



**E** caetero ergo, fratres, rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu, ut quemádmodum accepístis a nobis, quómodo opórteat vos ambuláre, et

placere Deo, sic et ambulétis, ut abundétis magis. Scitis enim quae praecepta déderim vobis per Dóminum Jesum. Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstinéatis vos a fornicatióne, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatióne et honóre: non in passióne desidérii, sicut et Gentes, quae ignorant Deum.

℞. Confitébor. 378.

Lectio ii.

**E**T ne quis supergrediatur, neque circumveniatur in negotio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut praediximus vobis, et testificati sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatióne. Itaque qui haec spernit, non hóminem spernit, sed Deum: qui étiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

℞. Misericórdia tua. 378.

Lectio iii.

**D**E charitate autem fraternitatis non necesse habémus scribere vobis: ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligátis invicem. Etenim illud fácitis in omnes fratres in univérsa Macedónia. Rogámus autem vos, fratres, ut abundétis magis, et óperam detis ut quieti sitis, et ut vestrum

negótium agátis, et operémini má nibus vestris, sicut praecépimus vobis: et ut honéste ambulétis ad eos qui foris sunt: et nullius áliquid desiderétis.

℞. Factus. 379.

SABBATO.

Incipit Epístola secúnda ad Thessalonicéenses.

Lectio i. Cap. i.



**A**ULUS, et Silvánus, et Timótheus, Ecclesiae Thessalonicénsium in Deo Patre nostro, et Dómino Jesu Christo. Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Dómino Jesu Christo. Grátias ágere debémus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quóniam supercrescit fides vestra, et abundat charitas uniuscujusque vestrum in invicem: ita ut et nos ipsi in vobis gloriémur in Ecclesiis Dei pro patientia vestra et fide, et in ómnibus persecutió nibus vestris, et tribulatió nibus, quas sustinétis in exémplum justí iudicii Dei, ut digni habeámini in regno Dei, pro quo et patímíni.

℞. Ne perdideris. 379.

Lectio ii.

**S**I tamen justum est apud Deum retribuere tribulatióne m iis, qui vos tribulant: et vobis, qui

tribulámini, réquiem nobíscum in revelatióne Dómini Jesu de coelo cum Angelis virtútis ejus, in flamma ignis dantis vindíctam iis, qui non novérunt Deum, et qui non obédiunt Evangélio Dñi nostri Jesu Christi. Qui poenas dabunt in intéritu aetérnas a fácie Dómini, et a glória virtútis ejus : cum vénerit glorificári in sanctis suis, et admirábilis fieri in ómnibus qui credidérunt : quia eréditum est testimónium nostrum super vos in die illo. In quo étiam orámus semper pro vobis ; ut dignétur vos vocatióne sua Deus noster, et impleat omnem voluntátem bonitátis, et opus fidei in virtúte, ut clarificétur nomen Dñi nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secúndum grátiam Dei nostri, et Dómini Jesu Christi.

R̄. Parátum. 379.

Lectio iii. *Cap. ii.*

**R**OGAMUS autem vos, fratres, per adventum Dómini nostri Jesu Christi, et nostrae congregatiónis in ipsum : ut non cito moveámini a vestro sensu, neque terreámini, neque per spíritum, neque per sermónem, neque per epístolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Dñi. Ne quis vos sedúcat ullo modo : quóniam nisi

vénerit discéssio primum, et revelátus fuerit homo peccáti, filius perditiónis, qui adversáitur, et extóllitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sédeat osténdens se tamquam sit Deus.

R̄. Adjútor meus. 380.

AD VESPERAS.

Oratio.

**F**AMILIAM tuam, quaesumus Dómine, continúa pietáte custódi: ut, quae in sola spe grátiae coeléstis innititur, tua semper protectiõe muniáture. Per Dóminum.

DOM. V. POST EPIPH.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Lectio i. *Cap. i.*



**T**AULUS Apóstolus Jesu Christi secúndum impérium Dei Salvatóris nostri, et Christi Jesu spei nostrae, Timótheo dilécto filio in fide. Grátia, misericórdia, et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Dómino nostro. Sicut rogávi te ut remanéres Ephesi, cum irem in Macedóniam, ut denuntiáres quibúsdam ne áliter docérent, neque inténdèrent fábulis, et

genealógiis interminátis : quae quaestiónes praestant magis quam aedificatióne Dei, quae est in fide.

R. Dómine, ne in ira tua árguas me, neque in furóre tuo corripas me : \* Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum. V. Timor et tremor venérunt super me, et contexérunt me ténebrae. — Miserére mei.

Lectio ii.

**F**INIS autem praecépti est cháritas de corde puro, et consciéntia bona, et fide non ficta. A quibus quidam aberrántes, conversi sunt in vanilóquium, voléntes esse legis doctóres, non intelligéntes neque quae loquúntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legítimé utátur : sciens hoc, quia lex justo non est pósito, sed injústis, et non súbditis, impiis et peccatóribus, scelerátis et contaminátis, parricidis et matricidis, homicidis, fornicáriis, masculórum concubitóribus, plagiáriis, mendácibus et perjúris, et si quid áliud sanae doctrinae adversátur, quae est secúndum Evangélium glóriæ beáti Dei, quod crédito est mihi.

R. Deus, qui sedes super thronum, et júdicas aequi-

tátem, esto refúgium páuperum in tribulatióne : \* Quia tu solus labórem et dolórem consideras. V. Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adjútor. — Quia tu.

Lectio iii.

**G**RATIAS ago ei qui me confortávit, Christo Jesu Dómino nostro, quia fidélem me existimávit, ponens in ministério : qui prius blasphemus fui, et persecútor, et contuméliósus : sed misericórdiam Dei consecúsus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundávit autem grátia Dñi nostri cum fide et dilectiône, quae est in Christo Jesu. Fidélis sermo, et omni acceptiône dignus : quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccátóres salvos fácere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericórdiam consecúsus sum : ut in me primo osténderet Christus Jesus omnem paciéntiam, ad informatiõem eórum, qui creditúri sunt illi, in vitam aetérnam.

R. A dextris est mihi Dóminus, ne commóvear : \* Propter hoc dilatátum est cor meum, et exultávit lingua mea. V. Dóminus pars haereditátis meae, et cálicis mei. — Propter. Glória Patri. Propter.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*De Verbis Apostoli,  
Serm. viii. sub initio.*

LECTIO IV.



**U**MANUS sermo, et omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Attende Evangelium: Venit enim Filius hominis quaerere, et salvare quod perierat. Si homo non periisset, Filius hominis non venisset. Ergo perierat homo: venit Deus homo, et inventus est homo. Perierat homo per liberam voluntatem: venit Deus homo per gratiam liberatricem.

℞. Notas mihi fecisti, Dñe, vias vitae: \* Adimplébis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. V. Tu es, qui restitues haereditatem meam mihi.— Adimplébis.

LECTIO V.

**Q**UAERIS, quid valeat ad malum liberum arbitrium? Récole hominem peccantem. Quaeris, quid valeat ad auxilium Deus, et homo? Attende in eo gratiam liberantem. Nusquam potuit sic ostendi, quantum valeat volun-

tas hominis usurpata per superbiam, ad utendum sine adiutorio Dei: malum non potuit plus et manifestius exprimi, quam in homine primo. Ecce perit primus homo: et ubi esset, nisi venisset secundus homo? quia et ille homo, ideo et iste homo; et ideo humanus sermo.

℞. Diligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmamentum meum, \* Et refugium meum. V. Liberátor meus, Deus meus, adiutor meus.— Et refugium.

LECTIO VI.

**P**RORSUS nusquam sic apparet benignitas gratiae, et liberalitas omnipotentiae Dei, quam in homine mediatore Dei et hominum, homine Christo Jesu. Quid enim dicimus, fratres mei? In fide catholica nutritis loquor, vel in pacem catholicam lucratis. Novimus et tenemus mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Jesum, in quantum homo erat, ejus esse naturae, cujus et nos sumus. Non enim alterius naturae caro nostra, et caro illius: nec alterius naturae anima nostra, et anima illius. Hanc suscepit naturam, quam salvandam esse iudicavit.



℞. Dómini est terra, et plenitúdo ejus: Orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo. √ Ipse super mária fundávit eam, et super flúmina praeparávit illam.—Orbis. Glória. Orbis.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii scúndum Matthaeum.

Léctio vii. *Cap. xiii. c.*

**I**N illo témpore: Dixit Jesus turbis parabólam hanc: Símile factum est regnum coelórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Lib. quaest. Evang. in Matth. cap. xi. tom. 4.*



UM negligéntius ágerent praepósi-  
ti Ecclésiæ, aut cum dormitióne  
mortis acciperent Apóstoli,  
venit diábolus, et superse-  
minávit eos, quos malos filios  
Dñus interpretátur. Sed  
quaeritur, utrum haerétici  
sint, an male vivéntes Cathó-  
lici? Possunt enim dici filii  
maliétiam haerétici, quia ex  
eodém Evangélii sémine et  
Christi nómine procreáti,  
pravís opinióibus ad falsa  
dógmata convertúntur.

℞. Ad te, Dómine, levávi  
ánimam meam: \* Deus  
meus, in te confido, non eru-  
béscam. √ Custódi ánimam  
meam, et éripe me.—Deus

Léctio viii.

**S**ED quod dicit eos in  
médio tritici seminá-  
tos, quasi vidéntur illi si-  
gnificári, qui unius commu-  
niónis sunt. Verúmtamen  
quóniam Dóminus agrum  
ípsum, non Ecclésiám, sed  
hunc mundum interpretá-  
tus est: bene intelligúntur  
haerétici, quia non societé-  
tate unius Ecclésiæ, vel  
unius fidei, sed societáte  
solus nóminis christiáni in  
hoc mundo permiscéntur  
bonis. At illi, qui in eádem  
fide mali sunt, pálea pótius  
quam zizánia reputántur:  
quia pálea étiam fundamén-  
tum ípsum habet cum fru-  
ménto, radicémque com-  
múnem.

℞ Duo Séraphim clamá-  
bant alter ad álterum: \* San-  
ctus, Sanctus, Sanctus Dñus  
Deus Sábaoth: \* Plena est  
omnis terra glória ejus. √  
Tres sunt qui testimónium  
dant in coelo: Pater, Ver-  
bum, et Spíritus sanctus: et  
hi tres unum sunt.—San-  
ctus. Glória Patri. Plena.

Léctio ix.

**I**N illa plane sagéna,  
qua concludúntur et  
mali et boni pisces, non  
absúrde mali Cathólici in-  
telligúntur. Aliud est enim  
mare, quod magis mundum  
ístum significat: áliud sagé-  
na, quae unius fidei, vel uni-  
us Ecclésiæ communióne

videtur ostendere. Inter haereticos et malos Catholicos hoc interest, quod haeretici falsa credunt: illi autem vera credentes, non vivunt ita ut credunt.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES.

Ad Bened. Añã. Dñe, \* nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? et ait illis: Hoc fecit inimicus homo.

Oratio.

**F**AMILIAM tuam, quaesumus Dómine, continua pietate custodi: ut, quae in sola spe gratiae coeléstis innitur, tua semper protectione muniatur. Per Dóminum.

Ad Magnif. Añã. Colligite \* primum zizania, et alligáte ea in fasciculos ad comburéndum: triticum autem congregáte in horreum meum, dicit Dóminus.

FERIA SECUNDA.

De Epistola prima ad Timótheum.

Lectio i. *Cap. iii. et iv.*



**F**IDELIS sermo: Si quis episcopátum desiderat, bonum opus desiderat. Opórtet ergo Episcopum irreprehensibile esse, unius uxóris virum, sóbrium, prudentem, ornátum, pudicum, hospitálem, doctórem, non vinoléntum,

non percussórem, sed modéstum: non litigiósum, non cúpidum, sed suae dómni bene praepósitum, filios habentem súbditos cum omni castitate. Si quis autem dómni suae praeesse nescit, quómo Ecclésiæ Dei diligentiam habébit? Non neóphytum: ne in supérbiam elátus, in iudiciu incidat diaboli. Opórtet autem illum et testimoniúm habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in oppróbriu incidat, et in láqueum diaboli.

R. Quam magna. 374.

Lectio ii.

**D**IACONOS similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectántes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum: et sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sóbrias, fideles in ómnibus. Diaconi sint unius uxóris viri: qui filiis suis bene praesint, et suis dómibus. Qui enim bene ministráverint, gradum bonum sibi acquirunt et multam fidúciam in fide, quae est in Christo Jesu.

R. Adjútor meus. 374.

Lectio iii.

**H**AEC tibi scribo, sperans me ad te venire cito. Si autem tardávero,

ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit Angelis, praedicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis daemoniorum.

R. Benedicam. 375.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Lectio i. *Cap. i.*

**P**AULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitae, quae est in Christo Jesu : Timotheo carissimo filio, gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro. Gratias ago Deo, cui servo a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gau-

dio implere, recordationem accipiens ejus fidei, quae est in te non ficta, quae et habitavit primum in avia tua Loida, et matre tua Eunice, certus sum autem quod et in te.

R. Auribus percipe. 375.

Lectio ii.

**P**ROPTER quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinculum ejus : sed collabora Evangelio secundum virtutem Dei : qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam, quae data est nobis in Christo Jesu ante tempora saecularia.

R. Statuit. 375.

Lectio iii.

**M**ANIFESTATA est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, et incorruptionem per Evangelium : in quo positus sum ego praedicator, et Apostolus, et magister Gentium.

Ob quam causam étiam haec pátiór, sed non confúndor. Scio enim cui crédidi, et certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem. Formam habe sanórum verbórum, quae a me audísti in fide, et in dilectióne in Christo Jesu.

R̄. Ego dixi. 376.

FERIA QUARTA.

De Epístola secúnda ad Timótheum.

Lectio i. Cap. iii.

**Q**UOC autem scito, quod in novissimis diébus instábunt témpora periculósa : erunt hómines scípsos amántes, cúpidi, eláti, supérbi, blasphémi, paréntibus non obediéntes, ingrátí, scelésti, sine affectióne, sine pace, criminatóres, incontínentes, immítes, sine benignitáte, prodítóres, protérvi, tímidi, et voluptátum amatóres magis quam Dei : habéntes spéciem quídem pietátis, virtútem autem ejus abnegántes. Ethos devíta.

R̄. Ne perdíderis. 376.

Lectio ii.

**E**X his enim sunt, qui pénétrant domos, et captivas ducunt muliérculas onerátas peccátis, quae ducúntur váriis desidériis : semper discéntes, et nun-

quam ad sciéntiam veritátis perveniéntes. Quemádmódum autem Jannes et Mambres restitérunt Móysi : ita et hi resistunt veritáti, hómines corrúpti mente, réprobi circa fidem. Sed ultra non proficient : insipientia enim eórum manifestá erit ómnibus, sicut et illórum fuit.

R̄. Parátum cor. 376.

Lectio iii.

**T**U autem assecútus es meam doctórinam, institutióne, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectióne, paciéntiam, persecutiónes, passiónes : quálibet mihi facta sunt Antiochia, Iconii, et Lystris : quales persecutiónes sustinui, et ex ómnibus eripuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutióne patiéntur. Mali autem hómines, et seductóres proficient in pejus, errátes, et in errórem mitténtes.

R̄. Adjútor meus. 377.

FERIA QUINTA.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Titum.

Lectio i. Cap. i.

**P**AULUS servus Dei, Apóstolus autem Jesu Christi secúndum fidem electórum Dei, et agnitióne veritátis, quae

secundum pietatem est, in spem vitae aeternae, quam promissit qui non mentitur, Deus, ante tempora saecularia : manifestavit autem temporibus suis verbum suum in praedicatione, quae credita est mihi secundum praecceptum Salvatoris nostri Dei : Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Salvatore nostro.

R̄. Deus in te. 377.

Lectio ii.

**H**UJUS rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas, et constituas per civitates Presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, unus uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem : non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum : sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem : ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere.

R̄. Repleatur. 377.

Lectio iii.

**S**UNT enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, et seductores ; maxime qui de circumcissione sunt : quos oportet redargui : qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta : Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes Judaicis fabulis, et mandatis hominum aversantium se a veritate. Omnia munda mundis : coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum.

R̄. Gaudébunt labia. 378.

FERIA SEXTA.

De Epistola ad Titum.

Lectio i. Cap. ii. d. et iii.



**M**AEC loquere, et exhortare, et argue cum omni império. Nemo te contemnat. Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse : néminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinē ad omnes homines.

R̄. Confitebor. 378.

Lectio ii.

**E**RAMUS enim ali-  
quādo et nos insi-  
piētes, increduli, errātes,  
serviētes desidēriis et volu-  
ptātibus vāriis, in malitia et  
invidia agētes, odibiles,  
odiētes invicem. Cum au-  
tem benignitas et humā-  
nitas apparuit Salvatoris  
nostri Dei : non ex opēribus  
justitiae, quae fecimus nos,  
sed secūndum suam miseri-  
cōrdiam salvos nos fecit per  
lavācrum regeneratiōnis et  
renovatiōnis Spiritus san-  
cti, quem effūdī in nos  
abūnde per Jesum Chri-  
stum Salvatōrem nostrum :  
ut justificāti grātia ipsius,  
haerēdes simus secūndum  
spem vitae aetēnae.

R̄. Misericōrdia. 378.

Lectio iii.

**F**IDELIS sermo est, et  
de his volo te confir-  
māre : ut curent bonis opē-  
ribus praeesse qui credunt  
Deo. Haec sunt bona  
et utilia hominibus. Stul-  
tas autem quaestiones, et  
genealogias, et contentiō-  
nes, et pugnas legis devita-  
sunt enim inūtiles et vanae.  
Haereticum hōminem post  
unam et secūndam corre-  
ptiōnem devita : sciens quia  
subvērsus est, qui ejūsmodi  
est, et delinquit, cum sit  
prōprio iudicio condemnā-  
tus.

R̄. Factus. 379.

SABBATO.

Incipit Epistola beati Pauli  
Apōstoli ad Philēmonem.

Lectio i. Cap. i.

**P**AULUS vincētus  
Christi Jesu et Ti-  
mōtheus frater :  
Philēmoni dilē-  
cto, et adjutori nostro, et  
Appiae sorori carissimae,  
et Archippo commilitōni  
nostro, et Ecclesiāe quae in  
domo tua est. Grātia vobis  
et pax a Deo Patre nostro,  
et Dōmino Jesu Christo.  
Grātias ago Deo meo, sem-  
per memoriā tui faciēns  
in oratiōibus meis, āu-  
diēns charitatem tuam, et  
fidem, quam habes in Dō-  
mino Jesu, et in omnes  
sanctos : ut communicatiō  
fidei tuae ēvidens fiat in  
agnitiōne omnis opēris bo-  
ni, quod est in vobis in  
Christo Jesu.

R̄. Ne perdidēris. 379.

Lectio ii.

**G**AUDIUM enim ma-  
gnum hābui, et con-  
solatiōnem in charitate tua :  
quia viscera sanctorum re-  
quieverunt per te, frater.  
Propter quod multam fidū-  
ciam habens in Christo Je-  
su imperādi tibi quod ad  
rem pērtinet : propter cha-  
ritatem magis obsecro cum  
sis talis, ut Paulus senex,  
nunc autem et vincētus Jesu  
Christi : Obsecro te pro meo

filio, quem genui in vinculis, Onésimo, qui tibi aliquando inútilis fuit, nunc autem et mihi, et tibi útilis, quem remisí tibi.

R̄. Parátum cor. 379.

Lectio iii.

**T**U autem illum, ut mea víscera, súscipe: quem ego volúeram mecum detinére, ut pro te mihi ministráret in vinculis Evangélii: sine consilio autem tuo nihil volui fácere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntárium. Fórsitan enim ideo discéssit ad horam a te, ut aetérnum illum reciperes: jam non ut servum, sed pro servo caríssimum fratrem, máxime mihi: quanto autem magis tibi, et in carne, et in Dño? Si ergo habes me sócium, súscipe illum sicut me. Si autem aliquid nócuít tibi, aut debet, hoc mihi ímputa. Ego Paulus scripsi mea manu.

R̄. Adjútor. 380.

AD VESPERAS.

Oratio.

**P**RAESTA quaesumus, omnipotens Deus: ut semper rationabilia medítantes, quae tibi sunt plácita, et dictis exequámur, et factis. Per Dóminum.

DOM. VI. POST EPIPH.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebraeos.

Lectio i. Cap. i.



**M**ULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis: novissime, diébus istis locútus est nobis in Filio, quem constituit haerédem universórum, per quem fecit et saecula. Qui cum sit splendor glóriæ, et figúra substántiæ ejus, portánsque ómnia virtútis suæ, purgationem peccatórum faciens, sedet ad dexteram majestátis in excélsis: tanto mélior Angelis efféctus, quanto différentius prae illis nomen haereditávit.

R̄. Dñe, ne in ira tua árguas me, neque in furóre tuo corripias me: Misérére mei, Dñe, quóniam infirmus sum. V̄. Timor et tremor venérunt super me, et contexérunt me ténebrae.— Misérére.

Lectio ii.

**Q**UI enim dixit aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu, ego hódie genui te? Et rursus: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogénitum in orbem terræ, di-

cit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spíritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in saeculum saeculi: virga aequitátis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultatiónis prae participibus tuis.

R. Deus, qui sedes super thronum, et júdicas aequitatem, esto refúgium páuperum in tribulatióne: Quia tu solus labórem et dolórem consideras. V. Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor. -- Quia tu solus.

Lectio iii.

**A**T: Tu in principio, Dómine, terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt coeli. Ipsi perfbunt, tu autem permanébis: et omnes ut vestiméntum veteráscunt: et velut amictum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Ad quem autem Angelórum dixit aliquándo: Sede a dextris meis, quoadúsque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuórum? Nonne omnes sunt administratórii spíritus, in ministérium missi propter eos, qui haereditatem cápient salutis?

R. A dextris est mihi Dóminus, ne commóvear: Propter hoc dilatátum est cor meum, et exultávit lingua mea. V. Dóminus pars haereditátis meae, et cálicis mei.—Propter. Glória Patri. Propter.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Athanasii  
Episcopi.

Orat. ii. contra Arianos,  
post medium.

Lectio iv.

**S**I persónam, rem, tempus apostólici dicti cognóscerent haerétici, nunquam humana in Deitatem transferentes, tam impie et stulte advérsus Christum sese habuissent. Id intuéri licébit, si initium lectiÓnis dénuo repetitum probe excipias. Dicit enim Apóstolus: Multifáram, multisque modis olim Deus locútus est pátribus nostris per Prophétas: últimis autem diébus locútus est nobis in Filio. Atque ita paulo post dicit: Perfécta ab eo nostrórum peccatórum purificatiÓne, ipsum sedére ad dexteram majestátis in excélsis, tanto meliorem Angelis factum, quanto praestántius nomen prae illis sortitus est. De eo igitur tempore, quo nobis per Filium locútus est, cum peccatórum purgatio fieret,



apostólicum dictum mentionem facit. Quando autem nobis locutus est in Filio, aut quando purgatio peccatorum facta, aut quando natus est homo, nisi post Prophetas, idque in ultimis diebus?

℞. Notas mihi fecisti, Domine, vias vitae: \* Adimplébis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. ∇ Tu es qui restitues haereditatem meam mihi. — Adimplébis.

## Lectio v.

**D**EINDE cum narratio instituta esset de humana Verbi dispensatione, deque ultimis temporibus, consequenter commemoravit, Deum neque superioribus aetatibus tacuisse, sed locutum esse per Prophetas: et postquam Prophetae suo officio perfuncti sunt, et lex per Angelos pronuntiata est, et Filius etiam ad nos descendit, et ad ministrandum accessit; tunc demum necessario subintulit: Tanto melior Angelis factus: ostendere volens, quanto Filius prae servo excellit, tanto functione officioque servorum, Filii administrationem meliorem fuisse.

℞. Diligam te, Domine, virtus mea: Dominus firmamentum meum, \* Et refu-

gium meum. ∇. Liberátor meus, Deus meus, adiutor meus.—Et refúgium.

## Lectio vi.

**F**UNCTIONEM igitur discernens Apostolus, tum veterem, tum novam, magna dicendi libertate utitur, ad Judaeos scribens et loquens. Propter hoc igitur non in univ ersum ex propria comparationis ratione dixit, quod major aut honoratior esset: ne quis quasi de ejusdem generis, et cum eo communibus rebus haec verba intellexeret: sed ideo meliorem illum dixit, ut discrimen naturae Filii ad res creatas indicaret.

℞. Domini est terra, et plenitudo ejus: \* Orbis terrarum, et universi qui habitant in eo. ∇ Ipse super maria fundavit eam, et super flumina praeparavit illam.—Orbis terrarum. Glória Patri. Orbis terrarum.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xiii. d.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Et reliqua.

Homilia S. Hierónymi  
Presbyteri.

*Lib. 2. Comen. in cap. xiii.  
Matthaci.*

**R**EGNUM coelórum praedicatio Evangélii est, et notitia Scripturárum, quae ducit ad vitam, et de qua dicitur ad Judaeos : Auferétur a vobis regnum Dei, et dábitur genti faciénti fructus ejus. Simile est ergo hujuscémodi regnum grano sinápis, quod accipiens homo seminávit in agro suo. Homo qui séminat in agro suo, a plerisque Salvátor intelligitur, quod in ánimis credéntium séminet : ab áliis ipse homo séminans in agro suo, hoc est, in semetipso, et in corde suo.

✠ Ad te, Dñe, levávi ánimam meam : \* Deus meus, in te confido, non erubescam. V. Custódi ánimam meam, et éripe me.—Deus.

*Lección viii.*

**Q**UIS est iste qui séminat, nisi sensus noster et ánimus, qui suscépiens granum praedicatiónis, et fovens seméntem, humóre fidei facit in agro sui péctoris pulluláre? Praedicatio Evangélii mñima est ómnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam, fidem non habet veritátis, hómí-nem Deum, Christum mór-

tuum, et scándalum crucis praedicans. Confer hujusmodi doctrínam dogmátibus philosophórum, et libris eórum, et splendóri eloquentiae, et compositiáni sermónum : et vidébis quanto minor sit caeteris semínibus seméntis Evangélii.

✠ Duo Séraphim clamábant alter ad álterum : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñus Deus Sábaoth : Plena est omnis terra glória ejus. V. Tres sunt qui testimoniúm dant in coelo : Pater, Verbum, et Spíritus sanctus : et hi tres unum sunt.—Sanctus. Glória Patri. Plena.

*Lección ix.*

**S**ED illa cum créverint, nihil mordax, nihil vívidum, nihil vitále demónstrant : sed totum fláccidum marcidúmque et molítum ebúllit in ólera et in herbas, quae cito aréscunt et córruunt. Haec autem praedicatio, quae parva videbátur in princípío, cum vel in ánima credéntis, vel in toto mundo sata fúerit, non exúrgit in ólera, sed crescit in árborem : ita ut vólucres coeli (quas vel ánimas credéntium, vel fortitúdines, Dei servitio mancipátas, sentire debémus) véniant et hábitent in ramis ejus. Ramos puto Evangélicae árboris, quae de grano

sinápis créverit, dógmatum esse diversitates, in quibus supradictárum vólucrum unaquaeque requiescit.

Te Deum laudámus. 18.

Ad Benedictus, Antiphona. Simile est regnum coelórum grano sinápis, quod mínimum est omnibus seminibus : cum autem créverit, majus est omnibus oléribus.

Oratio.

**P**RAESTA quaesumus, omnipotens Deus ; ut semper rationabilia meditantes, quae tibi sunt placita, et dictis exequamur, et factis. Per Dñm.

Ad Magni, Vñ. Simile est regnum coelórum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum.

#### FERIA SECUNDA.

De Epístola ad Hebraeos.

Lectio i. Cap. iii.



**I**NDE fratres sancti, vocatiónis coeléstis participes, consideráte Apóstolum et Pontíficem confessiόνis nostrae Jesum : qui fidélis est ei, qui fecit illum, sicut et Móyses in omni domo ejus. Ampliórís enim glóriæ iste prae Móyse dignus est hábitus, quanto ampliórem honórem habet domus, qui fabricávit

illam. Omnis namque domus fabricátur ab álquo : qui autem ómnia creávit, Deus est.

R. Quam magna. 374.

Lectio ii.

**E**T Móyses quidem fidélis erat in tota domo ejus tamquam famulus, in testimónium eórum, quae dicénda erant : Christus vero tamquam filius in domo sua : quae domus sumus nos, si fidúciam, et glóriam spei usque ad finem firmam retineámus. Quaprópter sicut dicit Spíritus sanctus : Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndum diem tentatiónis in deserto.

R. Adjutor meus. 374.

Lectio iii.

**U**IDETE, fratres, ne forte sit in álquo vestrum cor malum incredulitátis, discedénda a Deo vivo ; sed adhortámini vosmetipsos per singulos dies, donec Hódie cognominátur, ut non obdurétur quis ex vobis fallácia peccáti. Participes enim Christi effécti sumus : si tamen initium substántiae ejus usque ad finem firmum retineámus. Dum dicitur : Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obduráre corda vestra, quemádmódu in illa exacerbatióne. Quidam enim

audiéntes exacerbavérunt ; sed non univérsti qui profécti sunt ex Ægypto per Móysen.

*R.* Benedícam. 375.

FERIA TERTIA

De Epístola ad Hebraeos.

*Lectio i. Cap. iv.*

**Q**UAMVISEAMUS ergo, ne forte relicta pollicitatione introcúndi in réquiem ejus, existimétur áliquis ex vobis deesse. Et enim et nobis nuntiátum est, quemádmódu[m] et illis. Sed non prófuit illis sermo audítus, non admixtus fidei ex iis quae audierunt. In-grediémur enim in réquiem, qui credídimus : quemádmódu[m] dixit : Sicut jurávi in ira mea : Si introibunt in réquiem meam : et quídem opéribus ab institutióne mundi perféctis.

*R.* Auribus pércipe. 375.

*Lectio ii.*

**D**IXIT enim in quodam loco de die séptima sic : Et requiévít Deus die séptima ab ómnibus opéribus suis. Et in isto rursum : Si introibunt in réquiem meam. Quóniam ergo súperest introfre quosdam in illam, et ii, quibus prióribus annuntiátum est, non introiérunt propter incredulitátem : íterum términat diem quemdam, Hódie, in David

dicéndo, post tantum tém-poris, sicut supra dictum est : Hódie si vocem ejus audierítis, nolíte obduráre corda vestra.

*R.* Státuit Dñs. 375.

*Lectio iii.*

**N**AM si eis Jesus ré-quiem praestítisset, nunquam de ália loquerétur, posthac, die. Itaque relinquitur sabbatísmus pó-pulo Dei. Qui enim ingrés-sus est in réquiem ejus : étiam ipse requiévít ab opéribus suis, sicut a suis Deus. Festinémus ergo ingredi in illam réquiem : ut ne in id-ípsum quis incidat incredulitátis exémpulum. Vivus est enim sermo Dei, et éfficax, et penetrabilior omni gládio ancípiti : et pertingens us-que ad divisiónem ánimae ac spíritus, compágum quo-que ac medullárum, et discrétor cogitatiónum et intentiónum cordis.

*R.* Ego dixi. 376.

FERIA QUARTA.

De Epístola ad Hebraeos.

*Lectio i. Cap. vi.*

**Q**UAPROPTER intermitténtes in-choatiónis Chri-sti sermónem, ad perfectióra ferámur, non rursum jaciéntes funda-méntum poeniténtiae ab opéribus mórtuis, et fidei ad Deum, baptismatum

doctrinae, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, et iudicii aeterni. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.

R. Ne perderis. 376.

Lectio ii.

**I**MPOSSIBILE est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt; rursus renovari ad poenitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, et ostentui habentes.

R. Paratum cor. 376.

Lectio iii.

**T**ERRA enim saepe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, et maledictio proxima: cujus consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, et viciniora salutis: tametsi ita loquimur. Non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, et ministratis.

R. Adjutor meus. 377.

FERIA QUINTA.

De Epistola ad Hebraeos.

Lectio i. Cap. vii.



**I**C enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obiit Abrahamae regresso a caede regum, et benedixit ei: cui et decimas omnium divisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex justitiae: deinde autem et rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitae habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

R. Deus, in te. 377.

Lectio ii.

**I**NTUEMINI autem quantus sit hic, cui et decimas dedit de praecipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, id est, a fratribus suis: quamquam et ipsi exierint de lumbis Abrahamae. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham; et hunc, qui habebat repromissiones, benedixit.

R. Repleatur. 377.

Lectio iii.


**S**INE ulla autem con-  
tradictione, quod mi-  
nus est, a meliore benedi-  
citur. Et hic quidem dé-  
cimas morientes homines  
accipiunt: ibi autem conte-  
statur, quia vivit. Et (ut  
ita dictum sit) per Abra-  
ham, et Levi, qui decimas  
acceperit, decimatus est: ad-  
huc enim in lumbis patris  
erat, quando obiit ei  
Melchisedech. Si ergo con-  
summatio per sacerdotium  
Leviticum erat (populus  
enim sub ipso legem acce-  
pit) quid adhuc necessá-  
rium fuit, secundum ordi-  
nem Melchisedech alium  
surgere sacerdotem, et non  
secundum ordinem Aaron  
dici? Translato enim sacer-  
dotio, necesse est, ut et le-  
gis translatio fiat.

R. Gaudébunt. 378.

FERIA SEXTA.

De Epistola ad Hebraeos.

Lectio i. Cap. xi.

 **S**T autem fides  
sperandarum sub-  
stantia rerum, ar-  
gumentum non  
apparentium. In hac enim  
testimonium consecuti sunt  
senes. Fide intelligimus  
aptata esse saecula verbo  
Dei: ut ex invisibilibus visi-  
bilia fierent. Fide pluri-  
mam hostiam Abel, quam  
Cain, obtulit Deo: per

quam testimonium conse-  
cutus est esse justus, testi-  
monium perhibente muné-  
ribus ejus Deo, et per  
illam defunctus adhuc lo-  
quitur.

R. Confitebor. 378.

Lectio ii.

**F**IDE Henoch trans-  
latus est ne videret  
mortem, et non inveniebatur,  
quia transtulit illum  
Deus: ante translationem  
enim testimonium habuit  
placuisse Deo. Sine fide  
autem impossibile est pla-  
cere Deo. Credere enim  
oportet accedentem ad  
Deum quia est, et iniqui-  
rentibus se remunerator sit.  
Fide Noë, responso acce-  
pto de iis quae adhuc non  
videbantur, metuens apta-  
vit arcam in salutem do-  
musuae, per quam damna-  
vit mundum: et justitiae,  
quae per fidem est, haeres  
est institutus.

R. Misericordia. 378.

Lectio iii.

**F**IDE qui vocatur  
Abraham obedivit in  
locum exire, quem acceptu-  
rus erat in haereditatem:  
et exiit, nesciens quo iret.  
Fide demoratus est in terra  
repromissionis, tamquam  
in aliena, in casulis habi-  
tando, cum Isaac et Jacob  
cohaerentibus repromissio-  
nis ejusdem. Expectabat

enim fundamenta habentem civitatem: cujus artifex et conditor Deus.

R. Factus est. 379.

SABBATO.

De Epistola ad Hebraeos.

Lectio i. Cap. xiii.

**C**HARITAS fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite oblivisci: per hanc enim laetuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Mementote vincitorum, tamquam simul victi: et laborantium, tamquam et ipsi in corpore morantes. Honorabile concubium in omnibus, et thorus immaculatus. Fornicatores enim, et adulteros iudicabit Deus.

R. Ne perdidideris. 379.

Lectio ii.

**S**INT mores sine avaritia, contenti praesentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam. Ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamihi fidem. Jesus Christus heri, et hodie: ipse et in saecula.

R. Paratum cor meum Deus. 379.

Lectio iii.

**D**OCTRINIS variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quae non profuerunt ambulanti in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium inferunt sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

R. Adjutor meus. 380.

Si aliquod Festum Duplex celebretur in Sabbato ante Septuagesimam, in secundis Vesperis post Orationem Festi fit commemoratio de Dominica: et in fine dicitur Benedicamus Domino, alleluia, alleluia, etc. ut infra.

SABBATO

ANTE SEPTUAGESIMAM.

AD VESPERAS.

Capitulum. I. Cor. ix. d.

**R**ATRES: Nescitis quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

## Hymnus.

**J**AM sol recedit igneus:  
Tu lux perennis,  
Unitas,  
Nostris, beata Trinitas,  
Infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine,  
Te deprecamur vespere,  
Digneris, ut te supplices,  
Laudemus inter coelites.

Patri, simulque Filio,  
Tibique, Sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iugiter.  
Saeclum per omne gloria.

Amen.

¶ Vespertina oratio  
ascendat ad te, Domine.  
R. Et descendat super nos  
misericordia tua.

Ad Magnif. Añã. Dixit  
Dominus ad Adam: De  
ligno quod est in medio  
paradisi, ne comedas: in  
qua hora comederis, morte  
moriéris.

Amen.

## Oratio.

**P**RECES populi tui,  
quaesumus Domine,  
clementer exaudi: ut, qui  
juste pro peccatis nostris  
affligimur, pro tui nominis  
gloria misericorditer liberemur.  
Per Dominum.

¶ Benedicamus Domino,  
alleluia, alleluia. R.  
Deo gratias, alleluia, alleluia.

Et deinceps non dicitur  
Alleluia, usque ad Sabbatum  
sanctum. Sed post

Deus in adiutorium, ubi  
dicebatur Alleluia, dicitur  
Laus tibi, Domine, Rex  
aeternae gloriae.

Si in Dominicis a Septuag.  
usque ad Domin. in Albis  
occurrat Festum Duplex,  
vel Semiduplex, transfertur  
in primam diem similiter  
non impeditam, ut dicitur  
in Rubrica de translatione  
festorum.

DOMINICA  
IN SEPTUAGESIMA.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Praeoccupemus faciem Domini:  
Et in psalmis jubilemus  
ei. Psalmus. Venite, exultemus. 2.

In primo Versu Psalmi  
omittitur Praeoccupemus  
faciem ejus, etc. et ejus loco  
repetitur a choro Invitatorium.

Hymnus. Primo die, quo  
Trinitas. 3. Añãe, Psalmi,  
et Versiculi Nocturnorum  
de Psalterio. 3.

In primo Nocturno.

Incipit liber Genesis.

Lectio i. Cap. i.

**I**N principio creavit  
Deus coelum  
et terram. Terra  
autem erat  
inanis et vacua, et tenebrae  
erant super faciem abyssi:  
et Spiritus Dei ferebatur  
super aquas. Dixitque Deus:



Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona: et divisit lucem a tenebris. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem: factumque est vespere et mane, dies unus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quae erant sub firmamento, ab his quae erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, Coelum: et factum est vespere et mane, dies secundus.

✠ In principio creavit Deus coelum et terram, et fecit in ea hominem, \* Ad imaginem et similitudinem suam. ✠ Formavit igitur Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae. — Ad imaginem.

Lectio ii.

**D**IXIT vero Deus: Congregentur aquae, quae sub coelo sunt, in locum unum: et appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam, Terram: congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem et facientem semen, et lignum

pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, et facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, et habens unumquodque seminem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane dies tertius. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento coeli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora, et dies et annos: ut luceant in firmamento coeli, et illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut praeesset diei: et luminare minus, ut praeesset nocti: et stellas. Et posuit eas in firmamento coeli, ut lucerent super terram, et praeesent diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane, dies quartus.

✠ In principio creavit Deus coelum et terram, et Spiritus Dei ferebatur super aquas: \* Et vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona. ✠ Igitur perfecti sunt coeli et terra, et omnis ornatus eorum. — Et vidit.

## Lectio iii.

**D**IXIT étiam Deus :  
 Producant aquae réptile  
 animae vivéntis, et  
 volátile super terram sub  
 firmaménto coeli. Creavít  
 que Deus cete grándia, et  
 omnem ánimam vivéntem  
 atquemotábilem, quam pro-  
 dúxerant aquae in species  
 suas, et omne volátile se-  
 cúndum genus suum. Et  
 vidit Deus quod esset bo-  
 num. Benedixítque eis, di-  
 cens : Créscite, et multipli-  
 cámini, et repléte aquas  
 maris : avésque multipli-  
 céntur super terram. Et fac-  
 ctum est vésperé et mane,  
 dies quintus. Dixit quoque  
 Deus : Producat terra áni-  
 mam vivéntem in genere  
 suo, juménta, et reptília, et  
 béstias terrae secúndum  
 species suas. Factúmque  
 est ita. Et fecit Deus béstias  
 terrae juxta species suas,  
 et juménta, et omne réptile  
 terrae in genere suo. Et  
 vidit Deus quod esset bo-  
 num, et ait : Faciámus  
 hóminem ad imáginem et  
 similitúdinem nostram ; et  
 praesit piscibus maris, et  
 volatilibus coeli, et béstiis,  
 universaeque terrae, omní-  
 que réptili quod movétur  
 in terra.

**R.** Formávit Dóminus  
 hóminem de limo terrae,  
 Et inspirávit in fáciem ejus  
 spiráculum vitae, et factus

est homo in ánimam vivén-  
 tem. **V.** In princípío fecit  
 Deus coelum et terram, et  
 plasmávit in eahóminem.—  
 Et inspirávit. Glória Patri.  
 Et inspirávit.

In secundo Nocturno.

Ex libro Enchiridii sancti  
 Augustini Episcopi.

C. xxv. xxvi. et xxvii. tom. 3.

## Lectio iv.



**M**ORTIS supplíci-  
 um Dñs hómini  
 comminátus fúe-  
 rat, si peccáret :  
 sic eum múnérans libero  
 arbitrio, ut tamen régeret  
 império, terréret exitio :  
 atque in paradísi felicitáte,  
 tamquam in umbra vitae,  
 unde justítia custodíta in  
 melióra conscénderet, col-  
 locávit. Hinc post peccá-  
 tum exul efféctus, stirpem  
 quoque suam, quam peccá-  
 cándó in se tamquam in  
 radíce vitiáverat, poena  
 mortis et damnatióne ob-  
 strínxit : ut quidquid prolis  
 ex illo, et simul damnáta, per  
 quam peccáverat, cónjuge,  
 per carnálem concupiscéntiam,  
 in qua inobediéntiae  
 poena símilis retribúta est,  
 nascerétur, tráheret origi-  
 nále peccátum, quo trahe-  
 rétur per erróres dolorésque  
 diversos ad illud extrémum  
 cum desertóribus ángelis,  
 vitiatóribus et possessóri-  
 bus et consórtibus suis, si-  
 ne fine supplicium.

R. Tulit Dóminus hóminem, et pósuit eum in paradíso voluptátis : \* Ut operarétur et custodiret illum. V. Plantáverat autem Dóminus Deus paradísum voluptátis a princípío, in quo pósuit hóminem quem formáverat.—Ut operarétur.

## Lectio v.

SIC per unum hóminem peccátum intrávit in mundum, et per peccátum mors : et ita in omnes hómines pertránsiit, in quo omnes peccáverunt. Mundum quippe appellávit eo loco Apóstolus univérsum genus humánum. Ita ergo res se habébant. Jacébat in malis, vel étiam volvebátur, et de malis in mala praecipitabátur totíus humáni géneris massa damnáta : et adjúncta parti eórum, qui peccáverant, angelórum, luébat ímpiae desertiónis digníssimas poenas.

R. Dixit Dóminus Deus : Non est bonum hóminem esse solum : \* Faciámus ei adjutórium símile sibi. V. Adae vero non inveniebátur adjútor símilis sibi : dixit vero Deus.—Faciámus.

## Lectio vi.

AD iram quippe Dei pertinet justam, quidquid caeca et indómíta concupiscéntia faciunt

libénter mali, et quidquid manifestis opertisque poenis patiúntur invíti : non sane Creatóris desisténte bonitáte, et malis ángelis subministráre vitam, vivacémque poténtiam, (quae subministrátio, si auferátur, interíbunt) et hóminum, quamvis de propágine vitiáta damnátaque nascéntium, formáre sémina, et animáre, et ordináre membra per téporum aetátes, per locórum spátia vegetáre sensus, aliménta donáre. Mélius enim judicávit de malis bene fácere, quam mala nulla esse permíttere.

R. Inmísit Dóminus sopórem in Adam, et tulit unam de costis ejus : \* Et aedificávit costam, quam túlerat Dóminus de Adam, in mulierem, et addúxit eam ad Adam, ut vidéret quid vocáret eam : \* Et vocávit nomen ejus Virágo, quia de viro sumpta est. V. Cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus et replévit carnem pro ea.— Et aedificávit. Glória Patri. Et vocávit.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secúndum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xx.

IN illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis parábolam hanc : Símile est regnum coelórum hó-

mini patrifamilias, qui éxiit primo mane condúcere operários in vineam suam. Et réliqua.

Homilia S. Gregórii Papae. *Homil. xix. in Evang. post principium.*

**H**EGNUM coelórum hómini patrifamilias simile dicitur, qui ad excoléndam vineam suam operários condúcit. Quis vero patrifamilias similitúdinem réctius tenet, quam Cónditor noster, qui regit quos cóndidit, et eléctos suos sic in hoc mundo pósidet, quasi subjéctos dóminus in domo? Qui habet vineam, universálem scilicet Ecclesiám, quae ab Abel justo usque ad últimum eléctum, qui in fine mundi nascitúrus est, quot sanctos prótulit, quasi tot pálmities misit.

R. Plantáverat autem Dóminus Deus paradísium voluptátis a princípio :\* In quo pósuit hóminem, quem formáverat. V. Produxitque Dóminus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescéndum suáve; lignum étiam vitae in médio paradísi.—In quo.

Lectio viii.

**H**IC itaque paterfamilias ad excoléndam vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona, et undé-

cima operários condúcit : quia a mundi hujus initio usque in finem ad erudiéndam plebem fidélium, praedicatóres congregáre non desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adam usque ad Noë : hora vero tertia a Noë usque ad Abraham : sexta quoque ab Abraham usque ad Móysen : nona autem a Móyse usque ad advéntum Dómini : undécima vero ab advéntu Dómini usque ad finem mundi. In qua praedicatóres sancti Apóstoli missi sunt, qui mercédem plenam et tarde veniéntes acceperunt.

R. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum : Vidéte, ne forte sumat de ligno vitae, et vivat in aeternum. V. Fecit quoque Dóminus Deus Adae túnica pellíceam, et induit eum, et dixit.—Vidéte.

Lectio ix.

**A**D erudiéndam ergo Dóminus plebem suam, quasi ad excoléndam vineam suam, nullo témpore déstitit operários mittere : quia et prius per Patres, et póstmodum per legis Doctóres et Prophétas, ad extrémum vero per Apóstolos, dum plebis suae mores excóluit, quasi per operários in vineae cultúra laborávit : quamvis in quolibet

módulo vel mensúra, quisquis cum fide recta bonae praedicátor actiónis éxtitit, hujus vineae operárius fuit. Operátor ergo mane, hora tértia, sexta, et nona, antiqúus ille et Hebráicus pópulus designátur : qui in eléctis suis ab ipso mundi exórdio, dum recta fide Deum stúduit cólere, quasi non déstitit in vineae cultúra laboráre. Ad undécimam vero Gentiles vocántur, quibus et dicitur : Quid hic statis tota die otiosi ?

℣. Ubi est Abel frater tuus ? dixit Dóminus ad Cain. Nescio, Dñe, numquid custos fratris mei sum ego ? Et dixit ad eum : Quid fecisti ? Ecce vox ságuinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ℣. Maledictus eris super terram, quae apéruit os suum, et suscepit ságuinem fratris tui de manu tua.—Ecce vox. Gloria Patri. Ecce vox.

Nonam ℣. dicitur in Dominicis usque ad Pascha loco Hymni Te Deum laudamus, qui non dicitur hoc tempore, nisi in Festis.

#### AD LAUDES.

Antiphona. Miserere.

Psalmus I.



**MISERERE** mei, Deus, \* secúndum magnam misericórdiã tuam. Et secúndum multítudi-

nem miseratiónum tuarum, \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : \* incérta, et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et laetítiam : \* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne prójicias me a facié tua : \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetítiam salutaris tui : \* et spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : \* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meae : et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedissem úti que : \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus : \* cor contritum, et humiliátum Deus non despícies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : \* ut aedificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes, et holocáusta : \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Ántia. Miserére mei, Deus, et adeliácto meo munda me : quia tibi soli peccávi.

Antiphona. Confitébor.

Psalmus cxvii.

**C**ONFITEMINI Dño quóniam bonus : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israél quóniam bonus : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : \* quóniam in saeculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : \* et exaudivit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : \* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : \* et ego despiciam inimícos meos.

Bonum est confidere in Dómino, \* quam confidere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino, \* quam speráre in princípibus.

Omnes Gentes circueírunt me : \* et in nómine Dñi quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis : \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus eversus sum ut cáderem : \* et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus : \* et factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis, et salútis \* in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem : dextera Dñi exaltávit me, \* dextera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : \* et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me  
Dóminus : \* et morti non  
trádidit me.

Aperite mihi portas justí-  
tiae, ingressus in eas con-  
fitebor Dómino : \* haec  
porta Dómini, justí intrá-  
bunt in eam.

Confitebor tibi quóniam  
exaudisti me : \* et factus  
es mihi in salutem.

Lápidem, quem reprobá-  
verunt aedificantes : \* hic  
factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est  
istud, \* et est mirábile in  
óculis nostris.

Haec est dies, quam fecit  
Dóminus : \* exultemus, et  
laetemur in ea.

O Dómine, salvum me  
fac, o Dómine, bene prosperá-  
re : \* benedíctus qui  
venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de  
domo Dómini : \* Deus Dó-  
minus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solé-  
mnem in condénsis, \* usque  
ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et con-  
fitebor tibi : \* Deus meus  
es tu, et exaltábo te.

Confitebor tibi quóniam  
exaudisti me : \* et factus es  
mihi in salutem.

Confitemini Dómino quón-  
iam bonus : \* quóniam  
in sacculum misericórdia  
ejus.

*Añá.* Confitebor tibi, quón-  
iam exaudisti me.

*Añá.* Deus, Deus meus.

Psalms lxii.

**D**EUS, Deus meus, \*  
ad te de luce ví-  
gilo.

Sitívit in te ánima mea, \*  
quam multipliciter tibi caro  
mea.

In terra desérta, et ínvia,  
et inaquósa : \* sic in sancto  
appáruí tibi, ut vidérem  
virtútem tuam, et glóriam  
tuam.

Quóniam melíor est mise-  
ricórdia tua super vitas, \*  
lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita  
mea : \* et in nómine tuo  
levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine  
repleátur ánima mea : \* et  
lábiis exultatiónis laudábit  
os meum.

Si memor fui tui super  
stratum meum, in matutí-  
nis meditábor in te : \* quia  
fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum  
tuarum exultábo, adhaesit  
ánima mea post te : \* me  
suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quae-  
sierunt ánimam meam, in-  
troíbunt in inferióra terrae : \*  
tradéntur in manus gládií,  
partes vúlpium erunt.

Rex vero laetábitur in  
Deo, laudabúntur omnes  
qui jurant in eo : \* quia  
obstrúctum est os loquén-  
tium iníqua.

Hic non dicitur Glória  
Patri.

Psalms lxxvi.

**D**EUS misereatur nostri, et benedicat nobis : \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terram viam tuam : \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus : \* confiteantur tibi populi omnes.

Laetentur et exultent gentes : \* quoniam iudicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigitis.

Confiteantur tibi populi, Deus : confiteantur tibi populi omnes : \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : \* et metuant eum omnes fines terrae.

Glória Patri.

*Añs.* Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo, quia factus es adiutor meus.

*Añs.* Benedictus es.

Canticum trium puerorum.

*Danielis. iii. e.*

**B**ENEDICITE omnia opera Domini Domino : \* laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino : \* Benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt, Domino : \* benedicite o-

mnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino : \* benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino : \* benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino : \* benedicite frigus et aestus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino : \* benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino : \* benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino : \* benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : \* laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino : \* benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : \* benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia, quae moventur in aquis, Domino : \* benedicite omnes volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae et pecora Domino : \* benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum : \* laudet et superexaltet eum in saecula.



Benedícite sacerdótes  
Dómini Dómino : \* benedícite  
servi Dñi Dómino.

Benedícite spiritus et  
ánimae justórum Dómino : \*  
benedícite sancti et húmiles  
corde Dómino.

Benedícite Ananfa, Aza-  
ria, Misaél Dómino : \* lau-  
dáte et superexaltáte eum  
in saecula.

Benedicámus Patrem et  
Filiu cum Sancto Spíri-  
tu : \* laudémus et super-  
exaltémus eum in saecula.

Benedíctus es, Dómine,  
in firmaménto coeli : \* et  
laudábilis, et gloriósus, et  
superexaltátus in saecula.

Hic non dicitur Glória  
Patri, neque Amen.

Añs. Benedíctus es in  
firmaménto coeli, et laudá-  
bilis in saecula, Deus noster.

Antiphona. Laudáte.

Psalmus cxlviii.

**L**AUDATE Dóminu  
de coelis : \* laudáte  
eum in excélsis.

Laudáte eum omnes An-  
geli ejus : \* laudáte eum  
omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : \*  
laudáte eum omnes stellae,  
et lumen.

Laudáte eum coeli coeló-  
rum : \* et aquae omnes,  
quae super coelos sunt, lau-  
dent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta  
sunt : \* ipse mandávit, et  
creata sunt.

Státuit ea in actérnum, et  
in saeculu saeculi : \*  
praeceptu pósuit, et non  
praeteribit.

Laudáte Dñu de terra, \*  
dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glá-  
cies, spíritus procellárum : \*  
quae faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles : \*  
ligna fructífera, et omnes  
cedri.

Béstiae, et univérsa pé-  
cora : \* serpétes, et volu-  
cres pennatae :

Reges terrae, et omnes  
pópuli : \* principes, et o-  
mnes júdices terrae.

Júvenes, et vírgines : se-  
nes cum junióribus laudent  
nomen Dñi : \* quia exaltá-  
tum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super coe-  
lum et terram : \* et exal-  
távit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis  
ejus : \* filiis Israél, pópulo  
appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória  
Patri.

Psalmus cxlix.

**C**ANTATE Dño cán-  
ticu novu : \* laus  
ejus in Ecclésia sanctórum.

Laetétur Israél in eo, qui  
fecit eum : \* et filii Sion  
exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in  
choro : \* in tympano, et  
psalterio psallant ei :

Quia beneplácitum est  
Dómino in pópulo suo : \*

et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria, \* laetabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : \* et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : \* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : \* et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum : \* gloria haec est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalms cl.

**L**AUDATE Dominum in sanctis ejus : \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae : \* laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : \* laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : laudate eum in cymbalis jubilationis : \* omnis spiritus laudet Dominum.

Glória Patri, et Filio.

Añs. Laudate Dominum de coelis.

Psalms supradicti semper dicuntur in Laudibus Dominicae usque ad Pascha.

Capitulum. *i. Cor. ix. d.*

**F**RATRES : Nescitis quod si qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

Hymnus. *Æterne rerum Conditor. 23. V. Domine, refugium factus es nobis. R. A generatione et progenie.*

Ad Benedictus, Antiphona. Simile est regnum coelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, dicit Dñs.

Oratio.

**P**RECES populi tui, quaesumus Domine, clementer exaudi : ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum.

AD PRIMAM.

Añs. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

Ps. Deus in nomine tuo, cum reliquis ut in Psalt. 24. Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Dominus autem. 31.

## AD TERTIAM.

Añã. Ite et vos \* in vineam meam, et quod justum fuerit, dabo vobis.

Capitulum. Fratres : Nescitis, ut supra. 425.

R. br. Inclina cor meum Deus, \* In testimonia tua. Inclina. V. Averte oculos meos, ne videant vanitatem : in via tua vivifica me. In testimonia tua. Gloria Patri. Inclina.

V. Ego dixi : Dñe, miserere mei. R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

## AD SEXTAM.

Añã. Quid hic statis \* tota die otiosi ? responderunt, et dixerunt : Quia nemo nos conduxit.

Capitulum. I. Cor. ix. d.

**O**MNIS autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere : et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

R. br. In aeternum, Domine, \* Permanet verbum tuum. In aeternum. V. In saeculum saeculi veritas tua. Permanet. Gloria Patri. In aeternum.

V. Dominus regit me, et nihil mihi deerit. R. In loco pascuae ibi me collocavit.

## AD NONAM.

Añã. Voca operarios, \* et redde illis mercedem suam, dicit Dominus.

## Capitulum. I. Cor. x.

**B**IBEBANT autem de spiritali, consequente eos, petra : petra autem erat Christus : sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.

R. br. Clamavi in toto corde meo, \* Exaudi me, Domine. Clamavi. V. Justificationes tuas requiram. Exaudi. Gloria. Clamavi.

V. Ab occultis meis munda me, Domine. R. Et ab alienis parce servo tuo.

## AD VESPERAS.

Añã et Ps. Dixit Dominus cum reliquis ut in Psalt. 135.

Capitulum. Fratres : Nescitis. 425. Hymnus. Lucis Creator. 138. et V. Dirigatur, Domine, oratio mea. R. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnif. Añã. Dixit paterfamilias \* operariis suis : Quid hic statis tota die otiosi ? At illi respondentes dixerunt : Quia nemo nos conduxit. Ite et vos in vineam meam : et quod justum fuerit, dabo vobis.

Oratio. Preces. 425.

## FERIA SECUNDA.

De libro Genesis.

Lectio I. Cap. I. d.

**D**EUS creavit hominem ad imaginem suam : ad imaginem Dei creavit illum, masculum et

femīnam creāvit eos. Benedixitque illis Deus, et ait: Créseite, et multiplicāmini, et replēte terram, et subjicite eam, et domināmini piscibus maris, et volatilibus coeli, et univērsis animāntibus, quae movētur super terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et univērsa ligna quae habent in semetipsis semētem generis sui, ut sint vobis in escam: et cunctis animāntibus terrae, omnique volūcri coeli, et univērsis quae movētur in terra, et in quibus est anima vivens, ut hābeant ad vescēdum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quae fecerat: et erant valde bona. Et factum est vespere et mane, dies sextus.

*R.* Dum deambulāret Dōminus in paradiso ad auram post meridiem, clamāvit, et dixit: Adam ubi es? Audivi, Dōmine, vocem tuam, Et abscondi me. *V.* Vocem tuam audivi in paradiso, et tímui, eo quod nudus essem.—Et abscondi.

*Lectio ii. Cap. ii.*

**I**GITUR perfēcti sunt coeli et terra, et omnis ornātus eōrum. Complevitque Deus die séptimo opus suum quod fecerat: et requiēvit die séptimo ab

univēro ópere quod patrārat. Et benedixit diēi séptimo, et sanctificāvit illum: quia in ipso cessāverat ab omni ópere suo quod creāvit Deus ut fāceret. Istae sunt generatiōnes coeli et terrae, quando creāta sunt, in die quo fecit Dōminus Deus coelum et terram: et omne virgultum agri antequam orirētur in terra, omnēque herbam regiōnis priusquam germināret: non enim plūerat Dōminus Deus super terram, et homo non erat qui operārētur terram: sed fons ascendēbat e terra, irrigans univērsam superficiem terrae.

*R.* In sudóre vultus tui vescēris pane tuo, dixit Dōminus ad Adam: cum operātus fūeris terram, non dabit fructus suos: Sed spinas et tribulos germinābit tibi. *V.* Quia audisti vocem uxōris tuae, et comedisti de ligno, ex quo praecēperam tibi ne comēderes, maledicta terra in ópere tuo.—Sed spinas.

*Lectio iii.*

**F**ORMAVIT igitur Dōminus Deus hōminem de limo terrae, et inspirāvit in faciē ejus spirāculum vitae, et factus est homo in animam vivētem. Plantāverat autem Dōminus Deus paradisum voluptātis a principio, in

quo p̄suit h̄ominem quem formáverat. Produxitque Dñs Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suáve : lignum étiam vitæ in médio paradísi, lignúmque sciéntiæ boni et mali. Et flúvius egrediebátur de loco voluptátis ad irrigándum paradísum : qui inde dividitur in quátuor cápita.

R̄. Formávit Dóminus h̄ominem de limo terræ, \* Et inspirávit in faciém ejus spiráculum vitæ, et factus est homo in ánimam vivéntem. V̄. In princípio fecit Deus coelum et terram, et plasmávit in ea h̄ominem.— Et inspirávit. Glória Patri. Et inspirávit.

Ad Magnificat, Añã. Hi novíssimi \* una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portávimus pondus diéi, et aestus.

### FERIA TERTIA.

De libro Génesis.

Lectio I. *Cap. ii. c.*



ULIT ergo Dóminus Deus h̄ominem, et p̄suit eum in paradíso voluptátis, ut operarétur, et custodiret illum : praecepítque ei, dicens : Ex omni ligno paradísi cómede : de ligno autem sciéntiæ boni et mali ne cómedas. In quocúmque enim die coméderis ex eo, morte moriérís.

Dixit quoque Dñs Deus : Non est bonum esse h̄ominem solum : faciámus ei adjutórium símile sibi.

R̄. Tulit Dóminus. 418.

Lectio II.

FORMATIS igitur, Dñs Deus, de humo cunctis animántibus terræ, et univérſis volatilibus coeli, addúxit ea ad Adam, ut vidéret quid vocáret ea : omne enim quod vocávit Adam ánimæ vivéntis, ipsum est nomen ejus. Appellávitque Adam nominibus suis cunéta animántia, et univérſa volatilia coeli, et omnes béstias terræ: Adæ vero non inveniebátur adjútor símilis ejus.

R̄. Dixit Dóminus. 418.

Lectio III.

IMMISIT ergo Dñs Deus sopórem in Adam : cumque obdormísset, tulit unam de costis ejus, et replévit carnem pro ea. Et aedificávit Dóminus Deus costam, quam túlerat de Adam, in mulierem : et addúxit eam ad Adam. Dixitque Adam : Hoc nunc os ex óssibus meis, et caro de carne meá : hæc vocábitur Virágo, quóniam de viro sumpta est. Quamórbrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhaerébit uxóri suæ: et erunt duo in carne una.

R̄. Immísit Dñs. 418.

Ad Magnificat, Antiphona. Dixit autem\* paterfamilias: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est, et vade.

**FERIA QUARTA.**

De libro Génesis.

Lectio I. *Cap. iii.*



**E**D et serpens erat callidior cunctis animantibus terrae, quae fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur praecipit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quae sunt in paradiso, vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, praecipit nobis Deus ne comederemus, et ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Seit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: et eritis sicut dii, scientes bonum et malum. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile: et tulit de fructu illius, et comedit: deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum.

R. Plantaverat. 419.

Lectio II.

**A**UMQUE cognovissent se esse nudos, consueverunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam et uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audivi in paradiso: et timui, eo quod nudus essem, et abscondi me. Cui dixit: Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo praeciperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quae respondit: Serpens decipit me, et comedi.

R. Ecce Adam. 419.

Lectio III.

**E**T ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, et bestias terrae: super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitae tuae. Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

Mulieri quoque dixit : Multiplicábo aerúmna tuas, et concéptus tuos : in dolore páries filios, et sub viri potestate eris, et ipse dominábitur tui. Adae vero dixit : Quia audisti vocem uxóris tuae, et comedisti de ligno, ex quo praecéperam tibi ne coméderes : maledícta terra in ópere tuo: in labóribus cómedes ex ea cunctis diébus vitae tuae. Spinās et tribulos germinábit tibi, et cómedes herbam terrae. In sudóre vultus tui vescéris pane, donec revertáris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, et in púlvere revertéris. Et vocávit Adam nomen uxóris suae Heva: eo quod mater esset cunctórum vivéntium.

R. Ubi est Abel. 420.

Ad Magníf. Aña. Tolle quod tuum est, et vade: quia ego bonus sum, dicit Dóminus.

#### FERIA QUINTA.

De libro Génesis.

Lectio i. *Cap. iv.*



**A**DAM vero cognóvit uxórem suam Hevam: quae concépit et péperit Cain, dicens: Possédi hóminē per Deum. Rursúmque péperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel pastor óvium, et Cain agrícola. Factum est autem post multos dies, ut offérret Cain

de frúctibus terrae múnera Dño. Abel quoque obtulit de primogénitis gregis sui, et de adipibus eórum: et respéxit. Dñus ad Abel, et ad múnera ejus. Ad Cain vero et ad múnera illius non respéxit: iratúsque est Cain veheménter, et concídit vultus ejus. Dixitque Dñus ad eum: Quare irátus es? et cur concídit fácies tua? Nonne si bene égeris, recipies: sin autem male, statim in fóribus peccátum áderit? sed sub te erit appetítus ejus, et tu domináberis illius.

R. In principio. 416.

Lectio ii.

**D**IXITQUE Cain ad Abel fratrem suum: Egrediámur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain advérsus fratrem suum Abel, et interfécit eum. Et ait Dóminus ad Cain: Ubi est Abel frater tuus? Qui respóndit: Nescio. Num custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sánguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc ígitur maledíctus eris super terram, quae aperúit os suum, et suscepit sánguinem fratris tui de manu tua. Cum operátus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus et prófugus eris super terram.

R. In principio. 416.

Lectio iii.

**D**IXITQUE Cain ad Dñm : Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce ejicis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra: omnis igitur qui invenerit me, occidet me. Dixitque ei Dominus : Nequaquam ita fiet : sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dñs Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum. Egressusque Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

Rv. Formavit. 417.

Ad Magnificat, Ana, Non licet mihi \* quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? dicit Dominus.

FERIA SEXTA.

De libro Génesis.

Lectio i. Cap. iv. c.



**C**OGNOVIT autem Cain uxorem suam, quae concepit, et peperit Henoch : et aedificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui, Henoch. Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviael, et Maviael genuit Mathusael, et Mathusael

genuit Lamech. Qui accepit duas uxores, nomen uni Ada, et nomen alteri Sella. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum. Et nomen fratris ejus Jubal: ipse fuit pater canentium cithara et organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator et faber in cuncta opera aeris et ferri. Soror vero Tubalcain Noëma.

Rv. Tulit Dominus. 418.

Lectio ii.

**D**IXITQUE Lamech uxoribus suis Adae et Sellae : Audite vocem meam, uxores Lamech, auscultate sermonem meum : quoniam occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum. Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam: et peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens : Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed et Seth natus est filius, quem vocavit Enos : iste coepit invocare nomen Domini.

Rv. Dixit Dominus. 418.

Lectio iii. Cap. v.

**H**IC est liber generationis Adam. In die, qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit



illum. Másculum et féminam creávit eos, et benedíxit illis : et vocávit nomen eórum Adam, in die quo creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis : et genuit ad imáginem et similitúdinem suam, vocávitque nomen ejus Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingénti anni : genuitque filios et filias. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongénti triginta, et mórtuus est.

R̄. Immisit Dñus. 418.

SABBATO.

De libro Génesis.

Lectio i. *Cap. v. b.*



**A**IXIT autem Maláleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared. Et vixit Maláleel postquam genuit Jared, octingéntis triginta annis : et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Maláleel octingénti nonaginta quinque anni, et mórtuus est. Vixitque Jared centum sexaginta duóbus annis, et genuit Henoch. Et vixit Jared, postquam genuit Henoch, octingéntis annis : et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Jared nongénti sexaginta duo anni, et mórtuus est. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, et genuit Mathúsalam.

R̄. Plantáverat. 419.

Lectio ii.

**E**T ambulávit Henoch cum Deo : et vixit, postquam genuit Mathúsalam, trecéntis annis, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecénti sexaginta quinque anni. Ambulávitque cum Deo, et non apparuit : quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathúsala centum octoginta septem annis, et genuit Lamech. Et vixit Mathúsala, postquam genuit Lamech, septingéntis octoginta duóbus annis, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Mathúsala nongénti sexaginta novem anni, et mórtuus est.

R̄. Ecce Adam. 419.

Lectio iii.

**V**IXIT autem Lamech centum octoginta duóbus annis, et genuit filium : vocávitque nomen ejus Noë, dicens : Iste consolábitur nos ab opéribus et labóribus mánuum nostrárum in terra, cui maledíxit Dóminus. Vixitque Lamech, postquam genuit Noë, quingéntis nonaginta quinque annis, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingénti septuaginta septem anni, et mórtuus est.

R̄. Ubi est Abel. 420.

SABBATO  
ANTE SEXAGESIMAM.  
AD VESPERAS.

Capitulum. 2. Cor. xi. d.



**R**ATRES: Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitum redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos caedit.

Hymnus Jam sol, et V.  
Vespertina. 158.

Ad Magnif. Ana. Dixit Dominus ad Noë: Finis universae carnis venit coram me: fac tibi arcam de lignis laevigatis, ut salvetur universum semen in ea.

Oratio.

**D**EUS, qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius; ut contra adversa omnia Doctoris Gentium protectione muniamur. Per Dominum.

DOMINICA  
IN SEXAGESIMA.  
AD MATUTINUM.

Invit. Praeoccupemus faciem Dñi: Et in psalmis jubilemus ei. Psalm. Venite, exultemus. 2.

In i. Versu Psalmi omittitur Praeoccupemus faciem ejus, etc. et ejus loco repetitur a Choro. Invitatorium.

Hymnus. Primo die. 3.  
Antiphonae, Psalmi, et Versiculi Nocturnorum, ut in Psalterio. 3.

In primo Nocturno.

De libro Genesis.

Lectio i. Cap. v. d. et vi.



**O**E vero cum quintorum esset annorum, genuit Sem, Cham, et Japheth. Cumque coepissent homines multiplicari super terram, et filias procreassent, videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, isti sunt potentes a saeculo viri famosi.

R. Dixit Dñs ad Noë: Finis universae carnis venit coram me: repléta est terra iniquitate eorum, Et ego disperdam eos cum terra. V. Fac tibi arcam de lignis laevigatis, mansiunculas in ea facies.—Et ego.

Lectio ii.

**Q**UIDENS autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et

cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus: Delébo, inquit, hominem, quem creávi, a fácie terrae, ab homine usque ad animántia, a réptili usque ad volucres coeli. Poenitet enim me fecisse eos. Noë vero invenit grátiam coram Dómino.

R. Noë, vir justus atque perfectus, cum Deo ambulávit: Et fecit omnia quaecúmque praecepit ei Deus. V. Fecit sibi arcam, ut salvaretur univérsum semen.—Et fecit.

Lectio iii.

**H**AE sunt generatiónes Noë: Noë vir justus atque perfectus fuit in generatiónibus suis, cum Deo ambulávit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, et Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo, et repléta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corrúperat viam suam super terram) dixit ad Noë: Finis univérsae carnis venit coram me: repléta est terra iniquitate a fácie eórum, et ego dispéram eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis laevigátis: mansiúnculas in arca fácies, et bitúmine línies intrínsecus et extrín-

secus. Et sic fácies eam: Trecentórum cubitórum erit longitúdo arcae, quinquaginta cubitórum latitúdo, et triginta cubitórum altitúdo illius.

R. Quadraginta dies et noctes apérti sunt coeli, et ex omni carne habénte spíritum vitae ingrèssa sunt in arcam: Et clausit a foris óstium Dñus. V. In articulo diéi illius ingrèssus est Noë in arcam, et filii ejus, et uxor illius, et uxóres filiórum ejus.—Et clausit. Glória Patri. Et clausit.

In secundo Nocturno.

Ex libro S. Ambrósii Episcopi de Noë et Arca.

Lectio iv. C. iv. circa med.



**A**BES, quia irátus Dñus est: quóniam quamvis cogitáret, hoc est sciret, quia homo pósitus in terrae regione, carnem portans, sine peccáto esse non possit; (terra enim velut quidam tentatiónum locus est, cároque corruptélae ilícebra; tamen cum habérent mentem ratiónis capácem, virtutémque ánimae infúsam córpori, sine consideratióné áliqua in lapsum ruérunt, ex quo revocáre se nollent. Neque enim Deus cógitat sicut homines, ut áliqua ei nova succédát senténtia, neque iráscitur quasi mutábilis: sed ideo haec

leguntur, ut exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas, quae divinam meruerit offensam: tamquam eoque increverit culpa, ut etiam Deus, qui naturaliter non movetur aut ira, aut odio, aut passione ulla provocatus videatur ad iracundiam.

℞. *Ædificavit Noë altare Dōmīno, offerens super illud holocaustum: odoratusque est Dñs odorem suavitatis, et benedixit ei, dicens: Crescite, et multiplicamini, et replēte terram.* V. *Ecce ego statuum pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos.—Crescite, et multiplicamini.*

## Lectio v.

**Q**UINITATUS est prae-terea, quod deleret hominem. Ab homine, inquit, usque ad pecus, et a reptilibus usque ad volatilia delēbo. Quid laeserant irrationabilia? Sed quia propter hominem illa facta erant, eo utique delēto, propter quem facta sunt, consequens erat, ut etiam illa delerentur, quia non erat qui his uteretur. Sensu autem altiore illud manifestatur: quia homo mens est, quae est rationis capax. Homo enim definitur animal vivum, mortale, rationale. Principali igitur extincto, etiam sensus omnis

extinguitur: eo quod nihil reliqui ad salutem supersit, cum salutis fundamentum virtus defecerit.

℞. *Ponam arcum meum in nubibus coeli, dixit Dñs ad Noë: Et recordabor foederis mei, quod pepigi tecum.* V. *Cumque obdūxero nubibus coelum, apparebit arcus meus in nubibus.—Et recordabor.*

## Lectio vi.

**A**D condemnationem autem caeterorum, et ad expressionem pietatis divinae, dicitur Noë apud Deum gratiam invenisse. Simul ostenditur, quod hominem justum non obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius generis reservatur seminarium. Qui non generationis nobilitate, sed justitiae et perfectiōnis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prosapia est: quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Etenim familiae hominum splendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia splendore virtutis.

℞. *Per memetipsum juravi, dicit Dñs, non adjiciam ultra aquas diluvii super terram: pacti mei recordabor, Ut non perdam aquis diluvii omnem carnem.* V. *Arcum meum*

ponam in núbibus, et erit signum foederis inter me, et inter terram.—Ut non. Glória Patri. Ut non.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. viii.

**I**N illo tempore : Cum turba plurima convenirent, et de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminatur, seminare semen suum. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homil. xv. in Evang.



**L**ECTIO sancti Evangelii, quam modo, fratres charissimi, audistis, expositione non indiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam Veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non praesumat. Sed est quod solliciti in hac ipsa expositione dominica pensare debeamus : quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres daemonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde et idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere, quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quaerere in iis etiam, quae per semetipsum noluit explanare.

R̄. Benedixit Deus Noë, et filiis ejus, et dixit ad eos: Crescite, et multiplicamini, et replete terram. V. Ecce ego statuo pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos.—Crescite.

Lectio viii.

**E**XPONENDO ergo quod dixit, figurate se loqui innouit : quatenus certos nos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi unquam crederet, si spinas divitias interpretari voluissem? maxime cum illae pungant, istae dellectent. Et tamen spinas sunt, quia cogitationum suarum punctiōnibus mentem lacerant : et cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Evangelista testante, nequaquam Dominus divitias, sed fallaces divitias appellat.

R̄. Ecce ego statuo pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos : Neque erit deinceps diluvium dissipans terram. V. Arcum meum ponam in núbibus, et erit signum foederis inter me, et inter terram.—Neque erit.

Lectio ix.

**F**ALLACES enim sunt, quae nobiscum diu permanere non

possunt : fallaces sunt, quae mentis nostrae inopiam non expellunt. Solae autem divitiae verae sunt,<sup>1</sup> quae nos divites virtutibus faciunt. Si ergo, fratres charissimi, esse divites cupitis, veras divitias amate. Si culmen veri honoris quaeritis, ad coeleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna Angelorum curia adscribi festinate. Verba Domini, quae aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei: et quasi acceptus cibus stomacho languente rejicitur, quando auditus sermo in ventre memoriae non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, hujus profecto vita desperatur.

R. Cum turba plurima convenirent ad Jesum, et de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum. V. Et dum seminat, aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fructum centuplum.—Exiit. Gloria Patri, Exiit.

Infra Hebdomadam Feria iv. et Sabbato, loco hujus R. dicitur primum R. Feriae ii. sequentis.

## AD LAUDES.

Añae. I. Secundum magnam misericordiam tuam

miserere mei, Deus. Psalm. Miserere mei, Deus, cum reliquis ut supra. 420.

2. Si mihi Dominus salvator fuerit, non timebo quid faciat mihi homo.

3. In velamento clamavi valde diluculo: Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

4. Hymnum dicamus Domino Deo nostro.

5. In tympano et choro, in chordis et organo laudate Deum.

Capitulum. 2 Cor. xi. d.

**F**RATRES: Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitum redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos caedit.

Hymnus. Aeternae rerum Conditor, et V. Domine, refugium, ut supra. 425.

Ad Bened. Añae. Cum turba plurima convenirent ad Jesum, et de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum.

## Oratio.

**D**EUS, qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius; ut contra adversa omnia Doctoris Gentium protectione muniamur. Per Dominum.

## AD PRIMAM.

Añã. Semen cecidit \* in terram bonam, et attulit fructum in patientia.

Ad Absolut. Capit. Lect. brevis. Dñs autem. 31.

## AD TERTIAM.

Añã. Qui verbum Dei \* retinent corde perfecto et optimo, fructum afferunt in patientia.

Capit. Fratres: Libenter, ut supra. 437.

R. br. Inclina cor meum Deus, \* In testimonia tua. Inclina. V. Averte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua vivifica me. In testimonia. Gloria. Inclina.

V. Ego dixi, Dñe, miserere mei. R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

## AD SEXTAM.

Añã. Semen cecidit \* in terram bonam, et attulit fructum, aliud centesimum, et aliud sexagesimum.

Capitulum. 2 Cor. xi. f.

**T**ER virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui.

R. br. In aeternum, Domine, \* Permanet verbum tuum. In aeternum. V. In saeculum saeculi veritas tua. Permanet. Gloria Patri. In aeternum.

V. Dñs regit me, et nihil mihi deerit. R. In loco pascae ibi me collocavit.

## AD NONAM.

Añã. Si vere, fratres, \* divites esse cupitis, veras divitias amate.

Capitulum. 2 Cor. xii. c.

**L**IBENTER igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

R. br. Clamavi in toto corde meo, \* Exaudi me, Dñe. Clamavi. V. Justificationes tuas requiram. Exaudi. Gloria Patri. Clamavi.

V. Ab occultis meis munda me, Domine. R. Et ab alienis parce servo tuo.

## AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmus. Dixit Dominus, eum reliquis de Dominica. 135.

Capitulum. Fratres: Libenter suffertis. 437.

Hymnus. Lucis Creator, et V. Dirigatur. 138.

Ad Magnif. Añã. Vobis datum est \* nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis, dixit Jesus discipulis suis.

Oratio. Deus, qui conspicias. 437.

## FERIA SECUNDA.

De libro Genesis.

Lectio i. Cap. vii.



**D**IXIT Dominus ad Noë: Ingrede te, et omnis domus tua in arcam: te enim vidi justum

coram me in generatióne hac. Ex ómnibus animántibus mundis tolles septéna et septéna, másculum et féminam : de animántibus vero immúndis duo et duo, másculum et féminam. Sed et de volatílibus coeli septéna et septéna, másculum et féminam: ut salvétur semen super fáciem univérsae terrae. Adhuc enim, et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diébus et quadraginta nóctibus : et delébo omnem substántiam, quam feci, de superficie terrae.

**R.** In artículo diéi illús ingressus est Noë in arcam, et filii ejus, Uxor illius, et uxóres filiórum ejus. **V.** Deléta sunt univérsa de terra, remánsit autem solus Noë, et qui cum eo erant in arca.—Uxor illius.

*Lectio ii.*

**E**ECIT ergo Noë ómnia, quae mandáverat ei Dóminus. Cumque transissent septem dies, aquae dilúvii inundavérunt super terram. Anno sexcentésimo vitae Noë, mense secúndo, septimodécimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnae, et cataráctae coeli apértae sunt : et facta est plúvia super terram quadraginta diébus, et quadraginta nóctibus.

**R.** Recordátus Dóminus Noë, addúxit spíritum super terram, et imminútæ sunt aquae : Et prohibítæ sunt plúviae de coelis. **V.** Reversaeque sunt aquae de terra eúntes et redeúntes, et coepérunt minui post centum quinquaginta dies.— Et prohibítæ.

*Lectio iii.*

**I**N artículo diéi illús ingressus est Noë, et Sem, et Cham, et Japheth filii ejus : uxor illius, et tres uxóres filiórum ejus cum eis, in arcam : ipsi et omne animal secúndum genus suum, univérsaque jumenta in genere suo, et omne quod movétur super terram in genere suo, cunctúmque volátile secúndum genus suum. Factúmque est dilúvium quadraginta diébus super terram : et multiplicátæ sunt aquae, et elevavérunt arcam in sublime a terra.

**R.** Quadraginta dies et noctes apérti sunt coeli; et ex omni carne habénte spíritum vitæ ingressa sunt in arcam : Et clausit a foris óstium Dñs. **V.** In artículo diéi illús, ingressus est Noë in arcam, et filii ejus, et uxor illius, et uxóres filiórum ejus.— Et clausit. **G**loria Patri. Et clausit.

Ad Magnif. Aña, Si culmen veri honoris quaeritis,



ad illam coeléstem pátriam  
quantócyus properáte.

FERIA TERTIA.

De libro Génesis.

Lectio i. *Cap. viii.*

**R**ECORDATUS  
autem Deus Noë,  
cunctorúmque  
animántium, et  
ómnium jumentórum, quae  
erant cum eo in arca,  
addúxit spiritum super ter-  
ram, et imminútae sunt  
aquae. Et clausi sunt fontes  
abyssi, et cataráctae coeli:  
et prohibitae sunt plúviae  
de coelo. Reversaerque sunt  
aquae de terra eúntes et  
redeúntes: et coepérunt  
minúi post centum quin-  
quaginta dies. Requivít-  
que arca mense séptimo, vi-  
gésimo séptimo die mensis,  
super montes Arméniae.

R. Aedificávit Noë. 435.

Lectio ii.

**A**T vero aquae ibant  
et decrescébant us-  
que ad décimum mensem:  
décimo enim mense, prima  
die mensis, apparuérunt  
cacúmina móntium. Cum-  
que transissent quadragín-  
ta dies, apériens Noë fené-  
stram arcae, quam fécerat,  
dimisit corvum: qui egre-  
diebátur, et non revertébá-  
tur, donec siccaréntur aquae  
super terram. Emisit quo-  
que colúmbam post eum,  
ut vidéret si jam cessássent

aquae super fáciem terrae.  
Quae cum non invenísset  
ubi requiésceret pes ejus,  
reversa est ad eum in arcam.

R. Ponam arcum. 435.

Lectio iii.

**E**XPECTATIS autem  
ultra septem diébus  
áliis, rursus dimísit colúmbam  
ex arca. At illa venit ad  
eum ad vésperam, portans  
ramum olivae viréntibus  
fóliis in ore suo. Intellé-  
xit ergo Noë quod cessás-  
sent aquae super terram.  
Expectávitque nihilóminus  
septem álios dies: et emísit  
colúmbam, quae non est re-  
versa ultra ad eum. Igitur  
sexcentésimo primo anno,  
primo mense, prima die  
mensis, imminútae sunt  
aquae super terram.

R. Per memetípsum ju-  
rávi. 435.

Ad Magnif. Añs. Semen  
est \* verbum Dei, sator  
autem Christus: omnis qui  
invenit eum, manébit in  
aetérnum.

FERIA QUARTA.

De libro Génesis.

Lectio i. *Cap. viii. c.*

**N**OCUTUS est au-  
tem Deus ad Noë,  
dicens: Egrédere  
de arca, tu et uxor  
tua, filii tui, et uxóres filió-  
rum tuórum tecum. Cuncta  
animántia quae sunt apud  
te, ex omni carne, tam in

volatilibus, quam in bestiis et univērsis reptilibus, quae reptant super terram, educ tecum, et ingredimini super terram: crescite et multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noë, et filii ejus, uxor illius, et uxores filiorum ejus cum eo. Sed et omnia animantia, jumenta, et reptilia quae reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca.

R. Benedixit Deus Noë, et filii ejus, et dixit ad eos: \* Crescite, et multiplicamini, et replēte terram. V. Ecce ego statuum pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos.—Crescite.

*Lectio ii.*

**A**DIFICAVIT autem Noë altare Dōmino: et tollens de cunctis pecoribus et volucris mundis, obtulit holocausta super altare. Oloratusque est Dominus odorem suavitatis, et ait: Nequāquam ultra maledicam terrae propter homines: sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percūtiā omnem animam vivētem, sicut feci. Cunctis diēbus terrae, semētis et messis, frigus et aestus, aestas et hiems, nox et dies, non requiescent.

R. Ecce ego statuum pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos: \* Neque erit deinceps diluvium dissipans terram. V. Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum foederis inter me, et inter terram.—Neque.

*Lectio iii. Cap. ix.*

**B**ENEDIXITQUE Deus Noë et filii ejus. Et dixit ad eos: Crescite, et multiplicamini, et replēte terram. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae, et super omnes volucres coeli, cum univērsis quae moventur super terram: omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt. Et omne, quod movetur et vivit, erit vobis in cibum: quasi olera virētia tradidi vobis omnia. Excēpto quod carnem cum sanguine non comedētis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: et de manu hominis, de manu viri et fratris ejus, requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.

R. In articulo diēi illius ingressus est Noë in arcam, et filii ejus: \* Uxor illius, et uxores filiorum ejus.

V. Deléta sunt univérſa de terra, remánsit autem ſolus Noë, et qui cum eo erant in arca. — Uxor. Glória Patri. Uxor.

Ad Magnificat, Antiphona. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono et optimo fructum áfferunt in paciéntia.

Si praediçtæ Añae ad Magnificat non potuerint dici in precedentibus Feriis, et in ſequenti Feria v. occurrat fieri Officium de Feria, dicatur última ex iis praetermiſſa; alioquin, expletis omnibus, ſumantur de Psalterio: quod ſemper fit, quando proprie non habentur.

#### FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

Lectio i. *Cap. ix. b.*



**I**XITQUE DEUS: Hoc ſignum foederis quod do inter me et vos, et ad omnem ánimam vivéntem, quae est vobíſcum in generatiónes ſempitérnas: Arcum meum ponam in núbibus, et erit ſignum foederis inter me et inter terram. Cumque obduxero núbibus coelum, apparebit arcus meus in núbibus: et recordabor foederis mei vobíſcum, et cum omni ánimá vivén-te, quae carnem végetat: et non erunt ultra

aquae dilúvii ad deléndum univérſam carnem.

Ry. Dixit Dóminus. 433.

Lectio ii.

**C**OEPITQUE Noë vir agricola exercére terram, et plantávit vineam. Bibénsque vinum inebriátus est, et nudátus in tabernáculo ſuo. Quod cum vidíſſet Cham pater Chánaan, verénda ſcilicet patris ſui eſſe nudáta, nuntiávit duóbus frátribus ſuis foras. At vero Sem et Japheth pállium impoſuerunt húmeris ſuis, et incedéntes retrórſum, operuérunt verénda patris ſui: faciésque eórum avérsae erant, et patris virilia non vidérunt.

Ry. Noë vir juſtus. 434.

Lectio iii.

**V**IGILANS autem Noë ex vino, cum didicíſſet quae fécerat ei filius ſuus minor, ait: Maledíctus Chánaan, ſervus ſervórum erit frátribus ſuis. Dixitque: Benedíctus Dóminus Deus Sem, ſit Chánaan ſervus ejus. Dilá-tet Deus Japheth, et hábitet in tabernáculis Sem: ſitque Chánaan ſervus ejus. Vixit autem Noë poſt dilúvium trecéntis quinquaginta annis. Et impléti ſunt omnes dies ejus nongentórum quinquaginta annórum: et mórtuus est.

Ry. Quadraginta. 434.

FERIA SEXTA.

De libro Génesis.

Lectio i. Cap. x.

**A**E sunt generatiónes filiòrum Noë, Sem, Cham, et Japheth: natique sunt eis filii post dilúvium. Filii Japheth: Gomer, et Magog, et Mádai, et Javan, et Thubal, et Mosoch, et Thiras. Porro filii Gomer: Ascenez, et Riphath, et Thogórma. Filii autem Javan: Elísa, et Tharsis, Cetthim, et Dódanim. Ab his divisae sunt insulae géntium in regiónibus suis, unusquisque secúndum linguam suam et familias suas in natióibus suis. Filii autem Cham: Chus, et Mésraim, et Phuth, et Chánaan.

R. Aedificávit Noë. 435.

Lectio ii. Cap. xi.

**E**RAT autem terra lábii unius, et sermónum eorúmdem. Cumque proficisceréntur de Oriénte, invenérunt campum in terra Sénnaar, et habitavérunt in eo. Dixitque alter ad próximum suum: Veníte, faciámus láteres, et coquámus eos igni. Habuerúntque láteres pro saxis, et bitúmen pro caeménto: et dixerunt: Veníte, faciámus nobis civitátem, et turrim, cujus culmen pertingat ad

coelum: et celebrémus nomen nostrum ántequam dividámur in univérsas terras.

R. Ponam arcum. 435.

Lectio iii.

**D**ESCENDIT autem Dóminus ut vidéret civitátem et turrim, quam aedificábant filii Adam, et dixit: Ecce unus est pópulus, et unum lábium omnibus: coeperúntque hoc fácere, nec desistent a cogitatióibus suis, donec eas ópere cómpleant. Veníte igitur, descendámus, et confundámus ibi linguam eórum, ut non áudiat unusquisque vocem próximi sui. Atque ita divisit eos Dóminus ex illo loco in univérsas terras, et cessavérunt aedificáre civitátem.

R. Per memetípsum. 435.

SABBATO.

De libro Génesis.

Lectio i. Cap. xi. b.

**A**E sunt generatiónes Sem: Sem erat centum annórum, quando genuit Arpháxad, biénnio post dilúvium. Vixitque Sem, postquam genuit Arpháxad, quingéntis annis: et genuit filios et filias. Porro Arpháxad vixit triginta quinque annis, et genuit Sale. Vixitque Arpháxad, postquam genuit Sale, trecéntis tribus annis:

et genuit filios et filias. Sale quoque vixit triginta annis, et genuit Heber. Vixitque Sale, postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis : et genuit filios et filias.

R. Benedixit Deus. 441.

*Lectio ii.*

**U**XIT autem Heber triginta quatuor annis, et genuit Phaleg. Et vixit Heber, postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis : et genuit filios et filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis et genuit Reu. Vixitque Phaleg, postquam genuit Reu, ducentis novem annis : et genuit filios et filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, et genuit Sarug. Vixit quoque Reu, postquam genuit Sarug, ducentis septem annis : et genuit filios et filias. Vixit vero Sarug triginta annis, et genuit Nachor. Vixitque Sarug, postquam genuit Nachor, ducentis annis : et genuit filios et filias.

R. Ecce ego. 441.

*Lectio iii.*

**U**XIT autem Nachor viginti novem annis, et genuit Thare. Vixitque Nachor, postquam genuit Thare, centum decem et novem annis : et genuit filios et filias. Vixitque Thare septuaginta annis, et genuit

Abram, et Nachor, et Aran. Hae sunt autem generationes Thare : Thare genuit Abram, Nachor, et Aran. Porro Aran genuit Lot. Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum, in terra nativitatis suae in Ur Chaldaeorum. Duxerunt autem Abram et Nachor uxores : nomen uxoris Abram, Sarai : et nomen uxoris Nachor, Melcha, filia Aran, patris Melchae, et patris Jeschae. Erat autem Sara sterilis, nec habebat liberos.

R. In articulo. 441.

SABBATO

ANTE QUINQUAGESIMAM.

AD VESPERAS.

*Capitulum. i. Cor. xiii.*



**R**RATRES : Si linguis hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens.

Hymn. Jam sol, et N. Vespertina, ut supra. 158.

Ad Magnificat, Antiphona. Pater fidei nostrae Abraham summus, obtulit holocaustum super altare pro filio.

*Oratio.*

**P**RECES nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi : atque a peccatorum vinculis abso-

lutos, ab omni nos adversitate custodi. Per Dñum.

DOMINICA  
IN QUINQUAGESIMA.

AD MATUTINUM.

Invitat. Praeoccupemus faciem Dómini: Et in psalmis jubilemus ei. Psal. Venite, exultemus. 2.

In primo versu Psalmi omititur Praeoccupemus faciem ejus, etc., et ejus loco repetitur a Choro Invitatorum.

Hymnus Primo die. 3.

Antiphonae, Psalmi et Versiculi Nocturnorum de Psalterio. 3.

In primo Nocturno.

De libro Génesis.

Lectio i. Cap. xii.



**D**IXIT autem Dóminus ad Abram: Egrédere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstrábo tibi. Faciámque te in gentem magnam, et benedicám tibi, et magnificábo nomen tuum, erisque benedíctus. Benedicám benedicéntibus tibi, et maledicám maledicéntibus tibi, atque in te benedicéntur univérsae cognationes terrae. Egréssus est itaque Abram sicut praecéperat ei Dóminus, et ivit cum eo Lot. Septuagínta quinque

annórum erat Abram cum egréderetur de Haran. Tulitque Sárái uxórem suam, et Lot filium fratris sui, universámque substántiam quam posséderant, et ánimas quas fécerant in Haran: et egréssi sunt ut irent in terram Chánaan. Cumque venissent in eam, pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad convállem illústrem: Chanaanæus autem tunc erat in terra.

R. Locúsus est Dñs ad Abram, dicens: Egrédere de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstrávero tibi: Et faciám te in gentem magnam. V. Benedicens benedicám tibi, et magnificábo nomen tuum, erisque benedíctus.—Et faciám.

Lectio ii.

**A**PPARUIT autem Dóminus Abram, et dixit ei: Sémini tuo dabo terram hanc. Qui aedificávit ibi altáre Dño, qui apparúerat ei. Et inde transgrédiens ad montem, qui erat contra oriéntem Bethel, teténdit ibi tabernáculum suum, ab occidénte habens Bethel, et ab oriénte Hai: aedificávit quoque ibi altáre Dño, et invocávit nomen ejus. Perrexitque Abram vadens, et ultra progrédiens ad meridiem. Facta

est autem fames in terra : descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi : praevaluerat enim fames in terra. Cumque prope esset ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sára uxóri suae: Novi quod pulchra sis mulier, et quod cum viderint te Ægyptii, dicturi sunt : Uxor ipsius est, et interficient me, et te reservabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis : ut bene sit mihi propter te, et vivat ánima mea ob grátiam tui.

R. Dum staret Abraham ad flicem Mambre, vidit tres viros ascendentes per viam : Tres vidit, et unum adoravit. V. Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Isaac.—Tres vidit.

Lectio iiii.

**Q**UM itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem quod esset pulchra nimis. Et nuntiaverunt príncipes Pharaóni, et laudaverunt eam apud illum : et sublata est mulier in domum Pharaónis. Abram vero bene usi sunt propter illam : fueruntque ei oves et boves, et asini, et servi, et famulae, et asinae, et caméli. Flagellavit autem Dóminus Pharaónem plagis máximis, et domum ejus propter Sára uxórem

Abram. Vocavitque Phá-rao Abram et dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti quod uxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sorórem tuam, ut tóllerem eam mihi in uxórem? Nunc igitur ecce conjux tua, áccipe eam, et vade.

R. Tentávit Dóminus Abraham et dixit ad eum: Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, et offer illum ibi in holocáustum super unum móntium, quem dixeró tibi. V. Vocátus quoque a Dómino, respóndit, Adsum : et ait ei Dóminus.—Tolle. (Gloria Patri. Tolle.

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Ambrósii Episcopi de Abraham Patriarcha.

Lectio iv. Lib. i. cap. ii.



**A**GNUS plane vir Abraham, et multarum virtutum clarus insignibus, quem votis suis philosophía non pótuit aequare. Dénique minus est quod illa finxit, quam quod iste gessit : majórque ambicióso eloquentiae mendácio simplex veritátis fides. Itaque cujusmodi fúerit in eo viro devótio consideremus. Ea enim virtus órdine prima est, quae est fundaméntum caeterarum : meritóque hanc ab eo primam exégit Deus.

dicens : Exi de terra tua et de cognatióne tua, et de domo patris tui. Satis fúerat dixisse, de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatióne, exire de patérna domo.

R. Angelus Dómini vocávit Abraham, dicens : Ne exténdas manum tuam super púerum, eo quod timeas Dóminum. V. Cumque extendísset manum ut immoláret filium, ecce Angelus Dñi de coelo clamávit, dicens.—Ne exténdas.

## Lectio v.

**S**ED ideo áddidit singula, ut ejus afféctum probáret : ne forte aut imprudénter coepisse viderétur, aut fraus áliqua mandátis coeléstibus pararétur. Sed sicut coacervánda fuérunt praecépta, ne quid latéret; ita étiam proponénda praemia, ne forte desperáret. Tentátur ut fortis, incitátur ut fidélis, provocátur ut justus : meritóque exívit, quemádmódu locúts est illi Dóminus. Et exívit cum eo Lot. Hoc autem, quod pro magno inter septem sapiéntum dicta celebrátur, Séquere Deum ; perfécit Abraham, factóque sapiéntum dicta praevénit, et secúts Deum exívit de terra sua.

R. Vocávit Angelus Dómini Abraham de coelo secúndo, dicens : Benedícam

tibi, \* Et multiplicábo te sicut stellas coeli. V. Possidébit semen tuum portas inimicórum tuórum, et benedicéntur in sémine tuo omnes tribus terrae.—Et multiplicábo.

## Lectio vi.

**S**ED quia ante terra ei fúerat ália, hoc est, régio Chaldaeorum, de qua exívit Thare pater Abrahæ, et in Charran demigrávit : et quia secum edúxit nepótem suum, cui dictum fúerat : Exi de cognatióne tua : considerémus, ne forte hoc sit exire de terra sua, de hujus terrae, hoc est, de córporis nostri quadam commoratióne égredi, de qua exívit Paulus, qui dixit : Nostra autem conversatió in coelis est.

R. Deus dómini mei Abraham, dírige viam meam : \* Ut cum salúte revértar in domum dómini mei. V. Obsecro, Dómine, fac misericórdiam cum servo tuo.—Ut cum. Glória Patri. Ut cum.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secúndum Lucam.

## Lectio vii. Cap. xviii. f.

**I**N illo témpore : Assúmpsit Jesus duódecim, et ait illis : Ecce ascéndimus Jerosólymam, et consummabúntur ómnia,



quae scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homil. ii. in Evang.

**R**EDEMPTOR noster, praevidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante et ejusdem passionis poenam, et resurrectionis suae gloriam praedixit : ut cum eum morientem, sicut praedictum est, cernerent, etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valabant capere verba mysterii, ventur ad miraculum. Ante eorum oculos caecus lumen recepit : ut qui coelestis mysterii verba non caperent, eos ad fidem coelestia facta solidarent.

*R.* Veni hodie ad fontem aquae, et oravi Dominum dicens : Domine Deus Abraham, tu prosperum fecisti desiderium meum. *V.* Igitur puella, cui dixero : Da mihi aquam de hydria tua, ut bibam : et illa dixerit : Bibe, domine, et camelis tuis potum tribuam : ipsa est, quam praeparavit Dominus filio domini mei. — Domine Deus.

Lectio viii.

**S**ED miracula Domini et Salvatoris nostri sic accipienda sunt, fratres

charissimi, ut et in veritate credantur facta, et tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe ejus et per potentiam aliud ostendunt, et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim, quis juxta historiam caecus iste fuerit, ignoramus : sed tamen quid per mysterium significet, novimus. Caecum quippe est genus humanum, quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernae lucis ignorans, damnationis suae tenebras patitur. Sed tamen per Redemptoris sui praesentiam illuminatur : ut aeternae lucis gaudia jam per desiderium videat, atque in via vitae boni operis gressus ponat.

*R.* Factus est sermo Domini ad Abram, dicens : Noli timere, Abram : ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. *V.* Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Ur Chaldaeorum. — Noli timere.

Lectio ix.

**N**OTANDUM vero est quod, cum Jesus Jericho appropinquare dicitur, caecus illuminatur. Jericho quippe luna interpretatur : luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur : quia dum

ménstruis moméntis decré-  
scit, deféctum nostrae mor-  
talitátis designat. Dum  
ígitur Cónditor noster ap-  
propinquat Jéricho, caecus  
ad lumen redit : quia dum  
divinitas deféctum nostrae  
carnis suscepit, humánum  
genus lumen, quod amise-  
rat, recépit. Unde enim  
Deus humána pátitur, inde  
homo ad divína sublevátur.  
Qui videlicet caecus recte  
et juxta viam sedere, et  
mendicans esse describitur.  
Ipsa enim Véritas dicit :  
Ego sum via.

*R.* Caecus sedébat secus  
viam, transeúnte Dómino,  
et clamávit ad eum : et ait  
illi Dóminus : \* Quid vis  
ut fáciam tibi? \* Dómine, ut  
videam lumen. *V.* Stans au-  
tem Jesus, jussit illum duci  
ad se, et cum appropin-  
quáset, interrogávit eum,  
dicens. — Quid vis. Glória  
Patri. Dómine.

Infra Hebdomadam Fe-  
ria iv. et Sabbato, loco hu-  
jus *R.* dicitur *R.* primum  
Feriae secundae sequentis.

## AD LAUDES.

*Añae. i.* Secundum mul-  
titudinem, \* miseratiónum  
tuárum, Dómine, dele ini-  
quitátem meam. *Psalmus.*  
Miserere mei Deus, \* cum  
reliquis ut supra. 420.

2. Deus meus es tu, \* et  
confitébor tibi : Deus meus  
es tu, et exaltábo te.

3. Ad te de luce \* vígilo,  
Deus, ut videam virtútem  
tuam.

4. Hymnum dícite, \* et su-  
perexaltáte cum in saccula.

5. Omnes Angeli \* ejus  
laudáte Dñum de coelis.

Capitulum. *i. Cor. xiii.*

**F**RATRES : Si linguis  
hóminum loquar, et  
Angelórum, charitátem au-  
tem non hábeam, factus  
sum velut aes sonans, aut  
cymbalum tinniens.

*Hymnus. Aetérne rerum*  
Cónditor, ut supra. 23.

*V.* Dómine, refúgium fa-  
ctus es nobis. *R.* A gene-  
ratióne et progénie.

*Ad Bened. Añae.* Ecce  
ascéndimus \* Jerosólymam,  
et consummabúntur ómnia,  
quae scripta sunt de Filio  
hóminis : tradétur enim  
Géntibus, et illudétur, et  
conspuétur : et postquam  
flagelláverint, occident eum,  
et tértia die resúrget.

Oratio.

**P**RECES nostras,  
quaesumus Dómine,  
cleménte exáudi : atque a  
peccatórum vínculis abso-  
lútos, ab omni nos adversi-  
táte custódi. Per Dñum.

AD PRIMAM.

*Añae.* Iter faciénte \* Jesu,  
dum appropinquáret Jérí-  
cho, caecus clamábat ad  
eum, ut lumen recipere me-  
rerétur.

450 *Infra Hebdomadam Quinquagesimae.*

Ad Absolut. Capituli Lectio brevis. Dñs autem. 31.

AD TERTIAM.

Añs. Transeúnte Dño, clamábat caecus ad eum : Miserére mei, Fili David.

Capitulum. Fratres : Si linguis, ut supra. 449.

R. br. Inclína cor meum Deus, In testimónia tua. Inclína. V. Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem : in via tua vivífica me. In testimónia tua. Glória Patri. Inclína.

V. Ego dixi : Dñe, miserére mei. R. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

AD SEXTAM.

Añs. Et qui praeibant, increpábant eum ut tacéret : ipse vero multo magis clamábat : Miserére mei, Fili David.

Capitulum. 1 Cor. xiii. c.

**Q**HARITAS nunquam excidit ; sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.

R. br. In aetérnum, Dómine, Pérmanet verbum tuum. In aetérnum. V. In saeculum saeculi véritas tua. Pérmanet. Glória Patri. In aetérnum.

V. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit. R. In loco páscae ibi me collocávit.

AD NONAM.

Añs. Caecus magis ac magis clamábat, ut eum Dóminus illumináret.

Capitulum. 1 Cor. xiii. d.

**N**UNC autem manent, fides, spes, cháritas, tria haec : major autem horum est cháritas.

R. br. Clamávi in toto corde meo, Exáudi me, Dómine. Clamávi. V. Justificatiónes tuas requiram. Exáudi. Glória. Clamávi.

V. Ab occúltis meis munda me, Dómine. R. Et ab aliénis parce servo tuo.

AD VESPERAS.

Añs et Ps. Dixit Dñs eum reliquis de Dominica. 135.

Capitul. Fratres : Si. 449. Hymnus. Lucis Creatór, et X. Dirigátur. 138.

Ad Magnif. Añs. Stans autem Jesus jussit caecum addúci ad se, et ait illi : Quid vis ut fáciam tibi? Dñe, ut vídeam. Et Jesus ait illi : Réspice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, et sequebátur illum, magnificans Deum.

Oratio Preces nostras. 449.

FERIA SECUNDA.

De libro Génesis.

Lectio i. Cap. xiii.

**A**SCENDIT ergo Abram de Aegypto, ipse et uxor ejus, et ómnia quae habébat, et Lot cum

eo, ad Austrálem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri et argénti. Reversúsque est per iter, quo vénerat, a meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernáculum inter Bethel et Hai : in loco altáris quod fécerat prius, et invocávit ibi nomen Dómini. Sed et Lot, qui erat cum Abram, fuérunt greges óvium, et arménta, et tabernácula. Nec póterat eos cápere terra, ut habitárent simul : erat quippe substantia eórum multa, et nequibant habitáre commúniter.

R. Movens Abram tabernáculum suum, venit et habitávit juxta convállem Mambre : Ædificávitque ibi altáre Dómino. V. Dixit autem Dóminus ad eum : Leva óculos tuos, et vide : omnem terram quam cónspicis, tibi dabo, et sémini tuo in sempitérnum. — Ædificávitque,

Lectio ii.

**U**NDE et facta est rixa inter pastóres gregum Abram et Lot. Eo autem témpore Chananaeus et Pherezaeus habitábant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot : Ne quaeso sit júrgium inter me et te, et inter pastóres meos et pastóres tuos : fratres enim sumus. Ecce univérsa terra coram

te est : recede a me, óbsecro : si ad sinistram íeris, ego dexteram tenébo : si tu dexteram elégeris, ego ad sinistram pergám. Elevátis itaque Lot óculis, vidit omnem circa regiónem Jordánis, quae univérsa irrigabátur, ántequam subvéteret Dñus Sódomam et Gomórrham, sicut paradísus Dñi, et sicut Ægyptus veniéntibus in Segor. Elegitque sibi Lot regiónem circa Jordánem, et recessit ab Oriénte.

R. Crédidit Abram Deo, et reputátum est ei ad justitiam : Et ideo amícus Dei factus est. V. Fuit autem justus coram Dómino, et ambulávit in viis ejus. — Et ideo.

Lectio iii.

**D**IVISIQUE sunt alterutrum a fratre suo. Abram habitávit in terra Chánaan : Lot vero morátus est in oppidis quae erant circa Jordánem, et habitávit in Sódomis. Hómines autem Sodomitae péssimi erant, et peccatóres coram Dño nimis. Dixitque Dñus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot : Leva óculos tuos, et vide a loco in quo nunc es, ad Aquilonem et Merídiem, ad Oriéntem et Occidéntem. Omnem terram quam cónspicis, tibi dabo, et sémini tuo usque

in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut pulverem terrae.

*R.* Tentavit Dñs Abraham, et dixit ad eum: Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, et offer illum ibi in holocaustum super unum montium, quem dixerò tibi. *V.* Vocatus quoque a Dño, respondit: Adsum: et ait ei Dñs. — Tolle. Glòria Patri. Tolle.

Ad Magnificat, Antiphona. Et qui praesabant, increpabant eum ut taceret: ipse vero multo magis clamabat: Miserere mei, Fili David.

#### FERIA TERTIA.

De libro Génesis.

*Lectio i. Cap. xiv. b.*



**T**egressi sunt rex Sodomorum, et rex Gomorrhæ, rexque Adamae, et rex Séboim, necnon et rex Balae, quae est Segor: et direxerunt aciem contra eos in valle silvestri: scilicet adversus Chodorlahomor regem Elamitarum, et Thadal regem Gentium, et Amraphel regem Sennaar, et Arioch regem Ponti: quatuor reges adversus quinque. Vallis autem silvestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, et Gomorrhæ terga vertērunt, cecideruntque ibi: et qui remanserant, fugerunt

ad montem. Tulērunt autem omnem substantiam Sodomorum et Gomorrhæ, et universa quae ad cibum pertinent, et abiērunt: necnon et Lot, et substantiam ejus, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

*R.* Angelus Dñi. 447.

*Lectio ii.*

**E**T ecce unus, qui evaserat, nuntiavit Abram Hebraeo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæci, fratris Escol, et fratris Anér: hi enim pepigerant foedus cum Abram. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernáculos suos trecentos decem et octo: et persecutus est usque Dan. Et divisit sociis, irruit super eos nocte: percussitque eos, et persecutus est eos usque Hoba, quae est ad laevam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, et Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque et populum.

*R.* Vocavit Angelus. 447.

*Lectio iii.*

**A**GRESSUS est autem rex Sodomorum in occursum ejus, postquam reversus est a caede Chodorlahomor, et regum qui cum eo erant in valle Save quae est vallis regis. At vero Melchisedech rex Salem, priferens

panem et vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, et ait : Benedictus Abram Deo excelsus, qui creavit coelum et terram : et benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

Rz. Deus domini. 447.

Ad Magnif. An. Misere-re mei, Fili David. Quid vis ut faciam tibi? Domine, ut videam.

#### FERIA IV. CINERUM.

Si hac die occurrat Festum Duplex, transfertur in sequentem diem similiter non impeditam, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum. Aliis diebus, si occurrat Festum Duplex, vel Semiduplex, fit de eo cum commem. et ix. Lectio-ne de Homilia Feriae. De Simplicibus fit tantum commemoratio.

In hac, et sequentibus Feriis usque ad Vesperas Sabbati, Hymni, Capitula, et alia omnia dicuntur ut in Psalterio per annum, exceptis Anis ad Benedictus, et Magnificat et post Laudes, Horas, Vesperas, et Completorium, dicuntur Preces flexis genibus, ut ibidem in Psalterio.

Hodie ante Matutinum in Choro dicuntur Psalmi Graduales ut infra. cex.

Pater noster. Absolutio. A vinculis. Bened. Evangelica lectio,

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio i. Cap. vi. b.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum jejunatis, nolite fieri, sicut hypocritae, tristes. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Serm. Domini in monte, cap. xii. tom. 4.

**M**ANIFESTUM est, his praecceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi : ne foris quaerentes mercedem, huic saeculo conformemur, et amittamus promissionem tanto solidioris atque firmiteris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imaginis Filii sui. In hoc autem capitulo maxime advertendum est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosus esse posse iactantiam, et eo periculosiorem, quo sub nomine servitutis Dei decipit.

Rz. Veni hodie ad fontem aquae, et oravi Dñum, dicens : Dñe Deus Abraham, tu prosperum fecisti desiderium meum. V. Igitur puella, cui dixerò : Da mihi

aquam de hydria tua, ut bibam : et illa dixerit : Bibe, dómine, et camélis tuis potum tribuam : ipsa est, quam praeparávit Dóminus filio dómniai mei. — Dñe Deus. *Benedictio.* Divinum auxili-  
lium.

## Lectio ii.

**Q**UI ergo immoderáto cultu cörperis atque vestitu, vel caeterarum rerum nitóre praefülget, fá-cile convíncitur rebus ipsis, pompárum saeculi esse sectátor, nec quemquam fallit dolósa imágine sanctitátis. Qui autem in professióne Christianitátis, inusitáto squalóre ac sórdibus intén-tos in se óculos hóminum facit, cum id voluntáte fá-ciat, non necessitate patiá-tur : ex caeteris ejus opé-ribus potest cónjici, utrum hoc contémpu superflui cultus, an ambitióne álqua fáciat : quia et sub ovina pelle cavéndos lupos Dñus praecépit : Sed ex fructi-bus, inquit, eórum cogno-scétis eos.

*R.* Factus est sermo Dó-mini ad Abram, dicens : Noli timére, Abram : ego protéctor tuus sum, et merces tua magna nimis. *V.* Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de Ur Chaldaeorum. — Noli timére. *Benedictio.* Ad so-cietátem.

## Lectio iii.

**Q**UAM enim coeperint aliquibus tentatióni-bus ea ipsa scilicet illis súb-trahi, vel negári, quae isto velámine vel consecúti sunt, vel cónsequi cúpiunt : tunc necesse est ut appáreat : utrum lupus in ovina pelle sit, an ovis in sua. Non tamen proptérea ornátu superfluo debet aspéctus hóminum mulcére Christiá-nus, quia illum parcum há-bitum ac necessárium étiam simulatóres saepius usúr-pant, ut incáutos decipiant : quia et illae oves non de-bent pelles suas depónere, si aliquándo eis lupi se cón-tegant.

*R.* Movens Abram ta-bernáculum suum, venit et habitávit juxta convállem Mambre : *A*edificávitque ibi altáre Dómino. *V.* Dixit autem Dóminus ad eum : Leva óculos tuos, et vide : omnem terram, quam cón-spicias, tibi dabo, et sémini tuo in sempitérnum. — *A*edi-ficávitque ibi altáre. *I*lória Patri. *A*edificávitque ibi altáre.

## AD LAUDES

et per Horas.

Omnia ut in Psalterio.

Ad Benedictus, Antipho-na. Cum jejunátis, nolite fieri sicut hypócritae, tri-stes.

Deinde dicuntur Preces flexis genibus. 65. Et similiter ad omnes Horas, ut in Psalterio.

Oratio.

**P**RAESTA, Dómine, fidélibus tuis : ut jejuniórum veneránda solénnia, et cóngrua pietáte suscépíant, et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Hodie, et duobus sequentibus diebus, dicuntur Vesperae hora consueta. Sablito vero dicuntur ante comestionem.

Ad Magnificat, Antiphona. Thesaurizáte vobis thesáuros in coelo, ubi nec aerúgo, nec tinea demolitur.

Deinde dic. Preces. 141.

Oratio.

**I**NCLINANTES se, Dómine, majestáti tuae, propitiátus inténde : ut qui divíno múnere sunt refécti, coeléstibus semper nutriántur auxiliis. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Pater noster. Absolutio. Exaúdi, Dómine. Bened. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secundum Matthaeum.

Lectio i. Cap. viii.

**I**N illo témpore : Cum introísset Jesus Caphánaum, accéssit ad eum

Centúrio, rogans eum, et dicens : Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquétur. Et réliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Consensu Evangelist. cap. xx. tom. 4.



**A**IDEAMUS, utrum sibi de hoc servo Centuriónis Matthaeus Lucasque conséntiant. Matthaeus enim dicit : Accéssit ad eum Centúrio, rogans eum, et dicens : Puer meus jacet in domo paralyticus. Cui vidétur repugnáre quod ait Lucas : Et cum audísset de Jesu, misit ad eum senióres Judaeórum, rogans eum ut veníret, et sanáret servum ejus. At illi cum venísset ad Jesum, rogábant eum sollicité, dicéntes ei : Quia dignus est ut hoc illi praestes ; diligit enim gentem nostram, et synagógam ipse aedificávit nobis. Jesus autem ibat cum illis : et cum jam non longe esset a domo, misit ad eum Centúrio amicos, dicens : Dómine, noli vexári : non enim dignus sum ut sub tectum meum intres.

**R**. Dómine, puer meus jacet paralyticus in domo, et male torquétur : Amen dico tibi, ego véniam, et curábo eum. **V**. Dómine, non sum dignus ut intres



sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.— Amen dico. *Benedictio.* Divinum auxilium.

Lectio ii.

**S**I enim hoc ita gestum est, quomodo erit verum quod Matthaeus narrat: Accessit ad eum quidam Centurio, cum ipse non accesserit, sed amicos miserit: nisi diligenter advertentes intelligamus, Matthaeum non omnimodo deseruisse usitatum morem loquendi? Non solum enim dicere solemus, accessisse aliquem etiam antequam perveniat illuc, quo dicitur accessisse: unde etiam dicimus: Parum accessit, vel multum accessit eo, quo appetit pervenire: verum etiam ipsam perventionem, cuius adipiscendi causa acceditur: dicimus plerumque factam, etsi eum, ad quem pervenit, non videat ille qui pervenit, cum per amicum pervenit ad aliquem, cuius ei favor est necessarius. Quod ita tenuit consuetudo, ut jam etiam vulgo perventores appellentur, qui potentium quorumlibet tamquam inaccessibiles animos, per convenientium personarum interpositionem, ambitionis arte pertingunt.

*R.* Dum staret Abraham ad filicem Mambre, vidit

tres viros ascendentes per viam: Tres vidit, et unum adoravit. *V.* Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Isaac. — Tres vidit. *Benedictio.* Ad societatem.

Lectio iii.

**N**ON ergo absurde quod Matthaeus, etiam quod vulgo possit intelligi, per alios facto accessu Centurionis ad Dominum, compendio dicere voluit: Accessit ad eum Centurio. Verumtamen non negligenter intuenda est etiam sancti Evangelistae altitudo mysticae locutionis, secundum quam scriptum est in Psalmo: Accedite ad eum, et illuminamini. Proinde quia fidem Centurionis, qua vere acceditur ad Jesum, ipse ita laudavit, ut diceret: Non inveni tantam fidem in Israel: ipsum potius accessisse ad Christum dicere voluit prudens Evangelista, quam illos, per quos verba sua miserat.

*R.* Tentavit Dominus Abraham, et dixit ad eum: Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, et offer illum ibi in holocaustum super unum montium, quem dixerō tibi. *V.* Vocatus quoque a Domino, respondit: Adsum: et ait ei Dominus.—Tolle filium. Gloria Patri. Tolle filium.

Ad Bened. Añã. Dómine, \* puer meus jacet paralyticus in domo, et male torquétur : Amen dico tibi, ego véniam, et curábo eum.

Deinde dic. Preces. 65.

Oratio.

**D**ĒUS, qui culpa offēderis, poenitētia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius respice ; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátiis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

Ad Magnif. Añã Dómine, \* non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus.

Deinde dic. Preces. 141.

Oratio.

**P**ARCE, Dñe, parce pópulo tuo : ut dignis flagellatióibus castigátus, in tua miseratióne respiret. Per Dóminum nostrum.

FERIA SEXTA.

Pater noster. Absolutio Ipsius pietas. Benedictio Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthaeum.

Lectio i. Cap. v. g.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Audistis quia dictum est : Diliges próximum tuum, et ódio habébis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilla S. Hierónymi Presbyteri.

L. i. Comm. in e. v. et vi. Mat.



**G**O autem dico vobis : Diligite inimicos vestros ; benefacite his, qui odérunt vos. Multi praecepta Dei, imbecillitate sua, non Sanctorum viribus aestimantes, putant esse impossibilia quae praecepta sunt : et dicunt sufficere virtutibus, non odisse inimicos : caeterum diligere plus praecipere, quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia praecipere, sed perfecta. Quae fecit David in Saul, et in Absalom : Stephanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est, et Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Haec autem Jesus et docuit et fecit, dicens : Pater, ignosce illis : quod enim faciunt, nesciunt.

R. Angelus Dñi vocavit Abraham, dicens : \* Ne extendas manum tuam super puerum, eo quod timeas Dñum. V. Cumque extendisset manum ut immolaret filium, ecce Angelus Dñi de coelo clamavit, dicens. — Ne. Bened. Divinum.

Lectio ii.

**U**T sitis filii Patris vestri qui in coelis est. Si Dei praecepta custodiens,

filius quis efficitur Dei: ergo non est natura filius, sed arbitrio suo. Cum ergo facis eleemōsynam, noli tuba cānere ante te, sicut hypócritae faciunt in synagógis et in vicis, ut honorificētur ab hominibus. Qui tuba canit eleemōsynam faciēns, hypócrita est. Qui jejūnans demollitur faciē suam, ut ventris inanitatem monstret in vultu, et hic hypócrita est. Qui in synagógis et in ángulis plateárum orat, ut videátur ab hominibus, hypócrita est.

R̄. Vocávit Angelus Dñi Abraham de coelo secūndo, dicens: Benedicam tibi,\* Et multiplicábo te sicut stellas coeli. V̄. Possidēbit semen tuum portas inimicórum tuórum, et benedicētur in sémine tuo omnes tribus terrae.—Et multiplicábo. Bened. Ad societátem.

LECTIO III.

**E**X quibus ómnibus colligitur, hypócritas esse, qui quódlibet faciunt ut ab hominibus glorificētur. Mihi vidētur et ille, qui dicit fratri suo: Dimitte ut tollam festúcam de óculo tuo: nam propter glóriam hoc fácere vidētur, ut ipse justus esse videátur. Unde dicitur ei a Dómino: Hypócrita, éjice primum trabem de óculo tuo. Non itaque virtus, sed causa virtútis

apud Deum mercédem habet: et si a recta via pávulum declináveris, non interés, utrum ad dexteram vadas, an ad sinístram, cum verum iter amiseris.

R̄. Deus dómīni mei Abraham, dirige viam meam: \* Ut cum salute revértar in domum dómīni mei, V̄. Obsecro, Dómine, fac misericórdiam cum servo tuo.—Ut. Glória Patri. Ut.

Ad Benedíctus, Añā. Cum facis\* eleemōsynam, nesciat sinístra tua quid faciat dextera tua.

Deinde dic. Preces. 65.

Oratio.

**I**NCHOATA jejúnia, quaesumus Dómine, benigno favóre proséquere: ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

Hodie post Laudes dicuntur Psalmi Poenitentiales.

Ad Magnif., Añā. Tu autem\* cum oráveris, intra in cubículum tuum: et clauso óstio, ora Patrem tuum.

Deinde dic. Preces. 141.

Oratio.

**T**UERE, Dómine, pávulum tuum, et ab ómnibus peccátis cleméner emúnda: quia nulla ei nocēbit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas. Per Dóminum.

## SABBATO.

Pater noster. Absolut. A vinculis. Bened. Evangélica. Lécio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lécio i. Cap. vi. f.

**I**N illo tempore : Cum sero esset, erat navis in medio mari, et Jesus solus in terra. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

Lib. 2. cap. xxviii. in cap. vi. Marci, tom. 4.



**L**ABOR discipulorum in remigando, et contrarius eis ventus, labores sanctae Ecclesiae varios designat : quae inter undas saeculi adversantis, et immundorum flatus spirituum, ad quietem patriae coelestis, quasi ad fidam littoris stationem, pervenire conatur. Ubi bene dicitur, quia navis erat in medio mari, et ipse solus in terra: quia nonnunquam Ecclesia tantis Gentilium pressuris non solum afflicta, sed et foedata est, ut, si fieri posset, Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur.

R. Veni hodie. 453.  
Bened. Divinum auxilium.

Lécio ii.

**U**NDE est illa vox ejus inter undas procellasque tentationum irruen-

tium deprehensae, atque auxilium protectionis illius gemebundo clamore quaerentis : Ut quid, Domine, recessisti longe, despicias in opportunitatibus, in tribulatione ? Quae pariter vocem inimici persequentis exponit, in sequentibus Psalmis subjiciens : Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat usque in finem.

R. Factus est sermo. 454.  
Benedictio. Ad societatem.

Lécio iii.

**U**ERUM ille non obliviscitur orationem pauperum, neque avertit faciem suam a sperantibus in se : quin potius et certantes cum hostibus, ut vincant, adjuvat, et victores in aeternum coronat. Unde hic quoque aperte dicitur, quia vidit eos laborantes in remigando. Videt quippe Dominus laborantes in mari, quamvis ipse positus in terra : quia etsi ad horam differre videatur auxilium tribulatis impendere, nihilominus eos, ne in tribulationibus deficiant, suae respectu pietatis corroborat: et aliquando etiam manifesto adjutorio, victis adversitatibus, quasi calcatis sedatisque fluctuum voluminibus liberat.

R. Movens Abram. 454.

Ad Benedictus, Antiphona. Me etenim \* de die in diem quaerunt, et scire vias meas volunt.

Deinde dic. Preces. 65.

Oratio.

**A**DESTO, Dñe, supplicatiõibus nostris, et concede: ut hoc solèmnè jejúnium, quod animabus corporibusque curandis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrémus. Per Dóminum.

SABBATO PRIMO  
IN QUADRAGESIMA.

AD VESPERAS.

Capitulum. 2. Cor. vi.



**R**ATRES: Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim: Tèmpore accèpto exaudívi te, et in die salutis adjúvi te.

Hymnus.

**A**UDI, benigne Cõnditor,  
Nostras preces cum flétibus,  
In hoc sacro jejúnio  
Fusas quadragenário.  
Scrutátor alme córdium,  
Infirma tu scis virium:

Ad te réversis éxhibe  
Remissiõnis grátiam.

Multum quidem peccávimus,

Sed parce confiténtibus:  
Ad nóminis laudem tui  
Confer medélam lánguidis.

Concede nostrum cõteri  
Corpus per abstinéntiam;  
Culpaè ut relinquunt pábulum

Jejúna corda críminum.

Praesta, beáta Trinitas,  
Concede, simplex Unitas;  
Ut fructuósa sint tuis  
Jejuniórum múnera.

Amen.

¶. Angelis suis Deus  
mandávit de te. R. Ut custódiant te in ómnibus viis  
tuis.

Ad Magnif. Aña. Tunc  
invocábis, \* et Dñus exáudiet:  
clamábis, et dicet:  
Ecce adsum.

Oratio.

**D**EUS, qui Ecclésiám  
tuam ánnua Quadra-  
gesimáli observatiõne puri-  
ficas: praesta famíliæ tuæ;  
ut quod a te obtinére absti-  
nèndo nítitur, hoc bonis  
opéribus exequátur. Per  
Dóminum.



# Proprium Sanctorum.

## PARS HIEMALIS.

DIE XXIX. NOVEMBR.

S. Saturnini Martyris  
commemoratio.

AD VESPERAS.

Antiphona.



**S**TE Sanctus  
pro lege Dei  
sui certavit  
usque ad  
mortem, et a  
verbis impi-  
orum non timuit : fundatus  
enim erat supra firmam pe-  
tram.

V. Glória et honóre co-  
ronasti eum, Dómine. R.  
Et constituísti eum super  
opera mánuum tuárum.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti  
Saturnini mártiris  
tui concédís natalitio pér-  
frui; ejus nos tríbue méritis  
adjuvári. Per Dóminum.

De Festis occurrentibus  
in Adventu non fit Offi-  
cium, nisi fuerit Duplex, vel  
Semiduplex. Quod si vene-  
rit in Dominica, transfertur  
in Feriam ii. similiter non  
impeditam. De Simplici-  
bus autem fit tantum com-  
memoratio : quod servatur  
etiam in Quatuor Tempori-  
bus et in Vigiliis, ut in Ru-  
bricis generalibus dictum  
est.

### IN VIGILIA

S. Andreae Apostoli.

Nihil fit de ea, nisi in  
Missa.

In Laudibus, pro comm.  
S. Saturnini, Aña. Qui odit  
ánimam suam in hoc mun-  
do, in vitam aeternam cus-  
tódit eam.

V. Justus ut palma floré-  
bit. R. Sicut cedrus Liba-  
ni multiplicábitur.

Oratio. Deus, qui nos,  
ut supra.

**DIE XXX. NOVEMBR.**

In festo sancti Andreae  
Apostoli. Duplex.

**AD VESPERAS.**

Añã. Salve Crux pretiosa,  
cum reliquis de Laudibus.  
Psal. Dixit Dominus, cum  
reliquis, ut infra in Com-  
muni Apostolorum. ii.

Capitulum. *Rom. x. b.*



**R**ATRES : Corde  
enim creditur ad  
justitiam : ore au-  
tem confessio fit  
ad salutem. Dicit enim  
Scriptura: Omnis, qui credit  
in illum, non confundetur.

**Hymnus.**

**E**XULTET orbis gau-  
diis :  
Coelum resulet laudibus :  
Apostolorum gloriam  
Tellus et astra concinunt.

Vos, saeculorum Iudices,  
Et vera mundi lumina,  
Votis precamur cordium :  
Audite voces supplicum.

Qui templa coeli clauditis,  
Serasque verbo solvitis,  
Nos a reatu noxios  
Solve jubete, quaesumus.

Praecepta quorum protinus

Languor, salusque sentiunt;  
Sanate mentes languidas :  
Augete nos virtutibus.

Ut, cum redibit Arbiter  
In fine Christus saeculi,

Nos sempiterni gaudii  
Concedat esse compotes.

Patri, simulque Filio,  
Tibique, sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit jugiter  
Saeculum per omne gloria.  
Amen.

**V.** In omnem terram ex-  
ivit sonus eorum. **R.** Et  
in fines orbis terrae verba  
eorum.

Ad Magnif. Añã. Unus  
ex duobus,\* qui secuti sunt  
Dominum, erat Andreas,  
frater Simonis Petri, alle-  
luia.

**Oratio.**

**Q**AJESTATEM tuam,  
Domine, suppliciter  
exoramus : ut, sicut Eccle-  
siae tuae beatus Andreas  
Apostolus extitit praedica-  
tor et rector, ita apud te sit  
pro nobis perpetuus inter-  
cessor. Per Dominum.

Et fit commem. Ferae  
occurrentis.

**AD MATUTINUM.**

Invitat. Regem Aposto-  
lorum Dominum, \* Venite,  
adoremus. Psalm. Venite,  
exultemus. 2.

Hymnus. Aeterna Christi  
munera. v.

**In primo Nocturno.**

Añã. Vidit Dominus \*  
Petrum et Andream, et vo-  
cavit eos. Psalmi ut in Com-  
muni Apostolorum. v.

Añã. Venite post me, \*  
dicit Dñus, faciam vos fieri  
piscatores hominum.

Añs. Relictis \* rétibus suis, secuti sunt Dñum Redemptorem.

¶ In omnem terram exiit sonus eorum. R. Et in fines orbis terrae verba eorum.

Deinde dicitur Pater noster. Absolutiones et Benedictiones, ut in Dominica prima de Adventu, vel in principio Breviarii post Rubricas. Absolut. Exaudi, Dñe. ¶ Jube, domne, benedicere. Benedictio. Benedictione perpétua.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Romanos.

Lectio i. Cap. x.



INIS legis, Christus ad justitiam omni credenti. Móyses enim scripsit, quóniam justitiam quae ex lege est, qui fécerit homo, vivet in ea. Quae autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in coelum? id est, Christum deducere: Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mórtuis revocare. Sed quid dicit Scriptúra? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod praedicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dñum Jesum, et in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mórtuis, salvus eris.

R. Cum perambuláret Dñus juxta mare Galilaeae, vidit Petrum et Andréam rétia mittentes in mare, et vocávit eos, dicens: \* Venite post me, fáciam vos fieri piscatóres hóminum. ¶ Erant enim piscatóres, et ait illis.—Venite. Bened. Unigénitus.

Lectio ii.

ORDE enim créditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judaei et Graeci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicumque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non crediderunt? Aut quómodo credent ei, quem non audierunt? Quómodo autem audient sine praedicante? Quómodo vero praedicábunt, nisi mittántur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!

R. Mox ut vocem Dómini praedicantis audívit beátus Andréas, relictis rétibus, quorum usu actívae vivébat, \* Aeternae vitae secutus est praemia largientem. ¶ Hic est qui pro amore Christi pepéndit in



cruce, et pro lege ejus sustinuit passionem. — *Æternæ. Benedictio. Spiritus sancti grátia.*

*Lectio iii.*

**S**ED non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit : Dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico : Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Sed dico : Numquid Israël non cognovit? Primus Móyses dicit : Ego ad aemulationem vos adducam in non gentem : in gentem insipientem, in iram vos mittam. Isaias autem audet, et dicit : Inventus sum a non quaerentibus me : palam apparui iis, qui me non interrogabant. Ad Israël autem dicit : Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

*R.* Doctor bonus, et amicus Dei Andreas ducitur ad crucem, quam a longe aspiciens dixit : Salve crux, \* Suscipe discipulum ejus, qui pepéndit in te magister meus Christus. *V.* Salve crux, quae in corpore Christi dedicata es : et ex membris ejus tamquam margaritis ornata. — *Suscipe. Glória Patri. Suscipe.*

In secundo Nocturno.

*Añã.* Dignum sibi \* Dóminus computavit mártirem, quem vocavit Apóstolum, dum esset in mari, allelúia.

*Añã.* Diléxit \* Andréam Dñus in odorem suavitatis.

*Añã.* Bídúo vivens \* pendebat in cruce beatus Andréas pro Christi nómine, et docebat populum.

*V.* Constitues eos príncipes super omnem terram. *R.* Mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

*Pater noster. Absolutio.* Ipsius píetas. *V.* Jube, domne, benedicere. *Bened.* Deus Pater omnipotens.

*Lectio iv.*



**A**NDREAS Apóstolus Bethsáidae natus, qui est Galilaeae vicus, frater Petri, discipulus Joánnis Baptístae, cum eum de Christo dicentem audisset : Ecce Agnus Dei ; secutus Jesum, fratrem quoque suum ad eúmdem perduxit : cum póstea una cum fratre piscaretur in mari Galilaeae, ambo a praeteréunte Christo Dómino ante álios Apóstolos vocáti illis verbis : Veníte post me, faciam vos fieri piscatores hóminum ; nullam interponentes moram, et relicti rétib, secúti sunt eum. Post cujus passionem et resurrectionem, Andréas,

cum in Scythiam Europae, quae ei provincia ad Christi fidem disseminandam obtigerat, venisset, deinde Epirum ac Thraciam peragrasset, doctrina et miraculis innumerabiles homines ad Christum convertit. Post Patras Achaiae profectus, et in ea urbe plurimis ad veritatem Evangelicam perductis, Aegaeam Proconsulem, praedicationi Evangelicae resistentem, liberrime increpavit, quod, qui iudex hominum haberi vellet, Christum Deum omnium iudicem a daemonibus elusus non agnosceret.

R. Homo Dei ducebatur ut crucifigerent eum: populus autem clamabat voce magna, dicens: \*Innocens ejus sanguis sine causa damnatur. V. Cumque ducerent eum ut crucifigeretur, factus est concursus populorum clamantium, et dicentium.—Innocens. Bened. Christus perpetuae.

Lectio v.

**T**UM Aegaeas iratus: Desine, inquit, Christum jactare, cui similia verba nihil profuerunt, quo minus a Judaeis crucifigeretur. Andream vero de Christo nihilominus libere praedicantem, quod pro salute humani generis se crucifigendum obtulisset, impia oratione interpellat,

ac demum hortatur, ut sibi consulens, diis velit immolare. Cui Andreas: Ego omnipotenti Deo, qui unus et verus est, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in altari: cujus carnem posteaquam omnis populus credentium manducaverit, Agnus qui sacrificatus est, integer perseverat et vivus. Quamobrem ira accensus Aegaeas, jubet eum in carcerem detrudi: unde populus Andream facile liberasset, nisi ipse sedasset multitudinem, vehementius rogans, ne se ad optatissimam martyrii coronam properantem impedirent.

R. O bona crux, quae decorem et pulchritudinem de membris Domini suscepisti: accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo: \* Ut per te me recipiat, qui per te me redemit. V. Beatus Andreas expansis manibus ad coelum orabat, dicens: Salva me bona crux.—Ut per te. Bened. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

**I**GITUR paulo post in tribunal productum, cum Aegaeas crucis extollentem mysteria, sibi que suam impietatem exprorantem diutius ferre non posset, in crucem tolli,

et Christi mortem imitari jussit. Adductus Andreas ad locum martyrii, cum crucem vidisset, longe exclamare coepit: O bona crux, quae decorem ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicite amata, sine intermissione quaesita, et aliquando cupienti animo praeparata; accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo: ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Itaque cruci affixus est: in qua biduum vivus pendens, et Christi fidem praedicare nunquam intermittens, ad eum migravit, cujus mortis similitudinem concupierat. Quae omnia Presbyteri et Diaconi Achatae, qui ejus passionem scripserunt se ita, ut commemorata sunt, audisse et vidisse testantur. Ejus ossa primum, Constantino Imperatore, Constantinopolim, deinde Amalphim translata sunt. Caput, Pio Secundo Pontifice, Romam allatum, in Basilica sancti Petri collocatum est.

R7. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, sed contradicentem mihi: Qui ambulat vias non bonas, sed post peccata sua. V. Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit: exaltare qui iudicas terram, redde retributionem

superbis. — Qui ambulat. Gloria Patri. Qui ambulat.

In tertio Nocturno.

Añs. Non me permittas, \* Domine, famulum tuum a te separari: tempus est ut commendetur terrae corpus meum, et me ad te venire iubeas.

Añs. Andreas vero \* rogabat populum, ut non impediret passionem ipsius.

Añs. Accipe me \* ab hominibus, et redde me magistro meo: ut per te me recipiat, qui per te me redemit, alleluia.

V. Nimis honorati sunt amici tui, Deus. R7. Nimis confortatus est principatus eorum.

Pater noster. Absol. A vinculis. V. Jube, domne, benedicere. Bened. Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. iv. c.

**I**N illo tempore: Ambulans Jesus juxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homil. v. in Evang.

**U**DISTIS, fratres carissimi, quia ad unius jussionis vocem Petrus et Andreas, relicti retibus,



secuti sunt Redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant; nihil ab eo de praemio aeternae retributionis audierant: et tamen ad unum Domini praecceptum, hoc quod possidere videbantur, oblii sunt. Quanta nos ejus miracula videmus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterrémur, et tamen vocantem sequi contemnimus!

Oravit sanctus Andreas, dum respiceret in coelum, et voce magna clamavit, et dixit: Tu es Deus meus, quem vidi: ne me patiaris ab impio iudice depóni: Quia virtutem sanctae crucis agnovi. *V.* Tu es magister meus Christus, quem dilexi, quem cognovi, quem confessus sum: tantummodo in ista voce exaudi me.—Quia. *Bened.* Cujus festum colimus.

Lectio viii.

**I**N caelo jam sedet, qui de conversione nos admonet: jam jugo fidei colla Gentium subdidit, jam mundi gloriam stravit: jam ruinis ejus crebrescentibus, districti sui iudicii diem propinquantem denuntiat: et tamen superba mens nostra adhuc non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit invita. Quid ergo, fratres caris-

simi, quid in ejus iudicio dicturi sumus, qui ab amore praesentis saeculi nec praecceptis flectimur, nec verbéribus emendamur?

*R.* Videns crucem Andreas exclamavit, dicens: O crux admirabilis, o crux desiderabilis, o crux quae per totum mundum rutilas: \* Suscipe discipulum Christi, ac per te me recipiat, qui per te moriens me redemit. *V.* O bona crux, quae decorem et pulchritudinem de membris Domini suscepisti.—Suscipe. Gloria Patri. Suscipe. Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

**S**ED fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat: Ad vocem Dominicam uterque iste piscator quid, aut quantum dimisit, qui pene nihil habuit? Sed hac in re, fratres carissimi, affectum debemus potius pensare, quam censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit: multum reliquit, qui quantumlibet parum, totum deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus, et ea, quae minime habemus, ex desiderio quaerimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit.

Te Deum laudamus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Salve crux pretiosa, \*  
 suscipe discipulum ejus,  
 qui pepéndit in te magister  
 meus Christus. Psalmus.  
 Dóminus regnavit, cum  
 reliquis. 19.

2. Beátus Andréas \* orá-  
 bat, dicens : Dómine Rex  
 aetérnae glóriae, suscipe  
 me pendéntem in patíbulo.

3. Andréas Christi \* fá-  
 mulus, dignus Dei Apóstolus,  
 germanus Petri, et in  
 passióne sócius.

4. Maximilla Christo  
 amábilis \* tulit corpus Apóstoli,  
 óptimo loco cum aromátibus  
 sepelivit.

5. Qui persequebantur  
 justum, \* demersisti eos,  
 Dómine, in inférno, et in lí-  
 gno crucis dux justí fuísti.

Capitulum. *Rom. x. b.*

**F**ERATRES : Corde  
 enim créditur ad ju-  
 stítiam: ore autem conféssio  
 fit ad salútem. Dicit enim  
 Scriptúra: Omnis, qui credit  
 in illum, non confundétur.

Hymnus Exúltet orbis,  
 ut supra: 462.

¶ Annuntiavérunt ópe-  
 ra Dei. R. Et facta ejus in-  
 tellexérunt.

Ad Bened. Aña. Concéde  
 nobis \* hóminem justum,  
 redde nobis hóminem san-  
 ctum : ne interficias hómi-  
 nem Deo carum, justum,  
 mansuétum, et píum.

## Oratio.

**O**AJESTATEM tuam,  
 Dómine, supplíciter  
 exorámus : ut, sicut Ecclé-  
 siae tuae beátus Andréas  
 Apóstolus éxstitit praedicá-  
 tor et rector ; ita apud te  
 sit pro nobis perpétuus in-  
 tercessor. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio  
 Feriae.

## AD TERTIAM.

Aña. Beátus Andréas.

Capitulum. Fratres : Cor-  
 de enim.

R. br. In omnem terram\*  
 Exívit sonus eórum. In  
 omnem. V. Et in fines  
 orbis terrae verba eórum.  
 Exívit. Glória. In omnem.

¶ Constitues eos prin-  
 cipes super omnem terram.  
 R. Mémoires erunt nóminis  
 tui, Dómine.

## AD SEXTAM.

Aña. Andréas Christi  
 fámulus.

Capitulum *Rom. x. c.*

**N**ON enim est distin-  
 ctio Judaei et Graeci:  
 nam idem Dñus ómnium,  
 dives in omnes qui invocant  
 illum. Omnis enim, quicúm-  
 que invocáverit nomen Dó-  
 mini, salvus erit.

R. br. Constitues eos  
 príncipes, \* Super omnem  
 terram. Constitues. V. Mé-  
 mores erunt nóminis tui,  
 Dómine. Super. Glória  
 Patri. Constitues.

¶. Nimis honorati sunt amici tui, Deus. R. Nimis confortatus est principatus eorum.

AD NONAM.

Añs. Qui persequerentur iustum.

Capitulum. Rom. x. c.

**I**SAIAS enim dicit: Domine, quis credit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.

R. br. Nimis honorati sunt amici tui, Deus. Nimis. ¶. Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria. Nimis.

¶. Annuntiaverunt opera Dei. R. Et facta eius intellexerunt.

AD VESPERAS.

Añs. Salve crux, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in secundis Vesperis de Comuni Apost. xvii. Capitulum. Fratres: Corde enim. Hymnus, Exultet. 462.

¶. Annuntiaverunt opera Dei. R. Et facta eius intellexerunt.

Ad Magnificat, Añs. Cum pervenisset beatus Andreas ad locum ubi crux

parata erat, exclamavit et dixit: O bona crux, diu desiderata, et jam concupiscenti animo praeparata: securus et gaudens venio ad te, ita et tu exultans suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te.

Oratio. Majestatem, ut supra.

Et fit commemor. Feriae.

FESTA DECEMBRIS.

DIE II. DECEMBRIS.

In festo S. Bibianae, Virg. et Mart. Semiduplex.

Officium fit, ut in Rubricis generalibus notatur de Festo Semiduplici.

Omnia dicuntur de Comuni Virginum ciii. exceptis his quae hic sunt propria.

Oratio.

**D**EUS, omnium largitor honorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore martyrii palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge; ut, amotis periculis, praemia consequamur aeterna. Per Dominum nostrum.

Et fit commemor. Feriae.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente: quod et in aliis festis servatur, quando in primo Nocturno non assignantur aliae Lectiones.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**B**IBIANA virgo Romána, nóbili genere nata, christiána fide nobilior fuit. Ejus enim pater Flaviánus sub Juliáno apóstata impiíssimo tyránno Expraefectus, servilibusque notis compúnctus, ad aquas Taurinas deportátus, martyr occúbuit. Mater Dafrósa, et filiae primum conclúsaе domi, ut inédia conficeréntur; mox relegáta mater extra Urbem cápite plexa est. Mórtuis autem piis paréntibus, Bibiána cum soróre sua Demétria bonis ómnibus expoliátur. Aproniánus Urbis Praetor, pecúniis inhians, soróres perséquitur; quas humana prorsus ope destitútas, Deo mirabíliter, qui dat escam esuriéntibus, enutriente, cum vivacióres vegetioresque conspexisset, vehementer est admirátus.

R̄. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justitiam: \* Et dedúcet te mirabíliter délixtera tua. V̄. Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. — Et dedúcet.

Lectio v.

**S**UADET nihilóminus Aproniánus, ut verneréntur deos Géntium, amíssa ideo opes, Impera-

tóris grátiam, praeclaríssimas núptias consecutúra. Si secus fécerint, minátur cárceres, virgas, secúres. At illae neque blanditiis, neque minis a recta fide declinántes, parátæ pótius mori, quam foedári móribus Ethnicórum, Praetóris impietátem constantíssime detestántur. Quare Demétria ob óculos Bibiánae repénite córruens, óbiit in Dómino: Bibiána Rufinae mulieri vaférrimae seducénda tráditur: quae ab incunábulis edócta Christiánas leges, et illibátum serváre virginitátis florem, se ipsa fórtior, féminae superávit insidias, et Praetóris astus delúsit.

R̄. Diléxisti justitiam, et odísti iniquitátem: \* Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo laetitiae. V̄. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justitiam. — Proptérea.

Lectio vi.

**N**IHIL autem proficiente Rufina, quae, praeter dolósa verba, illam quotidie verbéribus affligébat, ut de sancto propósito dimovéret, spe sua frustrátus Praetor, accénsus ira, quod in Bibiána perdidisset óperam, a licétóribus eam denudári, vincítisque máribus colúmnae alligári, eamque plumbátis caedi jubet,

donec efflaret animam. Cujus sacrum corpus objectum canibus bido jacuit in foro Tauri, illaesum tamen, et divinitus servatum; quod deinde Joannes Presbyter sepelivit noctu juxta sepulchrum sororis et matris ad palatium Licinianum, ubi usque in praesens extat Ecclesia Deo, sanctae Bibianae nomine dicata, quam Urbanus Octavus instauravit, sanctarum Bibianae, Demetriae, et Dafrosae corporibus in ea repertis, et sub ara maxima collocatis.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proximae ejus. Afferentur tibi in laetitia et exultatione. V. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xiii. f.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homil. xi. in Evang.



**C**OELORUM regnum, fratres carissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his

quae animus novit, surgat ad incognita, quae non novit: quatenus exemplo visibilia se ad invisibilia rapiat, et per ea, quae usu didicit, quasi confricatus incalascet: ut per hoc, quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Ecce enim regnum coelorum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo, abscondit, et prae gaudio illius vadit, et vendit universa quae habet, et emit agrum illum.

R. Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quae, acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum: \* Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. V. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. — Et veniente.

Lectio viii.

**Q**UA in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium coelestis desiderii a malignis spiritibus custodiri non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depraedari ergo desiderat, qui



thesáurum públice portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera nostra bona non videant, cum scriptum sit : Videant ópera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est : sed ut per hoc, quod ágimus, laudes extérius non quaerámus. Sic autem sit opus in público, quatenus inténtio máneat in occulto: ut et de bono ópere próximis praebeámus exémpulum, et tamen per inténtionem, qua Deo soli placére quaerimus, semper optémus secretum.

R. Média nocte clamor factus est : \* Ecce sponsus venit, exite óbviam ei. V. Prudentes vírgines, aptate vestras lámpades. — Ecce. Glória Patri. Ecce.

## Lectio ix.

**T**HESAURUS autem coeléstis est desidérium : ager vero, in quo thesáurus absconditur, disciplina stúdií coeléstis. Quem profécto agrum, venditis omnibus, cómparat, qui voluptátibus carnis renúntians, cuncta sua terréna desidéria per disciplínae coeléstis custódiám calcat : ut nihil jam, quod caro blanditur, líbeat : nihil, quod carnálem vitam trucidat, spíritus perhorrescat.

Te Deum laudámus. 18.

In Laudibus fit commemoratio Feriae.

Vesperae de S. Francisco Xaverio, cum commem. S. Bibianae et Feriae.

## DIE III. DECEMBRIS.

in festo sancti Francisci

Xaverii, Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif. lxxxiii. praeter ea quae hic ponuntur propria.

Oratio.

**D**EUS, qui Indiárum Gentes beati Francisci praedicatíone et miraculis Ecclesiae tuae aggregare voluisti: concede propitius; ut, cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpula. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio S. Bibianae, Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus praeparávit in aetérnum.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aetérnum.

Oratio. Deus, ómnium largitor. 469.

Postea de Feria: quod et servatur per totum Adventum in Vesperis et Laudibus.

Lectíones primí Nocturni de Scriptúra occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**F**RANCISCUS in Xavério dioecésis Pampel onénsis nobilibus paréntibus natus, Parisiis sancto Ignátio sese cómitem et discipulum junxit. Ipso magistro eo brevi devénit, ut in rerum divinárum contemplatióne defixus, a terra aliquándo sublimis elevarétur: quod illi sacrificánti coram pópuli multitudíne aliquóties evénit. Has ánimi delicias magnis sui córporis cruciátibus merebátur. Nam interdícito sibi, non carnis solum et vini, sed panis quoque tritícei usu, vilibus cibis vesci sólitus, per bíduum subinde triduúmque omni prorsus aliménto abstínuit. Férreis in se flagéllis ita saeviit, ut saepe copióso cruóre diffúleret; somnum brevíssimum humi jacens carpébat.

R<sup>7</sup>. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritaté aetérnam. V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei.—Et dedit.

Lectio v.

**V**ITAE austeritaté ac sanctitaté Apostólicó múnéri jam matúrus, cum

Joánnes Tértius Lusitániae rex áliquot nascéntis Societátis viros a Paulo Tértio pro Indiis postuláset; sancti Ignátii hortátu, ab eódem Pontífice ad tantum opus cum Apostólicí Nuntii potestáté deligitur. Eo appúlsus, illico variárum Géntium difficillimis et váriis linguis divínitus instrúctus apparuit. Quin eum quándóque único idiómate ad diversas Gentes concionántem, unaquaeque sua lingua loquéntem audívit. Provincias innúmeras pédibus semper, et saepe nudis, peragrávit. Fidem Japoníae, et sex áliis regiónibus invéxit. Multa centéna hóminum millia ad Christum in Indiis convértit: magnósque príncipes, regésque complúres sacro fonte expiávit. Et cum tam magna pro Deo ágeret, ea erat humilitaté, ut sancto Ignátio, tunc Praepósito suo, flexis génibus scriberet.

R<sup>7</sup>. Amávit eum Dñs, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum. V. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.—Et ad portas.

Lectio vi.

**H**UNC dilatándi Evangelíi ardórem, multitudíne, et excelléntia miraculórum Dñs roborávit.

Caeco visum reddidit. Tantum marinae aquae signo crucis convertit in dulcem, quantum quingentis vectōribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu sufficit: qua in varias quoque regiones asportata, aegri plurimi subito curati sunt. Plures mortuos revocavit ad vitam, inter quos pridie sepultum erui jussum e tumulo suscitavit, duosque alios, dum efferrētur, apprehensa eorum manu, parentibus e fētro vivos restituit. Prophetae spiritu passim afflatus, plurima et loco, et tempore remotissima enuntiavit. Demum in Sanciāno Sinārum insula, die secunda Decēbris, obiit plenus meritis, laboribusque confectus. Demortui cadaver viva calce per multos menses bis obrutum, sed penitus incorruptum, odore et sanguine manavit: et, ubi Malacā delatum est, pestem saevissimā confestim extinxit. Denique ubique terrarum novis, maximisque fulgentem miraculis, Gregorius decimusquintus Sanctis adscripsit.

*R.* Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingressere in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

*V.* Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad

coelestia regna. — Quia te vidi. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio vii. *Cap. xvi. c.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Euntes in mundum universum, praedicatē Evangelium omni creaturae. Et reliqua. Homilia S. Gregorii Papae.

*Hom. xxix. in Evangelia post initium.*



**M**OEST omnis creaturae nomine omnis natio gentium designari. Ante enim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis; nunc autem dicitur: Praedicatē omni creaturae: ut scilicet prius a Judaea Apostolorum repulsa praedicatio tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suae testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad praedicandum Veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges recipiat ex nostra fide.

*R.* Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *V.* Ecce

homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. — Ipse intercedat.

Lectio viii.

**Q**UAE etenim in universo mundo tanta fidelium messis exurgeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana praedicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

R̄. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. — Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

**S**IGNA autem eos, qui credituri sunt, haec sequuntur: In nomine meo

daemonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super aegros manus imponent, et bene habebunt. Numquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia et nos, cum arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra jam coaluisse videamus: et si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.

Te Deum laudamus. 18.

In Laud. fit comm. Fer.

In secundis Vesperis a Capitulo de sequenti, commemoratio praecedentis, Feriae, ac S. Barbarae Virginis et Martyris.

#### DIE IV. DECEMBRIS.

In festo S. Petri Chryso logi Episcopi, Confessoris, et Ecclesiae Doctoris. Duplex.

Omnia de Communi Confess. Pontif. lxi; praeter ea quae hic habentur propria.

In Hymno dicitur:

Meruit supremos  
Laudis honores.

Ad Magnif., Añã. O Do-  
ctor óptime, Ecclesiæ san-  
ctæ lumen, beate Petre  
Chrysóloge, divínæ legis  
amátor, deprecáre pro no-  
bis Filium Dei.

## Oratio.

**D**EUS, qui beátum Pe-  
trum Chrysólogum  
Doctórem egrégium, divini-  
tus præmonstrátum, ad  
regéndam et instruéndam  
Ecclesiám tuam éligi vo-  
luisti : præsta quæsumus,  
ut, quem Doctórem vitæ  
habuimus in terris, inter-  
cessórem habére mereámur  
in coelis. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S.  
Francisci Xaverii Conf. Hic  
vir despiciens mundum et  
terrèna, triumphans, divitias  
coelo condidit ore, manu.

*V.* Justum deduxit Dó-  
minus per vias rectas. *R.*  
Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio Deus qui, ut supra.

Postea Feriæ Adventus.

Postremo fit commemo-  
ratio S. Barbaræ, Virg. et  
Mart. Añã. Veni sponsa  
Christi, accipe corónam,  
quam tibi Dóminus præpara-  
vít in aetérnum.

*V.* Spécie tua, et pulchri-  
túdine tua. *R.* Inténde,  
próspere procéde, et regna.

## Oratio.

**D**EUS, qui inter caetera  
poténtiæ tuæ mirá-  
cula, étiam in sexu frágili  
victóriã martyrii contulisti :

concede propítius ; ut, qui  
beátæ Bárbaræ, virginis  
et mártiris tuæ, natalitia  
cólimus per ejus ad te exém-  
pla gradiámur. Per Dñum.

In primo Nocturno Lect.  
Fidélis sermo de Comuni  
Confess. Pont. i. loco. lxiv.

In secundo Nocturno.

## Lectio iv.



**P**ETRUS, qui ob  
áuream ejus elo-  
quéntiam Chry-  
sólogi cognómen  
adéptus est, Foro Cornélii  
in Æmilia honéstis parénti-  
tibus natus, a prima ætate  
ánimum ad Religiónem ad-  
jiciens, Cornélio Románo,  
tunc ejúsdem urbis Corneli-  
liensis Episcopo, óperam  
dedit: a quo étiam, sciéntia  
et vitæ sanctitáte cum brevi  
profecisset, Diaconus creá-  
tus est. Póstmódum cónti-  
git, ut Ravennates ob mor-  
tem Archipraesulis sui álium  
(ut moris erat) ab eis elé-  
ctum Romam ad sanctum  
Xystum Papam Tértium  
pro confirmatióne miserint  
una cum legátis suis, et cum  
praedícto Cornélio, qui eúm-  
dem levítam secum perdú-  
xit. Interim sanctus Petrus  
Apóstolus, et martyr Apol-  
lináris Summo Pontífici in  
sommis apparuerunt, medi-  
úmque habéntes hunc juve-  
nem, jussérunt, ut illum, et  
non álium, in Archiepisco-  
pum Ravénnae creáret. Hinc

Póntifex, mox ut vidit Petrum, cognóvit eum a Dño Deo praeeléctum : propterea, rejécto illo, quem ipsi offerébant, hunc solum, anno Christi quadringentésimo trigésimo tértio, illi Metropolitanæ præfécit Ecclesiæ. Quod cum Legáti Ravennatenses aegre ferrent, audita visione, dívinae voluntáti libénter acquiescéntes, novum Archiepiscopum máxima cum reveréntia suscepérunt.

R̄. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi cum : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V̄. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. — Manus enim.

Lectio v.

**P**ETRUS igitur, licet invitus, in Archipraesulem consecratus, Ravennam deducitur : ubi a Valentiniáno Imperátore, et a Galla Placidia ejus matre, ac ab univérso pópulo máxima laetitia excéptus est. Et ille ab eis id unum pétere dixit, ut quando tantum óneris pro ipsórum salute subire non recusávit, studérent ipsi mónitis suis obtemperáre, divinisque praeceptis non obsistere. Duórum Sanctorum tunc ibi defunctorum córpora óptimis unguéntis condíta sepelívit, Barbatiani vidéli-

cet Presbyteri, et Germáni Antissiodorénsis Episcopi ; ejus étiam cucúllam et cílícium sibi vindicávit in haereditátem. Projéctum, et Marcellinum in Episcopos ordinávit. In Classe fontem extrúxit magnitudinis vere admirábilis, et Templá quaedam magnífica aedificávit tum beáto Andréae Apóstolo, tum álís Sanctis. Ludos ab homínibus personátis cum váriis saltatió nibus Kaléndis Januárii fieri sólitos concióne cohibuit acérrima : ubi inter álía illud praecláre dixit : Qui jocári volúerit cum diabolo, non póterit gaudere cum Christo. Jussu sancti Leónis Papae Primi scripta póstea ad Chalcedonénsé Concílium advérsus haeresim Eutychéti. Respóndit prae térea ad Eutychem ipsum et álía epístola, quae eidem Concilio in novis editiόνibus praefixa, et in annáles ecclesiásticos reláta fuit.

R̄. Pósi adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V̄. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi cum. — Manus enim.

Lectio vi.

**D**UM públice sermónes habéret ad pópulum, ádeo véhemens erat in

dicendo, ut prae nimio ardore vox illi interdum defecerit: sicut contigit in concione mulieris haemorrhossae. Unde Ravennates commoti, tot lacrymis, clamoribus, et orationibus locum repleverunt; ut postea ipse gratias ageret Deo, quod in lucrum amoris verterit damnum ejusdem sermonis. Cum tandem annos circiter decem et octo eam Ecclesiam sanctissime rexisset, laborum suorum finem adesse divinitus praenoscens, in patriam se contulit. Ubi sancti Cassiani Templum ingressus, magnum diadema aureum, gemmis distinctum pretiosissimis, offerens, super altare majus posuit, nec non aureum cratorem, et patenam argenteam, quam tum rabidi canis morsus, tum febres sanare saepius expertum est, aqua inde demissa. Ex tunc Ravennates, qui eundem secuti fuerant, dimisit, admonens, ut in eligendo optimo Pastore invigilarent attente. Mox Deum humiliter precatus, et sanctum Cassianum patronum, ut benigne animam ejus exciperet, tertio Nonas Decembris, placcide ex hac vita migravit, anno Dñi circiter quadringentesimo quinquagesimo. Sacrum illius corpus, communi totius civitatis fletu ac pietate, prope corpus

ejusdem sancti Cassiani honorifice conditum, nostris etiam temporibus religiose colitur: cujus tamen brachium, auro et gemmis ornatum, Ravennam delatum, in Ursiana aede veneratur.

*R.* Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus replata est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *V.* Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia S. Augustini Episc. in Evangel. Vos estis sal terrae, ut in Comm. Doct. i. loco.

In Laudibus fit comm. Feriae Adventus, et S. Barbarae Virg. et Mart. Aña. Simile est regnum coelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

*V.* Diffusa est gratia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Oratio. Deus, qui inter cetera, ut supra.

## DIE V. DECEMBRIS.

S. Sabbae Abbatis  
Commemoratio.

IN VESPERIS.

Aña. Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

☩. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. *R.* Stolam glóriæ induit eum.

Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quaesumus Dñe, beáti Sabbae abbátis comméndet : ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dñum.

IN LAUDIBUS.

*Añ.* Euge serve bone, et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

☩. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. *R.* Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Intercéssio, ut supra.

DIE VI. DECEMBRIS.

In festo S. Nicolai,  
Episcopi et Confessoris.

Duplex.

Omnia dicuntur de Comuni Confess. Pontif. Ixi. exceptis his quae hic sunt propria.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Nicoláum Pontificem innuméris decorásti miraculis : tribue, quaesumus ; ut ejus méritis et précibus a gehénnae incendiis liberémur. Per Dóminum.

Deinde fit comm. Feriae.

Lecciónes primi Nocturni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lección iv.



**N**ICOLAUM, illústri loco Pátaræ in Lycia natum, paréntes a Deo précibus impetrárun. Cujus viri sanctitas quanta futura esset, jam ab incunábulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutricis frequens súgeret, quarta et sexta féria semel dumtaxat, idque vésperi sugébat : quam jejúnii consuetúdinem in reliqua vita semper tenuit. Adolésceus paréntibus orbátus, facultátes suas paupéribus distríbuit. Cujus illud insigne est christiánae benignitátis exéplum ; quod cum ejus civis egens tres filias jam núbiles in matrimónio collocáre non posset, earúmque pudicitiam prostituere cogitáret ; re cógnita, Nicoláus noctu per fenéstram tantum pecúniae in ejus domum injécit, quantum uníus virginis doti satis esset : quod cum iterum et tértio fecísset, tres illae vírgines honéstis viris in matrimónium datae sunt.

*R.* Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ☩. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei.—Manus.



## Lectio v.

**Q**UM vero se totum Deo dedisset, in Palaestinam profectus est, ut loca sancta videret, et prae-sens veneraretur. Qua in peregrinatione navem conscendens sereno coelo, et tranquillo mari, horribilem nautis tempestatem praedixit: moxque ortam, cum essent omnes in summo periculo, orans mirabiliter sedavit. Unde cum domum reversus singularis sanctitatis omnibus documenta praebere, Dei admōnitu, Myram, quae Lyciae metropolis erat, venit: quo tempore ejus urbis Episcopo mortuo, provinciales Episcopi de successore deligendo consultabant. Itaque in ea deliberatione divinitus admōniti sunt, ut eum eligerent, qui postridie mane primus in Ecclesiam ingrederetur, Nicolaus nomine. Qua observatione adhibita, in Ecclesiae janua deprehensus est Nicolaus, et summo omnium consensu Myrae Episcopus creatur. In Episcopatu castitatem, quam semper coluerat, gravitatem, orationis assiduitatem, vigiliis, abstinentiam, liberalitatem, et hospitalitatem, in adhortando mansuetudinem, in reprehendendo severitatem, perpetuo adhibuit.

R7. Pōsui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum.—Manus.

## Lectio vi.

**T**IDUIS et orphanis pecunia, consilio, opera non defuit: oppressos aedeo sublevavit, ut etiam tres tribunos, per calumniam a Constantino Augusto condemnatos, qui se propter famam ejus miraculorum orationibus longissime absenti commendarent, adhuc vivens, cum Imperatori, minaciter eum terrens, apparuisset, liberaverit. Cum vero contra edictum Diocletiani et Maximiani Christianae fidei veritatem Myrae praedicaret, ab Imperatorum satellitibus comprehensus, et longissime abductus, in carcerem conjectus est: ubi fuit usque ad Constantinum Imperatorem: cujus jussu ex custodia ereptus, Myram rediit. Mox ad Nicaenum Concilium se contulit: ubi cum trecentis illis decem et octo Patribus Arianam haeresim condemnavit. Inde reversus ad Episcopatum, non ita multo post, instante morte, suspiciens in coelum, cum Angelos sibi occurrentes intueretur, illo Psalmo

pronuntiatio: In te, Dómine, sperávi; usque ad eum locum: In manus tuas comméndo spírítum meum; in coeléstem pátriam migrávit. Ejus corpus Bárium in Apúlia translátum, ibídem summa celebritáte ac veneratióne cólitur.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: Ipse intercedat pro peccátis ómnium populórũ. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Ipse. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia sancti Gregorii Papae in Evang. Homo pégre proficiscens, ut in Comuni Confessoris Pontif. lxx.

Ad Vesperas, Aña. Ecce sacerdos. Psalmi ut in secundis Vesperis de Comuni Confess. Pont. lxxiii.

A Capitulo de S. Ambrosio, cum commém. S. Nicolai, et Feriali.

## DIE VII. DECEMBRIS.

In festo S. Ambrosii, Episc. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.

A Capitulo de Comuni Confessor. Pont. lxxxiii. In Hymno ad Vesp. dicatur: Hac die laetus méruit suprémos

Laudis honóres.

Ad Magnif., Aña O Doctor óptime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beáte Ambrósi, divinae legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

Oratio.

**D**EUS, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Ambrósium ministrum tribuísti: praesta, quaesumus; ut, quem Doctórem vitae habuístis in terris, intercessórem habére mereámur in coelis. Per Dñm.

Deinde fit commém. S. Nicolai, nisi transferatur. Aña. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui, ut supra.

Postea de Feria.

Ad Matutinum, et alias Horas, omnia de Comuni Confessoris Pontif. lxxii.

In primo Nocturno, Lectiões de Epístola prima Beati Pauli Apostóli ad Timotheum: **Fidélis sermo** de Comuni Confessoris Pontificis. lxxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**A**MBROSIIUS Episcopus Mediolanensis, Ambrósii civis Románi filius, patre Gálliae Praefecto

natus est. In hujus infantis ore exámen apum condesisse dicitur : quae res divínam viri eloquentiam praemonstrábat. Romae liberalibus disciplinis eruditus est. Post a Probo Praefecto, Ligúriae et Æmiliae praeposítus : unde póstea ejúsdem Probi jussu cum potestáte Mediolánum venit : ubi, mórtuo Auxéntio Ariáno Episcopo, pópulus de successóre deligéndo dissidébat. Quare Ambrósius, pro officii sui múnere Ecclesiám ingressus, ut commótam seditióne sedáret, cum multa de quiéte et tranquillitáte reipublicae praecláre dixisset, de repente púero Ambrósium Episcopum exclamánte, univérsi pópuli vox erúpit, Ambrósium Episcopum deposcéntis.

R̄. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ∇. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. — Manus.

## Lectio v.

**R**ECUSANTE illo, et eórum précibus resístente, ardens pópuli stúdiúm ad Valentiniánúm Imperatórem delátum est : cui gratíssimum fuit, a se deléctos júdices ad sacerdotiúm postulári. Fuit id

étiam Probo Praefecto júcúndum, qui Ambrósio proficiscénti quasi divínans dixerat : Vade, age, non ut júdex, sed ut Episcopus. Itaque cum ad pópuli desideríum Imperatóris volúntas accéderet, Ambrósius baptizátus (erat enim catechúmenus) sacrísque initiátus, ac servátis ómnibus ex institúto Ecclesiæ Ordínis grádibus, oclávo die, qui fuit séptimo Idus Decémbris, episcopále onus suscepit. Factus Episcopus, cathólicam fidem et disciplinam ecclesiásticam acerrime deféndit : multósque Ariános, et álios haeréticos, ad fidei veritátem convertit, in quibus claríssimum Ecclesiæ lumen sanctúm Augustinum Jesu Christo péperit.

R̄. Pósui adjutoriúm super poténtem, et exaltávi eléctúm de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ∇. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus enim mea.

## Lectio vi.

**G**RATIANO Imperátore occiso, ad Máximum ejus interfecatórem legátus íterum profécus est : eóque poeniténtiam ágere recusánte, se ab ejus communióne semóvit. Theodósium Imperatórem, pro-

pter caedem Thessalonicae factam, ingressu Ecclesiae prohibuit. Cui, cum ille David quoque regem adulterum, et homicidam fuisse dixisset, respondit Ambrósius : Qui secutus es errantem, sequere poenitentem. Quare Theodósius sibi ab eo imposita publicam poenitentiam humiliter egit. Ergo sanctus Episcopus pro Ecclesia Dei máximis laboribus curisque perfunctus, multis libris etiam egregie conscriptis, antequam in morbum incideret, mortis suae diem praedixit. Ad quem aegrotum Honoratus Vercellensis Episcopus, Dei voce ter admonitus, accurrat, eique sanctum Domini corpus praebuit : quo ille sumpto, conformatis in crucis similitudinem manibus,

orans, animam Deo reddidit pridie Nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentésimo nonagésimo séptimo.

℣. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est : \* Ipse intercédât pro peccatis ómnium populórum. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad coelestia regna.—Ipse. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno legitur Homilia S. Augustini Episc. in Evangelium: **Vos estis sal terrae**, de Comni. Doctorum primo loco. lxxx.

In Laudibus fit commemoratio Ferae.

Vesperae de Immaculata Conceptione cum commemoratione S. Ambrosii, et Ferae.



**H**ortus conclusus, soror mea sponsa,  
 Hortus conclusus, fons signatus. Eccl. 42

DIE VIII. DECEMBRIS.

IN FESTO

**Immaculatae Conceptionis**  
**BEATAE MARIAE VIRGINIS.**

DUPLEX.



In hoc Festum venerit in Dominica secunda Adventus, transfertur in Feriam secundam sequentem, translato quocumque Festo etiam aequalis, non tamen altioris ritus.

In primis Vesperis, Antiphona. **Tota pulchra es Maria**, cum reliquis de Laudibus. Psalmi ut in Festis Beatae Mariae Virginis per annum. clviii

Capitulum. *Prov. viii. c.*



**DOMINUS** possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi et ego jam concepta eram.

Hymnus. Ave maris stella. clx.

V. Immaculata Conceptio est hodie sanctae Mariae Virginis. R. Quae

serpentis caput virgineo pede contrivit.

Ad Magnif. Añã. Beátam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est. Allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: quaesumus; ut qui ex morte ejusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum.

Deinde fit commemoratio S. Ambrosii, Añã. **O Doctor optime**, V. et Oratio ut supra.

Postea de Feria occurrente.

Ad Completorium, et alias Horas, in fine omnium Hymnorum dicitur:

Jesu, tibi sit gloria qui natus es de Virgine, etiam in Festis et Dominica infra

Octavam occurrentibus, praeterquam in Hymno Ave maris stella, Quod semper servatur quando fit Officium de S. Maria.

## AD MATUTINUM.

Invit. Immaculatam Conceptionem Virginis Mariae celebramus: Christum ejus Filium adoramus Dñm. Ps. Venite, exultemus. 2.

## Hymnus.

**P**RAECLARA custos virginum,  
Intacta mater Núminis,  
Coeléstis aulae janua,  
Spes nostra, coeli gáudium.  
Inter rubéta lílium,  
Columba formosíssima,  
Virga e radice germinans  
Nostro medélam vulneri.

Turris draconí impéria,  
Amica Stella náufragis,  
Tuére nos a fráudibus,  
Tuáque luce dírige.

Erróris umbras díscute,  
Syrtes dolósas ámove,  
Fluctus tot inter, déviis  
Tutam reclúde sémitam.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu  
In sempitérna saecula.

Amen.

In primo Nocturno.

Aña. Admirabile est nomen tuum, \* Dñe, in universa terra, quia in Vírgine María dignum tibi habitáculum praeparásti. Psalmi ut in Festis B. M. V. per annum.

Aña. In sole <sup>o</sup> pósuit Deus tabernáculum suum.

Aña. In Conceptione sua accépit María benedictiónem a Dño et misericórdiam a Deo salutári suo.

V Deus omnipotens praecinxit me virtúte. R. Et pósuit immaculatam viam meam.

De libro Génesis.

Lectio i.

Cap. iii.



**S**ERPENS erat callidior cunctis animantibus terrae, quae fécerat Dóminus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur praecépit vobis Deus ut non comederétis de omni ligno paradísi? Cui respondit mulier: de fructu lignórum, quae sunt in paradíso, véscimur: de fructu vero ligni, quod est in médio paradísi, praecépit nobis Deus ne comederémus: et ne tangerémus illud, ne forte moriámur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequáquam morte moriémini. Scit enim Deus quod in quocúmque die comederétis ex eo, aperientur óculi vestri: et éritis sicut díi, scientes bonum et malum.

R. Per unum hóminem peccátum in hunc mundum intrávit, in quo omnes peccaverunt.\* Ne timeas, María, invenísti grátiam apud Deum. V. Eripuit Dñus

ánimam tuam de morte, et contra inimicum factus est protéctortuus.—*Ne tímeas.*

*Lectio ii.*

**V**IDIT igitur mülíer quod bonum esset lignum ad vescéndum, et pulchrum óculis, aspectúque delectábile : et tulit de fructu illius, et comédit: dedítque viro suo, qui comédit. Et apérti sunt óculi ambórum : cumque cognovissent se esse nudos, consuérunt fólia ficus, et fecérunt sibi perizómata. Et cum audissent vocem Dómini Dei deambulántis in paradiso ad auram post merídiem, abscondit se Adam et uxor ejus a fácie Dómini Dei in médio ligni paradísi.

*R.* Transíte ad me omnes qui concupíscitis me: Et narrábo vobis quanta fecit Deus ánimae meae. *V.* Vivit Dñus, quóniam adimplévit in me misericórdiam suam.—Et narrábo.

*Lectio iii.*

**V**OCAVITQUE Dóminus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audívi in Paradiso : et tímui, eo quod nudus essem, et abscondi me. Cui dixit: Quis enim indicávit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo praecéperam tibi ne coméderes, comedísti? Dixítque Adam: Mülíer, quam

dedísti mihi sóciam, dedit mihi de ligno, et comédi. Et dixit Dñus Deus ad mulierem : Quare hoc fecísti ? quae respóndit: Serpens decépit me et comédi. Et ait Dñus Deus ad serpéntem : Quia fecísti hoc, maledíctus es inter ómnia animántia, et béstias terrae; super pectus tuum gradiéris, et terram cómedes cunctis díebus vitae tuae : Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : Ipsa cónteret caput tuum, et tu insidiáberis calcáneo ejus.

*R.* Elécta mea cándida sicut nix in Líbano ; sicut favus distillans lábia ejus.\* Mel et lac sub lingua illius. *V.* Veni de Líbano, spona mea, veni, coronáberis coróna gratiárum.—Mel et lac. Glória Patri. Mel et lac.

*In secundo Nocturno.*

*Añá.* Diffúsa est grátia \* in Conceptione ejus, et speciósa apparuit inter filias hóminum.

*Añá.* Adjúvit eam \* Deus mane dilúculo ; sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

*Añá.* Gloriósa \* dícta sunt de te, Cívitas Dei; fundávit te Dóminus in móntibus sanctis.

*V.* In hoc cognóvi quóniam voluísti me. *R.* Quóniam non gaudébit inimícus meus super me.



Sermo sancti Hierónymi  
Presbyteri.

*De Assumpt. B. M. V.*

Lectio iv.

**Q**UALIS et quanta  
esset beáta, et  
gloriósa semper  
Virgo María, ab  
Angelo divinitus declarátur,  
cum dicitur: Ave, grátia  
plena, Dóminus tecum: Be-  
nedícta tu in muliéribus.  
Tálibus namque decébat  
Virginem oppignorári mu-  
neribus, ut esset grátia  
plena, quae dedit coelis gló-  
riam, terris Dñum, pacém-  
que refúdit, fidem Géntibus,  
finem vítiis, vitae órđinem,  
móribus disciplinam. Et  
bene plena, quia caeteris  
per partes praestátur: Ma-  
riae vero simul se tota infú-  
dit plenitúdo grátiae. Vere  
plena, quia etsi in sanctis  
Pátribus, et Prophétis grá-  
tia fuisse créditur, non ta-  
men eátenus plena: in Ma-  
ria vero totius grátiae, quae  
in Christo est, plenitúdo  
venit, quamquam áliter. Et  
ídeo inquit: Benedícta tu  
in muliéribus: id est plus  
benedícta, quam omnes  
mulieres. Ac per hoc quid-  
quid maledictiónis infú-  
sum est per Hevam, totum  
ábstulit benedictio Mariae.  
De ipsa Sálomon in Cánticis,  
quasi in laudem ejus:  
Veni, inquit, colúmba mea,  
immaculátamea. Jam enim

hiems tránsiit, imber ábiit,  
et recéssit. Ac deinde in-  
quit: Veni de Líbano, veni,  
coronáberis.

R. Ego ex ore Altíssimi  
proflvi, primogénita ante  
cmmem creatúram: ego feci  
in coelis ut orirétur lumen  
indeficiens.\* Nondumerant  
abyssi, et ego jam concépta  
eram. V. Deus enim creá-  
vit me in justitia, et appre-  
héndit manum meam, et  
servávit me. — Nondum.

Lectio v.

**N**ON immérito igitur  
venire de Líbano ju-  
bétur, quia Líbanus candidá-  
tio interpretátur. Erat enim  
candidáta multis meritó-  
rum virtútibus, et dealbáta  
nive candidior, Spíritus san-  
cti muneribus, simplicitá-  
tem colúmbae in ómnibus  
repraeséntans, quóniam  
quidquid in ea gestum est,  
totum puritas et simplíci-  
tas, totum veritas et grátia  
fuit; totum misericórdia et  
justitia, quae de coelo pro-  
spéxit: et ídeo immaculáta,  
quia in nullo corrúpta. Cir-  
cúmdedit enim virum in  
útero, sicut Jeremías san-  
ctus testátur, et non aliún-  
de accépit. Fáciat, inquit,  
Dóminus novum super ter-  
ram, et múlier circúmda-  
bit virum. Vere novum, et  
ómnium novitátum super-  
éminens nóvitas virtútum,  
quando Deus (quem ferre

non potest mundus, neque videre aliquis, ut vivere possit) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret: sicque gestatus, ut totus Deus in eo esset: et sic exiit inde, ut esset (sicut Ezechiel fatetur) porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea: Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuas paradisus. Vere hortus deliciarum, in quo consita sunt universa florum genera, et odoramenta virtutum: sicque conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis.

R. Nihil inquinatum in eam incurrit: Candor est lucis aeternae et speculum sine macula. V. Est enim haec speciosior sole, et luci comparata invenitur purior.—Candor.

Lectio vi

Ex Actis Pii PP. IX.

**D**EIPARAE autem Virginis in sua Conceptione de teterrimo humani generis hoste victoriam, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus Ecclesiae sensus, singularis Episcoporum ac fidelium conspiratio, insignia quoque summorum Pontificum acta atque Constitutiones mirifice jam illustrabant,

Pius Nonus Pontifex Maximus totius Ecclesiae votis annuens statuit supremo suo atque infallibili oraculo solemniter proclamare. Itaque sexto Idus Decembris anni millésimi octingentesimi quinquagesimi quarti in Basilica Vaticana ingenti sanctae Romanae Ecclesiae Patrum Cardinalium, et Episcoporum ex dissitis etiam regionibus, adstante coetu, universoque plaudente orbe solemniter pronuntiavit ac definiit: Doctrinam quae tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse, singulari Dei privilegio, ab omni originalis culpae labe praeservatam immunitatem, esse a Deo revelatam, ac proinde ab omnibus fidelibus firmiter constantissime credendam.

R. Signum magnum apparuit in coelo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus: Et in capite ejus corona stellarum duodecim. V. Induit eam Dominus vestimentis salutis, indumento justitiae, et quasi sponsam ornavit eam monilibus suis.—Et in capite. Gloria Patri. Et in capite.

In tertio Nocturno.

Añña Sanctimonia et magnificentia in Conceptione ejus; annuntiate in omnibus populis gloriam ejus.

Añá. Laetámini omnes \* in Dño : et confitémini me móriæ sanctitátis ejus.

Añá. Notum fecit \* Dñus opus suum : in conspéctu géntium revelávit glóriam genitricis suæ.

V. Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me. R. Nec delectásti inimícos meos super me.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Léctio vii. *Cap. i.*

**I**n illo témpore : Missus est Angelus Gábríel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen vírginis María. Et réliqua.

Homilía S. Germáni Episc. *In Praesentat. Deiparae.*

**A**VE María, grátia plena, Sanctis sánctior, et coelis excélsior, et Ché- rubim gloriósior, et Séraphim honorabílior, et super omnem creatúram venerabílior. Ave, colúmba, quæ nobis et fructum fers olivæ, et servatórem a spiritali dilúvio, ac portum salutis annúntias, cujus pennæ deargentatæ, et posterióra dorsi in pallóre auri sanctíssimi et illuminántis Spíritus fulgóre irradiántur. Ave, amoeníssimus et rationalis Dei paradísus benevolentíssima

et omnipoténti ejúsdem dextra hódie ad oriéntem plantátus, et ipsi suáve olens lílium, et rosam imarcescibilem gérminans in eórum medélam, qui pestíferam animæque exitiálem amaritudinē mortis ad occidentem ebíberant : paradísus, in quo ad veritátis agnitiónem lignum vivíficum efflorescit, e quo qui gustáverint, immortalitátem consequúntur. Ave, sacrosáncte aedificátum, immaculátum, purissimúmque Dei summi Regis palátium, ejúsdem Dei Regis magnificéntia circumornátum, omnésque hospítio recipiens, ac mysticis reficiens delicias ; in quo non manufactus et vário decóre nitens situs est spirituális sponsi thálamus ; in quo Verbum errántem humánam stirpem revocáre volens, carnem sibi desponsávit, ut eos, qui voluntáte própria extórres facti fúerant, Patri reconciliáret.

R. Hortus conclúsus, soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus ; Emissiões tuæ Paradísus, o María. V. Aperi mihi, soror mea, amíca mea, colúmba mea, immaculáta mea. — Emissiões tuæ.

Léctio viii.

**A**VE Dei mons præpinguis et umbrósus in quo enutrítus agnus

rationális peccáta atque infirmitátes nostras portávit : mons, e quo devolútus ille, nulla manu praecísus lapis, contrívit aras idolórum, et factus est in caput ánguli, mirábilis in óculis nostris. Ave sanctus Dei thronus, divínus donárium, domus glóriæ, perpúlchrum ornámentum, cimélium eléctum, et totius orbis propitiatórium, coelúmque Dei glóriam enárrans. Ave urna ex puro auro confláta, et suavíssimam animárum nostrárum dulcedinem, Christum scilicet, qui manna est, cóntinens. O puríssima et omni laude et obséquo digníssima Virgo, Deo dicátum donárium omni creaturárum conditióni praecéllens, terra non secta, inarátus ager, vitis floridíssima, fons aquas effundens, virgo génerans : et mater viri néscia, innocéntiæ thesáurus absconditus, et sanctimóniæ decus ; acceptíssimis tuis ac matérna auctoritaté válidis précibus ad Dñum ac Deum ómnium conditórem Fílium tuum ex te sine patre génitum, ecclesiástici órdis gubernácula fac dírigas, et ad portum tranquillum perdúcas.

R. Magnificat ánima mea Dóminum ; \* Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctúm nomen ejus.  
V. Ecce enim ex hoc beá-

tam me dicent omnes generatiónes.—Quia. Glória Patri. Quia.

Lectio ix.

SACERDOTES justítia, et probátae, immaculátae ac sincerae fidei exultatióne splendidíssime indúito. Orthodoxis Principibus, qui prae omni púr-purae aut auri splendóre, et prae margaritis ac lapídibus pretiósís, te naçti sunt diadéma et indumentum ac firmíssimum regni sui ornámentum, in tranquillo ac próspéro statu sceptrá dirige. Male fidas nátiónes in te, ac Deum ex te génitum blasphemántes, eórum pédibus sternens subjícito : subjéctúmque pópulum, ut secúndum Dei praecéptum in suávi obediéntiæ obséquo perseveret, confirmáto. Tuam hanc civitátem, quae te tamquam turrim ac fundaméntum habet, victóriæ triúmphis coronáto, et fortítudine circumcín-gens custodíto Dei habitatiónem, templi decórem semper conserváto ; laudatóres tuos ab omni discrímine et ánimi angóre éxime ; captivis redemptiónem tribúito ; peregrínis teçto, et quovis praesidio destitútis, solámen te éxhibe. Unívérso mundo auxiliátricem manum tuam pórrige, ut in laetitia et exultatióne sole-

mnitates tuas simul cum ista, quam modo celebramus, festivitatem splendidissimo exitu transigamus, in Christo Jesu universorum Rege ac vero Deo nostro, cui gloria et fortitudo una cum sancto vitaeque principio Patre, et coaeterno et consubstantiali et conregnante Spiritu, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Tota pulchra \* es Maria, et macula originalis non est in te. Ps. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. 19.

2. Vestimentum tuum \* candidum quasi nix, et facies tua sicut sol.

3. Tu gloria Jerusale, \* tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

4. Benedicta es tu, \* Virgo Maria, a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram.

5. Trahe nos, \* Virgo immaculata, post te curremus in odorem unguentorum tuorum.

Capitulum. *Prov. viii.*

**D**OMINUS possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis antequam

terra fieret. Nondum erant abyssi et ego jam concepta eram.

Hymn. O gloriosa. clxxi.

**V.** Immaculata Conceptio est hodie sanctae Mariae Virginis. **R.** Quae serpentis caput virgineo pede contrivit.

Ad Bened. Añae. Ait Dominus Deus ad serpentem: Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum. Alleluia.

Oratio.

**D**EUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: quaesumus, ut qui ex morte ejusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum.

Deinde fit commemoratio Feriae.

AD PRIMAM.

In **R.** br. dicitur **V.** Qui natus es de Maria Virgine, et sic dicitur per totam Octavam, etiam in Festis et Dominica infra Octavam occurrentibus. Quod semper servatur quando fit de B. Virgine.

AD TERTIAM.

Añae. Vestimentum tuum. Capitulum, ut ad Laudes.

R. br. Deus omnipotens\*  
Praecinxit me virtute. Deus.  
V. Et posuit immaculatam  
viam meam. Praecinxit.  
Gloria Patri. Deus.

V. In hoc cognovi quoniam  
voluisti me. R. Quoniam  
non gaudet inimicus  
meus super me.

AD SEXTAM.

Añ. Tu gloria Jerusalem.  
Capitulum. *Ezech. xlv.*

**P**ORTA haec clausa  
erit, non aperiatur,  
et vir non intrabit per eam,  
quoniam Dominus Deus Israel  
ingressus est per eam: erit  
que clausa Principi. Prin-  
ceps ipse sedebit in ea.

R. br. In hoc cognovi,\*  
Quoniam voluisti me. In  
hoc. V. Quoniam non gau-  
debit inimicus meus super  
me. Quoniam. Gloria. In.

V. Exaltabo te, Domine,  
quoniam suscepisti me. R.  
Nec delectasti inimicos  
meos super me.

AD NONAM.

Añ. Trahe nos.

Capitulum. *Apoc. xii.*

**S**IGNUM magnum  
apparuit in coelo:  
Mulier amicta sole, et luna  
sub pedibus ejus, et in capite  
ejus corona stellarum duodecim.

R. br. Exaltabo te, Do-  
mine,\* Quoniam suscepisti  
me. Exaltabo. V. Nec dele-  
ctasti inimicos meos super

me. Quoniam suscepisti.  
Gloria Patri. Exaltabo te.  
V. Immaculata Concep-  
tio tua, Dei Genitrix virgo.  
R. Gaudium annuntiavit  
universo mundo.

IN II. VESPERIS

Omnia ut in primis.

Ad Magnif. Añ. Hodie  
egressa est\* virga de radice  
Jesse: hodie sine ulla peccati  
labe concepta est Maria:  
hodie contritum est ab ea  
caput serpentis antiqui;  
alleluia.

Oratio. Deus qui per Im-  
maculatam ut supra.

Et fit commemoratio Fe-  
riae.

DIE IX. DECEMBRIS.

Secunda die infra Octavam  
Immaculae Conceptionis  
B. Mariae Virginis.

Omnia ut in Festo prae-  
ter Lectiones, quae dicuntur  
ut infra.

Lectiones primi Noctur-  
ni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Bulla Dogmatica Pii  
Papae Noni.

Lectio iv.



**I**NEFFABILIS  
Deus, cujus viae  
misericordia et  
veritas, cujus vo-  
luntas omnipotentia, et  
cujus sapientia attingit a fi-  
ne usque ad finem fortiter,  
et disponit omnia suaviter:

cum ab omni aeternitate praeviderit luētuosissimam totius humani generis ruīnam ex Adami transgressiōe derivādam, atque in mysterio a saeculis abscondito primum suae bonitatis opus decreverit per Verbi incarnationem sacramēto occultiore complere, ut contra misericors suum propōsitum homo diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam non periret, et quod in primo Adamo casurum erat, in secundo felicius erigeretur, ab initio et ante saecula Unigenito Filio suo Matrem, ex qua caro factus in beata temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit, tantoque prae creaturis universis est prosecutus amore, ut in illa una sibi propensissima voluntate complacuerit.

*R.* Ego ex ore. 488.

Lectio v.

**Q**UAPROPTER illam longe ante omnes angelicos spiritus, cunctosque Sanctos coelestium omnium charismatum copia de thesauro Divinitatis de prompta ita mirifice cumulavit, ut ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta eam innocentiae et sanctitatis plenitudinem prae se ferret, qua major

sub Deo nullatenus intelligitur, et quam praeter Deum nemo assequi cogitando potest. Et quidem decebat omnino, ut perfectissimae sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret, ac vel ab ipsa originalis culpa labe plane immunis amplissimum de antiquo serpente triumphum referret tam venerabilis mater, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum, tamquam seipsum diligit, ita dare disposuit, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris et Virginis Filius.

*R.* Nihil. 489.

Lectio vi.

**Q**UAM originalem augustae Virginis innocentiam cum admirabili ejusdem sanctitate praecelsaque Dei Matris dignitate omnino cohaerentem catholica Ecclesia, quae a sancto semper edocta Spiritu columna est ac firmamentum veritatis, tamquam doctrinam possidens divinitus acceptam et coelestis revelationis deposito comprehensam multiplici continenter ratione, splendisque factis magis in dies explicare, proponere ac fovere nunquam destitit. Hanc enim doctrinam ab antiquissimis temporibus

vigéntem, ac fidélium ánimis pénitus insitam, et sacrórum Antistitum curis studiisque per cathólicum orbem mirífice propagátam, ipsa Ecclésia luculentissime significávit, cum ejúsdem Virgínis Conceptiónem público fidélium cultuac veneratióni propónere non dubitávit. Quo illústri quidem factó ipsius Virgínis Conceptiónem véluti singulárem, miram, et a reliquórum hóminum primórdiis longíssime secrétam, et omnino sanctam coléndam exhibuit, cum Ecclésia nonnisi de Sanctís dies festos concélebrat.

R. Signum. 489.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Lucam.

Lectio vii. Cap. i.

**I**N illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaeae, cui nomen Názareth, ad virginem desponsátam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virgínis María. Et réliqua. Homilia S. Sophrónii Epísc. *Hom. in Deiparae Annunt.*

**Q**UID missus beátus ille Angelus ad Virgínem integérrimam dicit? Aut quómodo faustíssimum hoc núntium ipsi defert? Ave, grátia plena, Dóminus

tecum. A gáudio incipit eam álloqui ille gáudii núntius. Nóverat enim et plane sciébat, núntium illud suum univérsis homínibus atque ómnibus páriter creatúris gáudium paráre, et quóslibet a quibuscúmque dolóres expéllere; nóverat, ex divína hujus mystérii cognitióne mundum límine collustrári; nóverat, erróris dísjici caliginem; nóverat, retúndi mortis acúleum; nóverat, vim corruptiόνis infríngi; nóverat, inférno victóriam auférri; nóverat, salútem pérdito affulgére hómini, qui horum malórum jugo jámdiu premebátur, ex quo scilicet a paradisi delíciis expúlsus, et a beáto illo domicílio ejéctus fúerat. Proptérea legatiónis suae exórdium a gáudio ducit; proptérea sermónibus suis gáudii voces praemíttit; proptérea faustis hisce núntiis gáudium antecédit, útpote quae ómnibus credéntibus gáudio futúra erant.

R. Hortus. 490.

Lectio viii.

**E**T sane par omnino erat, ut divína gáudii denuntiatio a sermónibus verbisque gáudium eliciéntibus súmeret íntium. Proptérea enim et Angelus gáudium ante ómnia renúntiat, quia faustae legatiónis suae non ignórat



éxitum, ac probe novit colóquium quod habebátur, in totius mundi gáudium manifeste esse cessúrum. Et profécto quodnam gáudium, aut quaenam reperíri potest jucúnditas, quam non longe excédát allóquium ad Virginem illam beátam ac gáudii paréntem hábitum? Gaude, o supercoeléstis gáudii Génitrix. Gaude, o sublimíssimi gáudii nutrix. Gaude, o salutaris gáudii sedes princeps. Gaude, o immortalis gáudii aucérix. Gaude, o ineffábilis gáudii mysticum diversórium. Gaude, o indeficiéntis gáudii fons beatíssime. Gaude, o gáudii aetérni deferum cimélium. Gaude, o vivificántis gáudii arbor virentíssima. Gaude, o innúpta Dei mater. Gaude, o Virgo post partum integérrima. Gaude, o spectáculum prae mirabilibus ómnibus summe admirándum.

R̄. Magnificat. 491.

Lectio ix.

**Q**UISNAM tuum éloqui splendórem póterit? Quisnam porténtum, quod ipsa es, enarráre verbis áudeat? Quisnam magnificéntiam tuam effári se posse confidet? Tu hóminum exornásti natúram; tu Angelórum órdines superásti: tu fulgóres Archan-gelórum obtenebrásti; tu

sublímes Thronórum sedes infra te ostendísti; tu altitúdinem Dominatiónum depressísti; tu Principátuum ducátibus praecurrísti; tu enervásti fortitúdinem Potestátum; tu ipsis Virtútibus poténtior virtus prodiísti; tu Chérubim oculatíssimum visum terrétribus óculis vicísti; tu Séraphim sex alas habéntium volátus ánimae pennis divínitus agitátis transvolásti; tu dénique omnem creatúram longe transgréssa es; quippe quae prae omni creatúra enitúisti puritáte; et ómnium creaturárum conditórem in te excepísti; ipsúmque et sinu tuo gestásti, et genuísti; et sola ex ómnibus creatúris Dei mater effécta es.

Te Deum laudámus. 18.

In Laudibus fit comm. Ferae, cui in Vesp. additur comm. S. Melchiadis, Papae et Martyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R̄. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus própriae actiósni

gravat, beáti Melchiadis, Mártiris tui atque Pontificis, intercessio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Die sequenti, decima Decembris, ubi celebratur Festum Translationis Almae Domus Lauretanae B. M. V., omittitur commemoratio Octavae in utrisque Vesperis et Laudibus.

Secus fit de tertia die infra Octavam cum commem. S. Melchiadis.

#### DIE X. DECEMBRIS.

Tertia die infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Bulla dogmática Pii Papae Noni.

Lectio iv.

**S**ISSIMA verba, quibus divinae Scripturae de increata Sapientia loquuntur, ejusque sempiternas origines repraesentant, consuavit (Ecclesia) tum in ecclesiasticis officiis, tum in sacrosancta Liturgia adhibere et ad illius Virginis primordia transfere, quae uno eodemque decreto cum divinae Sapientiae incarnatione fuerant praestituta. Quamvis autem haec omnia

penes fideles ubique prope recepta ostendant, quo studio ejusmodi de Immaculatae Virginis Conceptione doctrinam ipsa quoque Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater et magistra fuerit prosecuta, tamen illustria hujus Ecclesiae facta digna plane sunt, quae nominatim recenseantur, cum tanta sit ejusdem Ecclesiae dignitas atque auctoritas, quanta illi omnino debetur, quae est catholicae veritatis et unitatis centrum, in qua solum inviolabiliter fuit custodita Religio, et ex qua traducem fidei reliquae omnes Ecclesiae mutuuntur oportet.

R. Ego ex ore. 488.

Lectio v.

**I**TAQUE eadem Romana Ecclesia nihil potius habuit, quam eloquentissimis quibusque modis Immaculatam Virginis Conceptionem, ejusque cultum et doctrinam assere, tueri, promovere et vindicare. Enim vero Praedecessores Nostri vehementer gloriati sunt Apostolica sua auctoritate Festum Conceptionis in Romana Ecclesia instituire, ac proprio Officio, propriaque Missa, quibus praerogativa immunitatis ab haereditaria labe manifestissime asserebatur, augere, honestare et cultum

jam institutum omni ope promovere, amplificare, sive erogatis indulgentiis, sive facultate tributa civitatibus, provinciis regnisque, ut Deiparam sub titulo Immaculatae Conceptionis patronam sibi deligerent, sive comprobatis Sodalitatibus, Congregationibus, Religiosisque Familiis ad Immaculatae Conceptionis honorem institutis, sive laudibus eorum pietati delatis, qui monasteria, xenodochia, altaria, templa sub Immaculati Conceptus titulo erexerint, aut sacramenti religione interposita Immaculatam Deiparae Conceptionem strenue propagare sponderint.

R. Nihil. 489.

Lectione vi.

**I**NSUPER summopere laetati sunt decernere Conceptionis Festum ab omni Ecclesia esse habendum eodem censu ac numero quo Festum Nativitatis, idemque Conceptionis Festum cum octava ab universa Ecclesia celebrandum, et ab omnibus inter ea quae praecpta sunt, sancte colendum, ac Pontificiam Capellam in Patriarchali Nostra Liberiána Basílica die Virginis Conceptionis sacro quotannis esse peragendam. Atque exoptantes in fidelium animis

quotidie magis fovere hanc de Immaculata Deiparae Conceptione doctrinam, eorumque pietatem excitare ad ipsam Virginem sine labe originali conceptam, colendam et venerandam, gavisissimi sunt quam libentissime facultatem tribuere, ut in Lauretánis Litániis, et in ipsa Missae Praefatione Immaculatus ejusdem Virginis proclamaretur Conceptus, atque adeo lex credendi ipsa supplicandi lege statueretur.

R. Signum. 489.

In tertio Nocturno.

Lectione sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectione vii. Cap. i.

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua. Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Ex Hom. ii. super Missus.

**A**ETARE, pater Adam, sed magis tu, o Eva mater, exulta, qui sicut omnium parentes, ita omnium fultis preceptores; et quod infelicius est, prius preceptores quam parentes. Ambo, inquam, consolamini super filia, et

tali filia : sed illa amplius de qua malum ortum est prius, cujus opprobrium in omnes pertransiit mulieres. Instat namque tempus, quo jam tollatur opprobrium, nec habeat vir quid causetur adversus foeminam; qui utique, dum se imprudenter excusare conaretur, crudeliter illam accusare non cunctatus est, dicens : Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedi. Propterea curre Heva, ad Mariam; curre mater ad filiam; filia pro matre respondeat: ipsa matris opprobrium auferat; ipsa patri pro matre satisfaciat : quia ecce si vir cecidit per foeminam, jam non erigitur nisi per foeminam

R. Hortus. 490.

Lectio viii.

**Q**UID dicébas, o Adam? Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedi. Verba malitiae sunt haec quibus magis augeas quam deleas culpam. Verumtamen Sapientia vicit malitiam; cum occasione veniae, quam a te Deus interrogando elicere tentavit, sed non potuit, in thesauro inefficentis suae pietatis invenit. Redditur nempe foemina pro foemina, prudens pro fatua, humilis pro superba,

quae pro ligno mortis gustum tibi porrigat vitae, et pro venenoso cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus aeterni. Muta ergo iniquae excusationis verbum in vocem gratiarum actionis, et dic: Dñe, mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vitae, et comedi; et dulce factum est super mel ori meo, quia in ipso vivificasti me. Ecce enim ad hoc missus est Angelus ad Virginem. O foeminam singulariter venerandam, super omnes foeminas admirabilem, parentum reparatricem, posterorum vivificatricem.

R. Magnificat. 491.

Lectio ix.

**Q**UAM tibi aliam praedixisse Deus, videtur, quando ad serpentem ait : Inimicitias ponam inter te et mulierem? Et si adhuc dubitas, quod de Maria dixerit, audi quod sequitur: ipsa conteret caput tuum. Cui haec servata victoria est, nisi Mariae? Ipsa procul dubio caput contrivit venenatum, quae omnimodam suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia deduxit ad nihilum. Quam vero aliam Salomon requirebat, cum dicebat : Mulierem fortem quis inveniet? Noverat quippe vir sapiens hujus sexus

infirmítatem, fráigile corpus, líbricam mentem. Quia tamen et Deum légerat promísse, et ita vidébat congrúere, ut qui vicerat per foeminam, vincerétur per ipsam, veheménter admírans aíbat: Mulierem fortem quis invéniet? Quod est dícere: si ita de manu foeminae pendet et nostra ómnium salus, et innocéntiae restitúto, et de hoste victória: fortis omníno necesse est ut provideátur, quae ad tantum opus possit esse idónea.

**Te Deum laudámus. 18.**

In Laudibus fit commemoratio Ferae et S. Melchiadis, Papae et Martyris Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

**V. Justus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.**

**Oratio. Infirmítatem nostram. 496.**

Vesperae a Capitulo de S. Damaso Papa et Conf. cum commem. Octavae et Ferae.

## DIE XI. DECEMBRIS.

In festo sancti Damasi,  
Papae et Confessoris.  
Semiduplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis. **ixi.** prae-ter sequentia.

Oratio.

**E**XAUDI, Dñe, preces nostras: et, interveniente beato Damaso, Confessore tuo atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus et pacem. Per Dominum.

Deinde fit comm. Octav. Añs. Hódie egressa est virga de radice Jesse: hódie sine ulla peccati labe concepta est María: hódie contritum est ab ea caput serpentis antiqui; alleluia.

**V. Immaculata Conceptio est hódie sanctae Mariae Virginis. R. Quae serpentis caput virgineo pede contrivit.**

Oratio.

**D**EUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti; quaesumus, ut qui ex morte ejusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire concedas.

Postea fit comm. Ferae. Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**D**AMASUS Hispanus, vir egregius, et eruditus in Scripturis, indicto primo Constantinopolitano

Conclio, nefariam Eunómii et Macedónii haeresim extinxit. Idem Ariminésem convéntum, a Libério jam ante rejéctum, iterum condemnávit : in quo, ut scribit sanctus Hierónymus, Valéntis potíssimum et Ursácii fráudibus, damnatio Nicaenae fidei conclamata fuit: et ingemiscens orbis terrarum, se Ariánum esse mirátus est.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus enim.

## Lectio v.

**B**ASILICAS duas aedificávit, álteram sancti Lauréntii nómine, ad Pompéii théátrum, quam máximis munéribus auxit, etque domos et praedia attribuit : álteram via Ardeatina ad Catacúmbas. Platóniam étiam, ubi córpora sanctorum Petri et Pauli aliquándiu jacuerunt, dedicávit, et exornávit elegantibus vérsibus. Idémque prosa et versu scripsit de virginitate, multaque ália metro édidit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Inveni David

servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

## Lectio vi.

**P**OENAM taliónis constituit iis, qui álterum falsi criminis accusássent. Státuit, ut, quod plúribus jam locis erat in usu, Psalmi per omnes Ecclésiás die noctúque ab al-térnis caneréntur; et in fine cujúsque Psalmi dicerétur: Glória Patri, et Filio, et Spirítui sancto. Ejus jussu sanctus Hierónymus novum Testaméntum Graecae fidei réddidit. Cum Ecclésiám rexisset annos decem et septem, menses duos, dies viginti sex, et habúisset Ordinátiones quinque mense Decémbri, quibus creávit Presbyteros triginta unum, Diaconos undecim, Episcopos per diversa loca sexaginta duos; virtúte, doctrina, ac prudéntia clarus, prope octogenárius, Theodósio senióre imperánte, obdormívit in Dño : et via Ardeatina una cum matre et soróre sepúltus est in Basílica quam ipse aedificáverat. Illius reliquiae póstea translatae sunt in Ecclésiám sancti Lauréntii, ab ejus nómine in Dámaso vocatá.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est: \* Ipse intercedat pro peccátis ómnium

populorum. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coeléstia regna.—Ipse. Glória. Ipse.

In tertio Nocturno legitur Homilia S. Hilarii Episc. in Evang. Vigilate, de Comm. Conf. Pont. ii. loco. lxxv.

In Laudibus fit commemor. Octavae. Añs. Ait Dóminus Deus ad serpéntem : Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa contret caput tuum, allelúia.

V. Immaculáta Concéptio est hódie Sanctae Mariae Virginis. R. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrivit.

Oratio.

**D**EUS, qui per Immaculátam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparásti : quaesumus, ut qui ex morte ejúsdem Filii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas.

Postea de Feria occur.

Vesp. a Capit. de Oct. cum comm. S. Damasi Papae.

Añs. Dum esset summus Póntifex, terréna non méruit, sed ad coeléstia regna gloriósius migrávit.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Exáudi, ut supra.

Postea de Feria occur.

## DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octavam

Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Bulla Dogmática Pii Papae Noni.

Lectio iv.



**Q**UONIAM quae ad cultum pertinet, intimo plane vinculo cum ejúsdem objécto consérta sunt, neque rata et fixa manere possunt, si illud anceps sit et in ambíguo versétur, idcirco Decessóres Nostri Románi Pontífices omni cura Conceptionis cultum amplificántes, illius etiam objéctum ac doctrinam declarare, et inculcare impensissime studuerunt. Etenim clare apertéque docuere, festum agi de Virginis Conceptione, atque uti falsam et ab Ecclesiae mente alienissimam proscripserunt illorum opiniónem qui non Conceptionem ipsam, sed sanctificationem ab Ecclesia coli arbitraréntur et affirmarent.

R. Ego ex ore. 488.

Lectio v.

**N**EQUE mítius cum iis agendum esse existimárunť, qui ad labefactándam de Immaculáta Virginis Conceptione doctrinam,

excogitatio inter primum atque alterum Conceptionis instans et momentum discrimine, asserébant, celebrári quidem Conceptionem, sed non pro primo instanti atque momento. Ipsi namque Praedecessores Nostri suarum partium esse duxerunt, et beatissimae Virginis Conceptionis Festum, et Conceptionem pro primo instanti tamquam verum cultus obiectum omni studio tueri ac propugnare: Hinc decretoria plane verba, quibus Alexander Septimus Decessor Noster sinceram Ecclesiae mentem declaravit, inquit: Sane vetus est Christifidelium erga ejus beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas sentientium; ejus animam in primo instanti creationis atque infusionis in corpus fuisse speciali Deigratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis praeservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem sollemni ritu colentium et celebrantium.

R. Nihil. 489.

LECTIO VI.

**A**TQUE illud in primis sollemne quoque fuit isdem Decessoribus Nostri doctrinam de Immacu-

lata Dei Matris Conceptione sartam tectamque omni cura, studio et contentione tueri. Etenim non solum nullatenus passi sunt, ipsam doctrinam quovis modo a quopiam notari atque traduci, verum etiam longe ulterius progressi, perspicuis declarationibus iteratisque vicibus edixerunt: Doctrinam qua Immaculatam Virginis Conceptionem profitemur, esse, suoque merito haberi cum ecclesiastico cultu plane consonam, eamque veterem, ac prope universalem et ejusmodi, quam Romana Ecclesia sibi fovendam tuendamque suscepit, atque omnino dignam, quae in sacra ipsa Liturgia, solemnioribusque precibus usurparetur. Neque his contenti, ut ipsa de Immaculato Virginis Conceptu doctrina inviolata persisteret, opinionem huic doctrinae adversam, sive publice, sive privatim, defendi posse severissime prohibere, eamque multiplici veluti vulnere confectam esse voluerunt.

R. Signum. 489.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII. Cap. i.

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae,



cui nomen Názareth, ad virginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis María. Et réliqua.

Homilia sancti Tharásii  
Episcopi.

*De Praesent. Deiparae.*



**E**U IBUS te laudibus cumulábitus, María? O puélla immaculáta; o virgo impollúta; o mulierum ornámentum, filiárum nitor! O mater Virgo sancta, tu benedícta inter mulieres, tu celebráta propter innocéntiam; tu obsignáta virginitáte. Tu Adámi maledícti expiatio; tu débiti Evae solútio. Tu Abélis puríssima oblátio; primogenitórum deléctus; immaculátum sacrificium. Tu Enos in Deum spes non pudóre suffúsa; tu Enoch ínita grátia, et in secúram vitam migrátio. Tu Noë arca, et secúndae regeneratiónis apud Deum conciliátio. Tu regni et Sacerdotií Melchisedech perillústris splendor; tu Abrahámi firma fidúcia et promissiónis futúrae posteritátis óbsequens fides. Tu Isaac novum sacrificium et rationále holocáustum; tu Jacob in scalam adscénsus causa, et foecunditátis in duódecim tribus permanéntis expressio nobilíssima. Tu Judae apparuísti secúndum stir-

pem filia; tu Joséphi pudicitia et vétéris Ægypti, nimirum Synagógae Judaeórum evérsio, o Immaculáta! Tu Móysis ejusdémque Legislatóris liber divinitus concinnátus, in quo scriptum est Sacraméntum regeneratiónis, et divinis dígitis insculpta in tábulis lex est tamquam in monte Sina, ubi novus Israél ab intelligibílium Ægyptiórum servitúte vindicábitur, quemádmódum antíquus pópulus in solitúdine manna et aqua de petra satiátus est, petra autem erat Christus e tuo grémio proditúrus tamquam Sponsus de thálamo. Tu Aarónis virga floréscens; tu es Davidis filia fimbriis áureis circumvestita vário ornátu nitéscens.

R. Hortus. 490.

Lectio viii.

**T**U es Prophetárum spéculum, et rerum ab illis praeunntiatarum éxitus. Te enixe Ezéchiél vaticinans appellávit portam clausam, per quam nemo hóminum unquam transibit nisi Dóminus Deus solus, et portam clausam conservábit. Te Isaías ille in primis grandiloquus praeunntiat virgam Jesse, ex qua flos Christus oriétur, et fruticibus vitiórum extirpátis radícitus, plantas divinae cognitiónis in agro

inset. Te Jeremias prae-  
monstravit iniquiens : ecce  
dies venient, dicit Domi-  
nus, et feriam domui Isra-  
el et domui Judae foedus  
novum, quod constitui cum  
patribus eorum, ita signifi-  
cans adventum ortumque  
filii tui, et populum gentium  
vocans ad Deum adorandum  
inde usque a finibus  
terrae. Te etiam Daniel, vir  
desideriorum proclamavit  
montem ingentem, e quo  
Christus lapis angularis  
abscindetur, et simulacrum  
multiformis serpentis ruina  
atque exitio dissipabit. Te  
honoro agnam immaculatam,  
te praedico gratia  
plenam, te cano Dei habitacionem  
puram et immaculatam.  
Et sane ubi abundavit  
delictum, superabundavit  
gratia. Per mulierem mortem  
lucrati sumus, per mulierem  
universa ipse rursus  
instaurabit. Per serpentem  
cibum accepimus amari sa-  
poris, per ipsum vero rursum  
vescetur cibo immortalitatis.  
Prima parens Eva  
Carnum in lucem edidit  
invidiae et nequiciae prin-  
cipem ; unigenitus Filius  
tuus erit primogenitus vitae  
et resurrectionis. O in-  
auditum prodigium ! O ad-  
mirandam novitatem ! O  
Sapientiam nullis verbis  
coaequandam !

℞. Magnificat anima  
mea. 491.

LECTIO IX.

**D**OS autem populus  
Dei, gens sancta,  
congregatio acceptabilis,  
filii columbae, soboles gra-  
tiae in hac Virginis celebri-  
tate puris animis, impollu-  
tis labiis, multisonis linguis  
hymnos suavidos extollamus.  
Illustre hoc festum,  
principem solemnitatem an-  
gelis laetam et hominum  
praedicatione dignissimam  
prouti par est venerantes  
illud Ave Gabriellae cum  
reverentia et gaudio sancto  
conclamemus. Ave, delicia  
Patris, per quam ad ultimos  
terrae fines Dei cognitio man-  
navit. Ave, Filii domicellum,  
de qua ille carne indutus  
prodivit. Ave, Sancti Spiritus  
habitaculum ineffabile.  
Ave, sanctior Cherubim ;  
ave, gloriosior Seraphim,  
ave, coelo latior ; ave, sole  
splendidior : ave, luna mi-  
cantiore : ave, multiplex as-  
trorum nitor ; ave, levis  
nubes, quae coelestem plu-  
viam inspergis. Ave, aura  
sancta, quae spiritum mali-  
tiae a terra dissipasti. Ave,  
nobile praeconium Prophe-  
tarum ; ave, Apostolorum  
auditus per totum orbem  
sonus ; ave, Martyrum ex-  
cellens confessio : ave, Pa-  
triarcharum laudatissima  
praedicatio ; ave, Sancto-  
rum summum ornamentum.  
Ave, causa salutis omnium

mortalium; ave, regina pacis conciliatrix; ave, matrum splendor immaculatus. Ave, mediatrix omnium, qui sub coelo sunt; ave, totius orbis reparatio; ave, gratia plena, Dominus tecum: qui ante te, et ex te, et nobiscum. Ipsi laus cum Patre et Sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in infinita saecula saeculorum. Amen.

Te Deum laudamus, 18.

In Laud. fit comm. Fer.

Vesperae de S. Lucia Virgine et Mart. cum commem. Octavae et Feriae.

### DIE XIII. DECEMBRIS.

In festo S. Luciae Virginis et Martyris. Duplex.

#### AD VESPERAS.

Añā. Orante sancta Lucia, ut infra in Laudibus.

Psalmi, Capitulum, Hymnus, et V. de Communi Virginum. ciii.

Ad Magnif. Añā. In tua patientia possedisti animam tuam, Lucia sponsa Christi: odisti quae in mundo sunt, et coruscas cum Angelis: sanguine proprio inimicum vicisti.

Oratio.

**E**XAUDI nos, Deus salutaris noster: ut, sicut de beatae Luciae, virginis et martyris tuae, festivitate gaudemus; ita

piae devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Deinde fit commem. Oct.

Añā. Hodie egressa est.

V. Immaculata Conceptio. Oratio. Deus, qui per Immaculatam.

Postea de Feria occur.

#### AD MATUTINUM.

Invitator. Hymn., Añae, Psal. et VV. Nocturnorum de Communi Virginum. cvi.

In primo Nocturno.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio i. Cap. vii. e.



E virginibus praecipuum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quaerere uxorem. Si autem acciperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut et qui habent uxores, tamquam non habentes sint: et qui

fient, tamquam non fientes : et qui gaudent, tamquam non gaudentes : et qui emunt, tamquam non possidentes : et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur : praeterit enim figura hujus mundi.

*R.* Lúcia virgo, quid a me petis, quod ipsa poteris praestare continuo matri tuae? nam et fides tua illi subvenit, et ecce salvata est: Quia jucundum Deo in tua virginitate habitaculum praeparasti. *V.* Sicut per me civitas Catanensium sublimatur a Christo, ita per te Syracusana civitas decorabitur.—Quia.

Lección ii.

**U**OLO autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. Et mulier innupta, et virgo, cogitat quae Domini sunt; ut sit sancta corpore et spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem praebeat sine impedimento Domini obsecrandi.

*R.* Rogavi Deum meum Jesum Christum, ut ignis iste non dominetur mei: Et impetravi a Domino indicias martyrii mei. *V.* Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.— Et impetravi.

Lección iii.

**S**I quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, et hoc judicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: et qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam.

*R.* Grata facta est a Domino in certamine, quia apud Deum et apud homines glorificata est: in conspectu principis loquebatur sapientiam: Et Dominus omnium dilexit eam. *V.*

Adjuvabit eam Deus vultu suo : Deus in medio ejus, non commovebitur. — Et Dominus. Gloria Patri. Et Dominus.

## Lectio iv.



**L**UCIA virgo Syracusana, genere et Christiana fide ab infantia nobilis, una cum matre Eutychia quae sanguinis fluxu laborabat, Catanam ad venerandum corpus beatae Agathae venit : quae ad ejus sepulchrum cum suppliciter orasset, Agathae intercessione matri sanitatem impetravit. Statim vero matrem exoravit, ut quam dotem sibi datura esset, Christi pauperibus tribui pateretur. Ut igitur Syracusas rediit, omnem pecuniam, quam ex facultatibus venditis redegerat, pauperibus distribuit.

*R.* Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dominus praeparavit in aeternum : pro cujus amore sanguinem tuum fudisti, \* Et cum Angelis in paradysum introisti. *V.* Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam. — Et cum Angelis.

## Lectio v.

**Q**UOD ubi rescivisset is, cui eam parentes contra virginis voluntatem

desponderant, apud Paschasium Praefectum Luciam, quod Christiana esset, accusavit. Quam ille cum nec precibus, nec minis ad cultum idolorum posset perducere : immo tanto magis incensam videret ad celebrandas Christianae fidei laudes, quanto magis ipse eam a sententia avertere conabatur : Cessabunt inquit, verba, cum ventum erit ad verbera. Cui virgo : Dei servis verba deesse non possunt, quibus a Christo Domino dictum est : Cum steteritis ante reges et praesides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini : dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini : non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus sanctus, qui loquitur in vobis.

*R.* Diffusa est gratia in labiis tuis : \* Propterea benedixit te Deus in aeternum. *V.* Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Propterea.

## Lectio vi.

**Q**UAM cum Paschasius interrogasset : Estne in te Spiritus sanctus ? respondit : Caste et pie viventes templum sunt Spiritus sancti. At ille : Jubeto te ad lupanar duci, ut te Spiritus sanctus deserat. Cui virgo : Si invitam jusseris

violári, cástitas mihi duplicábitur ad corónam. Quare Paschásius ira inflammátus, Lúciam eo trahi jussit, ubi ejus virgíntas violáretur: sed divínitus factum est, ut firma virgo ita consisteret, ut nulla vi de loco dimoveri posset. Quamóbrém Praeféctus circum ipsam, píce, resína, ac fervénti óleo perfúsam, ignem accéndi imperávit: sed cum ne flamma quidem eam laederet, multis torméntis excrucíata, guttur gládio transfigitur. Quo vulnere accépto, Lúcia praedicens Ecclésiæ tranquillitatem, quae futúra erat Diocletiano et Maximiano mórtuis, Idibus Decémbris spíritum Deo réddidit. Cujus corpus Syracúsís sepúltum, desnde Constantinópolis, postrémo Venétias translátum est.

*R.* Spécie tua, et pulchritúdine tua *⁊* Inténde, prospere procéde, et regna.

*V.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedixit te Deus in aetérnum. — Inténde. Glória Patri. Inténde

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Léctio vii. Cap. xiii. f.

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Símile est

regnum coelórum thesáuro abscondito in agro. Et reliqua.

Homillia sancti Gregorii Papae

Homilia xi. in Evangelia.



**C**OELORUM regnum, fratres caríssimi, idcirco terrénis rebus

símile dicitur, ut ex his quae ánimus novit, surgat ad incógnita, quae non novit: quatenus exémplo visibílium se ad invisibíliarápiat, et per ea, quae usu didicit, quasi confricátus incaléscat: ut per hoc, quod scit notum dilígere, discat et incógnita amáre. Ecce enim regnum coelórum thesáuro abscondito in agro comparátur: quem qui invenit homo, abscondit, et prae gáudio illius vadit, et vendit univérsa quae habet, et emit agrum illum.

*R.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: *⁊* Et dedúcet te mirabíliter dextera tua. *V.* Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. — Et.

Léctio viii.

**Q**UA in re hoc quoque notándum est, quod invéntus thesáurus absconditur, ut servétur: quia stúdiúm coeléstis desidérii a malignis spíritibus custodíre non súfficit, qui hoc

ab humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depraedari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est: sed ut per hoc quod agimus, laudes exterius non quaeramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut et de bono opere proximis praebeamus exemplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum.

R. Dilixisti iustitiam, et odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae. V. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam. — Propterea. Gloria Patri. Propterea.

LECTIO IX.

**T**HESAURUS autem coeleste est desiderium: ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii coelestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat,

qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrae desideria per disciplinae coelestis custodiam calcat: ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat; nihil, quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Orante sancta Lucia,\* apparuit ei beata Agatha, et consolabatur ancillam Christi. Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Lucia virgo,\* quid a me petis, quod ipsa poteris praestare continuo matri tuae?

3. Per te, Lucia virgo,\* civitas Syracusana decorabitur a Dño Jesu Christo.

4. Benedico te,\* Pater Dñi mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinctus est a latere meo.

5. Soror mea Lucia,\* virgo Deo devota, quid a me petis, quod ipsa poteris praestare continuo matri tuae?

Capitulum, Hymnus, et V. de Comm. Virg. cxvii.

Ad Bened. Aña. Columna es\* immobilis, Lucia sponsa Christi: quia omnis plebs te expectat, ut accipias coronam vitae, alleluia.

Oratio.

**E**XAUDI nos, Deus salutaris noster: ut, sicut de beatae Luciae

Virginis et Mártiris tuae  
festivitate gaudemus ; ita  
piae devotiónis erudiámur  
affectu. Per Dóminum.

Deinde fit comm. Octavae Aña. Ait Dóminus. 492.  
et Feriae.

Ad Horas, Aña de Laudibus, Capitula et R̄R̄. brevia de Comuni Virginum. cxviii.

AD VESPERAS.

Antiphona. Orante sancta Lúcia, cum reliquis de Laudibus. Psalmi, Capitulum et Hymnus de Comuni Virginum. ciii.

V. Diffusa est grátia in labiis tuis. R̄. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnif. Aña. Tanto pondere eam fixit Sp̄ritus sanctus, ut virgo Christi immobilis permaneret.

Oratio. Exáudi, ut supra. Deinde fit commemoratio Octavae, Antiphona. Hódie. 500.

Postea de Feria occurrere.

Quando Festum S. Luciae incidit in Dominicam tertiam Adventus, transferitur in diem sequentem : et tunc in secundis Vesperis S. Luciae omnia dicuntur de die Octava Immaculatae Conceptionis, ut in primis Vesperis Festi, cum commem. S. Luciae et Feriae.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

Siautem hac die occurrat Feria iv. Quatuor Temporum, Lectiones i. Nocturni leguntur de Parabolis Salomonis,

Ego sapientia, ut in Festis B. M. V. per annum. clxiii. cum R̄R̄. ut in Festo ; nona Lectio Homiliae Feriae iv. Temporum omittitur ; de ea tamen fit comm. in Laudibus.

In secundo Nocturno.  
Ex Bulla Dogmática Pii Papae Noni.

Lectio iv.



MNES norunt quanto stúdio haec de Immaculatae Deiparae Virginis Conceptione doctrina a spectatissimis religionis Familiis et celebríoribus Theológicis, Académiis, ac praestantíssimis divinárum rerum sciéntia Doctóribus fuerit trádita, assérta ac propugnáta. Omnes páriter norunt quantópere solliciti fuerint Sacrórum Antístites vel in ipsis ecclesiásticis conventibus palam publicéque profiteri, sanctíssimam Dei Genitricem Virginem Mariam ob praevisá Christi Dñi Redemptóris mérita nun-



quam origináli subjacuisse peccáto, sed praeservátam omnino fuisse ab originis labe, et idcirco sublimióri modo redemptam. Quibus illud profecto gravissimum et omnino máximum accedit, ipsam quoque Tridentinam Synodum, cum dogmáticum de peccáto origináli éderet decretum, quo juxta sacrárum Scripturárum sanctorúmque Patrum ac probatissimórum Conciliórum testimónia, státuit ac definívit: Omnes homines nasci origináli culpa inféctos; tamen solémniter declarásse: Non esse suae intentionis, in decreto ipso tantáque definitiónis amplitúdine comprehendere beatam et Immaculatam Virginem Dei Genitricem Mariam. Hac enim declaratióne Tridentini Patres, ipsam beatíssimam Virginem ab origináli labe solútam, pro rerum temporúmque adjúctis, satis innuérunt, atque ádeo perspicue significá-runt, nihil ex divinis Litteris, nihil ex traditióne, Patrúmque auctoritate rite afférrí posse, quod tantae Virginis praerogativae quovis modo refragétur.

R. Ego ex ore. 488.

Lectio v.

**E**Tre quidem vera hanc de Immaculata beatíssimae Virginis Conce-

ptiône doctrinam quotidie magis gravíssimo Ecclesiae sensu, magisterio, stúdio, sciéntia ac sapiéntia tam spléndide explicátam, declarátam, confirmátam, et apud omnes cathólici orbis pópulos ac nationes mirándum in modum propagátam, in ipsa Ecclesia semper extitísse velúti a majoribus acceptam, ac revelatae doctrinae caractére insignítam, illústria venerándae antiquitátis Ecclesiae Orientalis et Occidentális monumenta validíssime testántur. Equidem Patres Ecclesiaeque Scriptóres, coeléstibus edócti elóquiis, nihil antiquius habuére, quam in libris ad explicandas Scriptúras, vindicánda dogmata, erudiendósque fidéles elucubrátis, summam Virginis sanctitátem, dignitátem, atque ab omni peccáti labe integritátem, ejúsque praecarám de tetérrimo humáni géneris hoste victóriam, multis mirisque modis certátim praedicáre atque efférré.

R. Nihil. 489.

Lectio vi.

**Q**UAPROPTER enarrantes verba, quibus Deus praeparata renovándis mortálibus suae pietátis remédia inter ipsa mundi primórdia praenúntians, et deceptoris serpéntis retúdit

audáciam et nostri géneris spem mirífice eréxit iniquens: Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius, docuere: divino hoc oráculo clare apertéque demonstrátum fuisse misericórdem humáni géneris Redemptórem, scilicet Unigénitum Dei Filium Christum Jesum ac designátam beatissimam Ejus Matrem Vrginem Mariam, ac simul ipsissimas utriusque contra diábulum inimicitias insigniter expressas. Quocirca sicut Christus Dei hominúmque mediátor, humana assumpta natúra, delens quod advérsus nos erat chirógraphum decreti, illud cruci triumphátor affixit, sic sanctíssima Virgo, arcéssimo et indissolúbili vínculo cum Eo conjúncta, una cum Illo et per Illum, sempitérnas contra venenosum serpéntem inimicitias exércens ac de ipso plenissime triumphans, illius caput immaculato pede contrivit.

R. Signum. 489.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i.

**I**n illo tempore: Misus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem de-

sponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Sophronii Episcopi.

Hom. in Deiparae Annunt.

**B**ERE benedicta tu in mulieribus, quoniam Hevae maledictionem in benedictionem commutasti; quoniam Adam, qui prius jacebat execratione percussus, ut per te benediceretur effectus. Vere benedicta tu in mulieribus, quoniam benedictio Patris per te affulsit hominibus, eosque a veteri maledicto liberavit. Vere benedicta tu in mulieribus, quia per te progenitores tui salutem inveniunt; tu siquidem genitura es Servatorem, qui divinum ipsis salutem comparabit. Vere benedicta tu in mulieribus, quoniam sine semine eum protulisti fructum, qui benedictionem terrarum orbi elargitur, ipsumque a maledictione spinas germinante redimit. Vere benedicta tu in mulieribus, quia mulier naturali conditione cum sis, Dei tamen Genitrix reipsa fies. Etenim si qui ex te nasciturus est secundum veritatem Deus est incarnatus, ipsa jure meritoque diceris Deipara, quippe quae Deum verissime paris.

R. Hortus. 490.

## Lectio viii.

**D**E tímeas, María, invenisti enim apud Deum grátiam perire nesciam : invenisti apud Deum grátiam prae quálibet exímiam ; invenisti apud Deum grátiam omnibus votis expetendam ; invenisti apud Deum grátiam omnium gratiárum splendidissimam ; invenisti apud Deum grátiam nunquam elanguentem ; invenisti apud Deum grátiam quae te salvam praestet ; invenisti apud Deum grátiam, quae nullo ímpetu quatiátur ; invenisti apud Deum grátiam plane invictam ; invenisti apud Deum grátiam perénniter duratúram. Et álíi quidem, ífque plures ante te exímia sanctitáte floruerunt. Sed némini, quemádmodú tibi, plena grátia impertíta est ; nemo sicut tu, ad tantum magnificéntiae est evéctus ; nemo, sicut tu, purificánte grátia praeoccupátus est : nemo, sicut tu, coelésti lúmine refúlsit ; nemo, sicut tu, prae omni celsitúdine exaltátus est.

*R.* Magnificat ánima mea. 491.

## Lectio ix.

**E**T mérito quidem ; nemo enim, sicut tu ad Deum tam prope accessit : nemo sicut tu, Dei

donis ditátus est ; nemo, sicut tu, Dei grátiae párticeps fuit. Omnia vincis, quaecúmque inter hómines emineant ; omnia súperas múnera, quae effúsa a Dei largitáte in quóslibet dimánaverint. Plus enim omnibus inhabitántis Dei possessione ditescis. Nemo sic in se Deum complécti pótuít : nemo pótuít sic frui Dei praeséntia ; nemo dignus est hábitus, qui sic per Deum illuminarétur ; ac proptérea non modo Deum omnium Conditórem ac Dóminum in te excepísti, sed eum habes ex te ineffábiliter incarnátum, atque in útero tuo gestátum, et post haec génitum, et universos hómines a patérna condemnatione rediméntem, ac salútem, quae nullum finem habitúra sit, ipsis elargiéntem. Et proptérea tibi clamávi, atque íterum vehementer clamábo : Ave, grátia plena, Dóminus tecum ; benedícta tu in muliéribus.

## Te Deum laudámus. 18.

In Laudibus fit commemoratio Feriae.

Ad Vesperas Duplex ; et omnia dicuntur sicut in primis Vesperis Festi cum commemoratione Feriae.

Si dies Octava Immaculatae Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis incidérít in Dominicam tertiam

Adventus, fit Officium de Dominica, hoc modo: Vesperae in Sabbato praecedenti dicuntur de Feria ut in Psalterio, scilicet Aña **Benedictus**, Psalmi de Sabbato: et a Capitulo fit de Dominica, cum commemoratione diei Octavae, ut in primis Vesperis Festi.

Aña. **Beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est, alleluia.**

V. **Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Mariae Virginis.** R. **Quae serpéntis caput virgíneo pede contrivit.**

Oratio.

**D**EUS, qui per Immaculátam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitáculum praeparásti; quaesumus, ut qui ex morte ejúsdem Filii tui praevísá, eam ab omni labe praeservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas. **Per eúndem Dóminum.**

Suffragia consueta et preces omittuntur propter Octavam.

Sequenti die fit de Dominica praedicta, cum comm. Octavae in Laudibus et secundis Vesperis, et non dicuntur suffragia nec preces ad Primam et Completorium.

**DIE XV. DECEMBRIS.**

In Octava Inmaculatae Conceptionis B.M.V.

Duplex.

Omnia ut in Festo. 485.  
praeter ea quae sequuntur.

In secundo Nocturno.

**Ex Bulla Dogmática Pii Papae Noni.**

Lectio iv.



**A**ntiquis temporibus Sacrorum Antistites, Ecclesiastici viri, Regulares Ordines ac vel ipsi Imperatores et Reges ab hac Apostolica Sede enixe efflagitarunt, ut Immaculata sanctissimae Dei Genitricis Conceptio veluti catholicae fidei dogma definiretur. Quae postulationes hac nostra quoque aetate iteratae fuerunt, ac potissimum felicis recordationis Gregorio Decimosexto Praedecessori Nostro, ac Nobis ipsis oblatae sunt tum ab Episcopis, tum a Clero Saeculari, tum a Religiosis Familiis, ac summis Principibus et fidelibus populis. Nos itaque singulari animi nostri gaudio haec omnia probe noscentes, ac serio considerantes, vix dum licet immeriti, arcano divinae Providentiae consilio ad hanc sublimem Petri Cathedralam evecti, totius Ecclesiae gubernacula tractanda suscepimus, nihil certe

antiquius habuimus, quam pro summa Nostra vel a ténis annis erga sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam veneratióne, pietate et afféctu ea ómnia perágere quae adhuc in Ecclésiæ votis esse póterant, ut beatissimae Virginitatis honor augetur, ejúsque praerogativae uberióri luce nitentur.

R. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogénita ante omnem creaturam: ego feci in coelis ut orirétur lumen indeficiens: Nondum erant abyssi, et ego jam concépta eram. V. Deus enim creavit me in justítia, et apprehéndit manum meam, et servavit me. — Nondum.

Lectio v.

**I**TAQUE plurimum in Dño confisi advenisse tēporum opportunitatem pro Immaculata sanctissimae Dei Genitricis Virginitatis Mariae Conceptione definienda, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpétuus Ecclesiae sensus, singularis catholicorum Antistitum ac fidelium conspiratio, et insignia Praedecessorum Nostrorum acta, Constitutiões mirifice illústrant atque declárant; rebus omnibus diligentissime perpénsis et assiduis fervidisque ad Deum precibus effúsis, mí-

nime cunctándum Nobis esse censuimus suprénno Nostro iudicio Immaculatam ipsius Virginitatis Conceptionem sancire, definire, atque ita pientissimis cathólici Orbis desiderii, Nostraeque in ipsam Sanctissimam Virginitatis pietati satisfácere, ac simul in ipsa Unigénitum Filium suum Dñm nostrum Jesum Christum magis atque magis honorificáre, cum in Filium redúndet quidquid honoris et laudis in Matrem impénditur.

R. Nihil inquinatum in eam incúrrit: Candor est lucis aetérnae et spéculum sine mácula. V. Est enim haec speciósior sole, et luci comparata invenitur purior. — Candor est.

Lectio vi.

**Q**UARE postquam nunquam intermissus in humilitate et jejúnio privatas Nostras et públicas Ecclesiae preces Deo Patri per Filium ejus offerre, ut Spíritus sancti virtute mentem Nostram dirigere et confirmare dignaretur, implorato universae coelestis Curiae praesidio, et advocato cum gemitibus Paráclito Spíritu, eoque sic adspirante: ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginitatis Deiparae,

ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra declaramus, pronuntiamus et definimus: Doctrinam quae tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae labe praeservatam immunitatem, esse a Deo revelatam, atque ideo ab omnibus fidelibus firmiter constantique credendam. Quapropter si qui secus ac a Nobis definitum est, quod Deus avertat praesumpserint corde sentire, ii noverint ac porro sciant se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiae defecisse.

*R.* Signum magnum apparuit in coelo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus: Et in capite ejus corona stellarum duodecim. *V.* Induit eam Dominus vestimentis salutis, indumento justitiae, et quasi sponsam ornavit eam monilibus suis. — Et in capite. Gloria Patri. Et in capite.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i.

**I**N illo tempore: Misus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Epiphanii Episcopi.

*Orat. de laudibus S. Mariae Deiparae.*



**Q**UID dicam, aut quid proloquar de praeclara et Sancta Virgine? Solo enim Deo excepto, cunctis superior extitit: natura formosior est ipsis Cherubim et Seraphim, et omni exercitu Angelico; cui praedicandae coelestis ac terrena lingua minime sufficit, immo vero nec Angelorum. O beata Virgo, columba pura et Sponsa coelestis Maria, coelum, templum, et thronus Divinitatis, quae coruscantem in coelo et in terra solem habes Christum! Nubes lucida, quae fulgur de coelo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum. Ave, gratia plena, porta coelorum, de qua in Canticis propheta in decursu

orationis plane et aperte prolóquitur inclámans: Hortus conclúsus, soror mea Sponsa, hortus conclúsus, fons signátus.

*Ry.* Hortus conclúsus, soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus: Emissionés tuae Paradísus, o María. *V.* Aperi mihi, soror mea, amíca mea, colúmba mea, immaculáta mea.—Emissionés tuae.

*Lectio viii.*

**U**IRGO est lílium immaculátum, quae rosam immarcescibilem genuit Christum. O sancta Deípara, Ovis Immaculáta quae verbum ex te incarnátum Agnum Christum peperísti! O Virgo sanctíssima, quae exercitus angelórum in stupórem deduxísti! Stupéndum est miráculum in coelis, múlier amícta sole, gestans lucem in ulnis: stupéndum miráculum in coelis, thálamus Virginis habens Fílium Dei: stupéndum miráculum in coelis, Dóminus Angelórum infans Virginis effectus est. Angeli accusábant Hevam, nunc vero Mariám glória prosequúntur, quae lapsam Hevam eréxit, et Adámum e paradíso dejéctum in coelos misit. Ipsa enim est coeli et terrae mediátrix, quae uniónem naturaliter perégit.

*Ry.* Magnificat ánima mea Dñum; Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. *V.* Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.—  
Quia. Glória Patri. Quia.

Sequens Lectio legitur etiam in Feria iv. Quatuor Temporum.

*Lectio ix.*

**G**RATIA sanctae Virginis est imménsa. Hinc Gábriel in primis salútat Virgínem, dicens: Ave, grátia plena, quae es spléndidum coelum. Ave, grátia plena, multis virtútibus exornáta Virgo. Ave, grátia plena, quae es urna áurea cóntinens manna coeléste. Ave, grátia plena, quae sitiéntes perénnis fontis dulcédine sátias. Ave, sanctíssima Mater Immaculáta, quae genuísti Christum, qui est ante te. Ave, púrpura régia, quae coeli terraeque Regem induísti. Ave, liber incomprehénsus, quae Verbum et Fílium Patris mundo legéndum exhibuísti.

*Te Deum laudámus. 18.*

In Laudibus fit commemoratio Feriae occurrentis.

In secundis Vesp. omnia ut in secundis Vesperis Festi addita tamen commemor. S. Eusebii Episc. et Mart., et Feriae occurrentis.

DIE XVI. DECEMBRIS.

In festo S. Eusebii, Episc. et Martyris. Semiduplex.

Omnia de Communi unius Mart. xxvii. praeter Orationem et Lectiones proprias ut infra.

*Antiphona.* Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

*V.* Gloria et honore coronasti eum, Domine. *R.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beati Eusebii, Martyris tui atque Pontificis, annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut, cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio Feriae Adventus.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

Sed si occurrat in Quatuor Temporibus, tunc legitur: A Miléto, ut in Communi unius Mart. xxx.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**E**USEBIUS natione Sardus, Romanae urbis Lector, post Vercellensis Episcopus, ad

hanc regendam Ecclesiam merito est creditus divino electus iudicio: nam quem nunquam ante constituti electores cognoverant, post habitis civibus, simul ut viderunt, et probaverunt, tantumque interfuit, ut probaretur, quantum ut videretur. Primus in Occidentis partibus in eadem Ecclesia eisdem Monachos instituit esse, quos Clericos, ut esset in ipsis viris et contemptus rerum, et accuratio Levitarum. Arianis impietatibus ea tempestate per Occidentem longe lateque traductis, adversus eas viriliter sic dimicavit, ut ejus invicta fides Librium Summum Pontificem ad vitae solatium erigeret. Quare hic sciens, in ipso fervere Spiritum Dei, cum ei significasset, ut penes Imperatorem una cum suis legatis patrocinium Fidei susciperet, mox cum illis profectus est ad Constantium, apud quem enixius agens, quidquid legatione petebatur, obtinuit, ut Episcoporum nempe coetus celebraretur.

*R.* Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. *V.* Descenditque cum illo in siveam, et in vinculis non dereliquit eum.— Et dedit.



## Lectio v.

**C**OLLECTUM est Medioláni anno sequenti Concilium, ad quod a Constantio invitatum Eusebium, concupitumque, ac vocatum a Liberii legatis, tantum abest, ut malignantium synagoga Arianorum contra sanctum Athanasium furentium, in suas partes adduceret, ut potius diserte statim ipse declarans, e praesentibus quosdam sibi compertos haeretica labe pollutos, Nicaenam immo fidem proposuerit iis subscribendam, antequam caetera tractarentur. Quod Ariani acerbè iratis negantibus, nedum in Athanasium recusavit ipse subscribere, quin sancti Dionysii Martyris, qui decèptus ab ipsis subscripserat, captivam simplicitatem ingeniosissime liberavit. Quamobrem illi graviter indignantes, post multas illatas injurias, exilio illum multarunt: sed sanctus vir, excusso pulvere, nec Caesaris minas veritus, nec enses obstrictos, exilium veluti sui ministerii officium accepit: missusque Scythopolim, famem, sitim, verbera, diversaque supplicia perpessus, pro fide strenue vitam contempsit, mortem non metuit, corpus carnificibus tradidit.

R7. Desiderium animae ejus tribuisti ei, Dñe, \* Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. ¶ Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Et voluntate.

## Lectio vi.

**Q**UANTA in eum tunc Arianorum crudelitas fuerit, ac effrons invercundia, ostendunt graves litterae plenae roboris, pietatis, ac religionis, quas e Scythopoli scripsit ad Vercellensem Clerum et populum, aliosque finitimos; e quibus etiam est exploratum, ipsorum nec minis, inhumanaque saevitia potuisse unquam eum detereri, nec serpentina blanda subtilitate ad eorum societatem perducì. Hinc in Cappadociam, postremoque ad superiores Aegypti Thebaidas pro constantia sua deportatus, exilii rigores tulit ad mortem usque Constantii, postquam ad gregem suum reverti permissus, non prius redire voluit, quam reparandis fidei jacturis ad Alexandrinam Synodum sese conferret: postquam medici praestantis instar, peragrans Orientis provincias, in fide infirmos ad integram valetudinem restitueret, eos instituens in

Ecclésiæ doctrina. Inde salubritate pari digresso in Illyricum, tandemque in Italiam delato, ad ejus reditum lugubres vestes Italia mutavit: ubi postquam Psalmorum omnium expurgatos a se commentarios Origenis edidit, Eusebique Caesarensis, quos verterat de Graeco in Latinum: demum tot egregie factis illustris, ad immarcescibilem gloriae coronam, tantis aerumnis promeritam sub Valentiniáno et Valente, Vercellis migravit.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. V. Cibavit illum Dominus pane vitae, et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum.—Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno.

Homilia sancti Gregorii Papae in Evangel. Si quis vult post me venire, ut in Communi unius Martyris ii. loco. xli.

R. viii. Domine, praevenisisti. xxxvii.

Si fuerit in Quatuor Temporibus, Lectio nona de Homilia Ferae, et commem. in Laudibus.

De Vigilia S. Thomae, Apostoli nihil fit nisi in Missa.

## DIE XXI. DECEMBRIS.

In festo S. Thomae Apost. Duplex.

Omnia de Comm. Apostolorum. ii. exceptis iis quae hic sunt propria.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, et ad Benedictus in Laudibus, Antiphona. Quia vidisti me, \* Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, et crediderunt, alleluia.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Domine, beati Apostoli tui Thomae solemnitatebus gloriari: ut ejus semper et patrocinii sublevemur, et fidem congrua devotione sectemur. Per Dominum.

Deinde pro commem. Adventus, Aña. O clavis. 204.

Si autem Festum transferatur in secundam Feriam, tunc dicitur alia subsequens Antiphona. O oriens. 204.

In primo Nocturno, Lectiones de Epistola B. Pauli Apost. ad Corinth. Sic nos existimet, de Comm. Apostolorum, ut infra. viii.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**T**HOMAS Apostolus, qui et Didymus, Galilaeus, post acceptum Spiritum sanctum in multas provincias profectus est

ad praedicandum Christi Evangelium: Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, et Baetris Christianae fidei et vitae praeccepta tradidit. Postrémo ad Indos se cónferens, eos in Christiana religióné erudívit. Qui ad extrémum vitae, doctrinaeque sanctítate, et miraculorum magnítudine, cum caeteris omnibus sui admiratióne, et Jesu Christi amórem commovísset; illius gentis regem, idolórum cultórem, magis ad iram accéndit: cujus senténcia condemnátus, telisque confóssus, Calamínae Apostolátus honórem martyrii coróna decorávit.

R. Vidi conjúnctos viros habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei. V. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium coelum, voce magna clamántem, et dicéntem.— Isti sunt.

Sermo S. Gregórii Papae.

*Homil. xxx. in Evang.,  
post medium.*

Lectio v.

**S**CRIPtum est: Spírítus Dómini ornávit coelos. Ornáméнта enim coelórum sunt virtútes praedicántium. Quae vidélicet ornáméнта Paulus enúmerat, dicens: Alii datur per Spírítum sermo sapiéntiae,

álii sermo sciéntiae secúndum eúndem Spírítum, álii fides in eódem Spírítu, álii grátia sanitátum in uno Spírítu, álii operátio virtútum, álii prophetía, álii discretio spírítuum, álii génera linguárum, álii interpretátio sermónum. Haec autem ómnia operátur unus atque idem Spírítus, dívídens síngulis prout vult.

R. Beati estis cum maledíxerint vobis hómines, et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsus vos, mentiéntes, propter me: \* Gaudéte et exultáte, quóniam merces vestra copiósá est in coelis.

V. Cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejícerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hóminis.—Gaudéte et exultáte.

Lectio vi.

**Q**UOT ergo sunt bona praedicántium, tot sunt ornáméнта coelórum. Hinc rursus scriptum est: Verbo Dómini coeli firmáti sunt. Verbum enim Dómini Filius est Patris. Sed eósdem coelos, vidélicet sanctos Apóstolos, ut tota simul sancta Trínitas ostendátur operáta, repénte de sancti Spírítus divinitáte adjúngitur: Et spírítu oris ejus omnis virtus eórum. Coeló-

rum ergo virtus de Spíritu sumpta est : quia mundi hujus potestátibus contraíre non praesúmerent nisi eos sancti Spiritus fortitúdo solidáset. Quales namque doctóres sanctae Ecclesiae ante advéntum hujus Spíritus fúerint, scimus : et post advéntum illius cujus fortitúdinis facti sint, conspí-  
cimus.

R. Isti sunt triumphatóres, et amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt praemia aetérna : \* Modo coronántur, et accipiunt palmam. V. Isti sunt qui venérunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in ságuine Agni. — Modo, Glória Patri, Modo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joánnem.

Lectio vii. Cap. xx. f.

**I**N illo témpore : Thomas unus ex duódecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Et reliqua. Homília S. Gregórii Papae. Ex Homil. xxvi. in Evang. post médium.



**Q**UID, fratres caríssimi, quid inter haec animadver-  
títis ? Numquid casu gestum créditois, ut eléctus ille discipulus tunc deésset, post autem véniens audfret, áudiens dubitáret,

dúbitans palpáret, palpans créderet ? Non hoc casu, sed divina dispensatióne gestum est. Egit namque miro modo supérna cleméntia, ut discipulus ille dúbitans, dum in magistro suo vúlnera palpáret carnis, in nobis vúlnera sanáret infidelitátis. Plus enim nobis Thomae infidélitas ad fidem, quam fides credéntium discipulórum prófuit : quia dum ille ad fidem palpándo redúctur, nostra mens, omni dubitatióne postpósita, in fide solidátur.

R. Isti sunt, qui vivéntes in carne, plantavérunt Ecclesiam ságuine suo : Cálicem Dómini bibérunt, et amici Dei facti sunt. V. In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terrae verba eórum. — Cálicem.

Lectio viii.

**S**IC quippe discipulum Dóminus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatióne deseruit : sicut ante nativitatem suam habere Mariam Sponsam voluit, qui tamen ad ejus nuptias non pervénit. Nam ita factus est discipulus dúbitans et palpans, testis verae resurrectionis, sicut Sponsus matris fúerat custos integerrimae virginitátis. Palpávit autem, et exclamávit :

Dñs meus, et Deus meus. Dicit ei Jesus : Quia vidisti me, credidisti. Cum Paulus Apóstolus dicat: Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium : profecto liquet, quia fides illarum rerum argumentum est, quae apparere non possunt. Quae etenim apparent jam fidem non habent, sed agnitionem.

R̄. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam : \* Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. V. Sancti per fidem vicerrunt regna, operati sunt iustitiam. — Quorum doctrina. Gloria Patri. Quorum doctrina.

LECTIO IX.

**D**UM ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur : Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, et Deum confessus est, dicens : Dominus meus, et Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum, quem videre non poterat, exclamavit. Laetificat valde quod sequitur : Beati qui non viderunt, et credide-

runt. In qua nimis sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus : sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit.

Te Deum laudamus. 18.

Si vero hoc Festum occurrat in Quatuor Temporibus, nona Lectio legitur de Homilia illius Feriae.

Pro commemoratione Adventus, Antiphona. Nolite timere : quinta enim die veniet ad vos Dominus noster.

Si hoc Festum transferatur, tunc Añna Nolite timere dicitur ad Benedictus in Dominica, loco Añnae Ave Maria; et in Officio S. Thomae pro commemoratione Adventus ponitur Antiphona Feriae secundae. Dicit Dominus : Poenitentiam agite : appropinquavit enim regnum coelorum, alleluia.

V. Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini. R̄. Rectas facite semitas ejus.

Oratio ut in Adventu.

FESTA JANUARIi.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum, infra. clxxxviii.

## DIE XI. JANUARI.

S. Hygini Papae et Mart.

Fit commemoratio infra Octavam Epiphaniae.

## AD VESPERAS.

Añsa. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : fundátus enim erat supra firmam petram.

¶ Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R̄. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

## Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus : et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Hygini Mártiris tui atque Pontificis, intercessio gloriósa nos protégat. Per Dóminum.

## AD LAUDES.

Añsa. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam aetérnam custódit eam.

¶ Justus ut palma florébit. R̄. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio. Infirmítatem, ut supra.

## DOM. II. POST EPIPH.

In festo SS. Nominis Jesu.

## Duplex.

¶ Occurrente Dominica Septuages., reponitur hoc

Festum (quoad Officium) in diem xxviii. Januarii ; tamquam in sedem propriam (translato quocumque alio Festo, si alicubi occurrat, nisi sit altioris ritus) et tunc legitur Lectio nona de S. Agnete secundo, et fit de ea commemoratio in Laudibus tantum. Sed advertendum est, quod in fine Versuum, Responsoriorum, et Antiphonarum omittendum erit Allelúia ; similiter et in Responsoris brevibus Horarum.

## AD VESPERAS.

Antiphona. I. Omnis \* qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica. 135. et loco ultimi, Psalm. Crédidi. 140.

2. Sanctum \* et terribile nomen ejus, instium sapiéntiæ timor Dómini.

3. Ego autem \* in Dño gaudébo, et exultábo in Deo Jesu meo.

4. A solis ortu \* usque ad occásum, laudábile nomen Dómini.

5. Sacrificábo \* hóstiám laudis, et nomen Dómini invocábo.

Capitulum. *Philipp. ii.*

**F**RATRES : Christus humiliávit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis : Propter quod et Deus exaltávit illum, et

donávit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

Hymnus.

**J**ESU dulcis memória,  
Dans vera cordis  
gáudia :

Sed super mel, et ómnia,  
Ejus dulcis praeséntia.

Nil cánitur suávius,  
Nil audítur jucúndius,  
Nil cogitátur dúlcis,  
Quam Jesus Dei Filius.

Jesu, spes poeniténtibus  
Quam pius es peténtibus !  
Quam bonus te quaerénti-  
bus !

Sed quid inveniéntibus ?

Nec lingua valet dícere,  
Nec líttéra exprímere :  
Expértus potest crédere,  
Quid sit Jesum díligere.

Sis, Jesu, nostrum gáu-  
dium,

Qui es futúrus praemium :  
Sit nostra in te glória,  
Per cuncta semper saecu-  
la. Amen.

¶ Sit nomen Dómini ben-  
nedíctum, allelúia. *R.* Ex  
hoc nunc, et usque in sae-  
culum, allelúia.

Ad Magnif. *Añs.* Fecit  
míhi magna \* qui potens  
est, et sanctum nomen ejus,  
allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui unigénitum  
Fílium tuum consti-  
tuísti húmáni géneris Sal-  
vatórem, et Jesum vocári

jussísti : concéde propítius,  
ut cujus sanctum nomen  
venerámur in terris, ejus  
quoque aspéctu perfruámur  
in coelis. Per eúndem Dó-  
minum nostrum.

Deinde fit commemoratio  
Dominicae ii. post Epipha-  
niam, *Añs.* Suscépit Deus  
Israél púerum suum, sicut  
locútus est ad Abraham et  
semen ejus : exaltáre húmi-  
les usque in saeculum.

¶ Vespertína orátio  
ascéndat ad te, Dómine.  
*R.* Et descéndat super nos  
misericórdia tua.

Oratio.

**O**MNIPOTENS,  
sempitérne Deus,  
quí coeléstia simul et terré-  
na moderáris : supplicatió-  
nes pópuli tui cleménte-  
r exáudi, et pacem tuam no-  
stris concéde tempóribus.  
Per Dóminum.

Ad Completorium et per  
Horas diei, in fine Hymno-  
rum dicitur :

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine

AD MATUTINUM.

Invitat. Admirábile no-  
men Jesu, quod est super  
omne nomen. \* Veníte, ado-  
rémus. *Psalm.* Veníte, ex-  
ultémus. 2.

Hymnus.

**J**ESU, Rex admirá-  
bilis,  
Et triumphátor nóbilis,

Dulcedo ineffabilis,  
Totus desiderabilis :

Quando cor nostrum vi-  
sitas,

Tunc lucet ei veritas,  
Mundi vilésцит vánitas,  
Et intus fervet cháritas.

Jesu, dulcedo córdium,  
Fons vivus, lumen méntium,  
Excédens omne gáudium,  
Et omne desidérium.

Jesum omnes agnóscite,  
Amórem ejus póscite :  
Jesum ardénter quaerite,  
Quaeréndo inardésцитe.

Te nostra, Jesu, vox sonet,  
Nostri te mores éxprimant,  
Te corda nostra diligant,  
Et nunc, et in perpétuum.

Amen.

In primo Nocturno.

Añã. Dómine Dóminus  
noster, \* quam admirábile  
est nomen tuum in univér-  
sa terra! Psalm. Dómine Dó-  
minus noster cum reliquis  
ut in Festis B. M. clxi. sed  
Psalmus primus incipitur  
a secundo Versu: Quóniam  
eleváta est.

Añã. In nómine Jesu \*  
omne genu flectátur coelés-  
tium, terréstrium, et infer-  
nórum.

Añã. Confitémini Dño,\*  
et invocáte nomen ejus :  
mementóte, quóniam ex-  
célsum est nomen ejus.

¶ Propter nomen tuum,  
Dómine, propitiáberis pec-  
cáto meo. R̄. Multum est  
enim.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. Cap. iii.



ETRUS autem et  
Joánnes ascendé-  
bant in templum,  
ad horam oratió-  
nis nonam. Et quidam vir,  
qui erat claudus ex útero  
matris suae, bajulabátur :  
quem ponébant quotidie ad  
portam templi quae dicitur  
Speciósã, ut péteret eleemó-  
synam ab introeúntibus  
in templum. Is cum vidís-  
set Petrum et Joánnem inci-  
piéntes introire in templum,  
rogábat ut eleemósynam  
acciperet. Intuens autem  
in eum Petrus cum Joáñne,  
dixit : Réspice in nos. At  
ille intendébat in eos, spe-  
rans se áliquid acceptúrum  
ab eis. Petrus autem dixit :  
Argéntum et aurum non est  
mihi : quod autem hábeo,  
hoc tibi do : In nómine Jesu  
Christi Nazaréni surge, et  
ám-bula. Et apprehénsa  
manu ejus délixtera, allevá-  
vit eum. Et prótinus con-  
solidátæ sunt bases ejus, et  
plantæ. Et exliens stetit,  
et ambulábat : et intrávit  
cum illis in templum, ám-  
bulans, et exliens, et lau-  
dans Deum.

R̄. Ecce concípies, et  
páries filium, et vocábis  
nomen ejus Jesum : \* Ipse  
enim salvum fáciét pópu-  
lum suum a peccáteis eórum.  
V. Vocátum est nomen



ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in útero conciperetur. — Ipse enim salvum.

## Lectio ii.

**E**T vidit omnis pópulus eum ambulátem, et laudábant Deum. Cognoscébant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemósynam sedébat ad Speciosam portam templi: et impléti sunt stupóre et éxtasi in eo, quod contigerat illi. Cum tenéret autem Petrum et Joánnem, cucúrrit omnis pópulus ad eos ad pórticum, quae appellátur Salomónis, stupétes. Videns autem Petrus respóndit ad pópulum: Viri Israelítæ, quid mirámini in hoc, aut nos quid intuémini, quasi nostra virtúte aut potestáte fecérimus hunc ambuláre? Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrórum, glorificávit Fílium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, et negástis ante faciém Piláti, judicánte illo dimítti. Vos autem sanctum et justum negástis, et petístis virum homicidam donári vobis: auctórem vero vitæ interfecístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nóminis ejus hunc, quem vos vidístis et nostis, confir-

mávit nomen ejus: et fides, quae per eum est, dedit íntegram sanitátem istam in conspéctu ómnium vestrum.

**R.** Benedíctum est nomen tuum, Deus patrum nostrórum, qui cum irátus fuéris, misericórdiae recordáberis, Et in témpore tribulatiónis peccáta dimittis. **V.** Et benedíctum nomen majestátis tuae in aetérnum, qui facis mirabilia solus.—Et in témpore.

## Lectio iii.

## Cap. iv.

**F**ACTUM est autem in crástinum, ut congregaréntur príncipes eórum, et senióres, et Scribae in Jerúsalem; et Annas prínceps sacerdotum, et Cáiphas, et Joánnes, et Alexánder, et quotquot erant de género Sacerdotáli. Et statuéntes eos in médio, interrogábant: In qua virtúte, aut in quo nómine fecístis hoc vos? Tunc replétus Spíritu sancto Petrus, dixit ad eos: Príncipes pópuli, et senióres, audíte: Si nos hódie dijudicámur in benefácto hóminis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, et omni plebi Israél: quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram vobis

sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli; et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

R. Laudabo nomen tuum assidue, \* Et collaudabo illud in confessione. V. Laetabor, et exultabo in te: psallam nomini tuo, Altissime.—Et collaudabo. Gloria Patri. Et collaudabo.

In secundo Nocturno.

Añã. Mémores erunt \* nominis tui, Dñe, in omni generatione et generatione.

Añã. Magnificáte Dóminum \*mecum, et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Añã. Omnes Gentes, \* quascúmque fecisti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine, et glorificábunt nomen tuum.

V. Propter glóriam nominis tui, Dómine, libera nos. R. Et propitius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

Sermo S. Bernardi Abbátis.

*Sermone xv. super Cant.  
circa médium.*

Lectio iv.



ON otiose Spíritus sanctus nomen sponsi óleo cómparat, cum ita dóceat sponsam ad

sponsum clamare: Oleum effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, et ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idem nunc et de sponsi nomine: Lucet praedicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit, et ungit. Et percurrámus síngula. Unde putas in toto orbe tanta et tam súbita fidei lux, nisi de praedicato nomine Jesu? Nonne in hujus nominis luce Deus nos vocávit in admirábile lumen suum; quibus illuminátis, et in lumine isto vidéntibus lumen, dicat mérito Paulus: Fuístis aliquándo tenebrae, nunc autem lux in Dómino?

R. Sperent in te, qui novérunt nomen tuum: Quóniam non dereliquisti quaeréntes te, Dómine. V. Exúrge, Dómine, ádjuva nos, et líbera nos propter nomen tuum.—Quóniam.

Lectio v.

HOC dénique nomen coram Régibus, et Géntibus, et filiis Israël portáre jussus est idem Apóstolus; et portábat nomen tamquam lumen, et illuminábat pátriam, et clamábat ubique: Nox praecéssit, dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur

arma lucis, sicut in die honeste ambulamus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuntians in omni loco Jesum, et hunc crucifixum. Quomodo lux ista resplenduit ac perstrinxit cunctorum intuendum oculos, quando de ore Petri, tamquam fulgur egradiens, claudi unus corporales plantas solidavit et bases, multosque spirituáliter caecos illuminavit? Numquid non ignem sparsit, cum ait: In nomine Jesu Christi Nazarení surge, et ambula.

R. Confiteamur nómini tuo magno, \* Quóniam terribile et sanctum est. V. Hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus. — Quóniam terribile.

LECTIO VI.

**N**EC tantum lux est nomen Jesu, sed est et cibus. An non tóties confortáris, quóties recordáris? Quid aequé mentem cogitántis impinguat? Quid ita exercitátos réparat sensus, virtútes róborat, végetat mores bonos atque honestos, castas fovet affectiões? Aridus est omnis animae cibus, si non óleo isto infúnditur. Insípidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit

mihi, nisi légero ibi Jesum. Si dísputes, aut cónferas, non sapit mihi, nisi sonúerit ibi Jesu. Jesus mel in ore, in aure melos, in corde júbilus. Sed est et medicina. Tristátur áliquis nostrum? Veniat in cor ejus Jesus, et inde sáliat in os. Et ecce ad exórtum nóminis lumen, núbilum omne diffugit, redit serénus? Lábitur quis in crimen? currit insuper ad láqueum mortis desperándo? Nonne, si invocet nomen vitae, confestim respirábit ad vitam?

R. Laeténtur omnes, qui sperant in te, Dómine, in aetérnum exultábunt, et habitábis in eis, et gloria-búntur in te omnes, \* Qui díligunt nomen tuum, V. Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, et in nómine tuo exultábunt tota die.—Qui díligunt. Glória Patri. Qui díligunt.

In tertio Nocturno.

Añã. Cantáte Dómino, \* et benedicite nómini ejus: annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Añã. Secúndum nomen \* tuum Deus, sic et laus tua in fines terrae: justítia plena est dextera tua.

Añã. Cantáte Deo, \* psalmum dñcite nómini ejus: iter fácite ei, qui ascéndit super occásus, Dóminus nomen illi.

V. Afférte Dño glóriam et honórem. R̄. Afférte Dño glóriam nómini ejus.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam.

Léctio vii. Cap. ii. b.

**I**N illo témpore: Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer, vocátum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. i. de Circumcisione.



**A**GNUM et mirábile sacraméntum! Circumcíditur puer, et vocátur Jesus. Quid sibi vult ista connéxio? Circumcisio nempe magis salvándi, quam Salvatóris esse vidétur: et Salvátorem circumcidere pótius decet quam circumcidi. Sed agnósce mediátorem Dei et hóminum, qui ab ipso natiuitátis suae exórdio divinis humana sóciat, ima summis. Násctur ex muliere, sed cui foecunditátis fructus sic accédát, ut non décidat flos virginitátis. Pannus invólvitur: sed panni ipsi Angélicis láudibus honorántur. Abscónditur in praesépio: sed próditur radiánte stella de coelo. Sic et circumcisio veritátem susceptae probat humanitátis: et nomen, quod est

super omne nomen, glóriam indicat majestátis. Circumcíditur tamquam verus Abrahamae filius: Jesus vocátur tamquam verus Filius Dei.

R̄. Tribulatióne et dolórem invéni: \* Et nomen Dómini invocávi. V. Turris fortíssima nomen Dñi, in ipso sperávi, et adjútus sum.—Et nomen. Bened. Divinum auxiliium.

Léctio viii.

**D**EQUE enim ad instar priórum meus iste Jesus nomen vácuum aut ináne portat. Non est in eo magni nóminis umbra, sed véritas. Coelitus siquidem inditum nomen Evangelísta testátur, quod vocátum est ab Angelo, priúsqum in útero conciperétur. Et atténde verbi profunditátem: Postquam natus est Jesus. Jesus vocátur ab hominibus, qui vocátus est ab Angelo, priúsqum in útero conciperétur. Idem quippe et Angeli Salvátor, et hóminis: sed hóminis ab incarnatióne, Angeli ab infitio creatúrae. Vocátum est, ait, nomen ejus Jesus, quod vocátum est ab Angelo. In ore ergo duórum, vel trium téstium stat omne verbum: et ipsum, quod in Prophéta abbreviátum, manifestius in Evangélio légitur caro factum.

R7. Expectábo nomen tuum, Dómine, \* Quóniam bonum est in conspéctu sanctorum tuorum. V. Ut confiteámur nómini sancto tuo, et gloriémur in laude tua. — Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

Nona Lectio de Homilia Dominicæ ii. post Epiphaniam.

¶ Si vero hoc Festum contingat transferri, nona Lectio erit sequens :

Lectio ix.

**M**ERITO sane, dum circumciditur puer, qui natus est nobis, Salvátor vocátur : quod videlicet ex hoc jam coeperit operári salutem nostram, immaculátum illum pro nobis sanguinem fundens. Neque enim jam quaerere est Christiánis, cur volúerit Dóminus Christus circumcidi. Propter hoc siquidem circumcisus est, propter quod natus, propter quod passus. Nihil horum propter se, sed ómnia propter eléctos. Nec in peccáto génius, nec a peccáto circumcisus, nec mórtuus est pro peccáto suo : magis autem propter delicta nostra. Quod vocátum est, inquit, ab Angelo, priúsqüa in útero conciperétur. Vocátum plane, non impósitum. Nempe hoc ei nomen est ab aetérno. A natúra própria ha-

bet, ut sit Salvátor: innátum est ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angélica creatúra.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Oleum effúsum \* nomen tuum, ídeo adolescéntulae dilexérunt te. Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis. 19.

2. Scitóte, \* quia Dóminus ipse est Deus, cujus nomen in aetérnum.

3. Sitívit \* ánima mea ad nomen sanctum tuum, Dñe.

4. Benedíctum nomen glóriæ tuæ, sanctum et laudábile, et superexaltátum in saecula.

5. Júvenes et vírgines, \* senes cum junióribus laudáte nomen Dómini, quia exaltátum est nomen ejus solius.

Capitulum. *Philipp. ii.*

**F**ERATRES : Christus humiliávit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

Hymnus.

**J**ESU, decus Angélicum,  
In aure dulce cánticum,

In ore mel mirificum,  
In corde nectar coelicum.

Qui te gustant, esuriunt;  
Qui bibunt, adhuc sitiunt;  
Desiderare nesciunt,  
Nisi Jesum, quem diligunt.

O Jesu mi dulcissime,  
Spes suspirantis animae!  
Te quaerunt piae lacrymae,  
Te clamor mentis intimae.

Mane nobiscum, Domine,  
Et nos illustra lumine;  
Pulsa mentis caligine,  
Mundum reple dulcedine.

Jesu, flos Matris Virginis,  
Amor nostrae dulcedinis,  
Tibi laus, honor nominis,  
Regnum beatitudinis.

Amen.

℣. Adjutorium nostrum  
in nomine Domini. ℞. Qui  
fecit coelum et terram.

Ad Benedictus, Añña. De-  
dit se, ut liberaret populum,  
et acquireret sibi nomen  
aeternum, alleluia.

Oratio.

**D**EUS, qui Unigenitum  
Filium tuum consti-  
tuisti humani generis Sal-  
vatorem, et Jesum vocari  
jussisti: concede propitius;  
ut, cujus sanctum nomen  
veneramur in terris, ejus  
quoque aspectu perfruamur  
in coelis. Per eundem  
Dominum.

Postea fit comm. Domi-  
nicae ii. post Epiphaniam

Añña. Nuptiae factae sunt  
in Cana Galilaeae, et erat ibi  
Jesus cum Maria matre sua.

℣. Dominus regnavit, deco-  
rem induit. ℞. Induit Dominus  
fortitudinem et praecinxit se.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sem-  
piternus Deus, qui coe-  
lestia simul et terrena mode-  
raris: supplicationes populi  
tui clementer exaudi, et pa-  
cem tuam nostris concede  
temporibus. Per Dominum.

Ad Primam, ℞. br. Chri-  
ste, Fili Dei. ℣. Qui natus  
es de Maria Virgine.

AD TERTIAM.

Añña. Scitote.

Capit. Fratres: Christus  
humiliavit, ut supra.

℞. br. Sit nomen Do-  
mini benedictum, Alleluia,  
alleluia. Sit nomen. ℣. Ex  
hoc nunc et usque in sae-  
culum. Alleluia, alleluia.

Gloria Patri. Sit nomen.

℣. Afferte Domino gló-  
riam et honorem, alleluia.  
℞. Afferte Domino glóriam  
nomini ejus, alleluia.

AD SEXTAM.

Añña. Sitivit.

Capitulum. Philipp. ii.

**I**N nomine Jesu omne  
genus fleclatur coele-  
stium, terrestrium, et in-  
fernorum: et omnis lingua  
confiteatur, quia Dominus  
Jesus Christus in gloria est  
Dei Patris.

℞. br. Afferte Domino  
glóriam et honorem, Alle-  
luia, alleluia. Afferte. ℣.

Afférte Dómino glóriam nómini ejus. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Afférte.

℣. Magnificáte Dñum mecum, allelúia. ℞. Et exaltémus nomen ejus in idípsum, allelúia.

AD NONAM.

Añs. Júvenes et vírgines.

Capitulum. *Coloss. iii.*

**O**MNE quodécúmque fácitis in verbo, aut in ópere : ómnia in nómine Dómini Jesu Christi fácite, grátias ágéntes Deo, et Patri per ípsium.

℞. br. Magnificáte Dóminum mecum, \* Allelúia, allelúia. Magnificáte. ℣. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Magnificáte.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, allelúia. ℞. Qui fecit coelum et terram, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Omnia dicuntur sicut in primis. 525.

Ad Magnif. Añs. Vocábis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum, allelúia.

Oratio. Deus, qui Unigénitum ut supra. 533.

Deinde fit comm. Dominicae ii. post Epiphaniám.

Añs. Deficiente vino, jussit Jesus impléri hydrias aqua, quae in vinum conversá est, allelúia.

℣. Dirigátur, Dñe, oratio mea. ℞. Sicut incérsusum in conspéctu tuo.

Oratio. Omnipotens, ut supra. 533.

DIE XIV. JANUARI.

In festo S. Hilarii, Episc., Confess. et Ecclesiae Doctóris. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. *lx.* praeter sequentia.

Ad Magnif. Añs. O Doctótor óptime, Ecclesiae sanctae lumen, beáte Hilári, divinae legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

℣. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. ℞. Stollam glóriae induit eum.

Oratio.

**D**EUS, qui pópulo tuo aetérnae salutis beátum Hilárium ministrum tribuísti : praesta, quaesumus ; ut, quem Doctórem vitae habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in coelis. Per Dóminum.

Et fit commemor. S. Felicis Presbyteri et Martyris, Añs. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : fundátus enim erat supra firmam petram.

℣. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. ℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**Q**ONCEDE, quæsumus omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum solèmnia agimus, etiam actus imitemur. Per Dòminum.

In Hymno ad Matutinum dicatur:

Hac die laetus mèruit supremos

Laudis honores.

Lectiões primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**HILARIUS** in Aquitania nobili genere natus, doctrina et eloquentia excelluit. Qui primum in matrimonio quasi monachi vitam egit: deinde propter singulares virtutes Pictavorum Episcopus creatus: quod munus Episcopale sic gessit, ut a fidelibus summam laudem consequeretur. Quo tempore, cum terroribus, bonorum spoliatione, exilio, et omni crudelitate Constantius Imperator Catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent: Hilarius tamquam firmissimum murum se Arianis opponens, illorum furorem in se concitavit. Itaque multis petitus ins-

diis, tandem dolo Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Bitterrensi in Phrygiam relegatus est: ubi et mortuum suscitavit, et libros duodecim scripsit de Trinitate contra Arianos.

℞ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei.—Manus.

Lectio v.

**Q**UADRIENNIO post, coacto Concilio ad Seleuciam Isauriae urbem, Hilarius adesse compulsus est: ac deinde Constantinopolim profectus, ubi extremum fidei periculum animadvertit, tribus libellis publice datis, audientiam Imperatoris poposcit, ut de fide cum adversariis coram disputaret. Verum cum Ursacius et Valens Ariani Episcopi, quos Hilarius scriptis confutarat, praesentis eruditione pertimescerent; Constantio persuaserunt, ut specie honoris eum in suum Episcopatum restitueret. Tunc Hilarium e praelio haeticorum revertentem, ut inquit sanctus Hieronymus, Galliarum Ecclesia complexa est: quem ad Episcopatum secutus est Martinus, qui postea



Turonénsi praefuit Ecclesiæ, tantúmque illo doctóre profécit, quantum ejus póstea sánctitas declarávit.

✠. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ✠. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.—Manus.

Lectio vi.

**Q**UAGNA desinceps tranquillitate Pictavorum Ecclesiam administravit : Galliamque universam adduxit, ut Arianorum impietatem condemnaret. Multos libros scripsit mira eruditione ; quos omnes sanctus Hieronymus ad Laetam, sine ulla erroris suspitione legi posse testatur illis verbis : Hilarii libros inoffenso decurrat pede. Migravit in coelum Idibus Januarii, Valentiniáno et Valente Imperatoribus, anno post Christum natum trecentésimo sexagésimo nono. Eum a multis Patribus et Conciliis insignem Ecclesiæ Doctórem nuncupátum, atque uti talem in aliquot dioecésibus cultum, tandem instante Synodo Burdigalénsi, Pius Nonus Póntifex Máximus, ex Sacrórum Rítuum Congregatiónis consúlto, universæ Ecclesiæ Doctórem declarávit et confirmávit, ac

ipsius festo die Missam et Offícium de Doctóribus ab ómnibus recitári jussit.

✠. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est : Ipse intercedat pro peccátis ómnium populórum. ✠. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. v. b.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

Comm. in Matth. cap. v. post initium.



**Q**UOS estis sal terrae : quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur. Sal, ut arbitrator, terrae nullum est. Quomodo ergo Apóstolos sal terrae nuncupávit ? Sed proprietas est quaerenda dictórum, quam et Apóstolorum officium, et ipsius salis natura monstrábit. Sal est in se uno contémens aquae et ignis elementum, et hoc ex duobus est unum. ¶ Hic igitur in omnem usum

humáni géneris efféctus, incorruptiônem corpóribus, quibus fúerit aspérsus, impértit, et ad omnem sensum conditi sapóris aptíssimus est. Apóstoli autem sunt rerum coeléstium praedicatorés, et aeternitátis velut satóres, immortalitátem ómnibus corpóribus, quibus eórum sermo aspérsus fúerit conferéntes.

✠ Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum. ✠ Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.—Et ad portas.

Lectio viii.

**Q**ERITO igitur sal terrae nuncupáti sunt, per doctrínae virtutē saliéndi modo aeternitáti córpora reservántes. ¶ Sed natúra salis semper eádem est, nec immutári unquam potest. Verum quia conversióni homo súbjacet, et solus beátus, qui usque ad finem in ómnibus Dei opéribus permánserit: ideo eos sal terrae nuncupátos monet in tráditae sibi potestátis virtute persisterere, ne infatuáti nihil sáliant, et ipsi, sensu accépti sapóris amisso, vivificáre corrupta non possint, et projecti de Ecclesiæ promptuáriis, cum his quos salierint, pédibus incedéntium proterántur.

✠ In médio Ecclesiæ aperuit os ejus, \* Et implévit eum Dóminus spiritu sapientiæ et intelléctus. ✠ Jucunditátem et exultatió-nem thesaurizávit super eum.—Et implévit. Glória Patri. Et implévit.

Pro S. Felice, Presbytero et Martyre, Lectio ix.



**F**ELIX Nolánus presbyter, cum in idóla veheméntius inveherétur, ab infidélibus várie vexátus, in cárcerem conjicitur. Unde ab Angelo nocte edúctus, quaerere jussus est Maximíanum Nolae Episcopum: qui, cum sénio conféctus desperáret se ferre posse supplicia persequéntium, se abdóderat in silvam. Quo cum Felix, Deo duce, pervenisset, sanctum Episcopum humi jacéntem pene mórtuum videt: quem recreátum, ac sublátum in húmeros, apud fidélem víduam reficiéndum curávit. Sed cum is iterum idolórum cultóres impietátis argúeret, factó in ipsum impetu, fúgiens in angústo duórum parietum intervállo se occultávit. Qui áditus cum repénte araneárū telis pertéxtus visus esset, némini recéntis látebrae suspició-nem relíquit. Inde igitur evádens Felix, in acibus piæ mulieris tres menses

látuit. Cum vero Dei Ecclesiá requiescere coepisset, Nolam rediens, multisque ibi vitæ exemplis, et doctrinæ præcèptis, miraculisque ad Christi fidem conversis, constanter etiam recusato ejus urbis Episcopatu, obdormivit in Dómino: sepultisque est prope Nolam in loco, quem in Pincis appellabant.

Te Deum laudamus. 18.

Si hoc festum contingat transferri, ex duabus primis tertii Nocturni Lectionibus fiet tres juxta signa ¶.

#### IN LAUDIBUS.

Fit commem. S. Felcís Mart. Aña. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

¶. Justus ut palma florébit. R̄. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio. Concède quaesumus, ut supra. 535.

Vesperae a Capitulo de sequenti, comm. S. Hilarií, ac S. Mauri Abbatis.

#### DIE XV. JANUARIÍ.

In festo sancti Pauli, primi Eremitae et Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pontif. lxxxiii, praeter sequentia.

In Hymno Iste Confessor dicitur:

Hac die laetus méruit supremos

Laudis honores.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beati Pauli Confessoris tui ánnua solemnitate laetificas: concède propítius; ut, cujus natalitia colimus, etiam acciónes imitemur. Per Dóminum.

Pro S. Hilario, Aña. O

Doctor óptime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Hilari, divinae legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

¶. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. R̄. Ad sacrificándum ei hóstiám laudis.

Oratio. Deus, qui pópulo tuo, lxii.

Deinde pro comm. sancti Mauri Abbatis. Aña. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

¶. Justum dedúxit Dñs per vias rectas. R̄. Et osténdit illi regnum Dei.

Sed si Festum S. Pauli transferatur, non variantur Añae et ¶. sed dicuntur ut in eodem Comuni.

Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quaesumus Dñe, beati Mauri Abbatis commendet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dñum.

Lectiões primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**AULUS**, Eremitarum auctor et magister, apud inferiorem Thebaidem natus, cum quindecim esset annorum, orbatus parentibus est. Qui postea declinandae causa persecutionis Decii et Valeriani, et Deo liberius inserviendi, in eremi speluncam se contulit: ubi, palma ei victum et vestitum praebente, vixit ad centesimum et decimum tertium annum; quo tempore ab Antonio nonagenario Dei admōnitu inuisitur. Quibus inter se, cum antea non nossent, proprio nomine consalutantibus, et multa de regno Dei colloquentibus, corvus, qui antea semper Paulo dimidiatum panem attulerat, integrum detulit.

**R.** Honestum fecit illum Dñs, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.—Et dedit.

Lectio v.

**P**OST corvi discessum: Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misé-

ricors. Sexaginta jam anni sunt, cum accipio quotidie dimidii panis fragmentum, nunc ad adventum tuum militibus suis Christus duplicavit annonam. Quare cum gratiarum actione ad fontem capientes cibum, ubi tantisper recreati sunt, iterum gratiis de more Deo actis, noctem in divinis laudibus consumpsérunt. Dítulo Paulus de morte, quae sibi instaret, admonens Antonium, hortatur, ut pallium, quod ab Athanasio accepérat, ad involvendum suum corpus afferret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum et Apostolorum coetus, Pauli animam in coelum ascendere.

**R.** Amavit eum Dñs, et ornavit eum: stolam glóriæ induit eum,\* Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dñs lorícam fidei, et ornavit eum.—Et ad portas.

Lectio vi.

**Q**U M Q U E ad ejus cellam pervenisset, invenit genibus complicatis, erecta cervice, extensisque in altum manibus corpus exanime: quod pallio obvolvens, Hymnosque et Psalmos ex Christiana traditione decantans, cum sarculum, quo terram foderet, non haberet; duo

leones ex interiõre eremo, rápido cursu ad beati senis corpus feruntur: ut facile intelligeretur eos, quo modo poterant, ploratum edere: qui certatim terram pedibus effodiẽtes, foveam, quae hominem commode caperet, effecerunt. Qui cum abiissent, Antonius sanctum corpus in eum locum intulit: et injecta humo, tumulum ex Christiano more composuit: tunicam vero Pauli, quam in sportae modum ex palmae foliis ille sibi contextuerat, secum auferens, eo vestitu diebus solemnibus Paschae et Pentecostes, quoad vixit, usus est.

**R.** Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Quia te. **Gloria Patri.** Quia te.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang. **Confiteor tibi Pater**, de Comm. Abbatum, ii. loco. c.

Pro S. Mauro, Abbate.

Lectio ix.



**AURUS** nobilis Romanus, puer a patre Eutychio, Deo sub sancti Benedicti disciplina oblatus,

brevi tantum divina gratia profecit, ut ipsi magistro admirationi esset: qui illum saepe veluti regularis observantiae, et virtutum omnium specimen, caeteris discipulis ad imitandum proponebat. Cujus adhuc adolescentis illud admirabilis obedientiae exemplum a sancto Gregorio Papa commemoratur. Nam cum Placidus monachus in lacum prolapsus, aquarum impetu raperetur, sancti Patris jussu accurrens Maurus, et super aquas incedens, socium capillis apprehensum, ad terram attraxit. Missus in Galliam ab eodem sancto Benedicto, celebri monasterio extructo, cui annos quadraginta praefuit, monasticam disciplinam mirifice propagavit. Denique sanctitate et miraculis clarus, septuagenario major migravit in coelum, anno salutis quingentesimo sexagesimo quinto.

**Te Deum laudamus. 18.**

Si hec festum contingat transferri, tunc nona Lectio dicitur de Communi: **Quod est fastigium. ci.**

In Laudibus pro commemorat. S. Mauri Abbatis.

**Añã.** Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

**V.** Amavit eum Dominus, et ornavit eum. **R.** Stulam gloriae induit eum.

Die xvi. Januarii. In Feste S. Mar-  
celli, Papae et Mart.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**M**ARCELLUS Romá-  
nus, a Constantio  
et Galerio usque ad Ma-  
xéntium Pontificátum ges-  
sit. Cujus hortátu Lucina  
Matróna Romána bonó-  
rum suórum Dei Eccle-  
siam fecit hærédem. Auc-  
to in Urbe fidélium núme-  
ro, ad eórum utilitátem, ad  
baptísmum pœnitentiám-  
que dandam iis, qui chri-  
stiánam religiónem sus-  
cíperent, et ad Mártyrum  
sepultúram, novos Títulos  
instituit, et quasi álteras  
diocésés distribuit. Qui-  
bus rebus ira incénsus Ma-  
xéntius, Marcéllo grávia  
supplícia minátur, nisi, de-  
pósito pontificátu, idólis  
immoláret.

Lectio v.

**Q**UI cum iusánas hó-  
minis voces negligé-  
ret, misit eum in ca-  
tábulum, ut bestiárum, quæ  
públice alebántur, curam  
sustinéret. Ubi Marcéllus  
assídus jejúniis et préci-  
bus novem menses vitam  
duxit, paróchias, quas  
præsens non póterat, visi-  
tans per epístolas. Inde  
eréptus a cléricis, hospítio

HIEMALI.

recípitur a beáta Lucína :  
in cujus ædibus Ecclesiám  
dedicávit, quæ hódie título  
sancti Marcélli nominátur:  
in qua et Christiáni orá-  
bant, et ipse beátus Mar-  
céllus prædicábat.

Lectio vj.

**Q**UIBUS cógnotis, Ma-  
xéntius in eam Ec-  
clésiám: catábuli bé-  
stias transférrí, et a Mar-  
céllo custodíri jubet : ubi  
loci sceditáte, multisque  
ærumnis afflictus, obdor-  
mívit in Dómino. Cujus  
corpus in cœmetério Pris-  
cillæ via Salária a beáta  
Lucína sepúltum est déci-  
mo séptimo Kaléndas Fe-  
bruárii. Sedit annos quin-  
que, mensem unum, dies  
viginti quinque. Scripsit  
epístolam ad Episcopos  
Antiochéne provincie de  
primátu Románe Eccle-  
siae, quam caput Ecclesiá-  
rum appellándam demón-  
strat. Ubi étiam illud  
scriptum est nullum Con-  
cílium jure celebrári, nisi  
ex auctoritáte Románi  
Pontíficis. Ordinávit mense  
Decémbri Romæ Presby-  
teros viginti quinque, Diá-  
conos duos, Episcopos per  
divérsa loca viginti unum.

\*

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

Oratio. Intercéssio. 538.

In ii. Vesperis fit comm. S. Marcelli Papae et Martyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R7. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**P**RECES pópuli tui, quaesumus Dómine, cleménter exáudi : ut beáti Marcélli, Mártiris tui atque Pontificis, méritis adjuvémur, cujus passióne laetámur. Per Dóminum

## DIE XVI. JANUARI.

In festo S. Marcelli, Papae et Martyris. Semiduplex.

Omnia de Comm. unius Martyris. **xxvii.** praeter ea quae hic propria habentur.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**M**ARCELLUS Románus, a Constantio et Galério usque ad Maxéntium Pontificátum gessit. Cujus hortátu Lucina matróna Romána, bonórum suórum Dei Ecclesiám fecit haerédem. Vi-

ginti quinque títulos in Urbe instituit, quasi dioecéses quasdam, et ad baptismum poenitentiamque eórum, qui ex infidélibus Christiáná religionem suscéperent, et ad Mártirum sepultúram. Quibus rebus ira incensus Maxéntius, Marcélló grávia supplicia minátur, nisi, depósito Pontificátu, idólis immoláret.

R7. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum : \* Et dedit illi claritátem aetérnam. V. Descendítque cum illo in sóveam : et in vínculis non derelíquit eum. — Et.

Lectio v.

**Q**UI cum insánas hóminis voces negligeret, misit eum in catábulum, ut bestiárum, quae públice alebántur, curam sustinéret. Ubi Marcéllus assídus jejúniis et précibus novem menses vitam duxit, paróchias, quas praesens non póterat, visitans per epístolas. Inde eréptus a cléricis, hospítio recípitur a beáta Lucína : in cujus aedibus Ecclesiám dedicávit, quae hódie título sancti Marcélli nominátur : in qua et Christiáni orábant, et ipse beátus Marcéllus praedicábat.

R7. Desidérium ánimae ejus tribuisti ei, Dómine, \*



Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. *V.* Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Et voluntate.

## Lectio vi.

**Q**UIBUS cognitis, Maxentius in eam Ecclesiam catubuli bestias transferrere, et a Marcello custodiri jubet: ubi loci foeditate, multisque aerumnis afflictus, obdormivit in Domino. Cujus corpus in coemeterio Priscillae via Salaria a beata Lucina sepultum est decimo septimo Kalendas Februarii. Sedit annos quinque, mensem unum, dies viginti quinque. Scripsit epistolam ad Episcopos Antiochenaev provinciae de Primatu Romanae Ecclesiae, quam caput Ecclesiarum appellandam demonstrat. Ubi etiam illud scriptum est, nullum Concilium jure celebrari, nisi ex auctoritate Romani Pontificis. Ordinavit mense Decembri Romae Presbyteros viginti quinque, Diaconos duos, Episcopos per diversa loca viginti unum.

*R.* Stola jucunditatis induit eum Dominus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. *V.* Cibavit illum Dominus pane

vitalis et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum. — Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papae in Evangelium: Si quis vult, de Communi unius Martyris li. loco. xli.

*R.* viii. Domine, praevenisti. xxxvii.

Vesperae de S. Antonio cum commemoratione S. Marcelli.

## DIE XVII. JANUARI.

In festo S. Antonii, Abbatis. Duplex.

Omnia de Communi Confess. non Pont. lxxxiii. praeter sequentia.

## Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quaesumus Domine, beati Antonii Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio S. Marcelli, Papae et Mart. Aña. Qui vult venire post me abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

*V.* Justus ut palma florabit. *R.* Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Preces populi tui, ut supra. 541.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**ANTONIUS** Ægyptius, nobilibus et christiánis paréntibus natus, quibus adolésceus orbátus est, cum ingressus Ecclesiám ex Evangelio audivisset : Si vis perfectus esse, vade, et vende ómnia quae habes, et da paupéribus : tamquam ea sibi dicta essent, sic Christo Dño obtemperándum existimávit. Itaque, vendita re familiári, pecúniám omnem paupéribus distribuit. Quibus solútus impediméntis, coeléstis vitae genus in terris cólere instítuit. Sed cum in periculósium illud certámen descénderet, ad fidei praesídium, quo erat armátus, adhibéndum sibi putávit subsidium reliquárum virtútum : quarum tanto stúdio incensus fuit, ut quemcúmque vidéret álqua virtútis laude excellentem, illum imitari studéret.

¶ Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum : \* Et dedit illi claritátem aetérnam. ¶ Justum dedúxit Dñs per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei.—Et dedit.

Lectio v.

**N**IHIL ígitur eo continéntius, nihil vigilántius erat. Patiéntia,

mansuetúdone, misericórdia, humilitáte, labóre, ac stúdio divinárum Scripturárum superábat omnes. Ab haereticórum et schismaticórum hóminum, máxime Arianórum, congréssu et collóquio sic abhorrébat, ut ne prope quidem ad eos accedéndum diceret. Humi jacébat, cum eum necessárius somnus occupáset. Jejúnium autem ádeo cóluit, ut salem tantúmmodo ad panem adhibéret, sitim aqua extingueret : neque se ante solis occásum cibo aut potu recreábat : saepe étiam bídium cibo abstinebat : saepíssime in oratióne pernoctábat. Cum talis tantúsque Dei miles evásisset Antónius, sanctíssimū júvenem hostis humáni géneris váriis tentatióibus aggréditur, quas ille jejúnio et oratióne vincébat. Nec vero frequens de sátana triúmpus secúrum reddébat Antóniū, qui diaboli innumerábiles artes nocéndi nóverat.

¶ Amávit eum Dñs, et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum. ¶ Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.—Et ad portas.

Lectio vi.

**ITAQUE** contulit se in vastíssimam Ægypti solitúdinem : ubi quotidie

ad christiánam perfecti-  
nem proficiens, daemones  
(quorum tanto erant ació-  
res ímpetus, quanto Antó-  
nius ad resisténdum fórtior  
evadébat) ita contémpsit,  
ut illis exprobráret imbec-  
illitatem: ac saepe discípu-  
los suos éxcitans ad pu-  
gnándum contra diabolum,  
docénsque quibus armis  
vincerétur: Mihi crédite,  
dicebat, fratres, pertiméscit  
sátanas piórum vigílias, ora-  
tiones, jejúnia, voluntáriam  
paupertatem, misericórdiã,  
et humilitatem, máxime  
vero ardéntem amórem in  
Christum Dóminum, cujus  
único sanctíssimae Crucis  
signo debilitátus áufugit.  
Sic autem daemónibus erat  
formidolósus, ut multi per  
Ægyptum ab illis agitati,  
invocáto nómine Antónii,  
liberarentur: tantaque erat  
ejus fama sanctitátis, ut per  
litteras se ejus orationibus  
Constantinus Magnus et  
filii commendarent. Qui  
aliquándo quintum et centé-  
simum annum agens, cum  
innumerábiles sui Institúti  
imitatóres habéret, convo-  
cátis mónachis, et ad per-  
féctam christiánae vitae  
régulam instrúctis, sancti-  
tate et miraculis clarus, mi-  
grávit in coelum, décimo  
sexto Kaléndas Februarii.

*Ry.* Iste homo perfécit  
ómnia, quae locútus est ei  
Deus, et dixit ad eum: In-

grédere in réquiem meam: \*  
Quia te vidi justum coram  
me ex ómnibus géntibus.  
V. Iste est qui contémpsit  
vitam mundi, et pervénit ad  
coeléstia regna. — Quia.  
Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Ho-  
milia sancti Gregorii Papae  
in Evangelium: **Sint lumbi**,  
de Communi Confess. non  
Pont. i. loco. **xcii.**

Vesperae de sequenti.

## DIE XVIII. JANUARI.

In festo Cathedrae S. Petri  
qua Romae primum  
sedit. Duplex.

### AD VESPERAS.

*Ant.* Ecce sacerdos, cum  
reliquis de Laudibus. Psalmus.  
**Dixit Dóminus**, cum  
reliquis ut in primis Vesperis  
de Communi Apostolorum. ii.

Capitulum. *Eccli.* xlv. c.



**C**CESacerdos ma-  
gnus, qui in dié-  
bus suis placuit  
Deo, et invéntus  
est justus: et in témpore  
iracúndiae factus est recon-  
ciliatio.

*Hymnus.*

**Q**UODCUMQUE in  
orbe néxibus revín-  
xeris,  
Erit revínctum, Petre, in  
arce síderum:  
Et quod resólvit hic poté-  
stas trá dita,

Erit solútum coeli in alto  
vértice :

In fine mundi iudicábis  
saeculum.

Patri perénne sit per ae-  
vum glória,

Tibique laudes conciná-  
mus ínclytas,

Ætérne Nate ; sit, supérne  
Spíritus,

Honor tibi decúsque : san-  
cta júgiter

Laudétur omne Trínitas  
per saeculum. Amen.

℣. Tu es Petrus. ℞. Et  
super hanc petram aedifi-  
cábo Ecclésiám meam.

Ad Magnificat, Antiphona.  
Tu es pastor óvium,  
princeps Apostolorum, tibi  
tráditae sunt claves regni  
coelórum.

Oratio.

**D**EUS, qui beáto Pe-  
tro Apóstolo tuo,  
collátis clávisbus regni coe-  
léstis, ligándi atque solvén-  
di pontificium tradidísti :  
concede ; ut intercessiónis  
ejus auxilio, a peccatórum  
nostrórum néxibus liberémur :  
Qui vivis.

Deinde fit commemoratio  
sancti Pauli ante alias  
quascunque commemoraciones,  
etiam Festi duplicis,  
aut Dominicæ. Quod  
et servatur in commemoracione  
sancti Petri, quæ fit  
in Festis sancti Pauli, Anti-  
phona. Sancte Paule Apó-  
stole, prædicátor veritátis,

et Doctór Géntium, inter-  
cède pro nobis ad Deum,  
qui te elégit.

℣. Tu es vas electiónis,  
sancte Paule Apóstole. ℞.  
Prædicátor veritátis in uni-  
vërso mundo.

Oratio.

**D**EUS, qui multitudi-  
nem Géntium beáti  
Pauli Apóstoli prædica-  
tione docuísti : da nobis,  
quaesumus ; ut, cujus com-  
memoraciónem cólimus,  
ejus apud te patrocínia sen-  
tiámus.

Postea fit comm. S. An-  
tonii, Aña. Hic vir despi-  
ciens mundum et terréna,  
triúmphans, divitias coelo  
côndidit ore, manu.

℣. Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. ℞.  
Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Intercéssio. 542.

Postremo fit comm. S.  
Priscæ Virg. et Mart. Aña.  
Veni sponsa Christi, accípe  
corónam, quam tibi Dñus  
præparávit in aetérnum.

℣. Spécie tua, et pulchri-  
túdine tua. ℞. Inténde,  
próspere procéde, et regna.

Oratio.

**D**A quaesumus, omni-  
potens Deus : ut, qui  
beatæ Priscæ Virgínis et  
Mártýris tuæ natalitia có-  
limus, et ánnua solemnitáte  
laetémur, et tantæ fidei  
proficiámus exémplo. Per  
Dóminum.

## AD MATUTINUM.

Invitator. Tu es pastor óvium, princeps Apostolorum: \* Tibi tradidit Deus claves regni coelorum. Ps. Venite. 2.

Hymnus. Quodcúmque, ut supra in Vesperis. 544.

In primo Nocturno.

Añsa. **Beátus vir**, cum aliis Añsis, Psal. et Versiculis de Communi Conf. Pont. lxii.

Incipit Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

Lectio i *Cap. i.*



**P**ETRUS Apóstolus Jesu Christi, eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiae, Cappadóciae, Asiae, et Bithyniae, secúndum praesciéntiam Dei Patris, in sanctificatióem Spiritus, in obediéntiam, et aspersionem sanguinis Jesu Christi: Grátia vobis et pax multiplicétur. Benedíctus Deus et Pater Dñi nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnani regenerávit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mórtuis, in haereditátem incorruptibilem, et incontaminátam, et immarcescibilem, conservátam in coelis in vobis, qui in virtúte Dei custodimini per fidem in salutem, parátam revelári in tẽpore novíssimo.

R̄. Simon Petre, ántequam de navi vocárem te, novi te, et super plebem meam principem te constítui, \* Et claves regni coelorum tradidi tibi. V̄. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in coelis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in coelis. — Et claves.

Lectio ii.

**I**N quo exultábitis, opórtet contristári in váriis tentatióibus: ut probatio vestrae fidei multo pretiósior auro, (quod per ignem probátur), inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi; quem cum non vidéritis diligitis: in quem nunc quoque non vidéntes créditis: credéntes autem exultábitis laetitia inenarrábilis, et gloriificáta: reportántes finem fidei vestrae, salutem animárum.

R̄. Si diligis me, Simon Petre, pascẽ oves meas. Dómine, tu nosti, quia amo te. \* Et ánimam meam pono pro te. V̄. Si oportúerit me mori tecum, non te negábo. — Et ánimam meam.

Lectio iii.

**D**E qua salutẽ exquísierunt, atque scrutáti sunt Prophetae, qui

de futura in vobis gratia prophetaverunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: praenuntians eas, quae in Christo sunt, passiones, et posteriores glorias: quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quae nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de coelo, in quem desiderant Angeli prospicere.

R. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalerunt adversus eam: \* Et tibi dabo claves regni caelorum. V. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.—Et tibi dabo. Glória Patri. Et tibi dabo.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Leonis Papae.  
Serm. i. de SS. Apost. Petro et Paulo, ante medium.

Lectio iv.



U M duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent, be-

tissimus Petrus princeps apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur Imperii, ut lux veritatis, quae in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis homines in hac tunc urbe non essent? aut quae usquam Gentes ignorarent, quod Roma didicisset?

R. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi: \* Et ideo tibi traditae sunt claves regni caelorum. V. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.—Et ideo.

Lectio v.

**H**IC conculcandae philosophiae opiniones, hic dissolvendae erant terrenae sapientiae vanitates, hic confutandi daemonum cultus, hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda, ubi diligentissima superstitione habebatur collectum quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo Urbem tu, beatissime Petre Apostole, venire non metuis: et consorte gloriae tuae Paulo Apostolo, aliarum adhuc Ecclesiarum

ordinati6nibus occupato, silvam istam frem6ntium besti6rum, et turbulentissimae profunditatis Oce6num constantior, quam cum supra mare grader6ris, ingr6deris.

Ry. Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua : Et tu aliqu6ndo conversus confirma fratres tuos. V. Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in coelis. — Et tu.

Lectio vi.

**J**AM p6pulos, qui ex circumcisi6ne crediderant, erudieras : jam Antioch6nam Ecclesi6m, ubi primum Christi6ni n6minis dignitas est orta fundaveras : jam Pontum, Gal6tiam, Cappad6ciam, Asiam, atque Bithyniam l6gibus Evang6licae praedicationis impl6veras : nec aut d6buis de provectu 6peris, aut de sp6tio tuae ign6rus aetatis, trophaeum crucis Christi Rom6nis arcibus infer6bas ; quo te divinis praedordinati6nibus antefabant et honor potestatis, et gl6ria passi6nis.

Ry. Petre, amas me ? tu scis, D6mine, quia amo te.\* Pasce oves meas. V. Simon Jo6nnis, d6ligis me plus his ? tu scis, D6mine, quia amote. — Pasce. Gl6ria Patri. Pasce.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evang6lii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xvi. 6.

**I**N illo tempore : Venit Jesus in partes Caesareae Philippi : et interrogabat discipulos suos, dicens : Quem dicunt h6m6nes esse Filium h6minis ? Et reliqua.

Homilia S. Hil6rii Episc. *Comment. in Matth. cap. xvi post initium.*



**D**OMINUS a discipulis requirit, quem se h6m6nes esse dicerent : et adjecit, h6minis Filium. Haec enim confessi6nis tenenda r6tio est, ut sicut Dei Filium, ita et filium h6minis memin6rimus : quia 6lterum sine 6ltero nihil spei tribuit ad salutem. Editis itaque, quae diversae de eo erant, h6minum opini6nibus, quid de se ipsi sentiunt, quaerit. Petrus respondiit : Tu es Christus Filius Dei vivi. Sed Petrus conditiones propositionis expenderat. D6nus enim dixerat : Quem me h6m6nes esse dicunt, Filium h6minis ? Et certe filium h6minis contemplati6 corporis praeferebat. Sed add6ndo : quem me esse dicunt, significavit, praeter id quod in se videbatur, esse 6liud sentiendum : erat enim h6minis filius. Quod igitur

de se opinandi iudicium desiderabat? Non illud arbitramur, quod de se ipse confessus est: sed occultum erat, de quo quaerebatur, in quod se credentium fides debebat extendere.

Ry. Quem dicunt homines esse Filium hominis? dixit Jesus discipulis suis. Respondens Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. \* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. V. Beatus es, Simon Bar-Jóna, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in coelis.—Et ego.

Lectio viii.

**E**T dignum plane confessio Petri prae-mium consecuta est: quia Dei Filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanum oculos intendisse et vidisse laudatus est: non id quod ex carne et sanguine erat contuens, sed Dei Filium coelestis Patris revelatione conspiciens, dignusque iudicatus, qui, quod in Christo Dei esset, primus agnosceret. ¶ O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiae fundamentum: dignaque aedificatione illius petra, quae infernas leges, et tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret! O beatus coeli ja-

nitore, cujus arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cujus terrestri iudicium praeiudicata auctoritas sit in coelo! ut quae in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant et in coelo.

Ry. Eligit te Dominus sacerdotem sibi, ad sacrificandum ei \* Hostiam laudis. V. Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua.—Hostiam. Gloria Patri. Hostiam.

Si Festum Cathedrae transferri contigerit, et in illa die non occurrat Festum Simplex habens Lectionem propriam, tunc ex octava Lectione fiant duae, juxta signum ¶ supra expressum.

Pro S. Prisca, Virg. et Mart.

Lectio ix.



**P**RISCA, nobilis virgo Romana, tredecim annos nata, Claudio Imperatore, christianae fidei accusata, ejusdem jussu ducta ad Apollinis templum, ut idolis immolaret, cum rem detestaretur, colaphis caesa, in carcerem traditur: atque inde emissa, cum in fidei constantia perseveraret, affecta verberebus, ferentique adipi delibuta, rursus in carcerem includitur. Post triduum in amphitheatrum producta, leoni objicitur: qui suae feritatis



oblitus, humiliter se ad ejus pedes abjecit. Quae postea in ergástulo triduo inedia afflicta in equúleo suspenditur, et úngulis férreis excarnificáta, in rogam injicitur, unde étiam mirabiliter evásit incólumis. Dénique extra Urbem cápite abscisso, virginitátis palmam martyrii coróna cumulávit. Cujus corpus via Ostiénsi, décimo ab Urbe milliário, a Christiánis decimoquinto Kaléndas Februárii sepelitur.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ecce sacerdos magnus, \* qui in diébus suis placuit Deo, et inventus est justus. Psalmus. Dóminus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Non est inventus \* símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

3. Ideo jurejurando\* fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

4. Sacerdotes Dei, benedicite Dñum : servi Dñi, hymnum dicite Deo, alleluia.

5. Serve bone\* et fidélis, intra in gáudium Dñi tui.

Capitulum. *Eccli. xlv. c.*

**E**CCE sacerdos magnus, qui in diébus suis placuit Deo, et inventus est justus : et in témpore iracúndiae factus est reconciliatio.

Hymnus.

**B**EATE Pastor Petre, clemens accipe Voces precántum, criminúmque víncula Verbo resólve, cui potéstas trá dita

Aperire terris coelum, apértum cláudere.

Sit Trinitáti sempitérna glória,

Honor, potéstas, atque jubilatio,

In unitate, quae gubernat ómnia,

Per univérsa aeternitátis saecula. Amen.

V. Exáltent eum in Ecclésia plebis. R. Et in cáthedra seniórú laudent eum.

Ad Bened. Añae. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in coelis : et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in coelis : dicit Dóminus Simóni Petro.

Oratio. Deus, qui beáto Petro. 545.

Deinde fit comm. sancti Pauli, ut supra. 545.

Postea S. Priscac, Añae. Símile est regnum coelórum hómini negotiátóri quae rénti bonas margarítas : invénta una pretiósá, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedixit te Deus in aetérnum.

Oratio. Da, quaesumus.

545. Ad Horas, omnia de Communi Confessoris Pontificis. lxxii.

AD VESPERAS.

Añā. Ecce sacerdos, cum reliquis de Laudibus. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Comm. Apost. ii; et loco ultimi Psalmus. Meménto, Dómine. lxxiii.

Capitulum et Hymnus, ut supra in primis Vesp. 544.

V. Elégit te Dóminus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstiā laudis.

Ad Magnif. Añā. Dum esset summus Póntifex, terrena non méruit, sed ad coeléstia regna gloriósus migrávit.

Oratio. Deus, qui beáto Petro, ut supra. 545.

Postea fit commem. S. Pauli, ut supra in primis Vesperis. 545.

Deinde de S. Canuto Martyre, necnon de SS. Mario et Sociis Martyribus ut infra.

DIE XIX. JANUARI.

In festo S. Canuti Regis et Martyris.

Semiduplex ad libitum.

Si occurrat in Dominica, vel infra Octavam, omittitur cum non sit transférendum.

Omnia dic. de Communi unius Mart. xxvii. prae-ter ea quae hic habentur.

Añā. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**D**EUS, qui ad illustrándam Ecclésiā tuā, deátum Canútum regem martyrii palma et gloriósus miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius: ut, sicut ipse Dominicae passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestigia gradiétes, ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Per eúdem Dóminum.

Et fit comm. SS. Marii, et Sociorum Mart. Añā. Istórum est enim regnum coelórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Laetámini in Dño, et exultáte, justi. R. Et gloriámini, omnes recti corde

Oratio.

**E**XAUDI, Dómine, pópulum tuum, cum Sanctórum tuórum patrocinio supplicántem: ut et

temporalis vitae nos tribuas  
pace gaudere, et aeternae  
reperire subsidium. Per  
Dominum.

Lectiones primi Nocturni  
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**CANUTUS** Quar-  
tus, Suenonis Es-  
thritii Danorum  
regis filius, fide,  
pictate et morum honestate  
conspicuus, eximia sancti-  
tatis a teneris annis spe-  
cimen dedit. Paternum  
sceptrum summa omnium  
acclamatione adeptus, Reli-  
gioni promovendae sedulo  
incumbere, Ecclesias redi-  
tibus augere, et pretiosa  
suppellectili ornare coepit.  
Tum zelo propagandae fidei  
succensus, barbara regna  
justo certamine aggressus,  
devictas subditasque natio-  
nes Christianae legi subju-  
gavit. Victoriis autem plu-  
rimis gloriosus, et divitiis  
auctus, regale diadema ad  
Christi crucifixi pedes abje-  
cit; se et regnum illi subji-  
ciens, qui Rex regum est, et  
Dñus dominantium. Cor-  
pus suum jejuniis, ciliciis  
et flagellis castigavit. In  
oratione et contemplatione  
assiduus, erga pauperes  
profusus, erga omnes bene-  
ficus semper fuit: nec un-  
quam a justitiae divinaeque  
legis semita deflexit.

R7. Honestum fecit illum  
Dominus, et custodivit eum  
ab inimicis, et a seductori-  
bus tutavit illum: \* Et de-  
dit illi claritatem aeternam.  
V. Descenditque cum illo  
in foveam: et in vinculis  
non dereliquit eum.— Et  
dedit illi.

Lectio v.

**HIS** aliisque virtutibus  
imbutus, ad supre-  
mum perfectionis apicem  
sanctus Rex properabat.  
Accidit autem ut Angliae  
regnum a Wilhelmo Nor-  
mannorum duce, formidabi-  
li exercitu invaderetur.  
Anglis vero, Danorum opem  
implorantibus, cum succur-  
rere Rex decrevisset, belli  
expeditionem Olao fratri  
commisit. Qui regnandi  
cupiditate illectus, arma  
vertit in Regis perniciem,  
militibus et populo contra  
illum concitatis. Nec de-  
fuerunt rebellionis fomenta.  
cum enim Rex, editis legi-  
bus, decimas Ecclesiis solvi,  
Dei et Ecclesiae praecpta  
servari, transgressores puni-  
ri sanxisset, plerique per-  
versi ac scelerati homines  
exacerbati, primum quidem  
tumultuari, tum plebem  
commovere, ac tandem san-  
ctissimo Regi necem moliri  
coeperunt.

R7. Desiderium animae  
ejus tribulasti ei, Dñe, \* Et  
voluntate labiorum ejus non

fraudasti eum. V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.— Et voluntate.

Lectio vi.

**S**CIENS igitur Rex, futurorum praescius, mortem sibi propter justitiam imminere; ea praenuntiata, ad Ecclesiam sancti Albani martyris Othoniae, tamquam ad locum certaminis, profectus est: et Sacramentis munitus, agnem suum Dño commendabat. Mox ibi adveniens conjuratorum multitudo, Ecclesiae ignem admovere, fores confringere et in eam irrumpere tentarunt. Quod cum perficere non possent, ad fenestras accedentes, saxa et sagittas in sanctum Regem, flexis genibus pro inimicis orantem, magno impetu jaculari non cessarunt: donec lapidum et telorum ictibus, ac tandem lancea confossus, glorioso martyrio, ante altare extensis brachiis procumbens, coronatus est, sedente in Apostolico throno Gregorio Séptimo. Multis postea miraculis Martyrem suum illustravit Deus. Nam gravi penuria et diversis calamitatibus oppressa Dania, patrii sacrilegii poenas luit. Plures etiam variis

languoribus afflicti, ad ejus tumulum remedium et incolumitatem consecuti sunt. Cumque Regina sacrum ejus corpus noctu clam surripere, et alio transferre conaretur, emisso coelitus ingenti splendore perterrita, a proposito cessavit.

R. Stola jucunditatis induit eum Dñs: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. V. Cibavit illum Dñs pane vitae et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum.—Et coronam. Gloria Patri. Et coronam

In tertio Nocturno.

Homilia sancti Gregorii Papae in Evangelium: Si quis vult post me venire, de Communi unius Mart. ii. loco. xli.

Pro SS. Mario, Martha, Audiface et Abachum Mart.

Lectio ix.

**A**RIUS Persa, nobili loco natus, cum Martha conjugate pari nobilitate, et duobus filiis Audiface et Abachum, Romam venit, Claudio Imperatore, ut Martyrum sepulchra veneraretur. Ibi Christianos in vincula conjectos fovebant, et opera ac facultatibus suis sustentabant, et Sanctorum corpora sepeliabant. Quamobrem comprehensi omnes, cum nec impiorum



minis, nec terróre commove-  
réntur, ut diis sacrificárent ;  
primum fústibus debilitáti ;  
deínde fúnibus attrácti,  
tum admótis candéntibus  
láminis combústi, et úngu-  
lis férreis excarnificáti sunt.  
Postrémo praecísis máni-  
bus, et ad collum alligátis,  
ducti per médiam Urbem,  
via Cornélia ad tértium  
décimum ab Urbe milliá-  
rium, in eum locum, qui  
Nymphé dicebátur, necán-  
tur : ac primum Martha,  
quae virum ac filios ad sup-  
plicia pro Jesu Christi fide  
constánter perferénda, vehe-  
ménter fúerat cohortáta :  
mox cacteris in eádem are-  
nária cervices abscindúntur,  
eorúmque córpora conji-  
ciúntur in ignem. Quae se-  
miústa, Felicitas matróna  
Romána nóbilis, colligénda,  
et in suo praedio sepeliénda  
curávit.

Te Deum laudámus. 18.

In Laudibus fit commém.  
SS. Marii et Sociorum  
Martyrum Aña. Vestri ca-  
pílli cápitis omnes numeráti  
sunt : nolite timére : multis  
passéribus meliôres estis  
vos.

V. Exultábunt sancti in  
glória. R. Laetabúntur in  
cubilibus suis.

Oratio. Exáudi. 55r.

Vesperae de sequenti  
Festo cum commemorat.  
S. Canuti, Martyris.

## DIE XZ. JANUARIÍ.

In festo SS. Fabiani et  
Sebastiani, Martyrum.

Duplex.

Omnia de Comuni plur.  
Mart. xlv. exceptis his quae  
hic ponuntur.

Oratio.

**I**NFIRMITATEM  
nostram respice, omni-  
potens Deus : et, quia pon-  
dus próprie acciónis gravat,  
beatórum mártýrum  
tuórum Fabiáni et Sebastiáni  
intercessió gloriósa nos  
próteget. Per Dóminum.

Pro commém. S. Canuti,  
Mart. Aña. Qui vult veníre  
post me, ábneget semet-  
ipsum et tollat crucem  
suam, et sequátur me.

V. Justus ut palma floré-  
bit. R. Sicut cedrus Lí-  
bani multiplicábitur.

Oratio ut supra.

Lecciónes primi Nocturni  
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lección iv.



**F**ABIANUS Ro-  
mánus a Maxi-  
mino usque ad  
Décium regens  
Ecclesiám, septem Diáconis  
regiónes divisit, qui páupe-  
rum curam habérent. Tóti-  
dem Subdiáconos creávit,  
qui res gestas Mártýrum a  
septem Notáriis scriptas  
collígerent. Idem státuit,  
ut quotánnis Féria quinta

in Coena Dñi, vètere combústo, Chrisma renóvarétur. Dénique décimo tertio Kaléndas Februárii, in persecutióne Déciimartyrio coronátus, in coemetério Callisti via Appia sepelitur, cum sedísset annos quíndecim, dies quátuor. Hic fecit Ordinatiónes quinque mense Decémbri, quibus creávit Presbyteros viginti duos, Diáconos septem, Epíscopos per divérsa loca úndecim.

Ry. Sancti tui, Dómine, mirábile consecúti sunt iter, serviétes praecéptis tuis, ut inveniréntur illaesi in aquis válidis: Terra appáruit árida: et in mari Rubro via sine impediméto. V. Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquae, et torréntes inundáverunt. — Terra.

Lectio v.



**SEBASTIANUS** ex patre Narbonénsi, matre Mediolanénsi natus, ob géneris nobilitátem et virtútem Diocletiano carus fuit. Dux primae cohórtis, Christiános, quorum fidem clam colébat, ópera et facultátibus adjuvábatur: et qui ex eis tormentórum vim reformidáre videbántur, cohortatióne sic confirmábat, ut pro Jesu Christo multi se ultro tortóribus offerrent.

In illis fuére Marcus et Marcellianus fratres, qui Romae in custódia erant apud Nicóstratum: cujus uxor Zoë vocem, quam amiserat, Sebastiani oratione recuperávit. Quibus Diocletiano delátis, Sebastianum accersit, et vehementius objurgátum, ómnibus artificii a Christi fide conátur avértere. Sed cum nihil nec pollicéndo, nec teréndó proficeret, ad palum alligátum sagittis configi jubet.

Ry. Vèrbera carnificum non timuérunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine: Ut haerédes fierent in domo Dómini. V. Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia. — Ut haerédes.

Lectio vi.

**Q**UEM ómnium opinióné mórtuum, noctu sancta múlter Iréne sepeliéndi grátia jussit auferri: sed vivum repértum, domi suae curávit. Itaque paulo post, confirmáta valetúdine, Diocletiano óbviatus factus, ejus impietátem libérior accusávit. Cujus aspéctu cum ille primum obstupuíssset, quod mórtuum crederet, rei novitáte, et acri Sebastiani reprehensióne excandéscens, eum támdiu virgis caedi imperávit, donec ánimam Deo réderet.

Ejus corpus in cloacam de-  
jéctum, Lucina a Sebastia-  
no in somnis admónita ubi  
esset, et quo loco humári  
vellet, ad Catacúmbas se-  
peliuit, ubi sancti Sebastiani  
nómine célebris Ecclesia est  
aedificáta.

R. Tamquam aurum in  
fornáce probávit eléctos  
Dóminus, et quasi holo-  
causti hóstiam accépit illos:  
et in témpore erit respéctus  
illórum: Quóniam donum  
et pax est eléctis Dei. V.  
Qui confidunt in illum, in-  
télligent veritátem, et fidéles  
in dilectióne acquiescent  
illi.—Quóniam. Glória Pa-  
tri. Quóniam.

In tertio Nocturno legi-  
tur Homilia S. Ambrosii  
Episcopi in Evang. Descén-  
dens Jesus, de Comuni  
plurim. Mart. ii. loco. lviii.

In secundis Vesperis a  
Capitulo fit de S. Agnete.

### DIE XXI. JANUARIIL.

In festo S. Agnetis,  
Virg. et Martyris.  
Duplex.

Si hoc Festum transferri  
contingat in aliam diem,  
vel ob aliquam causam de  
ipso sint primae Vesperae  
celebrandae, tunc dicitur  
sequens Antiphona **Ingrés-  
sa Agnes**, cum reliquis de  
Laudibus. 564. Psalm. Dixit  
Dñus, cum reliquis ut in  
primis Vesperis Apost. ii.

Capitulum. *Eccli. li.*

**C**ONFITEBOR  
tibi Dómine Rex,  
et collaudábo te  
Deum Salvató-  
rem meum. Confitébor nó-  
mini tuo: quóniam adjutor  
et protéctor factus es mihi,  
et liberásti corpus meum  
a perditíone.

Hymnus.

**J**ESU, coróna Virgi-  
num,  
Quem Mater illa cóncipit,  
Quae sola Virgo párturit,  
Haec vota clemens áccipe.

Qui pergis inter Illia,  
Septus choréis virginum,  
Sponsus decórus glória,  
Sponsisque reddens prae-  
mia.

Quocúmque tendis, vir-  
gines  
Sequúntur, atque láudibus  
Post te canéntes cúrsitant,  
Hymnósque dulces péro-  
nant.

Te deprecámur súpplices,  
Nostris ut addas sénsibus,  
Nescíre prorsus ómnia  
Corruptiónis vúlnera.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paráclito  
In saeculórum saecula.

Amen.

V. Spécie tua, et pulchri-  
túdine tua. R. Inténde,  
próspere procéde, et regna.

Ad Magnif. Ana. Beáta  
Agnes in médio flammárum  
expánsis mánibus orábat :

Te déprecor, omnípotens,  
adoránde, colénde, Pater  
metuénde, quia per sanctum  
Filiū tuū evási minas  
sacrilegi tyránni, et carnis  
spurcítias immaculáto calle  
transivi : et ecce vénio ad te,  
quem amávi, quem quaesi-  
vi, quem semper optávi.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sem-  
pitérne Deus, qui  
infirma mundi éligris, ut  
fórtia quaeque confúndas :  
concedé propítius ; ut qui  
beátae Agnétis, virginis et  
mártyris tuae, solémnia có-  
limus, ejus apud te patro-  
cínia sentiámus. Per Dñum.

Pro commemorat. SS.

Fabiani et Sebastiani, Aña.  
Gaudent in coelis ánimae  
sanctórum qui Christi vesti-  
gia sunt secúti : et quia  
pro ejus amóre sánguinem  
suum fuderunt, ídeo cum  
Christo exúltant sine fine.

V. Exultábunt sancti in  
glória. R. Lactabúntur in  
cubílibus suis.

Oratio. Infirmítatem no-  
stram. ut supra in primis  
Vesperis. 554.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Virgínium  
Dóminum \* Veníte, adoré-  
mus. Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

**V**IRGINIS Proles,  
Opiféxque Matris,  
Virgo quem gessit, pepe-  
ríttque Virgo ;

Virgínis partos cánimus  
decóra

Morte triúmpos.

Haec enim palmae dú-  
plicis beáta

Sorte, dum gessit fráguilem  
domáre

Córpóris sexum, dómuit  
cruéntum

Caede tyránnum.

Unde nec mortem, nec  
amíca mortis

Mille poenárum génera ex-  
pavéscens,

Sánguine effúso mérui se-  
rénum

Scándere coelum.

Hujus orátu, Deus alme,  
nobis

Débitas poenas scélerum  
remitte ;

Ut tibi puro resonémus  
alium

Péctore carmen.

Sit decus Patri, genitae-  
que Proli,

Et tibi compar utriúsque  
virtus

Spirítus semper, Deus unus  
omni

Témporis aevo. Amen.

In tertio Nocturno.

Aña. Discéde a me \* pábu-  
lum mortis, quia jam ab álío  
amatóre praevénta sum.  
Psalmi in i. et ii. Noct. de  
Comm. unius Mart. xxviii.

Aña. Déxteram meam,  
et collum meum cinxit la-  
pidibus pretiósís, trádidit  
áuribus meis inaeestimábiles  
margarítas.



Ána. Pósuít signum \* in fáciem meam, ut nullum praeter eum amatórem admittam.

V. Spécie tua, et pulchritudine tua. R. Inténde, prospere procéde, et regna.

De libro Ecclesiástici.

Lectio i. Cap. li.

**C**ONFITEBOR tibi, Dñe Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum. Confitébor nómini tuo : quóniam adjutor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditíone, a láqueo linguae iníquae, et a lábiis operántium mendácium, et in conspéctu astántium factus es mihi adjutor. Et liberásti me secúndum multitudinē misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus, praeparáti ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de portis tribulatiónum quae circumdedérunt me : a pressúra flammae quae circumdedit me, et in médio ignis non sum aestuáta : de altitúdine ventris ínferi, et a lingua coinquináta, et a verbo mendácii, a rege iníquo, et a lingua injústa.

R. Diem festum sacratíssimae vřrginis celebrémus quáliter passa sit beáta Agnes ad memóriam revocémus : tertiodécimo aetáti suae anno mortem

pérdidit, et vitam invénit : Quia solum vitae diléxit auctórem. V. Infántia quidem computabátur in annis, sed erat senéctus mentis imménsa.—Quia.

Lectio ii.

**L**AUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum, et vita mea appropinquans erat in ínferno deorsum. Circumdedérunt me úndique, et non erat qui adjuváret. Respiciens eram ad adjutórium hóminum, et non erat. Memoráta sum misericórdiae tuae, Dñe, et operatiónis tuae, quae a saeculo sunt : quóniam éruis sustinéntes te, Dñe, et líberas eos de mánibus géntium.

R. Déxteram meam et collum meum cinxit lapídibus pretiósus, trádidit áuribus meis inaeestimábiles margaritas ; \* Et circumdedit me vernántibus atque coruscántibus gemmis. V. Pósuít signum in fáciem meam, ut nullum praeter eum amatórem admittam.—Et circumdedit.

Lectio iii.

**E**XALTASTI super terram habitatiónem meam, et pro morte defluente deprecáta sum. Invozávi Dóminum patrem Dñi mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meae, et in témpore superbórum sine adjutório. Laudábo

nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nomini Domini.

R. Amo Christum, in cuius thalamum introibo, cuius mater virgo est, cuius pater feminam nescit, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant: Quem cum amavero, casta sum; cum tetigero munda sum; cum accipero, virgo sum. V. Annulo fidei suae subarravit me, et immensis monilibus ornavit me. — Quem. Gloria Patri. Quem.

In secundo Nocturno.

Añã. Induit me Dominus \* cyclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me.

Añã. Mel et lac \* ex ejus ore suscepi, et sanguis ejus ornavit genas meas.

Añã. Ipsi soli \* servo fidem, ipsi me tota devotione committo.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ex libro sancti Ambrósii Episcopi de Virginitate

LECTIO IV. Lib. I. post init.



ODIE natalis est virginis, integritatem sequamur. Natalis est martyris, hostias immolamus.

Natalis est sanctae Agnetis, mirentur viri, non despèrent parvuli, stupeant nuptae, imitentur innuptae. Sed quid dignum ea loqui possumus, cujus nomen quidem vacuum laudis est? Devotio supra aetatem, virtus supra naturam: ut mihi videatur non hominis habuisse nomen, sed oraculum martyris, quod indicavit quid esset futura. Nomen virginis titulus est pudoris. Appellabo martyrem: praedicavistis, sed oraculum titulus est, quae non quaeritur, sed tenetur. Nemo est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest. Quot homines, tot praecones, qui martyrem praedicant, dum loquuntur.

R. Induit me Dominus vestimento salutis, et indumento laetitiae circumdedit me; Et tamquam sponsam decoravit me corona. V. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas, circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemis. — Et tamquam.

LECTIO V.

**H**AEC tredecim annorum martyrium fecisse traditur. Quo destabilius crudelitas, quae nec minusculae pepercit aetati: immo magna vis fidei, quae etiam ab illa testimonium invenit aetate. Fuitne

in illo corpúsculo vúlneri locus? Et quae non hábuit quo ferrum recíperet, hábuit quo ferrum vinceret. Haec inter cruéntas carníficum impávida manus, haec stridéntium gráuibus immóbilibis tráctibus catenárum, nunc furéntis mucróni mílitis totum offérre corpus, mori adhuc néscia, sed paráta, vel si ad aras invíta raperétur, téndere Christo inter ignes manus, atque in ipsa sacrílegis focus trophaeum Dómini signáre victóris: nunc ferrátis colla manúsque ambas insérere néxibus. Sed nullus tam ténuia membra póterat nexus inclúdere. Novum martyrii genus. Nondum idónea poenae, et jam matúra victóriæ: certáre difficilis, fácilis coronári: magistérium virtútis implévit, quae praejudícium vehébat aetátis.

R̄. Mel et lac ex ejus ore suscépi,\* Et sanguis ejus ornávit genas meas. V. Osténdit mihi thesáuros incomparábiles, quos mihi se datúrum repromísit.—Et.

Lectio vi.

**N**ON sic ad thálamum nupta properáret, ut ad supplicii locum, laeta succéssu, gradu festína virgo procéssit. Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirári pleríque, quod tam fácile vitae suae pródiga, quam nondum

háuserat, jam quasi perfúncta donáret. Stupére universi, quod jam divinitátis testis existeret, quae adhuc árbitra sui per aetátem esse non posset. Quanto terróre egit cárnifex, ut timerétur, quantis blandítiis ut suadéret, quantórum vota ut sibi ad núptias proveniret? At illa: Et haec sponsi injúria est, inquit, expectáre placitúram. Qui me sibi prior elégit, accipiet: quid, percússor, moráris? Péreat corpus, quod amári potest óculis, quibus nolo. Stetit, orávit, cervicem inflexit. Cérneres trepidáre carníficem, quasi ipse addíctus fúisset, trémere percussóris dexteram, pallére ora aliéno tíméntis perículo, cum puélla non tíméret suo. Habétis ígitur in una hóstia duplex martyrium, pudóris et religiónis. Et virgo permánsit, et martyrium obtínuit.

R̄. Jam corpus ejus córpori meo sociátum est, et sanguis ejus ornávit genas meas: \* Cujus mater virgo est, cujus pater féminam nescit. V. Ipsi sum desponsáta, cui Angeli sérvíunt, cujus pulchritúdinem sol et luna mirántur.—Cujus. Glória Patri. Cujus.

In tertio Nocturno.

Añs. Cujus pulchritúdinem \* sol et luna mirántur, ipsi soli servo fidem.

## Psalms xiv.



**D**OMINE, quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, \* et operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, \* et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: \* timentes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, et non decipit, \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accipit.

Qui facit haec, \* non movebitur in aeternum.

Añã. Cujus pulchritudinem sol et luna mirantur, ipsi soli servo fidem.

Añã. Christus circumdedit me \* vernantibus atque coruscantibus gemmis pretiosis.

## Psalms xlv.

**E**RUCTAVIT cor meum verbum bonum: \* dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribae, \* velociter scribentis.

Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: \* propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua \* intende, prospere procede, et regna.

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent, \* in corda inimicorum regis.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi: \* virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitia prae consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: \* ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: \* circumdata varietate.

Audi filia, et inclina aurem tuam: \* et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: \* quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiae Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiae Regis ab intus, \* in fimbriis aúreis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : \* próximae ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in laetítia et exultatióne : \* adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in aetérnum : \* et in saeculum saeculi.

Añsa. Christus circúmdedit me vernántibus atque coruscántibus gemmis pretiósís.

Añsa. Ipsi sum desponsáta, \* cui Angeli sérvíunt, cujus pulchritúdinem sol et luna mirántur.

. Psalmus xlv.

**D**EUS noster refúgiū, et virtus : \* adjútor in tribulatióibus, quae invenerunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra : \* et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunť, et turbátae sunt aquae eórum : \* con-

turbáti sunt montes in fortitúdone ejus.

Flúminis ímpetus laetífícat civitátem Dei : \* sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : \* adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbátae sunt Gentes, et inclináta sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quae pósuit prodígia super terram : \* auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum cónteret, et confrínget arma : \* et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Añsa. Ipsi sum desponsáta, cui Angeli sérvíunt, cujus pulchritúdinem sol et luna mirántur.

V. Elégít eam Deus, et praelégít eam. R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Pater noster. Absolutio. A vñculis. V. Jube, domne, benedícere. Bened. Evangélica léctio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xxv.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum coelorum decem virginibus: quae accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsae. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homil. xii. in Evang.



**S**AEPER vos, fratres carissimi, admoneo prava opera fugere, mundi huius inquinamenta devitare: sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere, ut et bona quae agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc, quod a vobis rectum geritur, favor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis subrepat et quod foris ostenditur, intus a mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, et omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitudinis ianuam non omnes sunt receptae: quia earum quaedam, dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt.

R. Ipsi sum desponsata, cui Angeli serviunt, cuius pulchritudinem sol et luna mirantur: \* Ipsi soli servo

fidem, ipsi me tota devotione committo. V. Dextera meam et collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas.— Ipsi. Bened. Cujus festum colimus, ipsa intercedat.

Lectio viii.

**S**ED prius quaerendum nobis est, quid sit regnum coelorum, aut cur decem virginibus comparatur, quae etiam virgines prudentes et fatuae dicantur. Dum enim coelorum regnum constat, quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum nobis est, quod saepe in sacro eloquio regnum coelorum praesentis temporis Ecclesia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: Mittet Filius hominis Angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala. Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt, quae colligantur.

R. Omnipotens, adorande, colende, et tremende, benedico te: Quia per Filium tuum unigenitum evasi minas hominum impiorum, et spurcitas diaboli impolluto calle transivi. V. Te confiteor labiis, te corde, et totis visceribus

concupisco.—Quia. Glória Patri. Quia. Benedicção. Ad societátem.

Lectio ix.

**I**N quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit. Geminatus autem quinquarius denarius perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus similis esse denuntiatur. In qua, quia mali cum bonis, et reprobi cum electis admixti sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continentes, qui ab appetitu se exteriori custodiunt, et spe ad interiora rapiuntur, carnem macerant, et toto desiderio ad supernam patriam anhelant, aeterna praemia expectant, pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique, qui corpus per abstinenciam affligunt, sed de ipsa sua abstinencia humanos favores expectant.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ingressa Agnes \* turpitudinis locum, Angelum Dñi prae paratum invenit.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Mecum enim habeo \* custodem corporis mei, Angelum Domini.

3. Annulo suo \* subarrhavit me Dominus meus Jesus Christus, et tamquam sponsam decoravit me corona.

4. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinctus est a latere meo.

5. Congaudete mecum, \* et congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepisti.

Capitulum. Eccli. li.

**C**ONFITEBOR tibi, Domine Rex, et colaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus. Jesu corona, ut supra in primis Vesp. 556.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Bened. Añae. Ecce quod concupivi, \* jam video: quod speravi, jam teneo: ipsi sum juncta in coelis, quem in terris posita, tota devotioe dilexi.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiternus Deus, qui infirma mundi eligis, ut

fórtia quaeque confúndas : concéde propítius ; ut, qui beátae Agnetis, Virginis et Mártiris tuae, solénnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

## AD TERTIAM.

Aña. Mecum enim hábeo. Capitulum. Confitébor, ut supra.

R̄. br. Spécie tua, \* Et pulchritúdine tua. Spécie. V. Inténde, prospere procéde, et regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie.

V. Adjuvábít eam Deus vultu suo. R̄. Deus in médio ejus, non commovébitur.

## AD SEXTAM.

Aña. Annulo suo.

Capitulum. *Eccli. li.*

**L**IBERASTI me secúndum multitudínem misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus, praeparáti ad escam, de mánibus quae réntium ánimam meam, et de multis tribulatióibus quae circumdedérunt me.

R̄. br. Adjuvábít eam \* Deus vultu suo. Adjuvábít. V. Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábít.

V. Elégít eam Deus, et praeelégít eam. R̄. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

## AD NONAM.

Aña. Congaudéte mecum.

Capitulum. *Eccli. li.*

**L**AUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum : quóniam éruis sustinéntes te, et liberas eos de manu angústiae, Dómine Deus noster.

R̄. br. Elégít eam Deus, \* Et praeelégít eam. Elégít. V. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et praeelégít. Glória Patri. Elégít.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R̄. Proptérea benedixit te Deus in aeternū.

## AD VESPERAS.

Aña. Ingréssa Agnes, de Laudibus. Ps. Dixit Dñus, cum reliquis de Dominica. 135. et loco ultimi :

Psalmus cxlvii.

**A**UDA Jerúsalem Dóminum : \* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : \* benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : \* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terrae : \* velóeiter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : \* nébulam sicut cínere spargit,

Míttit crystállum suam sicut buccéllas : \* ante fáciem frigóris ejus quis sustinébit ?



Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : \* flabit spiritus ejus, et fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : \* justitias, et judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi : \* et judicia sua non manifestavit eis.

Capitulum et Hymnus ut supra in primis Vesp. 556.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℞. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnif. Añã. Stans beata Agnes \* in medio flammae, expansis manibus, orabat ad Dñum : Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te, et glorifico nomen tuum in aeternum.

Oratio. Omnipotens, ut supra. 564. Deinde fit commemoratio Festi sequentis.

## DIE XXII. JANUARIIL.

In festo SS. Vincentii et Anastasii Martyrum.  
Semiduplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum. xlv. praeter sequentia.

Añã. Istorum est enim regnum coelorum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

℣. Laetamini in Domino, et exultate justi. ℞. Et gloriamini, omnes recti corde.

Oratio.

**A**DESTO, Dómine, supplicationibus nostris : ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beatorum Martyrum tuorum Vincéntii et Anastásii intercessione liberemur. Per Dóminum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.



**V**INCENTIUS, Osaë in Hispania citeriore natus, a prima aetate studiis deditus, sacras litteras a Valerio CaesarAugustano Episcopo, propter linguae impedimentum, praedicationis officio fungi non poterat. Ea re ad Daciánum, provinciae a Diocletiano et Maximiano praepositum, delata, Vincéntius CaesarAugustae comprehenditur, et vincetus ad Daciánum Valentiam adducitur. Ubi verbéribus et equuleo tortus, multis praesentibus, cum nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate vel lenitate verborum a proposito deterreri posset; in cratricula impositus, prunis ardentibus suppositis, ac ferreis unguibus excarnificatus, candentibusque laminis exustus,

Iterum ducitur in carcerem stratum testaceis fragmentis, ut ejus nudum corpus, somno oppressum, a subjectis etiam testarum aculeis torqueretur.

R. Sancti tui, Domine, mirabile consecuti sunt iter, servientes praeceptis tuis, ut invenirentur illaesi in aquis validis: Terra apparuit arida: et in mari Rubro via sine impedimento. V. Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquae, et torrentes inundaverunt. — Terra.

LECTIO V.

TERUM, illo in tenebricosa incluso custodia, clarissimus splendor obortus totum carcerem illustravit: quae lux cum summa admiratione omnes, qui aderant, affecisset, res a custode carceris ad Daciannum defertur. Qui eductum in molli culcitra collocat: et quem cruciatus in suam sententiam trahere non poterat, deliciis perducere conatur. Sed invictus Vincentii animus, Jesu Christi fide speque munitus, vicit omnia: et ignis, ferri, tormentorum immanitate superata, victor ad coelestem martyrii coronam advolvit, undecimo Kalendas Februarii. Cujus corpus, cum projectum esset inhumatum, corvus et a volucri-

bus et a lupo, unguibus, rostro, alis mirabiliter defendit. Qua re cognita, Daciannus illud in altum mare demergi jubet: sed inde etiam divinitus ejectum ad littus, Christiani sepeliunt.

R. Verbera carnisficum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut haeredes fierent in domo Domini. V. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. — Ut haeredes.

LECTIO VI.

NASTASIUS Persa, monachus, Heraclio Imperatore, cum sanctam Jerosolymorum terram visitasset, ad Caesarream Palaestinae pro Christi religione vincula et verbera constanter perpessus est. Mox a Persis ob eandem causam variis cruciatus affectus, a rege Chosroa, una cum septuaginta aliis Christianis securi percuitur. Cujus reliquiae primum Jerosolymam ad monasterium, in quo monasticam vitam professus erat, deinde Romam delatae, collocatae sunt in monasterio ad Aquas Salvias.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, et quasi holocausti hostiam accepit illos: et in tempore erit respectus illorum. \* Quoniam donum

et pax est electis Dei. *V.* Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem, et fideles in dilectione acquiescent illi. — Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Cum audieritis praelia, de Comuni plurim. Mart. liii.

Vesperae a Capitulo de S. Raymundo, cum commemorat. praecedentis, et S. Emerentianae.

### DIE XXIII. JANUARI.

In festo S. Raymundi de Pennafort, Confessoris.  
Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pontif. lxxxiii. praeter ea quae hic habentur.

In hymno Iste Confessor dicatur:

Hac die laetus meruit supremos

Laudis honores.

Oratio.

**D**EUS, qui beatum Raymundum poenitentiae Sacramenti insignem ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti: concede; ut ejus intercessione dignos poenitentiae fructus facere, et ad aeternae salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

Deinde fit commemor. SS. Vincentii et Anastasii, Mar-

tyr. Añã. Gaudent in coelis animae sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.

*V.* Exultabunt sancti in gloria. *R.* Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio. Adesto. 565.

Postea S. Emerentianae, Virginis et Martyris, Añã. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum.

*V.* Specie tua, et pulchritudine tua. *R.* Intende, prospere procede, et regna.

Oratio.

**I**NDULGENTIAM nobis, quaesumus Domine, beata Emerentiana virgo et martyr impleret: quae tibi grata semper extitit et merito castitatis, et tuae professione virtutis. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**R**EATUS Raymundus Barcinensis, ex nobili familia de Pennafort, Christianae Religionis rudimentis imbutus, adhuc parvulus eximia animi, et corporis indole magnum aliquid portendere visus est.

Nam adolescens humaniores litteras in patria professus, Bononiam se contulit, ubi pietatis officiis, ac pontificio civiliq; juri sedulo incumbens, et doctoris laurea insignitus, ibidem sacros Canones magna cum hominum admiratione est interpretatus. Ejus virtutum fama percrebrescente, Berengarius Barcinonensis Episcopus, cum Roma suam ad Ecclesiam rediret, eum conveniendi causa Bononiam iter instituit, et tandem summis precibus, ut secum in patriam reverteretur, obtinuit. Mox ejusdem Ecclesiae Canonicatu, et Praepositura ornatus, universo Clero et populo, integritate, modestia, doctrina, et morum suavitate praefulsit, ac Deiparae Virginis, quam singulari pietatis affectu venerabatur, honorem et cultum semper pro viribus auxit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.— Et dedit.

LECTIO V.

**A**NNUM circiter quintum supra quadagesimum agens, in Ordine

Fratrum Praedicatorum, solenni emissa professione, ut novus miles, in omni virtutum genere, sed praecipue in charitate erga egenos, et maxime captivos ab infidelibus detentos, se exercuit. Unde cum ejus hortatu sanctus Petrus Nolasus (cujus ipse confessiones audiebat) suas opes piissimo huic operi conferret, tum eidem, tum beato Raymundo, et Jacobo Primo Aragoniae regi apprensens beatissima Virgo, gratissimum sibi et unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus captivos ex infidelium tyrannide liberandi cura incumberet. Quare collatis inter se consiliis, Ordinem beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum fundaverunt: cui beatus Raymundus certas vivendi leges praescripsit ad ejusdem Ordinis vocationem accommodatissimas; quarum approbationem aliquot post annos a Gregorio Nono impetravit, et dictum sanctum Petrum primum Generalem Ordinis Magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum,\* Et ad portas paradisi coronavit

eum. V. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.— Et ad portas.

## Lectio vi.

**A**B eódem Gregório Romam accersítus, et Capelláni, ac Poenitentiárii, et Confessárii sui múnere decorátus, ejúsdem jussu, Romanórum Pontíficum decreta, in diversis Conciliis et Epístolis sparsa, in unum Decretálíum volúmen redégit. Archiepiscopátum Tarraconénsem ab ipso Pontífice sibi oblátum constantíssime recusávit. Et totíus Ordinis Praedicatorum generále Magistérium, quod per biénnum sanctíssime administráverat, sponte dimísit: Jacóbo Aragóniae regi sacrae Inquisitionis officii suis in regnis instituéndi auctor fuit. Multa patrávit miracula; inter quae illud claríssimum, quod ex Insula Baleári Majóri Barcinónem reversúrus, strato super aquas pállio, centum sexaginta milliária sex horis confecerit, et suum coenóbium jánuis clausis fuerit ingressus. Tandem prope centenarius, virtúibus et méritis cumulátus, obdormívit in Dómino, anno salutis millésimo ducentésimo septuagésimo quinto, quem Clemens Octávus in Sanctorum número rétulit.

R̄. Iste homo perfécit ómnia, quae locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus Génitibus. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.— Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Sint lumbi, ut infra in Comuni. xcii.

Pro S. Emerentiana Virg. et Mart.

## Lectio ix.



**M**ERENTIANA virgo Romána, collactánea beatae Agnétis, adhuc catechúmena, fide et charitate flagrans, furéntes in Christiános idolórum cultóres cum veheméntius accusáret, a concitata multitúdine lapídibus óbruta est. Quae in cruciátibus orans ad sepúlchrum sanctae Agnétis, próprio sanguine, quem pro Christo constánter effúdit, baptizáta, ánimam Deo réddidit.

Te Deum laudámus. r8.

In Laudibus, fit commemorat. S. Emerentianae, Añã. Simile est regnum coelórum hómini negotiátóri quaerénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Oratio. Indulgentiam, ut supra. 567.

Vesperae a Capitulo de S. Timotheo Episcopo et Martyre, cum commemor. S. Raymundi.

## DIE XXIV. JANUARI.

In festo S. Timothei  
Episc. et Mart.  
Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xxvii. praeter sequentia.

Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus propriae actionis gravat, beati Timothei, Martyris tui atque Pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Deinde fit commemor. Sancti Raymundi, Aña. Hic vir despiciens mundum et terrena, triumphans, divitias coelo condidit ore, manu.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui beatum ut supra. 567.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**T**IMOTHEUS, Lystris in Lycaonia natus ex patre Gentili, et matre Judaea, Christianam colebat religionem, cum in ea loca venit Paulus Apostolus. Qui fama commotus, quae de Timothei sanctitate percrebuerat, ipsum adhibuit socium suae peregrinationis: sed propter Judaeos, qui se ad Christum converterant, scientes Timothei patrem esse Gentilem, eum circumcidit. Cum igitur ambo Ephesum venissent, ibi ordinatus est Episcopus ab Apostolo, ut eam Ecclesiam gubernaret.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. V. Descenditque cum illo in foveam: et in vinculis non dereliquit eum. — Et dedit illi.

Lectio v.

**A**D quem Apostolus duas Epistolas scripsit, alteram Laodicæ, alteram Roma: quibus in pastoralis officii cura confirmatus, cum sacrificium, quod uni Deo debetur, fieri daemonum simulacris ferre non posset, populum Ephesinum, Dianæ in ejus

celebritate immolantem, ab illa impietate removere conatus, lapidibus obrutus est : ac pene mortuus, a Christianis ereptus, et in montem oppido vicinum delatus, nono Kalendas Februarii obdormivit in Domino.

R. Desiderium animae ejus tribuisti ei, Domine, Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Et voluntate.

Sermo S. Augustini  
Episcopi.

*Serm. xlv. de Sanctis.*

Lectio vi.

**T**RIUMPHALIS beati martyris Timothei dies hodie nobis anniversaria celebritate recurrit : cujus glorificationi sicut congraudet Ecclesia, sic ejus proponit sequenda vestigia. Si enim compatimur et conglorificabimur. In cujus glorioso agone duo nobis praecipue consideranda sunt : indurata videlicet tortoris saevitia, et martyris invicta patientia. Saevitia tortoris, ut eam detestemur : patientia martyris, ut eam imitemur. Audi Psalmistam adversus malitiam increpantem : Noli aemulari in malignantibus :

quoniam tamquam foenum velociter arefcunt. Quod autem adversus malignantes patientia exhibenda sit, audi Apostolum suadentem : Patientia vobis necessaria est, ut reportetis promissiones.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus : Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. V. Cibavit illum Dominus pane vitae et intellectus : et aqua sapientiae salutaris potavit illum. — Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno. Homilia sancti Gregorii Papae in Evang. Si quis venit, de Communi unius Martyris. xxxvi.

Vesperae de Conversione S. Pauli.

## DIE XXV. JANUARIIL.

In conversione S. Pauli  
Apostoli. Duplex.

AD VESPERAS.

Aña. Ego plantavi, cum reliquis de Laudibus ut infra. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in primis Vesperis de Communi Apostolorum. ii.

Capitulum. Act. ix.

**S**AULUS adhuc spirans minarum, et caedis in discipulos Domini, accessit ad principem

Sacerdótum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : ut si quos invenisset hujus viae viros ac mulieres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.

Hymnus.

**G**REGIE Doctór Paule mores ínstrue, Et nostra tecum péctora in coelum trahe :

Veláta dum merídiem cernat Fides,

Et solis instar sola regnet Cháritas.

Sit Trinitáti sempitérna glória,

Honor, potéstas, atque jubilátió,

In unitáte, quae gubérnat ómnia

Per univérsa aeternitátis saecula. Amen.

V. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole. R. Praedicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnif. Añs. Vade Ananía, et quaere Saulum : ecce enim orat\* quia vas electiónis est mihi, ut portet nomen meum coram Géntibus, et régibus, et filiis Israël.

Oratio.

**D**EUS, qui univérsam mundum beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuisti : da nobis, quaesumus ; ut qui ejus hódie Conversiónem colimus, per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum.

Pro commemor. S. Petri. Añs. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditae sunt claves regni coelórum.

V. Tu es Petrus. R. Et super hanc petram aedificábo Ecclesiám meam.

Oratio.

**D**EUS, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clavibus regni coeléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidisti : concéde, ut intercessiónis ejus auxilio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur : Qui vivis.

Deinde fit commemorat S. Timothei, Añs. Qui vult veníre post me, abneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequáur me.

V. Justus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio. Infirmítatem nostram. 571.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudémus Deum nostrum.\* In Conversióné Doctóris Géntium. Ps. Veníte, exultémus. 2. Hymn. Egrégie Doctór, ut supra in Vesperis.

In primo Nocturno.

Añs. Qui operátus est \* Petro in Apostolátum, operátus est et mihi inter Gentes: et cognóverunt grátiam, quae data est mihi a Christo Dómino.



Psalmi ut in Comuni  
Apostolorum, v.

Añã. Scio cui credidi,\* et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem, justus iudex.

Añã. Mihi vivere \* Christus est, et mori lucrum : gloriari me oportet in cruce Domini nostri Jesu Christi.

V. In omnem terram exivit sonus eorum. R. Et in fines orbis terrae verba eorum.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. *Cap. ix.*



AULUS adhuc spirans minarum, et caedis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas : ut si quos invenisset hujus viae viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco : et subito circumfudit eum lux de coelo. Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi : Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit : Quis es, Dñe? Et ille : Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stmulum calcitrare.

R. Qui operatus est Petro in Apostolatam, operatus est et mihi inter Gentes : \* Et cognoverunt gratiam

Dei, quae data est mihi. V. Gratia Dei in me vacua non fuit, sed gratia ejus semper in me manet. — Et cognoverunt.

Lectio ii.

ET tremens, ac stupens dixit : Dñe, quid me vis facere ? Et Dominus ad eum : Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit.

R. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : \* Ideoque repõsita est mihi corona justitiae. V. Scio cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem. — Ideoque.

Lectio iii.

ERAT autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias : et dixit ad illum in visu Dominus : Anania. At ille ait : Ecce ego, Dñe. Et Dominus ad eum : Surge, et vade in vicum, qui vocatur Rectus :

et quaere in domo Judae Saulum nómine Tarsénsem: ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nómine introeúntem, et imponéntem sibi manus, ut visum recípiat.) Respóndit autem Ananías: Dómine, audívi a multis de viro hoc, quanta mala fécerit sanctis tuis in Jerúsalem: et hic habet potestátem a princípibus sacerdotum alligánda omnes, qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus: Vade, quóniam vas electi6nis est mihi iste, ut portet nomen meum coram Géntibus, et régibus, et filiis Israél. Ego enim osténdam illi quanta oporteat eum pro nómine meo pati.

R̄. Rep6sita est mihi corona justítiae: \* Quam reddet mihi Dóminus in illum diem, justus iudex. V. Scio cui crédidi, et certus sum, quia potens est dep6situm meum serváre in illum diem.—Quam. Gl6ria Patri. Quam.

In secundo Nocturno.

Aña. Tu es vas electi6nis, sancte Paule Ap6stole, praedicátor veritátis in univérso mundo.

Aña. Magnus sanctus \* Paulus vas electi6nis, vere digne est gloriandus; qui et méruit thronum duodécimum possidére.

Aña. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi.

V. Constitues eos príncipes super omnem terram. R̄. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. xiv. de Sanctis.

Lectio iv.



ODIE de Actibus Apostolorum lectio haec pronuntiata est: ubi Paulus Ap6stolus ex persecutore Christianorum, annuntiátor factus est Christi. Prostrávit enim Christus persecutorem, ut fáceret Ecclesiæ Doctorem: percútiens eum, et sanans; occidens, et vivificans: occisus a lupis, et fáciens agnos de lupis. Ita enim in praeclára Prophetía, cum Jacob Patriárcha benediceret filiis suis (praesentes tangens, futura prospiciens), praediétum erat, quod in Paulo contigit. Erat autem Paulus, sicut ipse testátur, de tribu Bénjamin. Cum autem Jacob, benedicens filios suos, venisset ad benedicendum Bénjamin, ait de illo: Bénjamin lupus rapax.

R̄. Tu es vas electi6nis, sancte Paule Ap6stole, praedicátor veritátis in univérso mundo: \* Per quem omnes

Gentes cognoverunt gratiam Dei. *V.* Intercède pro nobis ad Deum, qui te elegit.—Per quem.

*Lectio v*

**Q**UID ergo? lupus rapax semper? Absit; sed qui mane rapit praedam, ad vesperam dividit escas. Hoc in Apóstolo Paulo implétum est, quia et de illo dictum erat. Jam, si placet, audiámus illum mane rapiéntem, ad vesperam escas dividéntem. Mane et vespere pòsita sunt pro eo, ac si dicerétur, prius et pòstea. Sic ergo accipiámus: Prius rápiet, pòstea dividet escas. Atténdite raptórem. Saulus, inquit, accéptis epístolis a principibus sacerdotum, ibat, ut ubicúmque inveniret Christiános, ad sacerdotes attráheret et addúceret, útique puniéndos.

*R.* Grátia Dei sum id quod sum: \* Et grátia ejus in me vácuá non fuit, sed semper in me manet. *V.* Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est et mihi inter Gentes.—Et grátia.

*Lectio vi.*

**I**BAT spirans, et anhélans caedes, hoc est, mane rápiens. Nam et quando lapidátus est Stéphanus primus martyr pro nómine Christi, evidéntius

áderat et Saulus, et sic áderat lapidántibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis má nibus lapidáret. Ut enim esset in ómnium lapidántium má nibus, ipse ómnium vestiménta servábat: magis saeviens omnes adjuvándo, quam suis má nibus lapidándo. Audívimus, mane rápiet: videámus ad vesperam quáliter dívidat escas. Voce Christi prostrátus de coelo, et accípiens désuper interdíctum jam saeviéndi, cécidit in fáciem suam, prius prosternéndus, pòstea erigéndus: prius percutiéndus, pòstea sanándus.

*R.* Saulus, qui et Paulus, magnus praedicátor, \* A Deo confortátus convalescébat, et confundébat Judaeos. *V.* Osténdens quia hic est Christus Filius Dei.—A Deo. Glória Patri. A Deo.

*In tertio Nocturno.*

*Añae. 1.* Saulus, \* qui et Paulus, magnus praedicátor, a Deo confortátus convalescébat, et confundébat Judaeos.

*2.* Ne magnitúdo revelatió nũ extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meae, ángelus sátanae, qui me colaphizet: propter quod ter Dóminum rogávi, ut auferretur a me, et dixit mihi Dñus: Súfficit tibi, Paule, grátia mea.

3. Repósita est \* mihi coróna justítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus iudex.

¶ Nimis honoráti sunt amici tui, Deus. R. Nimis confortátus est principátus eórum.

Léctio sancti Evangélii secundum Matthaëum.

Lectio vii. Cap. xix. d.

**I**N illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis? Et réliqua. Homilia venerábilis Bedae Presbyteri.

*Homilia in natali sancti Benedicti.*



**I**MPERFECTUS ille est, qui ábiens vendit ómnia quae habet et dat paupéribus, ac véniens séquitur Christum : habébit enim thesáurum non deficientem in coelis. Unde bene interrogánte Petro, dixit talibus Jesus : Amen dico vobis, quod vos qui secúti estis me, in regeneratione, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suae, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israél. In hac quippe vita pro ejus nómine laborántes in ália praemium speráre dócuit : id est, in regeneratione, cum vidélicet in vitam im-

mortálem fuérimus resurgéndo regeneráti, qui in vitam cadúcam mortáliter erámus géniti.

R. Sancte Paule Apóstole, praedicátor veritátis, et Doctór Géntium, Intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit, ut digni efficiámur grátia Dei. V. Tu es vaselectiónis, sancte Paule Apóstole, praedicátor veritátis. — Intercéde.

Lectio viii.

**E**T justa prorsus retribútio, ut qui hic pro Christo humánae glóriam celsitúdinis neglexérunt, illic a Christo júdices glorificáti singulariter cum eo assideant, qui a sequéndis ejus vestígiis nulla ratióne póterant avélli. Nemo autem putet, duódecim tantum Apóstolos, quia pro Juda praevaricánte Mathías eléctus est, tunc esse judicatúros : sicut nec duódecim solae sunt tribus Israél judicándaë : alióquin tribus Levi, quae tértia décima est, injudicáta recédet.

R. Damásci, praepósitus gentis Arétae regis voluit me comprehendere : \* Et a frátribus per murum demíssus sum in sporta, \* Et sic evási manus ejus in nómine Dñi. V. Deus et Pater Dñi nostri Jesu Christi scit quia non méntior.—Et. Glória Patri. Et sic.

## Lectio ix.

**E**T Paulus, qui tertius-  
decimus est Apóstolus, judicandi sorte privabitur, cum ipse dicat : Nescitis quóniam ángelos judicábimus, quanto magis saeculária ? Sciéndum namque est, omnes, qui ad exéplum Apostolorum sua reliquerunt ómnia, et secúti sunt Christum, júdices cum eo ventúros, sicut étiam omne mortálium genus esse judicándum. Quia enim duodenário saepe número solet in Scriptúris univérsitas designári, per duódecim sedes Apostolorú, ómnium numerósitas judicántium : et per duódecim tribus Israël, univérsitas eórum, qui judicánda sunt, osténditur.

Te Deum laudámus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ego plantávi, \* Apóllo rigávit, Deus autem incrementum dedit, allelúia. Ps. Dóminus regnávit, cum reliquis. 19.

2. Libénter gloriábor \* in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

3. Grátia Dei \* in me vácua non fuit, sed grátia ejus semper in me manet.

4. Damásci, praepósitus gentis Arétae regis vóluit me comprehéndere: a frátribus per murum demissus

sum in sporta, et sic evási manus ejus, in nómine Dñi.

5. Ter virgis caesus sum, ter naufrágium pertúli pro Christi nómine.

## Capitulum. Act. ix.

**S**AULUS adhuc spirans minárum et caedis in discípulos Dñi, accésit ad principem sacerdotú, et pétiit ab eo epístolas in Damáscú ad synagógas : ut si quos invenisset hujus viae viros ac mulieres, vinctos perdúceret in Jérusalem.

Hymnus. Exúltet orbis, de Comuni. xvi.

V. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole. R. Praedicator veritátis in univérso mundo.

Ad Bened. Añae. Vos, qui secúti estis me, \* sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israël, dicit Dóminus.

## Oratio.

**D**EUS, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli praedicatione docuisti: da nobis, quaesumus; ut, qui ejus hódie Conversionem cólimus, per ejus ad te exépla gradiámur. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Petri, ut supra in primis Vesperis.

## AD TERTIAM.

Añae. Libénter gloriábor. Capit. Saulus adhuc spirans, ut supra.

R̄. br. In omnem terram, \* Exiit sonus eorum. In omnem. V̄. Et in fines orbis terrae verba eorum. Exiit.—Glória Patri. In omnem.

V̄. Constitues eos principes super omnem terram. R̄. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

AD SEXTAM.

Añã. Grátia Dei.

Capitulum. *Act. ix. b.*

**S**URREXIT autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit, neque bibit.

R̄. br. Constitues eos principes, \* Super omnem terram. Constitues. V̄. Mémores erunt nóminis tui, Dómine. Super. Glória Patri. Constitues.

V̄. Nimis honoráti sunt amici tui, Deus. R̄. Nimis confortátus est principátus eorum.

AD NONAM.

Añã. Ter virgis caesum.

Capitulum. *Act. ix. d.*

**S**CAULUS autem multo magis conualescébat, et confundébat Judaeos, qui habitábant Damásci, affirmans quóniam hic est Christus.

R̄. br. Nimis honoráti sunt, \* Amíci tui, Deus. Nimis. V̄. Nimis confortátus est principátus eorum. Amíci. Glória Patri. Nimis. V̄. Anuntiavérunt ópera Dei. R̄. Et facta ejus intellexérunt.

AD VESPERAS.

Añã. Ego plantávi, cum reliquis de Laudibus. Psal. de Communi Apostol. xvii.

Capitulum. Saulus adhuc spirans.

Hymnus. Egrégie Doctor. V̄. Tu es vas, ut supra in primis Vesperis. 573.

Ad Magnif. Antiphona. Sancte Paule Apóstole, \* praedicátor veritátis, et Doctór Géntium, intercède pro nobis ad Deum, qui te elégit.

Oratio. Deus qui univérsum, ut supra.

Deinde fit commem. S. Petri, ut supra in i. Vesp., et S. Polycarpi, ut infra.

DIE XXVI. JANUARIIL.

In festo S. Polycarpi, Episc. et Martyris. Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris. xxvii. praeter sequentia.

Añã. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

**V.** Glória et honóre coronásti eum, Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Polycárpi, Mártyns tui atque Pontificis, ánnua solemnitate laetificas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri de Scriptóribus Ecclesiásticis.

Leção iv.



**P**OLYCARPUS, Joánnis Apóstoli discipulus, et ab eo Smyrnae Episcopopus ordinátus, totius Asiae princeps fuit: quippe qui nonnullos Apostolorum, et eórum, qui viderant Dóminum, magístros habúerit, et viderit. Hic propter quasdam questionés, sub Imperátore Antonino Pio, Ecclesiám in Urbe regénte Anicéto, Romam venit: ubi plúrimos credéntium, Marciónis et Valentini persuasíone decéptos, redúxit ad fidem. Cumque ei fortúito óbviam fúisset Márcion, et

díceret: Cognóscis nos? respóndit: Cognóscó primogénitum diabóli. Póstea vero, regnánte Marco Antonino et Lúcio Aurélio Cómmodo, quarta post Nerónem persecutióne, Smyrnae sedénte Procónsule, et univérso pópulo in amphitheátro advérsus eum personánte, igni tráditus est. Scripsit ad Philippénes valde útilem epístolam, quae usque hódie in Asiae convéntu légitur.

**R.** Honéstum fecit illum Dñus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem aetérnam. **V.** Descendítque cum illo in fóveam: et in vinculis non derelíquit eum. — Et dedit.

De expositiõe S. Ambrósii Epíscopi in Psalmum centésimum decimum octávum. *Sermone xxi.*

Leção v.

**P**RINCIPES persecúti sunt me gratis: et a verbis tuis trepidávit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injúste persecutiónum torméta sustíneat: qui nihil rapúerit, nullum violéntus opprésset, nullus sánguinem fúderit, nullus torum putáverit esse violándum: qui nihil légitibus débeat, et gravióra latrónum sustinére

cogátur supplicia : qui loquátur juste, et non audiátur : qui loquátur plena salutis, et impugnétur : ut possit dicere : Cum loquérbar illis, impugnábant me gratis. Gratis igitur persecutióne patitur, qui impugnátur sine crimine : impugnátur ut nóxius, cum sit in tali confessiõe laudábilis : impugnátur quasi venéficus, qui in nómine Dñi gloriátur, cum pietas virtútum ómnium fundamentum sit.

¶ Desidérium ánimae ejus tribuisti ei, Dómine, \* Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. ¶ Quóñiam praevenisti eum in benedictiõnibus dulcedinis : posuisti in cápite ejus coronam de lápide pretiõso.—Et voluntáte.

Lectio vi.

**U**ERE frustra impugnátur, qui apud impios et infidos impietátis arcéssit, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnátur, fortis debet esse et constans. Quómodo ergo subtéxit : Et a verbis tuis trepidávit cor meum? Trepidáre infirmitátis est, timóris atque formidinis. Sed est étiam infirmitas ad salutem, est étiam timor sanctórum. Timéte Dóminum, omnes sancti ejus : et, Beátus vir, qui timet Dó-

minum. Qua ratiõe beátus? Quia in mandátis ejus cupit nimis.

¶ Stola jucunditátis induit eum Dóminus. \* Et coronam pulchritúdinis posuit super caput ejus. ¶ Cibávit illum Dñus pane vitae et intelléctus : et aqua sapiéntiae salutáris potávit illum.—Et coronam. Glória Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Homilia S. Hilarii in Evangel. Nihil est opértum, de Comuni iii. loco. xlii.

Vesperae a Capitulo de sequenti.

## DIE XXVII. JANUAR.

In festo sancti Joannis Chrysostomi.

Episc. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. lxi. praeter sequent.

In Hymno Vesperarum dicatur :

Hac die laetus méruit suprémos

Laudis honóres.

In utrisque Vesperis ad Magnificat, Añs. O Doctór óptime, Ecclesiæ sanctae lumen, beáte Joáñnes Chrysóstome, divinae legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, quaesum Dómine, grátia coeléstis amplifícet :



quam beáti Joánnis Chrysóstomi, Confessóris tui atque Pontificis, illustráre voluisti gloriósis méritis, et doctriinis. Per Dóminum.

Deinde fit commem. S. Polycarpi, Aña. Qui vult venire post me, ábneget semetpsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

¶ Justus ut palma florébit. *R.* Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio. Deus, qui. lxxxiii.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv



**I**OANNES Antiochénus, propter áureum eloquéntiae flumen cognométo Chrysóstomus, a forénsibus et saeculáribus stúdiis ad divinas líteras summa cum ingénii et indústria laude se cóntulit. Itaque sacris initiátus, ac Présbyter Antiochénae Ecclesiæ factus, mórtuo Nectário, Arcádii Imperatóris ópera, invítus Constantino-politánae Ecclesiæ praeficitur. Quo suscepto pastoráli múnere, depravátos mores, et nobiliórum hóminum vivéndi licéntiam vehementius objurgáre coepit. Qua ex libertate magnam multórum súbiit invídiam. Apud Eudóxiam étiam, quod eam propter Callitro-

pae viduae pecúniám, et altérius viduae agrum reprehendisset, grávitèr offéndit.

*R.* Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : \*Manus enim mea auxiliábitur ei. *V.* Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei.—Manus.

Lectio v.

**Q**UARE áliquot Episcopórum actó Chalcedóne convéntu, quo ipse vocátus ire nóluit, quod nec legitimum concílium, nec públicum esse díceret ; niténte in primis ipsa contra Chrysóstomum Eudóxia, ejfcitur in exílium : sed paulo post propter ejus desidérium seditióne pópuli facta, admirábili civitátis plausu ab exilio revocátur. Verum cum pérditos mores increpáre non desísteret, et ad argénteam Eudóxiæ státuam in foro sanctæ Sophiæ ludos fieri prohibéret : conspiratióne inimicórum Episcopórum íterum exuláre cógitur, viduis et egéntibus ómnibus commúnis paréntis ejecciónem lugéntibus. In exílio Chrysóstomus incredibile est et quanta mala perpéssus sit, et quam multos ad Jesu Christi fidem convériterit.

*R.* Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi

eléctum de plebe mea : Manus enim mea auxiliábitur ei. *V.* Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

*Lectio vi.*

**U**ERUM dum Concilio Romae hábito, decréto Innocéntii Primi Pontificis restitúitur, a militibus, qui eum custodiébant, miris in itinere malis et calamitatibus afficitur. Cumque per Arméniam ducerétur, sanctus Basiliscus martyr, in cuius templo ántea oráverat, noctu sic eum affátus est : Joánnes frater, crástinus dies nos loco conjúnet. Quare postídie sumpto Eucharístiae sacraménto, seque crucis signo múnies, ánimam Deo réddidit, décimo octávo Kaléndas Octóbris. Quo mórtuo horribilis grando Constantinópoli cécidit, et quadriduo Augústa cessit e vita. Ejus corpus insígni pompa et hóminum multítudine celebrátum, Theodósius Arcádii filius Constantinópolim portándum, et honorífice sepeliéndum curávit, sexto Kaléndas Februárii : cujus étiam reliquias venerátus, paréntum suórum véniam pétíit : quod deinde Romam translátum, in Basílica Vaticána conditum est. Multítudinem, pietátem, ac splendórem conciónum, caeterorúmque

ejus scriptórum, interpretándi étiam ratiónem, et inhaeréntem senténtiae sacrorúm librórum explanatiónem, omnes admirántur : dignúmque existimant, cui Paulus Apóstolus, quem ille mirífice cóluit, scribénti et praedicánti multa díctasse videátur.

*R.* Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est : Ipse intercédát pro peccátis ómnium populórum. *V.* Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna. — Ipse. Glória Patri. Ipse.

*In tertio Noct. Homilia S. Hilarii in Evangel. Vos estis sal terrae, de Communi Doctórum in loco. lxxii.*

*In secundis Vesperis fit Comm. S. Agnetis ut infra.*

## DIE XXVIII. JANUAR.

*In festo sanctae Agnetis secundo.*

*Ad Magnif. Aña.* Stans a dextris ejus Agnus nive candídior, Christus sibi sponsam et mártirem consecrávit.

*V.* Spécie tua, et pulchritúdine tua. *R.* Inténde, prospere procéde, et regna.

*Oratio*

**D**EUS, qui nos ánnua beátæ Agnetis, vírginis et mártýris tuæ so-

lemnitáte lætificas : da, quaesumus; ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus de Communi Virginum. cvi.

Nocturnum Ferae currentis, V. et duo R̄R̄. ex Nocturnis Festi, eo ordine quo sumuntur Responsoria ex Communibus Sanctorum in aliis Festis Simplicibus, ut dicitur in Rubrica de Responsoriis.

## Lectio iii.

**B**EATA Agnes, paréntibus ad ejus sepúlchrum assidue vigilántibus, quadam nocte choro virginum comitata cum apparuisset, sic ad eos locuta dicitur : Ne me paréntes mórtuam lugeátis : nam una cum his virgínibus vivo apud illum in coelis, quem in terris tota mente diléxi. Cum áliquot post annos Constantia, Constantini Imperatóris filia, insanábili úlceri medicinam quaerens, nondum Christiána, ad idem sepúlchrum accessisset : obdormiscens sibi audire visa est vocem hanc Agnétis : Constantér age, Constantia : crede in Jesum Christum Filium Dei, qui te sanam faciet. Quae sanata, paulo post una cum multis ex familia Imperató-

ris baptismum suscipiens, ibi Ecclésiám nómine beatae Agnétis aedificávit.

Te Deum laudámus. 18.

Ad Laudes, Aña. Ingressa Agnes, cum reliquis ut in die Festi. 564. Similiter et ad Horas omnia dicuntur ut adnotatur in Festo, praeter Orationem quae dicitur ut supra; et deinceps post Nonam nihil fit de ea.

## DIE XXIX. JANUARIi.

In festo S. Francisci Salesii, Episc. et Conf. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pontif. Ixi. praeter ea quae hic ponuntur.

In Hymno ad Vesperas et Matutinum dicatur :

Hac die laetus méruit suprémos

Laudis honóres.

Ad Magnificat in utrisque Vesp. Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beate Francisce, divinae legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

## Oratio.

**D**EUS, qui ad animarum salutem beátum Franciscum, Confessórem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluisti : concéde propítius; ut charitátis tuae dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, aetérna gáudia consequámur. Per.

In primo Nocturno, Lectiones Sapientiam, ut in Communi Doctor. lxxvii.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**F**RANCISCUS in oppido Salésio, unde familiae cognómen, piis et nobilibus paréntibus natus, a téneris annis futúrae sanctitátis indicia praebuit, morum innocéntia et gravitate. Adolésceus liberálibus disciplinis eruditus mox Philosophiae ac Theologiae Parísii operam dedit : et ne quid sibi deésset ad ánimi cultúram, juris utriúsque láuream summa cum laude Patávii obtínuit. In sacra aede Lauretána perpétuae virginitátis votum, quo pridem Parísii se obstrínxerat, innovávit : a cuius virtútis propósito nullis unquam daemonum fráudibus, nullis sénsuum illécebris pótuit dimoveri.

☩ Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : Manus enim mea auxiliábitur ei. *v.* Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. — Manus.

Lectio v.

**R**ECUSATA in Sabáundiae Senátu amplíssima dignitate, Clericáli militiae nomen dedit : tum Sacerdótio initiátus, et Ge-

nevénsis Ecclesiae praepositúram adéptus, ejus número partes ádeo perfecté explévit, ut eum Granérius Episcopus vindicándis ab haeresi Calviniana Chabalicénsibus, aliisque Genévae finitimis pópulis, divini verbi praecónem destinárit. Quam expeditionem álacri ánimo suscépiens, aspérissima quaeque perpéssus est, saepe ab haereticis conquisitus ad necem, variisque calúmniis et insidiis vexátus. Sed inter tot discrimina et agónes, insuperábilis ejus constántia semper enituit : Deique ope protéctus, septuaginta duo millia hereticórum ad Catholicam Fidem reduxisse dicitur, inter quos multi nobilitate et doctrína insignes numerántur.

☩ Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : Manus enim mea auxiliábitur ei. *v.* Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio vi.

**Q**ORTUO Granerio, qui eum sibi coadjutórem decérni curáverat, Episcopus consecrátus, sanctitátis suae rádios circumquaque diffúdit, zelo Ecclesiasticae disciplinae, pacis stúdio, misericórdia in páuperes, omnique virtúte conspicuus. Ad divini cul-

tus augmentum novum Ordinem sanctimoniâlium instituit, a Visitatiône beatae Virginis nuncupatum, sub régula sancti Augustini; cui addidit constitutiônes sapiëntia, discretiône, et suavitate mirâbiles. Suis etiã scriptis coelësti doctrina refertis, Ecclesiã illustravit, quibus iter ad Christianam perfectiônem tutum et planum demonstrat. Annum denique agens quinquagesimũ quintum, dum e Gallia Annësiũ regrëditur, post Sacrum in die sancti Joãnnis Evangelistae Lugduni celebratum, gravi morbo correptus, sequenti die migravit in coelum, anno Dòmini millésimo sexcentésimo vigésimo secundo. Ejus corpus Annësiũ delatum, in Ecclesiã moniâlium dicti Ordinis honorifice conditum fuit, coepitque statim miraculis clarëscere. Quibus rite probatis, ab Alexandro Sëptimo Pontifice Máximo in Sanctòrum númerum relatus est, assignata ejus festivitati die vigésima nona Januarii, et a Summo Pontifice Pio Nono, ex Sacrorum Rituum Congregatiônis consũlto, universâlis Ecclesiæ Doctor fuit declaratus.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra

doctrina ejus replëta est :<sup>2</sup> Ipse intercedat pro peccatis omnium populòrum. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelëstia regna. — Ipse. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Vos estis sal terrae, de Comuni Doctorum. lxxx.

In secundis Vesperis fit Commemor. S. Martinæ Virginis et Martyris.

### DIE XXX. JANUARIÏ.

In festo S. Martinæ, Virginis et Mart. Senid.

Omnia de Comuni Virginum. ciii. præter ea quae assignantur propria.

Ant. Veni, sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dòminus præparavit in aeternum.

V. Spécie tua, et pulchritudine tua. R. Intende prospere procédere et regna.

Oratio.

**D**EUS, qui inter caetera potentiae tuae miracula etiã in sexu fragili victòriam martyrii contulisti : concede propitius ; ut, qui beatae Martinæ, virginis et martyris tuae, natalitia còlimus, per ejus ad te exëmpla gradiamur. Per.

Nisi festum sanctæ Martinæ transferri contingat : tunc enim in primis Vesperis (si a Capitulo fiat de

eodem Festo, et in secundis, si non sequatur Festum Semid.) dicitur Hymnus Martinae celebri, usque ad Quærit præmia; et in fine A nobis abigas. Et ad Matutinum dicitur Hymnus Non illam, usque ad finem. Si vero non transferatur, ad Matutinum erit Hymnus ut infra.

## AD MATUTINUM.

Invitator. Regem Virginum Dominum, \* Venite adorémus. Psalm. Venite, exultémus. 2.

## Hymnus.

**M**ARTINAE celebri plaudite nomini, Cives Romulei, plaudite gloriæ: Insignem méritis dícite Virginem.

Christi dícite Mártyrem.

Haec dum conspicuis ortu parentibus

Inter delicias, inter amabiles

Luxus illécebras ditibus affluit

Faustae munéribus domus.

Vitae despiciens commoda, dédicat

Se rerum Dómimo, et munífica manu

Christi paupéribus distribuens opes,

Quærit præmia coelitem.

**N**ON illam crucians úngula, non ferae, Non virgae horribili vulnere commovent,

Hinc lapsi e Súperum sédibus Angeli

Coelésti dape récreant.

Quin et depósita saevitiae leo

Se rictu plácido prójicit ad pedes:

Te Martina tamen dans gládus neci

Coeli coetibus inserit.

Te, thuris rédolens ara vapóribus,

Quae fumat, précibus júgiter invocat,

Et falsum périmens auspícium, tui

Delet nóminis ómine.

A nobis abigas lúbrica gándia

Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus

Une et Trine: tuis da fámulis jubar,

Quo clemens ánimos beas.

Amen.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

## Lectio iv.



**M**ARTINA virgo Romana, patre consulari, illustri genere nata, teneris adhuc annis orbata parentibus, christiánae pietatis ardóre succénsa, divitiis, quibus affluébat, mira in pauperes liberalitáte distribuit. Sub Alexándro Principe, cum deos inanes colere juberétur; immáne facinus summa libertate

detestátur. Quaprópter iterum atque iterum affécta verbéribus, uncis, úngulis férreis, testárum fragmén-tis laceráta, acutíssimis gládiis membrátim concisa, ádipe fervénti perúnc-ta, demum in amphitheátro damnátur ad béstias : a quibus illaesa divinitus evá-dens, in ardéntem rogam injécta, incólumis pari bene-ficio servátur.

*R.* Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : \* Et dedúcet te mira-biliter délixera tua. *V.* Spé-cie tua, et pulchritú-dine tua inténde, próspere procéde, et regna.—Et dedúcet.

*Lectio vii.*

**E**X ejus tortóribus non-núlli, miráculi novi-táte corrépti, Dei aspiránte grátia, Christi fidem am-pléxi, post cruciátus glorió-sam martyrii palmam cápi-tis abscissióne promeruére. Ad ejúsdem preces nunc terraemó-tibus exórtis, nunc ignibus e coelo tonánte delápsis, deórum templa pro-stráta sunt, et simulá-cra consúmp-ta. Intérdum ex vulnéribus lac cum sán-guine erúpit, splendórque niti-díssimus, ac suavíssimus odor e córpore emanávit : intérdum sublimis régia in sede divinis láudibus una cum coelítibus interésse visa est.

*R.* Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : \* Pro-ptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lactítiae. *V.* Pro-pter veritátem, et mansue-túdinem, et justítiam.— Proptérea.

*Lectio vi.*

**H**ISCE prodígiis, ejús-que in primis constántia, ácritér permó-tus ju-dex, caput vírgini amputári praecépit. Qua perémpta, auditáque de coelo voce, qua ad Súperos evocabá-tur, Urbs tota contrémuit ac multi idolórum cultóres ad Christi fidem convérsi sunt. Sacrum Martinae corpus, sedénte sancto Urbáno Primo, martyrio afféctum, Urbáno Octávo Pontífice Máximo, in per-vetústa ejúsdem Ecclésia, ad Mamertínium cárcerem, in Capitólíni clivi radícibus, cum sanctórum mártýrum Concórdii, Epiphánii et sociórum corpóribus repér-tum, eódem loco in meli-órem formam redácto, atque decéntius ornáto, magno pópuli concúrsu, totius Urbis laetítia, solémni ritu ac pompa repósitum est.

*R.* Afferéntur Regi vír-gines post eam, próximae ejus, \* Afferéntur tibi in laetítia et exultatióne. *V.* Spé-cie tua, et pulchritú-dine tua inténde, próspere procéde et regna.—Afferéntur. Glória Patri. Afferéntur.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papae in Evangelium: Simile erit regnum coelorum decem virginibus, de Communi Virginum. ciil.

AD LAUDES.

Hymnus.

**T**U natále solum prótege, tu bonae Da pacis réquiem Christiadum plagis: Armórum strépitus, et fera praelia

In fines age Thrácios: Et regum sócians ágmina sub Crucis

Vexillo, Sólymas néxibus éxime,

Vindéxque innócuí sánquini, hósticum

Robur fúnditus érué.

Tu nostrum cólumen, tu decus ínclytum, Nostrárum obséquium réspice méntium:

Romae vota libens éxcipe, quae pio

Te ritu canit, et colit.

A nobis ábigas lúbrica gáudia

Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus

Une et Trine: tuis da fámulis jubar,

Quo clemens ánimos beas. Amen.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedixit te Deus in aetérnum.

Ad Bened. Aña. Simile est regnum coelorum hó-

mini negotiátóri quaerénti bonas margaritas; invénta una pretiósa, dedit ómnia sua et comparávit eam.

Oratio. Deus qui inter caetera, ut supra. 586.

Vesperae de S. Petro Nolasco cum commem. S. Martinæ.

DIE XXXI. JANUARIII.

In festo S. Petri Nolasci, Conf. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pontif. lxxxiii. præter ea quae hic habentur propria.

In Hymno Vesperarum et Matutini dicatur:

Hac die laetus méruit suprémos

Laudis honóres.

Oratio.

**D**EUS, qui in tuae charitátis exémplum, ad fidélium redemptiónem, sanctum Petrum Ecclésiám tuam nova prole foecundáre divínitus docuisti: ipsius nobis intercessióne concede, a peccáti servitúte solútis, in coelésti pátria perpétua libertáte gaudére: Qui vivis.

Deinde fit comm. S. Martinæ, Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in aetérnum.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedixit te Deus in aetérnum.



Oratio. Deus, qui inter caetera, ut supra. 586.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**ETRUS** Nolasus, Recaudi prope Carcasónam in Gállia nobili genere natus, singulari erga proximum charitate excelluit. Cujus virtutis praesagium fuit; quod, cum adhuc in cunabulis vagiret infans, examen apum ad eum convolavit, et favum mellis in ejus dextera construxit. Adolescens parentibus orbatus, Albigensium haeresim quae tunc in Gállia grassabatur, execrans, dividito patrimonio, in Hispaniam secessit, et apud beatam Virginem Montis Serrati votum, quo pridem se obstrinxerat, exolvit. Tum Barcinónam pergens, cum Christi fidelibus ab hostium servitute redimendis omnem pecuniam consumpsisset, se ipsum pro iis liberandis venumire, aut in illorum vincula suffici cupere dicebat.

R̄. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. V̄. Justum deduxit

Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.— Et dedit.

Lectio v.

**QUAM** gratum Deo fuerit hoc sancti viri desiderium, subsequens declaravit eventus: nam noctu oranti, et de Christianorum in captivitate degentium subsidio multa animo volventi, beata Virgo apprensens, Filio suo sibi que acceptissimum fore suggessit, si ad sui honorem Religiosorum Ordo institueretur, quibus praecipue esset cura captivos ab infidelium tyrannide liberare. Huic coelesti monito illico obtemperans, una cum sancto Raymundo de Pennafort, et Jacobo Primo, rege Aragoniae, de eadem re a Dei Genitrice ipsa nocte praemonitis, Religionem beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum instituit: sodalibus suis quarto voto obstrictis, manendi in pignus sub Paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit.

R̄. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. V̄. Induit eum Dominus lorica fidei, et ornavit eum.—Et ad portas.

## Lectio vi.

**A**DITO virginitatis voto, illibatam perpetuo castitatem servavit. Patientia, humilitate, abstinentia, caeterisque virtutibus mirabiliter enituit. Prophetiae dono illustris, futura praedixit: inter quae maxime celebratur, quod Jacobus rex Valentiam a Mauris occupatam expugnauerit, accepta prius ab eo obtinendae victoriae securitate. Angeli Custodis, ac Deiparae Virginis, frequenti apparitione recrebatur. Senio tandem confectus, de imminente morte certior factus, in morbum incidit, sanctisque refectus Sacramentis, fratres suos ad charitatem erga captivos cohortatus, et Psalmum, Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, devotissime recitans, ad illa verba: Redemptionem misit Dominus populo suo, spiritum Deo reddidit, media nocte Vigiliae Nativitatis Domini, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Cujus festivitatem Alexander Septimus die trigesima prima Januarii celebrari praecipit.

**R.** Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: \* Quia te vidi justum

coram me ex omnibus Gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. — Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis Bedae Presbyteri in Evang. Nolite timere, de Communi Conf. non Pontif. ii. loco. xxvii.

Vesperae a Capitulo de sequenti: commemoratio praecedentis.

## FESTA FEBRUARII.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum, infra.

## DIE I FEBRUARII.

In festo S. Ignatii, Episc. et Mart. Duplex.

Omnia de Comm. unius Martyris. xxvii. praeter sequentia.

## Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus propriae actionis gravat, beati Ignatii, Martyris tui atque Pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Deinde fit commem. sancti Petri Nolasci, Confess. Aña. Hic vir despiciens mundum et terrena triumphans, divitias coelo condidit ore, manu.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui in tuae caritatis. 589.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri de Scripturis Ecclesiasticis.

Lectio iv.



IGNATIUS Antiochénæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commovente persecutióne Trajáno, damnátus ad bestias, Romam vincetus mittitur. Cumque nãvigans Smyrnam venisset, ubi Polycãrpus, auditor Joãnnis, Episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad Ephésios, alteram ad Magnesiãnos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romãnos: et inde egrédiens scripsit ad Philadélphios, et ad Smyrnaeos, et propriam ad Polycãrpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam: in qua et de Evangelio, quod nuper a me translátum est, super persona Christi ponit testimónium.

R. Honéstum fecit illum Dñs, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: Et dedit illi

claritátem aeternam. V. Descenditque cum illo in fóveam: et in vinculis non dereliquit eum.—Et dedit.

Lectio v.

DIGNUM autem videtur, quia tanti viri fecimus mentiõnem, et de epístola ejus, quam ad Romãnos scribit, pauca pónere. De Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari et in terra, nocte diéque ligátus cum decem leopãrdis, hoc est militibus, qui me custodiunt: quibus et cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est: sed non idcirco justificátus sum. Utinam fruam bestiis, quae mihi sunt praeparatae! quas et oro mihi, veloces esse ad interitum, et ad supplicia, et álicii ad comedendum me, ne, sicut et aliorum Mátyrum, non áudeant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo, ut devorer. Ignoscite mihi filii: quid mihi prosit, ego scio.

R. Desidérium ánimae ejus tribuisti ei, Dómine, Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. V. Quóniam praevenisti eum in benedictiõnibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.—Et voluntate.

## Lectio vi.

**N**UNC incipio Christi esse discipulus, nihil de his, quae videntur, desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiae, confractio ossium, membrorum divisio, et totius corporis contritio, et tota tormenta diaboli in me veniant: tantum ut Christo fruam. Cumque jam damnatus esset ad bestias, et ardore patiendi rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Trajani. Reliquiae corporis ejus Antiochiae jacent extra portam Daphniticam in coemeterio.

*R.* Stola jucunditatis induit eum Dominus: \* et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. *V.* Cibavit illum Dominus pane vitae et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum.—Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

## Lectio vii. Cap. xii. d.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti ca-

dens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Tract. li. in Joannem, sub medium.*



**P**SE Dominus Jesus erat granum mortificandum et multiplicandum: mortificandum infidelitate Judaeorum, multiplicandum fide populorum. Jam vero exhortans ad passionis suae sectanda vestigia: Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest. Qui amat, perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam: noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in aeterna vita.

*R.* Corona aurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. *V.* Quoniam praeveneristi eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.—Expressa.

## Lectio viii.

**H**OC autem, quod posterius dixi, magis habere videtur Evangelicus

sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, qui amat, subintelligitur in hoc mundo, ipse utique perdet: qui autem odit, utique in hoc mundo, in vitam aeternam ipse custodit eam. Magna et mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

**R.** Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: \* Qui minas iudicum non timuit, nec terrena dignitatis gloriam quaesivit, sed ad coelestia regna pervenit. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.—Qui minas. **Gloria Patri.** Qui minas.

Lectio ix.

**S**ED vide ne tibi subrepat, ut teipsum velis interimere, sic intelligendo, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque perversi homines, et in seipsis crudeliore et sceleratioris homicidae, flammis se donant, aquis se praefo-

cant, praecipitio se collidunt, et pereunt. Hoc Christus non docuit: immo etiam diabolo praecipitium suggerenti respondit: Redi retro satanas; scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum: Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas quo volebas: cum autem senueris, alter te cinget, et feret quo tu non vis. Ubi satis expressit, non a seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi.

Te Deum laudamus. 18.  
Vesperae de sequenti cum commem. praeced.

DIE II. FEBRUARIIL.

In festo Purificationis  
B. M. V. Duplex.

¶ Si hoc Festum incidit in aliquam Dominicam privilegiatum, tunc transfertur in Feriam ii. tanquam in sedem propriam, translato quocumque Festo etiam aequalis, non tamen altioris ritus.

AD VESPERAS.

Añae. I. O admirabile commercium! \* Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. **Psalmus.** Dixit

Dóminus, et reliqui ut in Festis B. M. V. clviii.

2. Quando natus es \* ineffabiliter ex Virgine, tunc implétæ sunt Scriptúrae : sicut plúvia in vellus descendisti, ut saluum fáceres genus humánum: te laudámus Deus noster.

3. Rubum quem viderat Móyses \* incombústam, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei Génitrix intercede pro nobis.

4. Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo péperit Salvatórem: te laudámus Deus noster.

5. Ecce María \* genuit nobis Salvatórem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens : Ecce Agnus Dei ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

Capitulum. *Malach. iii.*



CCE ego mitto Angelum meum, et praeprábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quaeritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis.

Hymnus. Ave, maris stella. clx.

V. Respónsum accépit Simeon a Spiritu sancto. R. Non visúrurum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Ad Magnif. Aña. Senex, púerum portábat, \* puer autem senem regébat : quem virgo péperit, et post partum virgo permánsit : ipsum quem genuit, adorávit.

Oratio.

O MNIPOTENS sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : ut, sicut unigénitus Filius tuus hodiérna die cum nostrae carnis substántia in templo est praesentátus ; ita nos fácias purificátis tibi méntibus praesentári. Per eúndem Dóminum.

Et fit commemoratio sancti Ignatii, Antiphona. Qui vult venire post me, \* ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

V. Justus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio. Infirmitátem. 591.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ecce venit ad templum sanctum suum Dominátor Dóminus : \* Gaude et laetáre Sion, occúrrens Deo tuo. Psalmus. Veníte, exultémus Dómino. 2.

Hymnus Quem terra, Antiphonae, Psalmi et Versiculi Nocturnorum dicuntur ut in Festis Beatae Mariae. clxi.

In primo Nocturno.

De libro Exódi.

Lectio i. Cap. xiii.



**L**OCUTUS est Dñs ad Móysen dicens : Sanctifica mihi omne primogénitum quod áperit vulvam in filiis Israël, tam de hominibus quam de juméntis : mea sunt enim ómnia. Et ait Móyses ad pópulum : Cum introdúxerit te Dóminus in terram Chanaanai, sicut jurávit tibi et pátribus tuis, et déderit tibi eam : separábis omne quod áperit vulvam Dómino, et quod primitivum est in pecóribus tuis : quidquid habúeris masculíni sexus, consecrábis Dómino. Primogénitum ásini mutábis ove : quod si non redémeris, interficies. Omne autem primogénitum hómínis de filiis tuis pretío rédimes.

*R.* Adórna thálamum tuum Sion, et súscipe Regem Christum : \* Quem virgo concépit, virgo péperit, virgo post partum, quem genuit, adorávit. *V.* Accipiens Simeon púerum in mánibus, grátias agens benedíxit Dñum. — Quem.

De libro Levítici.

Lectio ii. Cap. xii.

**L**OCUTUS est Dóminus ad Móysen, dicens : Lóquere filiis Israël,

et dices ad eos : Múlier, si suscepto sémine pepérit másculum, immúnda erit septem diébus, juxta dies separatiónis ménstruae. Et die octávo circumcidétur infántulus : ipsa vero triginta tribus diébus manébit in ságuine purificatiónis suae. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuárium, donec impléantur dies purificatiónis suae. Sin autem féminam pepérit, immúnda erit duábus hebdómádibus, juxta ritum fluxus ménstrui, et sexaginta sex diébus manébit in ságuine purificatiónis suae.

*R.* Postquam impléti sunt dies purgatiónis Mariae, secúndum legem Móysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino : \* Sicut scriptum est in lege Dómini : Quia omne masculinum adapériens vulvam, sanctum Dómino vocábitur. *V.* Obtulerunt pro eo Dómino par túrturum, aut duos pullos columbárum. — Sicut.

Lectio iii.

**Q**UAMQUE expléti fuerint dies purificatiónis suae, pro filio, sive pro filia, déferet agnum anniculum in holocáustum, et pullum colúmbae sive túrturem pro peccáto, ad óstium tabernáculi testimónii,

et tradet sacerdoti, qui offerret illa coram Domino, et orabit pro ea, et sic mundabitur a profuvio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculinum aut feminam. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur.

*R.* Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum, sicut scriptum est in lege Domini. *V.* Postquam autem implati sunt dies purgationis Mariae, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. — Sicut. Gloria Patri. Sicut.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.  
*Serm. xiii. de Temp. post  
initium.*

Lectio iv.



**S**IC olim praedictum est: Mater Sion dicit: Homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. O omnipotentia nascentis! o magnificentia de coelo ad terram descendens! Adhuc in utero portabatur, et

ex utero matris a Joanne Baptista salutabatur. In templo praesentabatur, et a Simeone sene, famoso, annoso, probato, coronato agnoscebatur. Tunc cognovit, tunc adoravit, tunc dixit: Nunc, Domine, dimittis servum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum.

*R.* Simeon justus et timoratus expectabat redemptionem Israel. *V.* Et Spiritus sanctus erat in eo. *V.* Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. — Et Spiritus.

Lectio v.

**D**IFFEREBATUR exire de saeculo, ut videret natum, per quem conditum est saeculum. Agnovit infantem senex, factus est in puero puer. Innovatus in aetate, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferbat Christum infantem, Christus regébat Simeonis senectutem. Dicitum ei fuerat a Domino, quod non gustaret mortem, nisi videret Christum Domini natum. Natus est Christus, et implatum est desiderium senis in mundi ipsius senectute. Ipse ad senem hominem venit, qui mundum inveteratum invenit.



17. Respónsum accépit Símeon a Spíritu sancto, non visúrurum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini: \* Et benedíxit Deum, et dixit: Nunc dimíttis servum tuum in pace, quia vidérunt óculi mei salutáre tuum, Dómine. *V.* Cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo: ipse accépit eum in ulnas suas.—Et benedíxit.

## Lectio vi.

**I**N isto quidem saeculo diu esse nolébat, et Christum in hoc saeculo vidére cupiébat, cantans cum Prophéta, et dicens: Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis. Dénique, ut novéritis ita esse istús laetitiam, conclúsit, dicens: Nunc dimíttis servum tuum in pace: quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. Prophétae cecinérunt Conditórem coeli et terrae in terra cum homínibus futúrum: Angelus nuntiávit Creatórem carnis et spíritus in carne ventúrum: salutávit Joánnes ex útero in útero Salvatórem: Símeon senex Deum agnóvit infántem.

*Ry.* Cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus in templum, ut fácerent

secúndum consuetúdinem legis pro eo, accépit eum Símeon in ulnas suas, et benedíxit Deum, dicens: \* Nunc dimíttis, Dómine, servum tuum in pace. *V.* Suscípíens Símeon púerum in má nibus, exclamávit, dicens.—Nunc. Glória Patri. Nunc.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap. ii. c.*

**I**N illo témpore: Postquam impléti sunt dies purgatiónis Mariae secúndum legem Móysi, túlérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini. Et reliqua.

Homília sancti Ambrósii Episcopi.

*Lib. 2. Comm. in Luc. cap. ii. post initium.*



**D**T ecce homo erat in Jerúsalem, cui nomen Símeon, et homo iste justus et timorátus, expéctans consolatiónem Israél. Non solum ab Angelis, et Prophétis, et a pastóribus, sed étiam a senióribus et justis generatio Dómini accépit testimónium. Omnis aetas, et utérque sexus, eventórumque mirácula fidem ástruunt. Virgo génerat, stérilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophé-

tat, Magus adorât, útero clausus exúltat, vidua confítetur, justus expéctat.

R̄. Suscípíens Jesum in ulnas suas Símeon, exclamávit, et dixit: \* Tu es vere lumen ad illuminatió-nem Géntium, et glóriam plebis tuæ Israë. X̄. Cum inducerent púerum Jesum paréntes ejus, et ipse accé-pit eum in ulnas suas, et benedixit Deum et dixit.— Tu es. Benedíctio. Cujus festum cólimus, ipsa Virgo virgínum.

Lectio viii.

**E**T bene justus, qui non suam, sed pó-puli grátiam requirébat, cú-piens ipse corpóreae vínculis fragilitátis exsólvi, sed expéctans vidére promissum: sciébat enim quia beáti óculi qui eum vidérent. Et ipse accépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum, et dixit: Nunc dimítte servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace. Vide justum, velut corpóreae cár-cere molis inclúsum, velle dissólvi, ut incipiat esse cum Christo. Dissólvi enim, et cum Christo esse, multo mélius est.

R̄. Senex púerum portábat, puer autem senem regébat: \* Quem virgo concépit, virgo péperit, virgo post partum, quem genuit, adorávit. W̄. Accípiens Sí-

meon púerum in má-nibus, grátias agens benedíxit Dóminum.—Quem. G lória Patri. Quem.

Lectio ix.

**S**ED qui vult dimít-ti, véniat in templum, véniat in Jerúsalem, expéctet Christum Dómini, accípiat in má-nibus Verbum Dei, complectátur opéribus velut quibúsdam suæ fidei bráchiis: tunc dimittétur, ut non vídeat mortem, qui víderit vitam. Vides úberem in omnes grátiam, Dómini generatióne díffusam, et prophetiá incredúlis negá-tam esse, non justis. Ecce et Símeon prophétat, in ruínam et resurrectiόnem plu-rimórum venísse Dóminum Jesum Christum: ut justórum iniquorúmque mérita discérnat, et pro nostrórum qualítate factórum, judex verus et justus, aut supplicia decérnat, aut præmia.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Símeon justus \* et timorátus expéctábat redemptiόnem Israë, et Spí-ritus sanctus erat in eo. Psalmus. Dóminus regnávit, cum reliquis de Domí-nica. 19.

2. Respónsum accépit Símeon \* a Spíritu sancto, non visúrurum se mortem, nisi vidéret Dóminum.

3. Accípiens Símeon \* púerum in máribus, grátias agens benedíxit Dñum.

4. Lumen ad revelatió-nem \* Géntium, et glóriam plebis tuæ Israël.

5. Obtulérunt \* pro eo Dómino par túrturum aut duos pullos columbárum.

Capitulum. *Malach. iii.*

**E**CCE ego mitto Angelum meum, et præparábit viam ante faciém meam. Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quaeritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis.

Hymn. O gloriósa. clxxi.

Y. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Ad Bened. Añá. Cum inducerent \* púerum Jesum paréntes ejus, accépit eum Símeon in ulnas suas, et benedíxit Deum, dicens : Nunc dimíttis servum tuum in pace.

Oratio.

**O**MNI POTENS sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : ut, sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus : ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúndem Dóminum.

Ad Primam, in R. br. dicitur Y. Qui natus es de María virgine.

AD TERTIAM.

Añá. Respónsum accépit Símeon.

Capit. Ecce, ut supra. 595.

R. br. Spécie tua, \* Et pulchritúde tua. Spécie. Y. Inténde, prospere procéde, et regna. Et pulchritúde. Glória. Spécie.

Y. Adjuvábít eam Deus vultu suo. R. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD SEXTAM.

Añá. Accípiens Símeon.

Capitulum. *Malach. iii.*

**E**CCE véniet, dicit Dñs exercítuum : et quis póterit cogitare diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullónum.

R. br. Adjuvábít eam, \* Deus vultu suo. Adjuvábít. Y. Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábít.

Y. Elégit eam Deus, et præelégit eam. R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

AD NONAM.

Añá. Obtulérunt.

Capitulum. *Malach. iii.*

**E**T placébit Dño sacrificium Juda et Jerúsalem, sicut dies sæculi,

et sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens.

R. br. Elégit eam, Deus,\*  
Et praeelégit eam. Elégit.  
V. In tabernáculo suo habitare facit eam. Et praeelégit. Glória Patri. Elégit.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

## AD VESPERAS.

Aña. Simeon justus, cum reliquis de Laudibus. 599. Psalmi, Capitul. Hymnus et V. ut supra in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. Hódie beáta Virgo Maria púerum Jesum praesentávit in templo, et Simeon replétus Spíritu sancto accépit eum in ulnas suas, et benedixit Deum in aeternum.

Oratio ut supra.

Deinde fit commemoratio S. Blasii.

## DIE III. FEBRUARII.

In festo S. Blasii, Episcopi et Martyris

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Blásii, Mártiris tui atque Pontíficis, ánnua solemnitate laetíficas : concéde propítius ; ut, cujus natalitia cólimus, de ejusdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

## Lectio iii



**B**LASIUS, Sebáste in Arménia cum virtútum laude floréret, ejusdem civitátis Episcopus elígitur. Qui, quo ténpore Diocletianus insatiabilem crudelitatem in Christianos exercébat, se in speluncam ábdidit montis Argaei : ubi tándiu látuit, dum ab Agricolái Praesidis militibus venántibus deprehensus, et ad Praesidem ductus, ejus jussu conjéctus est in víncula. Quo in loco multos aegrótos sanávit, qui ad Blásium, ejus fama sanctitátis addúcti, deferebantur. In illis puer fuit qui, desperáta a médicis salute, transversa spina faucibus inhaerente, ánimam agébat. Productus autem ad Praesidem Blásius semel et íterum, cum nec blandítiis, nec minis addúci posset, ut diis sacrificáret, primum virgis caesus, deinde in equuleo férreis pectínibus dilaniátus est : postrémo, dempto cápite,

illústre fidei testimónium Christo Dómino dedit, tértio Nonas Februárii.

Te Deum laudámus. 18.

#### DIE IV. FEBRUARII.

In festo S. Andreae Corsini, Episc. et Conf. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, Ixi. praeter ea quae hic ponuntur propria.

In Hymno ad Vesperas et Matutinum dicatur :

Hac die laetus méruit surémos

Laudis honóres.

Oratio.

**D**EUS, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum : da populo tuo beati Andreae, Confessoris tui atque Pontificis, ita sequi vestigia, ut assequatur et praemia. Per Dóminum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

Si vero hoc Festum celebretur in Quadragesima Lectioes primi Nocturni sumuntur ex Comm. Conf. Pont. Fidéls sermo, lxiv. et nona Lectio legitur de Homilia Feriae, cum comment. de ea in Vesperis et Laudibus.

Similiter si aliquod ex sequentibus Festis occurrat in dicta Quadragesima, in primo Nocturno leguntur Lectioes quae habentur

in Communi illius Sancti nisi propriae assignentur.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**A**NDREAM, Florentiae ex nobili Corsinorum familia natum, parentes precibus a Deo impetrarunt, et beatae Virgini spondérunt. Qualis autem futurus esset, divino praeságio, ántequam nasceretur, ostensum est : nam mater grávida sibi visa est per quietem lupum edidisse, qui ad Carmelitárum aedem pergens, in ipso templi vestibulo statim in agnum conversus est. Adoléscent pie et ingénue educátus, cum sensim ad vitia declináret, saepe a matre increpátus fuit. Ubi autem cognóvit, se parentum voto Deiparae Virgini dicátum fuisse, Dei amore succénsus, deque visu matris admónitus, Carmelitárum institutum amplexus est : in quo váriis tentatióibus a daemone vexátus, nunquam tamen pótuít a religionis propósito dimoveri. Mox Lutétiam missus, eménso studiórum curriculo, et láurea donátus, in pátriam revocátur, sui que Ordinis regímíni in Etrúria praeficitur.

R. Inveni David, servum meum, óleo sancto meo

unxi eum : Manus enim mea auxiliabitur ei. *℣.* Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. — Manus.

Lectio v.

**I**NTEREA Fesulāna Ecclesia suo viduata Pastore, eum sibi Episcopum elegit : quo munere se indignum aestimans, diu latuit ignotus, donec pueri voce mirabiliter loquentis proditus, et extra urbem inventus, ne divinae contradiceret voluntati, episcopatum suscepit. Ea dignitate auctus, humilitati, quam semper colerat, impensius incubuit : et pastorali sollicitudini misericordiam in pauperes, liberalitatem, orationis assiduitatem, vigiliis, aliasque virtutes adjunxit, et spiritu etiam prophetico clarus fuit; adeo ut ejus sanctitas ab omnibus celebraretur.

*℣.* Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliabitur ei. *℣.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio vi.

**H**IS permotus Urbanus quintus, ad sedandas Bononiae turbas, Andreā legatum misit : quo in munere multa perpessus, civium odia, quae ad inter-

necionem exarserant, summa prudentia restinxit: tum restituta tranquillitate, ad propria reversus est. Nec multo post assiduis laboribus, et voluntaria carnis maceratione confectus, obitus die a beata Virgine sibi praedicto, ad coelestia regna migravit, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, aetatis suae septuagesimo primo. Quem Urbanus Octavus multis magnisque miraculis clarum Sanctorum numero adscripsit. Ejus corpus Florentiae in Ecclesia sui Ordinis quiescit, et maxima civium veneratione colitur, quibus non semel in praesenti discrimine praesidio fuit.

*℣.* Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est : \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *℣.* Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. — Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papae in Evangelium : **Homo peregre proficiscens, de Communis Conf. Pont. lxx.**

Vesperae a Capitulo de sequenti, cum commemoratione S. Andreae.

---

## DIE V. FEBRUARII.

In festo S. Agathae, Virg.  
et Mart. Duplex.

Si hoc Festum transferri  
contingat, et habeat primas  
Vesperas proprias, tunc di-  
citur Añã. Quis es tu, cum  
reliquis de Laudibus. 611.  
Psalmus. Dixit Dóminus,  
cum reliquis de Comuni  
Apostolorum. ii.

Capitulum. *Eccli.* li.



CONFITEBOR ti-  
bi, Dómine Rex,  
et collaudábo te  
Deum Salvató-  
rem meum. Confitébor nó-  
mini tuo: quóniam ad-  
jutor et protector factus es  
mihi, et liberásti corpus  
meum a perditione.

Hymnus.

**J**ESU, coróna Virgi-  
num,  
Quem Mater illa concipit,  
Quae sola Virgo párturit,  
Haec vota clemens áccipe.

Qui pergis inter lília,  
Septus choréis Virginum,  
Sponsus decórus glória,  
Sponsisque reddens prae-  
mia.

Quocúmque tendis, Vir-  
gines  
Sequúntur, atque láudibus  
Post te canéntes cúrsitant,  
Hymnósque dulces persón-  
nant.

Te deprecámur súpli-  
ces,  
Nóstris ut addas sénsibus

Nescire prorsus ómnia  
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito  
In saeculorum saecula.

Amen.

¶ Spécie tua, et pulchri-  
túdine tua. R̄. Inténde,  
póspere procéde, et regna.

Ad Magnif. Añã. Stans  
beáta Agatha in médio cár-  
ceris, expánsis mánibus orá-  
bat ad Dóminum: Dómine  
Jesu Christe, magister bone,  
grátias tibi ago, qui me fe-  
cisti vincere torménta car-  
nificum: jube me, Dómine,  
ad tuam immarcescibilem  
glóriam feliciter pervenire.

Oratio.

**D**EUS, qui inter caetera  
poténtiae tuae mirá-  
cula étiam in sexu frágili  
viçtóriam martyrii contu-  
listi: concéde propítius; ut,  
qui beátae Agathae, Virgi-  
nis et Mártiris tuae, nata-  
lícia cólimus, per ejus ad te  
exémpla gradiámur. Per  
Dóminum.

Deinde fit commemorat.  
S. Andreae Episcopi, Añã.  
Amávit eum Dóminus, et  
ornávit eum: stolam gló-  
riae induit eum, et ad por-  
tas paradísi coronávit eum.

¶ Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. R̄.  
Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui in Ec-  
clésia, ut supra. 602.

## AD MATUTINUM.

Invitator. Regem Vir-  
ginum Dóminum, \* Veníte  
adorémus. Ps. Veníte, ex-  
ultémus. 2.

## Hymnus.

**V**IRGINIS Proles,  
Opiféxque Matris,  
Virgo quem gessit, peperit-  
que Virgo ;

Virginis partos cánimus de-  
córa

Morte triúmphos.

Hæc enim palmae dú-  
plicis beáta

Sorte, dum gestit fráguilem  
domáre

Córpóris sexum, dómuit  
cruéntum

Caede tyránnum.

Unde nec mortem, nec  
amíca mortis

Mille poenárum génera ex-  
pavéscens,

Sánguine effúso méruiť se-  
rénum

Scándere coelum.

Hujus orátu, Deus alme,  
nobis

Débitas poenas scélerum  
remítte ;

Ut tibi puro resonémus al-  
mum

Péctore carmen.

Sit decus Patri, genitæ-  
que Proli,

Et tibi compar utriúsque  
virtus

Spiritus semper, Deus unus  
omni

Témporis ævo.

Amen.

## In primo Nocturno.

Añã. Ingénua sum, \* et  
ex spectábili genere, ut  
omnis parentéla mea testá-  
tur. Psalmi in primo et  
secundo Nocturno de Com-  
muni unius Mart. xxviii.

Añã. Summa ingenuitas \*  
ista est, in qua sérvitus  
Christi comprobátur.

Añã. Ancilla Christi \*  
sum, ídeo osténdo me ser-  
vilem habére persónam.

V. Spécie tua, et pul-  
chritúdine tua. R. Intén-  
de, prospere procéde, et  
regna.

## De libro Ecclesiástici.

## Lectio i. Cap. li.



**C**ONFITEBOR ti-  
bi, Dómine Rex,  
et collaudábo te  
Deum salvató-  
rem meum. Confitebor nó-  
mini tuo : quóniam adjutor  
et protéctor factus es mihi,  
et liberásti corpus meum a  
perditíone, a láqueo lingue  
iníquæ, et a lábiis operán-  
tium mendácium, et in con-  
spéctu astántium factus es  
mihi adjutor. Et liberásti  
me secúndum multítudinem  
misericórdiæ nóminis tui a  
rugiéntibus, præparásti ad  
escam, de mánibus quæ-  
réntium ánimam meam, et  
de portis tribulatiónum  
quæ circumdedérunt me :  
a pressúra flammæ, quæ  
circumdedit me, et in mé-  
dio ignis non sum aestuáta :



de altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua iniusta.

*R.* Dum torqueretur beata Agatha in mamilla graviter, dixit ad iudicem: \* Impie, crudelis, et dire tyranne, non es confusus amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? *V.* Ego enim habeo mamillas integras intus in anima mea, quas ab infantia Domino consecravi. — Impie.

LECTIO II.

**L**AUDABIT usque ad mortem anima mea Dominum, et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdederunt me undique, et non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, et non erat. Memorata sum misericordiae tuae, Domine, et operationis tuae, quae a saeculo sunt: quoniam eruis sustentans te, Domine, et liberas eos de manibus Gentium.

*R.* Agatha laetissime et glorianter ibat ad carcerem, \* Quasi ad epulas invitata: et agonem suum Domino precibus commendabat. *V.* Nobilissimis orta natalibus, ab ignobili gaudens trahebatur ad carcerem. — Quasi.

LECTIO III.

**E**XALTASTI super terram habitationem meam, et pro morte deficiente deprecata sum. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor et laudem dicam tibi, et benedicam nomini Domini.

*R.* Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea? ego sum Apostolus Christi: nihil in me dubites, filia: ipse me misit ad te, \* Quem dilexisti mente, et puro corde. *V.* Nam et ego Apostolus ejus sum, et in nomine ejus scias te esse curandam. — Quem. Gloria Patri. Quem.

In secundo Nocturno.

*Añ.* Agatha sancta \* dixit: Si feras mihi promittis, audito Christi nomine, mansuescunt.

*Añ.* Si ignem adhibeas, \* rorem mihi salvificum de coelo Angeli ministrabunt.

*Añ.* Agatha laetissime \* et glorianter ibat ad carcerem, quasi ad epulas invi-

táta: et agónem suum Dño  
précibus commendábat.

V. Adjuvábít eam Deus  
vultu suo. R. Deus in mé-  
dio ejus, non commové-  
bitur.

Lectio iv.



**A**GATHA virgo, in  
Sicilia nobilibus  
paréntibus nata,  
quam Panormi-  
táni et Catanénses civem  
suam esse dicunt, in perse-  
cutióne Décií Imperatóris  
Cátanae gloriósi martyrii  
corónam consecúta est.  
Nam cum pari pulchritú-  
dinis et castitátis laude  
commendarétur, Quintiá-  
nus Siciliae praetor ejus  
amóre captus est. Sed cum,  
tentáta modis ómnibus ejus  
pudicitia, Agatham in suam  
senténtiam perducere non  
posset, Christiánae super-  
stitionis nómine compre-  
hénsam, Aphrodisiae cú-  
dam multeri depravándam  
tradit. Quae Aphrodisiae  
consuetúdone cum de con-  
stántia coléndae Christiánae  
fidei, et servándae virgini-  
tátis, removeri non posset :  
núntiat illa Quintiáno, se  
in Agatha óperam pérdere.  
Quare ille ad se virginem  
addúci jubet ; et : Nonne,  
inquit, te pudet, nóbili gé-  
nere natam, húmílem et  
servílem Christianórum vi-  
tam ágere? Cui Agatha :  
Multo praestántior est Chi-

stiána humilitas et sérvitus,  
regum ópibus ac supérbia.

R. Ego autem adjúta a  
Dómino, perseverábo in  
confessióne ejus, qui me  
salvam fecit, Et consolá-  
tus est me. V. Grátias tibi  
ago, Dómine Jesu Christe,  
qui misisti ad me Apósto-  
lum tuum curáre vúlnera  
mea. — Et consolátus.

Lectio v.

**Q**UAMOBREM irátus,  
Praetor hanc ei  
optiόνem dat, velítne pó-  
tius venerári deos, an vim  
tormentórum subire. At illa  
constans in fide, primum  
cólaphis caesa mittitur in  
cárcerem : unde postridie  
edúcta, cum in senténtia  
permanéret, admóti candé-  
ntibus lámínis in equúleo  
torquétur : tum ei mamílla  
abscínditur. Quo in vúlneré  
Quintiánus appellans vir-  
go: Crudélis, inquit, tyrán-  
ne, non te pudet amputáre  
in fémina, quod ipse in  
matre suxisti? Mox conjé-  
cta in vincula, sequéti  
nocte a sene quodam, qui  
se Christi Apóstolum esse  
dicébat, sanáta est. Rur-  
sum evocáta a Praetóre, et  
in Christi confessióne per-  
sevérans, in acútis téstulis,  
et candéntibus carbónibus  
ei subjéctis volutátur.

R. Ipse me curávit, qui  
per Apóstolum Petrum in  
custódia me confortávit,

pro eo quod iussa sum suspendi in equuleo. \* Propter fidem castitatis adjuva me, Dómine Deus meus, in tortura mamillarum mearum. *V.* Ipse me dignatus est ab omni plaga curare, et mammillam meam meo pectori restituere. — Propter.

## Lectio vi.

**Q**UO tempore ingenti terraemotu urbs tota contrémuit, ac duo parietes corruentes, Silvium et Falconium, intimos Praetoris familiares, oppresserunt. Quare vehementer commota civitate, veritus populi tumultum Quintianus, Agatham semimortuam clam reduci imperat in carcerem. Quae sic Deum precata: Dómine, qui me custodisti ab infántia, qui abstulisti a me amorem saeculi, qui me carnificum tormentis superioriorem praestitisti, accipe animam meam. Ea in oratione migravit in coelum, Nonis Februarii: cujus corpus a Christianis sepelitur.

*R.* Vidisti, Dómine, et spectasti agónem meum, quomodo pugnavi in stadio: sed quia nolui obedire mandatis Principum, \* Jussa sum in mamilla torqueri. *V.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Jussa sum. *Gloria Patri.* Jussa sum.

## In tertio Nocturno

*Añ.* Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus atrectari, non potest anima mea in paradisum Dómini cum palma intrare martyrii.

## Psalmus x.



**D**N Dño confido: quomodo dicitis animae meae: \* Trásmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatores intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretra, \* ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quóniam quae perfecisti, destruxérunt: \* justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, \* Dóminus in coelo sedes ejus:

Oculi ejus in páuperem respiciunt: pálpebrae ejus interrogant filios hóminum.

Dóminus interrogat justum et ímpium: \* qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.

Pluet super peccatores láqueos: \* ignis et sulphur, et spíritus procellarum pars cálicis eorum.

Quóniam justus Dñs, et justitias diléxit: \* aequitatem vidit vultus ejus.

*Añ.* Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus atrectari, non

potest ánima mea in paradísium Dómini cum palma intráre martyrii.

Añs. Vidísti, Dómine, \* agónem meum, quómodo pugnávi in stádio : sed quia nólui obedire mandátis Principum, jussa sum in mamilla torqueri.

Psalmus xiv.

**D**OMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, \* et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : \* tíméntes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, et non decipit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit haec, \* non movébitur in aetérnum.

Añs. Vidísti, Dómine, agónem meum, quómodo pugnávi in stádio : sed quia nólui obedire mandátis Principum, jussa sum in mamilla torqueri.

Añs. Propter fidem\* castitátis jussa sum suspénderi

in equúleo : adjuva me, Dñe Deus meus, in tortúra mamillárum meárum.

Psalmus xv.

**C**ONSERVA me, Dómine, quóniam sperávi in te. \* Dixi Dómino : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, \* mirificávit omnes vo'untátes meas in eis.

Multiplicátae sunt infirmitátes eórum : \* póstea acceleravérunt.

Non congregábo convénticula eórum de sanguínibus : \* nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars haereditáti meae, et cálicis mei : \* tu es, qui restitues haereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in praecláris : \* étenim haereditas mea praeclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tribuit mihi intelléctum : \* insuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : \* quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc laetátum est cor meum, et exultávit lingua mea : \* insuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques ánimam meam in inférno : \* nec dabis sanctum tuum vidére corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplébis me laetitia cum vultu tuo : \* delectationes in dextera tua usque in finem.

Añā. Propter fidem castitatis iussa sum suspēdi in equuleo : ádjuva me, Dómine Deus meus, in tortúra mamillárum meárum.

℣. Elégit eam Deus, et praelégit eam. ℞. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. xix.*

**I**N illo tempore : Accesserunt ad Jesum Pharisaei, tentantes eum, et dicentes : Si licet hómini dimittere uxórem suam, quacúmque ex causa ? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysóstomi.

*Homil. lxi. in Matth. sub medium.*



**Q**UINUS noster, quia ad virginitatem hortári grave esse videbátur, a necessitate legis de non solvendo matrimónio, eos ad cupiditatem illius tráhere studet. Deinde ut eam esse possibilem osténdat, sic inquit : Sunt eunúchi, qui ex

ventre matris ita nati sunt, et sunt qui ab hominibus eunúchi facti sunt, et sunt qui seipsos castraverunt propter regnum coelórum. Quibus verbis laténte eos ad eligendam virginitatem indúcit, dum eam virtútem esse possibilem ádstruit.

℞. Beáta Agatha ingrédita cárcerem, expándit manus suas ad Deum, et dixit : Dñe, qui me fecisti vincere torménta carnificum, \* Jube me ad tuam misericórdiam pervenire. ℣. Dñe, qui me creásti, et tulisti a me amórem saeculi, qui corpus meum a pollutione separásti. — Jube.

Lectio viii.

**I**D autem hoc fere modo confirmat. Cógita tecum si aut a natúra talis esses, aut ab hominibus eam injúriam passus, quid fáceres, cum et ejúsmodi voluptáte caréres, et nullam caréndo mercédem consequerís ? Grátias igitur nunc Deo agas, quod cum mercéde atque corónis idem sústines, quod illi sine corónis ac praemio tólerant : immo vero non idem, sed multo lévius, tum quia spe erigeris, et consciéntia recte facti ; tum quia non ita ingéntibus concupiscéntiae fluctibus jaetéris.

℞. Medicinam carnálem corpóri meo nunquam

exhibui, sed habeo Dñum Jesum Christum,\* Qui solo sermone restaurat universa. *V.* Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meam meo pectore restituere, ipsum invoco Deum vivum.—Qui. Gloria Patri. Qui.

## Lectio ix.

**Q**UM ergo de illis eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se contineant, frustra et inutiliter tales sunt; ac de illis, qui ut regnum coelorum consequantur, se continent, subjunxit rursus, dicens: Qui potest capere, capiat: ut alacriores efficiat eo ipso, quod grave esse opus ostendit, et ineffabili benignitate sua noluit eam rem intra necessitatem legis concludere: idque dicendo, adhuc magis possibilem esse demonstrat, ut voluntatis studium plus augeatur.

Te Deum laudamus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Quis es tu,\* qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi: nihil in me dubites, filia. Ps. Dominus regnavit. cum reliquis. 19.

2. Medicinam carnalem\* corpori meo nunquam exhibui, sed habeo Dominum Jesum Christum, qui

solo sermone restaurat universa.

3. Grátias tibi ago,\* Dómine Jesu Christe, quia memor es mei, et misisti ad me Apóstolum tuum curare vulnera mea.

4. Benedico te,\* Pater Dómini mei Jesu Christi: quia per Apóstolum tuum mamillam meam meo pectore restituisti.

5. Qui me dignatus est\* ab omni plaga curare, et mamillam meam meo pectore restituere, ipsum invoco Deum vivum.

Capitulum. *Eccli. li.*

**Q**ONFITEBOR tibi, Dñe Rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus. Jesu corona Virginum, ut supra in primis Vesperis. 604.

*V.* Diffusa est gratia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Bened. Añae. Paganorum multitudo\* fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerrunt velum ejus contra ignem: ut comprobaret Dominus, quod a periculis incendii meritis beatae Agathae Martyris suae eos liberaret.

Oratio.

**D**EUS, qui inter caetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatae Agathae, Virginis et Martyris tuae, natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Antiphona. Medicinam carnalem.

Capitulum. Confitebor, ut supra.

R̄. br. Spécie tua, \* Et pulchritudine tua. Spécie. V. Inténde, prospere procéde, et regna. Et pulchritudine. Glória Patri. Spécie.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. R̄. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD SEXTAM.

Añs. Grátias tibi ago.

Capitulum. *Eccli. li.*

**L**IBERASTI me secundum multitudinem misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus, praeparatis ad escam, de manibus quaeréntium ánimam meam, et de multis tribulationibus quae circumdedérunt me.

R̄. br. Adjuvabit eam, \* Deus vultu suo. Adjuvabit.

V. Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvabit.

V. Elégit eam Deus, et praeclégit eam. R̄. In tabernáculo suo habitare facit eam.

AD NONAM.

Antiphona. Qui me dignatus est.

Capitulum. *Eccli. li.*

**L**AUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et liberas eos de manu angústiae, Dómine Deus noster.

R̄. br. Elégit eam Deus, \* Et praeclégit eam. Elégit. V. In tabernáculo suo habitare facit eam. Et praeclégit. Glória Patri. Elégit.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R̄. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

AD VESPERAS.

Añs. Quis es tu, cum reliquis ut supra in Laudibus. Psalmus. Dixit Dñs, cum reliquis de Dominica. 135. et loco ultimi, Psalmus. Lauda Jerúsalem Dóminum. 158.

Deinde fit a Capitulo de sequenti cum Commemor. praecedentis et S. Dorotheae Virg. et Mart.

## DIE VI. FEBRUARII.

In festo S. Titi,  
Episcopi et Confessoris.  
Duplex.

In Hymno Iste Confessor  
dicatur :

Hac die laetus méruit su-  
prémos  
Laudis honóres.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Ti-  
tum, Confessórem  
tuum atque Pontíficem,  
apostólicis virtútibus deco-  
rásti : ejus méritis et inter-  
cessióne concéde ; ut juste  
et pie vivéntes in hoc sae-  
culo, ad coeléstem pátriam  
pervenire mereámur. Per  
Dóminum

Pro comm. S. Agathae.  
Añã. Stans beáta Agatha  
in médio cárceris, expán-  
sis má nibus orábat ad Dó-  
minum : Dñe Jesu Christe,  
magíster bone, grátias tibi  
ago, qui me fecisti vincere  
torménta carníficum, jube  
me, Dómine, ad tuam im-  
marcescibilem glóriam feli-  
citer pervenire.

¶ Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. *R.* Proptérea  
benedíxit te Deus in aetér-  
num.

Oratio. Deus, qui inter  
caetera, ut supra.

Deinde fit commem. S.  
Dorotheae, Virg. et Mart.  
Añã. Veni, sponsa Christi.  
accípe corónam, quam tibi

Dóminus praeparávit in  
aetérnum.

¶ Spécie tua et pulchri-  
túdine tua. *R.* Inténde,  
próspere procéde, et regna.

Oratio.

**I**NDULGENTIAM  
nobis, quaesumus Dó-  
mine, beáta Doróthea, Vir-  
go et Martyr, implóret :  
quae tibi grata semper éxtitit  
et mérito castitátis, et  
tuae professióne virtútis.  
Per Dóminum.

Lectiones primi Noctur-  
ni de Scriptura occurrente ;  
sed in Quadrages. Fidélis  
sermo, de Communi primo  
loco. lxiv.

In secundo Nocturno

Lectio iv.



**I**ITUM Cretén-  
sium Episcopum  
vix Pauli Apó-  
stoli verbo Chri-  
stiánae fidei Sacraméntis,  
mysteriisque excúltum, ea  
sanctitátis luce Ecclesiae  
tunc vagiénti effulsisse com-  
pértum est, ut inter ejúsdem  
Doctóris Géntium discipu-  
los merúerit cooptári. Ad-  
scitus in partem óneris  
praedicatiónis, ádeo evan-  
gelizándi ardóre, et fidelitá-  
te Paulo éxtitit carus,  
ut ipse cum venísset Tróa-  
dem propter Evangélium  
Christi testátus sit, non  
habuisse réquiem spiritui  
suo, eo quod Titum fratrem  
suum ibi non invénierit. Et



paulo post Macedóniam petens, rursus suam in eum charitátem ita éxprimit : Sed qui consolátur húmiles, consolátus est nos Deus in advéntu Titi.

R̄. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V̄. Nihil proficiet inimícus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei.—Manus enim.

## Lectio v.

**QUAMOBREM** Corínthum ab Apóstolo missus, ea sapiéntia, et lenitáte legatiónis hujus múnere functus est, quae praesértim de fidélium pietáte eleemósynas colligéndas ad sublevándam Ecclésiæ Hebraeorum inópiam spectábat, ut Corínthios non solum in Christi fide continéret, sed étiam desiderium, fletum, aemulatióem inter eos pro Paulo, qui illos primus instituit, excitáverit. Ad effundéndum interim inter gentes, linguis locisque distínctas, divini verbi semen, plúribus terra marique itinéribus reléctis, magnáque ánimi firmitáte pro Crucis trophaeo curis laboribusque exantláti, una cum duce Paulo Cretae insulam áppulit. Cum porro huic Ecclésiæ Episcopus ab ipso Apóstolo deléctus esset, dubitándum non est, quin

in eo múnere ita versátus sit, ut, juxta ipsius Pauli praeceptóris mónita, seipsum praebúerit exémplum bonórum óperum in doctína, in integritáte, in gravitáte.

R̄. Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V̄. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.—Manus.

## Lectio vi.

**ITAQUE** tamquam lucerna inter eos, qui in idolatriæ et mendaciórum ténébris, véluti in umbra mortis, sedébant, religiónis jubar diffúdit. Tráditur eum inter Dálmatas, ut Crucis vexillum explicáret, stréne consumdásse. Tandem meritórum et diérum plenus, quarto supra nonagésimum anno, pridie Nonas Januárii, pretiósá justórum morte obdormívit in Dómino, et sepúltus est in Ecclésia, ubi ab Apóstolo mínister fúerat constitútus. Hujus nomen a sancto Joáñne Chrysóstomo et a sancto Hierónymo praecipue commendátum, Martyrológio Románo eádem die inscriptum légitur; verum pro ejus die festo cum Officio et Missa in Cathólico orbe recoléndo ab utróque Cle-ro, primam insequéntem

diem liberam Summus Pontifex Pius Nonus assignavit.

*R.* Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: \* Ipse intercédât pro peccatis omnium populorum. *V.* Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. — Ipse. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. x.*

**I**N illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem, et locum, quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

*Homilia xvii. in Evang.*



**D**OMINUS et Salvator noster, fratres carissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus, praecépta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in praedicationem discipulos mittit: quia duo sunt praecépta charitatis, Dei videlicet amor, et proximi: et minus quam inter duos cha-

ritas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit.

*R.* Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. *V.* Induit eum Dominus lorica fidei, et ornavit eum. — Et ad portas.

Lectio viii.

**E**CCE enim binos ad praedicandum discipulos Dominus mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, praedicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Praedicatores enim suos Dominus sequitur: quia praedicatio praevénit, et tunc ad mentis nostrae habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis praecurrunt: atque per hoc veritas in mente suscipitur.

*R.* Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. *V.* Vigilate ergo,

quia nescitis qua hora Dóminus vester ventúrus sit.—  
Et vos símiles. Glória Patri. Et vos símiles.

Pro S. Dorothea.

Leção ix.



**D**OROTHEA virgo, ex Caesarea Cappadóciae, propter Christi confessionem ab Apricio praeside comprehensa, Chrystae et Callistae sororibus, quae a fide defecerant, tradita est, ut eam a proposito removerent. Sed contra factum est: nam eas Doróthea ad cultum Christiánae religionis redúxit, propter quam etiam martyrium suscepérunt. Quare virgo equuleo diu torta, et palmis caesa, ad extrémum cápitis damnata, duplicatam virginitatis et martyrii palmam accépit.

Te Deum laudámus. r8.

Si vero hoc Festum transferatur in aliam diem, et in illa non occurrat Festum simplex habens Lectionem propriam, tunc nona leção erit sequens:

Leção ix.

**I**NC namque eisdem praedicatoribus Isaias dicit: Parate viam Dómini, rectas facite semitas Dei nostri. Hinc filius Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque

Dóminus ascendit: quia unde in passione occubuit, inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit: quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facinus, cum nos ejus gloriam vestris mentibus praedicamus, ut eas et ipse post veniens, per amoris sui praesentiam illustret.

In Laudibus fit comm. S. Dorotheae, Virg. Mart. Aña. Simile est regnum coelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas; inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum. Oratio. 613.

Vesperae a Capitulo de sequenti, Commemoratio praecedentis.

## DIE VII. FEBRUARII.

In festo S. Romualdi, Abbatis. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. lxxxiii. praeter sequentia.

In Hymno Vesperatum dicatur:

Hac die laetus meruit supermos

Laudis honores,

Oratio.

**I**NTERCESSIO  
nos, quaesumus Dómine, beáti Romuáldi Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Pro comm. S. Titi, Aña.  
Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

∇. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R̄. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui beátum, ut supra.

Lectiões primi Nocturni de Scriptura occurrente.

Si vero venerit in Quadragesima, leguntur Lectiões de libro Ecclesiastici Beátus vir, ut in Comuni Confessoris non Pontificis, ii. loco. xcv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**R**OMUALDUS  
Ravennæ, Sérgio patre, nóbili genere natus, adolescens in propinquum monastérium Classénsè poeniténtiæ causa secéssit: ubi religiósus hóminis sermóne ad pietátis stúdiu[m] vehéméntius incensus, viso étiam semel et íterum per noctem in Ecclesiá beáto Appollinári, quod Dei servus illi futúrum promiserat,

mónachus efficitur. Mox ad Marinum, vitæ sanctitáte ac severióre disciplína in finibus Venetórum eo témpore célebrem, se cónsulit, ut ad arctam et sublímem perfectiónis viam eo magistro ac duce uterétur.

R̄. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum : \* Et dedit illi claritátem aetérnam. ∇. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. — Et dedit.

Lectio v.

**Q**UANTIS sátanæ insídiis, et hóminu[m] invídiá oppugnátus, tanto humílior se assidue jejúniis et oratióibus exercébat, et reru[m] coeléstium meditatióne, vim lacrymaru[m] profúndens, fruebátur: vultu tamen ádeo laeto semper erat, ut intuéntes exhilaráret. Magno apud Principes et Reges in honóre fuit: multique ejus consílio, mundi illécebris abjéctis, solitúdinē petiérunt. Martyrii quoque cupiditáte flagrávit, cujus causa dum in Pannóniam proficiscitur, morbo, quo afflictabátur cum progredirétur, levabátur cum recederet, reverti cógitur.

R̄. Amávit eum Dñs, et ornávit eum : stolam

glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronávit eum. *V.* Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas.

Lectio vi.

**I**N vita et post mortem miraculis clarus, sprítu étiam prophetiæ non cáruit. Scalam a terra coelum pertingentem, in similitúdinem Jacob Patriarchæ, per quam hómines in veste cándida ascendébant et descendébant, per visum conspéxit: eóque Camaldulenses mónachos, quorum institúti auctor fuit, designári mirabiliter agnóvit. Dénique cum annos centum et viginti ágeret, et centum ipsos in summa vitæ asperitáte Deo servisset, ad eum migrávit, anno salutis millésimo vigésimo séptimo. Ejus corpus quinquénio postquam sepúltum fúerat, íntegrum repértum, Fabiáni in Ecclesiá sui Ordinis honorífice cónditum est.

*R.* Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. *V.* Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia S. Hieronymi Presb. in Evangelium: Ecce nos relíquimus, ut in Communi Abbatum. *ci.*

In secundis Vesperis a Capitulo de sequenti, cum cominem. præced.

## DIE VIII. FEBRUARII.

In festo S. Joannis de Matha, Confess.  
Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. lxxxiii. exceptis his quæ hic sunt propria.

In Hymno Iste Confessor dicatur :

Hac die laetus méruit supremos

Laudis honóres.

Oratio.

**D**EUS, qui per sanctum Joánnem Ordinem sanctíssimæ Trinitátis ad rediméndum de potestáte Sarracenórum captivos coelitus institúere dignátus es : præsta, quaesumus ; ut, ejus suffragántibus méritis, a captivitate córporis et animæ, te adjuvante, liberémur. Per Dóminum.

Deinde fit comm. S. Romualdi Abbatis, Aña. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias coelo cóndidit ore, manu.

*V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. *R.* Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Intercéssio nos, ut supra. 617.

In primo Nocturno, si venerit in Quadragesima, Lectiones de libro Ecclesiastici, **Beátus vir**, de Comuni Conf. non Pont. xcv. alias de Scriptura occur.

Lectio iv.



**A**JOANNES de Matha, Ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum institutor, Falcone in Provincia natus est parentibus pietate et nobilitate conspicuis. Studiorum causa Aquas Sextias, mox Parisios profectus, confectoque Theologiae curriculo, Magisterii lauream adeptus, doctrinae et virtutum splendore enituit. Quibus motus Parisiensis Antistes, ad sacrum Presbyteratus ordinem prae humilitate reluctantem promovit eo consilio, ut in ea civitate commorans, sapientia et moribus studiosae juventuti praeluceret. Cum autem in sacello ejusdem Episcopi, ipso cum aliis adstante, primum Deo Sacrum offerret, coelesti favore miruit recreari. Nam Angelus candida et fulgenti veste indutus, cui in pectore crux rubei et caerulei coloris assuta erat, brachiis cancellatis, et super duos captivos ad latera

positos, Christianum unum, alterum Maurum, extensis apparuit. Qua visione in extasim raptus, intellexit protinus vir Dei, se ad redimendum ab infidelibus captivos destinari.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.— Et dedit.

Lectio v.

**Q**UO vero maturius in re tanti momenti procederet, in solitudinem secessit, ibique divino nutu factum est, ut Felicem Valesium, in ipsa eremo jam multis annis degentem, repererit: cum quo inita societate, se per triennium in oratione et contemplatione, omniumque virtutum studio exercuit. Contigit autem, ut, dum secum de rebus divinis prope fontem colloquerentur, cervus ad eos accesserit, Crucem inter cornua gerens, rubei et caerulei coloris. Cumque Felix ob rei novitatem miraretur, narravit ei Joannes visionem in prima Missa habitam: et exinde ferventius orationi incumbentes, ter in somnis admoniti, Romam proficisci decreverunt,

ut a summo Pontífice novi Ordinis pro rediméndis captívus institutionem impetrarent. Eléctus fuerat eo t'empore Innocéntius Tértius, qui, illis benigne accéptis, dum secum de re propósita delíberat, in festo sanctæ Agnétis secúndo, Lateráni intra Missárum solémnia ad sacrae Hóstiæ elevationem, Angelus ei, cándida veste, cruce bicólóri, spécie rediméntis captívos apparuit. Quo viso, Póntifex Institútum approbávit, et novum Ordinem sanctíssimæ Trinitátis Redemptiónis Captívorum vocári jussit, ejúsque profesóribus albas vestes cum Cruce rúbei et caerúlei colóris præbuit.

R̄. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum,\* Et ad portas paradísi coronávit eum. V̄. Induit eum Dñs lorícám fidei, et ornávit eum.—Et ad portas.

Lectio vi.

**S**IC stabilito Ordine, sancti Fundatóres in Gáliam redierunt, primóque coenóbio Cervi frígidi in dioecési Meldénsi constrúcto, ad ejus régimen Felix remánsit, et Joánnes Romam cum áliquot sóciis revérsus est, ubi Innocéntius domum, Ecclésiám, et hospítale sancti

Thomæ de Formis in monte Coelio eis donávit, cum multis redditibus et possessionibus. Datis quoque lítteris ad Miramolínium regem Maróchii, opus redemptiónis felici auspicio inchoátum fuit. Tum ad Hispánias, sub jugo Saracénórum magna ex parte opprèssas, Joánnes proféctus est, Regúmque, Principum, atque aliórum fidélium ánimos ad captívorum et páuperum commiserationem commóvit. Monastéria aedificávit, hospítalia eréxit, magnóque lucro animárum plures captívos redémít. Romam tandem revérsus, sanctisque opéribus incúbens, assídus labóribus attrítus, et morbo conféctus, ardentíssimo Dei et próximi amóre exaestuans, ad extrémum devénit. Quare frátribus convocátis, eisque ad opus redemptiónis coelitus præmonstrátum effícaciter cohortátis, obdormívit in Dño sextodécimo Kaléndas Januárii, anno salutis millésimo ducentésimo décimo tertio; ejúsque corpus in ipsa Ecclésiá sancti Thomæ de Formis condígnò honóre tumulátum fuit.

R̄. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : \* Quia te vidi justum



## Officia per breve diei 28 Julii 1882

ad Universalem Ecclesiam extensa. ~~~~~

DIE IX. FEBRUARII.

**S. Cyrilli Episc. Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct.**

Duplex. m. t. v.

In utrisque Vesperis ad Magnificat, Añs. O Doctor.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Cyrillum Confessórem tuum atque Pontíficem divinæ maternitátis beatissimæ Virginis Mariæ assertórem invictum effecisti: concéde, ipso intercedente; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, máterna ejúsdem protectióne salvémur. Per eúndem Dóminum.

In j. Nocturno Lectioes de Scriptura occurrente; in Quadrág. Sapiéntiam pro Doctoribus.

In secundo Nocturno:

Lectio iv.

**C**YRILLUS Alexandrinus, cujus præcónia non unius tantum vel alitérius sunt comprobáta testimónio, sed étiam cecumenicórum Conciliórum Ephesíni et Chalcedonénsis actis celebráta, claris ortus paréntibus, ac Theó-

phili Episcopi Alexandríni nepos, adhuc adoléscentis præcelléntis ingénii clara specímína dedit. Litteris ac sciéntiis egrégie imbútus, ad Joánnem Episcopum Hierosolymítanum se cóntulit, ut in Christiána fide pèrficerétur. Alexandríam deínde cum rediísset, Theóphilo vita functo, ad illíus sedem evéctus est; quo in múnere ita óptimi pastóris formam ab Apóstolo defínitam constánter præ se tulit, ut sanctíssimi præsulis glóriam mérito sit adéptus.

R. Invéni David.

Lectio v.

**S**ALUTIS animárum zelo incénsus curas omnes inténdit, ut sibi commissum gregem in fidei et morum integritáte serváret atque a venenátis infidélium et hæreticórum páscuis defénderet. Hinc tum Novátium Judæos qui furóre acti in cædem christianórum conspiráverant, juxta leges puníri satégit. Singuláre vero Cyrilli pro cathólicæ fidei incolumitáte eníituit stúdiúm contra Nestórium

HIEMALIS;

\*



Constantinopolitanum Episcopum, asserentem Jesum Christum ex Maria Virgine hominem tantum et non Deum natum, eisque divinitatem pro meritis esse collatam; cujus emendationem cum frustra tentasset, eum sancto Cœlestino Pontifici Máximo denunciavit. <sup>W.</sup> Pósnij adjutórium.

**C**ŒLESTINI delegata auctoritate, Concilio Ephesino præfuit, in quo hæresis Nestoriána pénitus proscripta est, damnátus Nestórius et a sua sede dejéctus, ac dogma catholicum de una in Christo, eaque divína persóna, et divína gloriósæ Virginis Mariæ maternitate assértum; plaudente pópulo univérso, qui incredibili gáudio géstiens, collucéntibus fáciibus domum dedúxit Episcopos. Sed hac de causa Cyríllus calúnniis, injúriis et persecutióibus

plúrimis a Nestório ejúsque fautoribus impetitus fuit; quas ipse patientissime tulit, ita ut de sola fide sollicitus, quidquid advérsus eum effutiébant ac moliebántur hæréti, pro nihilo habéret. Tandem pro Ecclésia Dei máximis persúnctus labóribus, plurímisque scriptis éditis tum ad éthnicos et hæréticos confutándos, tum ad sacras scriptúras et cathólica explanánda dógmata, sancto sine quiévit anno quadringentésimo quadragésimo quarto, episcopátus trigésimo secúndo. Leo décimus tértius Póntifex Máximus Officium et Missam præclarissimi hujus fidei cathólicæ propugnatoris et Orientalis Ecclésiæ lúminis, ad Ecclésiám univérsam exténdit. <sup>W.</sup> Iste est qui ante.

In <sup>W.</sup> iij. Nocturno Hom. in Evang. Vos estis sal terræ, de Comm. Doct. j. loco, cum <sup>W.</sup> viij. In médio.

Concordant cum originalibus penes Secretariam Sacrarum Rituum Congregationis existentibus. In fidem, etc. Ex eadem Secretaria hac die 18 Decembris 1882.

Loco † Signi.

Laurentius Salvati, S. R. C. Secretarius.

Imprimi possunt. — Mechliniæ, 22 Januarii 1883.

Victor Augustus Card. Dechamps,

ARCH. MECHLIN.

coram me ex omnibus gentibus. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Quia. Glória. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papae in Evangelium: Sint lumbi, de Communi Confessoris non Pontificis. xcii.

In secundis Vesperis fit commem. S. Apolloniae Virg. et Mart.

DIE IX. FEBRUARII

S. Apolloniae  
Virginis et Martyris.

Añã. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum.

V. Spécie tua, et pulchritudine tua. R. Inténde, prospere procéde et regna.

Oratio.

**D**EUS, qui inter caetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concède propitius; ut, qui beatae Apolloniae, virginis et martyris tuae, natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Lectio iii.



**P**OLLONIA, Virgo Alexandrina, sub Décio Imperatore, cum ingravescente jam aetate ad

idóla sisteretur, ut eis venerationem adhiberet, illis contemptis, Jesum Christum verum Deum colendum esse praedicabat. Quamobrem omnes ei contusi sunt, et evulsi dentes; ac, nisi Christum detestata deos coleret, accenso rogo combusturos vivam minati sunt impii carnifices. Quibus illa, se quamvis mortem pro Jesu Christi fide subituram, respondit. Itaque comprehensa ut combureretur, cum paulisper, quasi deliberans quid agendum esset, stisset, ex illorum manibus elapsa, alacris in ignem sibi paratum, majori Spiritus sancti flamma intus accensa, se injecit. Unde brevi consumpto corpore, purissimus spiritus in coelum ad sempiternam martyrii coronam evolavit.

Te Deum laudamus. r8.

DIE X. FEBRUARII.

In festo S. Scholasticae  
Virginis. Duplex.

Omnia de Communi Virginis. ciii. praeter sequent.

Oratio.

**D**EUS, qui animam beatae virginis tuae Scholasticae, ad ostendam innocentiae viam, in columbae specie coelum penetrare fecisti: da nobis, ejus meritis et precibus, ita

innocenter vivere, ut ad aeterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

Si venerit in Quadragesima, Lectiones primi Nocturni De virginibus, ut in Communi. *cix.* alias de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro secundo Dialogorum S. Gregorii Papae.

Lectio iv. *Cap. xxxiii.*



**S**CHOLASTICA, venerabilis patris Benedicti soror, omnipotenti Domino ab ipso infantiae tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat, ad quam vir Dei non longe extra januam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descendit frater, qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent, et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina soror ejus eum rogavit, dicens: Quaeso te, ut ista nocte me non deseras, ut usque mane de coelestis vitae gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est quod loqueris, soror?

manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat coeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina, cum verba fratris negantis audivisset, insertas digitis manus super mensam posuit, et caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinavit. Cumque levaret de mensa caput, tanta coruscationis, et tonitruum virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant, extra locilimen, quo considerant, pedem movere potuerint.

*R.* Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dextera tua. *V.* Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Et deducet.

Lectio v.

**S**ANCTIMONIALIS quippe femina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est: sed tanta fuit convenientia orationis et inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret: quatenus unum,

idémque esset moméntum, et levare caput, et plúviam depónere. Tunc vir Dei inter cortúscos, et tonítruos, atque ingéntis plúviae inundatiónem, videns se ad monastérium non posse remeáre, coepit cónqueri contristátus, dicens : Parcat tibi omnipotens Deus, soror: quid est quod fecisti? Cui illa respóndit : Ecce rogávi te, et audíre me nolúisti ; rogávi Deum meum, et audívit me : modo ergo, si potes, egrédere, et me dimissa ad monastérium recéde. Ipse autem exíre extra tectum non valens, qui remanés sponte noluit in loco, mansit invítus. Sicque factum est, ut totam noctem pervígilem dúcerent, atque per sacra spiritalis vitae collóquia, sese vicária relatióne satiarent.

*R.* Dilexisti justítiam et odísti iniquitátem : \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo laetitiae. *V.* Propter veritátem et mansuetúdinem, et justítiam.— Propterea.

Lectio vi.

**Q**UMQUE die áltero eádem venerábilis fémina ad cellam própriam recessisset, vir Dei ad monastérium rediit. Cum ecce post trídium in cella consistens, elevátis in áera

óculis, vidit ejúsdem sororis suae ánimam de corpore egréssam in columbae spécie coeli secréta penetráre. Qui, tantae ejus glóriæ congáudens, omnipoténti Deo in hymnis et láudibus grátias réddidit, ejúsq; óbitum frátribus denuntiávit. Quos étiam prótinus misit, ut ejus corpus ad monastérium deférrent, atque in sepúlchro, quod sibi ipsi paráverat, pónerent. Quo factó contigit, ut quorum mens una semper in Deo fúerat, eórum quoque córpora nec sepultúra separáret.

*R.* Afferéntar Regi vírgines post eam, próximae ejus, \* Afferéntur tibi in laetitía et exultatióne. *V.* Spécie tua, et pulchritúde tua inténde, prospere procéde, et regna. — Afferéntur. Glória Patri. Afferéntur.

In tertio Nocturno, de Homilia in Evang. Simile erit regnum coelórum decem vírginibus, ut in Comuni. cxv.

DIE XIV. FEBRUARII.

S. Valentini,  
Presbyteri et Martyris.

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus, omnipotens Deus : ut, qui beáti Valentini Mátyris tui natalitia

cólimus, a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Lectio iii. Sermo sancti Augustini, Triumphális beáti, de Communi unius Martyris, xxxiii.

DIE XV. FEBRUARII.

SS. Faustini et Jovitae,  
Martyrum.

Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Faustini et Jovitae solemnitate lactificas: concede propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémpilis. Per Dñum.

Ry. ii. Haec est vera fraternitas, quae nunquam pótuit violári certámine: qui effúso sáanguine secúti sunt Dóminum: ✽ Contemnentes aulam régiam, pervenerunt ad regna coeléstia. ✕. Ecce quam bonum et quam jucúndum habitáre fratres in unum! — Contemnentes. Glória Patri. Contemnentes.

Lectio iii.



**A**USTINUS, et Jovita fratres, nóbiles Brixiani, in multis Itáliae úrbibus, quo vincti, saeviente Trajáni persecutióne, ducebántur, acerbíssima supplicia perpéssi, fortes in christiánae fidei confessi

perstiterunt. Nam Brixiae diu vinculis constricti, feris étiam objécti, in ignémque conjécti, et a béstiis et a flamma íntegri et incólumes serváti sunt: inde vero eisdem caténis colligáti, Mediolánum venérunt: ubi eórum fides tentáta exquisitíssimis torméntis, tamquam igne aurum, in cruciátibus magis enituit. Póstea Romam missi, ab Evaristo Pontifice confirmáti, ibi quoque crudelissime torquéntur. Dénique perducti Neápolim, in ea étiam urbe várie cruciáti, vinctis mánibus pedibúque, in mare demergúntur: unde per Angelos mirabiliter erépti sunt. Quare multos et constantia in torméntis, et miraculórum virtúte ad Christi fidem convertérunt. Postrémo redukti Brixiam iníitio suscepti ab Adriáno impérii, secúri percússi, illústrem martyrii coronam acceperunt.

Te Deum laudámus. 18.

DIE XVIII. FEBRUAR.

S. Simeonis,  
Episcopi et Martyris.

Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus própriae actiúnis gravat, beáti Simeónis, Mártyris tui atque Pontificis,

intercessio gloriósa nos  
 prótegat. Per Dóminum.

Lectio iii.



**S**IMEON, filius  
 Cléophae, post  
 Jacóbum próxi-  
 mus Jerosólymis  
 ordinátus Episcopus, Tra-  
 jáno Imperátore, apud At-  
 ticum consulárem est accu-  
 sátus, quod Christiánus  
 esset et Christi propínquus.  
 Comprehendébantur enim  
 omnes eo témpore, quicúm-  
 que ex genere David orti  
 essent. Quare multis cruci-  
 átus torméntis, eódem  
 passiónis genere quod Sal-  
 vátor noster subierat, affi-  
 citur, mirántibus ómnibus,  
 quod homo aetáte confécus  
 (erat enim centum et viginti  
 annórum) acerbíssimos crucis  
 dolóres fórtiter constan-  
 térque paterétur.

Te Deum laudámus. 18.

DIE XXII. FEBRUAR.

In Cathedra S. Petri  
 Antiochiae. Duplex.

AD VESPERAS.

Añá. Ecce sacérdos, cum  
 reliquis de Laudibus. lxxi.  
 Psalm. Dixit Dóminus, cum  
 reliquis ut in Comuni  
 Apostolorum. ii.

Capitulum. *Eccli.* xlv. c.



**S**CCE sacérdos ma-  
 gnus, qui in dié-  
 bus suis plácuit  
 Deo et invéntus  
 est justus : et in témpore

iracúndiae factus est re-  
 conciliátio.

Hymnus.

**Q**UODCUMQUE in  
 orbe néxibus revín-  
 xeris

Erit revínctum, Petre, in  
 arce síderum :

Et quod resólvit hic poté-  
 stas trá dita,

Erit solútum coeli in alto  
 vértice :

In fine mundi judicábis  
 saeculum.

Patrí perénne sit per ae-  
 vum glória,

Tibique laudes concinámus  
 ínclytas,

Ætérne Nate ; sit, supérne  
 Spíritus,

Honor tibi decúsque : san-  
 cta júgiter

Laudétur omne Trinitas  
 per saeculum. Amen.

✠ Tu es Petrus. ✠ Et  
 super hanc petram aedifi-  
 cábo Ecclésiám meam.

Ad Magnif. Añá. Tu es  
 pastor óvium, princeps  
 Apostolórum, tibi trá ditae  
 sunt claves regni coeló-  
 rum.

Oratio.

**D**EUS, qui beáto Petro  
 Apóstolo tuo, collá-  
 tis clávis regni coeléstis,  
 ligándi atque solvéndi Pon-  
 tificium tradidisti : concé-  
 de, ut intercessiónis ejus  
 auxílio, a peccatórum no-  
 strórum néxibus liberémur :  
 Qui vivis.

Deinde fit commemor. S. Pauli. *Añã. Sancte Paule Apóstole, praedicátor veritátis, et Doctór Géntium intercède pro nobis ad Deum, qui te elégit.*

*V.* Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole. *R.* Praedicátor veritátis in univérso mundo.

*Oratio.*

**D**EUS, qui multitudinem Géntium beati Pauli Apóstoli praedicatiónne docuisti : da nobis, quaesumus ; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*AD MATUTINUM.*

*Invitator.* Tu es pastor óvium, princeps Apostolorum : \* Tibi trádidit Deus claves regni coelórum. *Ps. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Quodcúmque, ut supra in Vesperis. 625.*

*In primo Nocturno.*

*Añã. Beátus vir, cum aliis Antiphonis, Psalmis et Versibus de Comuni Confess. Pontif. lxii.*

*Incipit Epístola prima beati Petri Apóstoli.*

*Lectio i. Cap. i.*



**P**ETRUS Apóstolus Jesu Christi, eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiae, Cappadóciae, Asiae, et Bithyniae, secún-

dum praesciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spiritus, in obediéntiam, et aspersionem sánguinis Jesu Christi : Grátia vobis et pax multiplicétur. Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mórtuis, in haereditátem incorruptibilem, et incontaminátam, et immarcescibilem, conservátam in coelis in vobis, qui in virtúte Dei custodímur per fidem in salutem, parátam revelári in témpore novíssimo.

*R.* Simon Petre, ántequam de navi vocárem te, novi te : et super plebem meam principem te constituí, \* Et claves regni coelórum trádidí tibi. *V.* Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in coelis : et quodcúmque solveris super terram, erit solútum et in coelis. — Et claves.

*Lectio ii.*

**I**N quo exultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus, ut probátio vestrae fidei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi :

quem cum non vidéritis, diligitis : in quem nunc quoque non vidéntes créditis : credéntes autem exultábitis lætítia inenarrábili, et gloriificáta : reportántes finem fidei vestrae, salutem animárum.

R̄. Si diligis me, Simon Petre, pasce oves meas. Dómine, tu nosti, quia amo te, \* et ánimam meam pono pro te. V̄. Si oportúerit me mori tecum, non te negábo. — Et ánimam.

## Lectio iii.

**D**E qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetae, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt : scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi : praeúntians eas quae in Christo sunt passiones, et posteriores glorias : quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quae nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de coelo, in quem desiderant Angeli prospicere.

R̄. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalébunt adversus eam : \* Et tibi dabo claves regni coelorum. V̄. Quodcúmque ligáveris su-

per terram, erit ligatum et in coelis : et quodcúmque solveris super terram, erit solutum et in coelis. — Et tibi dabo. Glória Patri. Et tibi dabo.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Lectio iv. Serm. xv. de SS.

**I**NSTITUTIO solemnitatis hodiernae a senioribus nostris Cathedralae nomen accepit, ideo quod primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus Cathedralae suscepisse refertur. Recte ergo Ecclesiae natalem sedis illius colunt, quam Apóstolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Dómino: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

R̄. Tu es pastor óvium, princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus ómnia regna mundi : \* Et ideo tibi traditae sunt claves regni coelorum. V̄. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligatum et in coelis : et quodcúmque solveris super terram, erit solutum et in coelis. — Et ideo.

Lectio v.

**P**ETRUM itaque fundamentum Ecclesiae Dóminus nominavit: et ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod



Ecclesiastici aedificii altitudo consurgit. Unde convenienter Psalmus, qui lectus est, dicit: Exaltem eum in Ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum. Benedictus Deus qui beatum Petrum Apostolum in Ecclesia exaltari praecipit: quia dignum est, ut fundamentum hoc in Ecclesia honoretur, per quod ad coelum conscenditur.

*R.* Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, \* Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. *V.* Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in coelis.—Et tu.

Lectio vi.

**Q**UOD natalis ergo Cathedrae hodie colitur, sacerdotale honoratur officium. Sibi hoc Ecclesiae invicem praestant, quia tanto necesse plus habet Ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solemnitatem hanc Ecclesiis merito religiosa observatio introduxerit, miror, cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos et vina conferant, quasi egressae de corporibus animae carnales cibos requirant.

*R.* Petre, amas me? tu scis, Domine, quia amo te.\*

Pasce oves meas. *V.* Simon Joannis, diligis me plus his? Tu scis, Dñe, quia amo te.—Pasce. Gloria Patri. Pasce.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xvi. b.

**I**N illo tempore: Venit Jesus in partes Caesariae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia S. Leonis Papae. *Serm. iii. in anniversario assumptionis suae, post initium.*



**P**OSTOLOS Dominus, quid de se homines opinentur, interrogat: et tamdiu sermo respondendum communis est, quamdiu humanae intelligentiae ambiguitas explicatur. At ubi quid habeat sensus discipulorum exigitur, primus est in Domini confessione, qui primus est in Apostolica dignitate. Qui cum dixisset: Tu es Christus Filius Dei vivi: respondit ei Jesus: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est. Id est, ideo beatus es, quia Pater meus te docuit: nec terrena opinio te fecerit, sed inspiratio coelestis instruxit: et

non caro et sanguis, sed ille me tibi, cujus sum unigénitus Filius, indicávit.

R7. Quem dicunthómines esse Filium hóminis? dixit Jesus discipulis suis. Respóndens Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclesiám meam. V. Beátus es Simon Bar-Jóna, quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui est in coelis.—Et ego dico.

Lectio viii.

**E**T ego, inquit, dico tibi: hoc est, sicut Pater meus tibi manifestávit divinitátem meam, ita et ego tibi notam fácio excellentiam tuam, quia tu es Petrus: id est, cum ego sim inviolábilis petra, ego lapis anguláris, qui fácio útraque unum, ego fundaméntum praeter quod nemo potest áliud pónere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtúte solidáris, ut, quae mihi potestáte sunt própria, sint tibi mecum participatióne commúnia. Et super hanc petram aedificábo Ecclesiám meam, et portae inferi non praevalébunt advérsus eam. Super hanc, inquit, fortitúdinem actérnum éxtram templum et Ecclesiáe meae coelo inserénda sublimitas, in hujus fidei firmitáte consúrget.

R7. Elégit te Dñus sacerdotem sibi, ad sacrificándum ei, Hóstiam laudis. V. Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altíssimo vota tua.—Hóstiam. Glória Patri, Hóstiam.

Si hoc Festum ante Quadragesimam venerit in Sabbato, vel transferatur in Feriam ii, et annus non fuerit Bissextilis, legitur nona Lectio de Homilia Vigiliae S. Mathiae, et de ea fit commemoratio ad Laudes post commem. S. Pauli. In Quadragesima autem nona Lectio erit de Homilia Feriae occurrentis, cum commemoratione de ea: et nihil fit de Vigilia nisi in Missa.

Lectio ix.

**H**ANC confessiónem portae inferi non tenébunt, mortis víncula non ligábunt: vox enim ista, vox vitae est. Et sicut confesóres suos in coeléstia próvehit, ita negatóres ad inférna demérgit. Propter quod dicit beatíssimo Petro: Tibi dabo claves regni coelórum. Et quaecúmque ligáveris super terram, erunt ligáta et in coelis: et quaecúmque sólveris super terram, erunt solúta et in coelis. Transivit quidem étiam in álios Apóstolos vis potestátis istíus, et ad omnes Ecclesiáe príncipes decreti

hujus constitutio commēavit: sed non frustra uni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiae rectoribus Petri forma praepōnitur. Manet ergo Petri privilegium, ubicūque ex ipsius fertur aequitate iudicium. Nec nimia est vel severitas vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut solverit, aut ligaverit.

Te Deum laudamus. r8.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus. Ps. Dñus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi.

3. Ideo iurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

4. Sacerdotes Dei, benedicite Dñum: servi Dñi, hymnum dicite Deo.

5. Serve bone et fidelis, intra in gaudium Dñi tui.

Capitulum. *Ecclesi.* xlv. c.

**E**CCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus: et in tempore iracundiae factus est reconciliatio.

Hymnus.

**B**EATE Pastor Petre, clemens accipe.  
Voces precantum, criminumque vincula  
Verbo resolve, cui potestas tradita  
Aperire terris coelum, apertum claudere.  
Sit Trinitati sempiterna gloria,  
Honor, potestas, atque jubilatio,  
In unitate, quae gubernat omnia,  
Per universa aeternitatis saecula. Amen.

V. Exaltem eum in ecclesia plebis. R. Et in cathedra seniorum laudent eum.

Ad Bened. Aña. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis: dicit Dominus Simóni Petro.

Oratio.

**D**EUS, qui beato Petro Apòs olo tuo, collatis clavibus regni coelestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur: Qui vivis.

Deinde fit commemorat. S. Pauli ut sup. in i. Vesp.

Ad Horas, omnia de Communi Conf. Pont. lxxii.

AD VESPERAS.

Añā. Ecce sacērdos, cum reliquis de Laudibus.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica. 135. et loco ultimi Psalm.

Memento, Dñe, David. 147. Capitulum et Hymnus ut supra in primis Vesperis.

V. Elégit te Dóminus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstias laudis.

Ad Magnif. Añā. Dum esset summus Póntifex, terrena non méruit, sed ad coeléstia regna gloriósus migrávit.

Oratio. Deus, qui beáto Petro, ut supra.

Postea fit comm. S. Pauli ut supra in primis Vesp.; et S. Petri Damiani.

DIE XXIII. FEBRUAR.

S. Petri Damiani, Episc., Confess. et Eccles. Doct. Duplex.

Ad Magnif. Añā. O Doctor óptime, Ecclésiae sanctae lumen, beáto Petre, divínae legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

V. Amávit eum Dñus, et ornávit eum. R. Stollam glóriæ induit eum.

Oratio.

**Q**ONCEDE nos, quæsumus omnipotens Deus, beáti Petri, Confessoris tui atque Pontificis,

mónita et exémpla sectári; ut per terréstrium rerum contéptum aetérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente; si vero venerit in Quadrag.

Fidélis sermo, ut in Comuni. lxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**P**ETRUS, Ravénnae honéstis parentibus natus, adhuc lactens a matre, numerosae prolis pertaesa, abjicitur, sed domésticae mulieris ópera semivivus excéptus ac recreátus, genitríci ad humanitátis sensum revocatæ rédditur. Utróque orbátus parénte, tamquam vile mancipium sub áspera fratris tutéla duram servitútem exércuit. Religiónis in Deum, ac pietátis erga patrem egrégium tunc spécimen dedit; invéntum síquidem forte nummum non própriae inédiæ sublevándae, sed Sacerdoti, qui divinum Sacrificium ad illús expiatiónem offérret, erogávit. A Damiano fratre, a quo, uti fertur, cognoméntum accépit, benigne recéptus, ejus cura lítteris eruditur, in quibus brevi tantum profécit, ut magístris admiratióni esset. Cum autem liberalibus

bus scientiis floréret et nómine, eascum laude dócuit. Interim ut corpus ratióni súbderet, sub móllibus véstibus cilíciis adhibuit; jejúniis, vigíliis, et oratióibus solérter insistens. Calénte júventa dum carnis stimulis ácrier urgerétur, insultántium libídinum faces rigéntibus flúvii mersus aquis noctu extingúebat; tum venerabilia quaeque loca obire, totúmque Psalterium recitáre consuéverat. Ope assídua páuperes levábat, quibus frequénter pastis convivio, própriis ipse má nibus ministrábat.

R7. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ¶. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei.—Manus.

Lectio v.

**P**ERFICIENDAE magis vitae causa, in Avellanénsi Eugubinae Dioecésis coenóbio, Ordini Monachórum Sanctae Crucis Fontis Avellánae, a beáto Ludúlpho, sancti Romuáldi discipulo, fundáto, nomen dedit. Non ita multo post in monastérium Pomposiánum, mox in coenóbium sancti Vincéntii Petrae Pertúsae ab Abbáte suo missus, utrúmque ascetérium verbo sacro,

praecláris institutióibus, et móribus excóluit. Ad suos revocátus, post Praesidis óbitum, Avellanítárum familiae praeficitur, quam, novis váriis in locis extrúctis domicíliis, et sanctíssimis institútis, ita auxit, ut alter ejus Ordinis parens, ac praecipuum ornaméntum jure sit hábitus. Salutárem Petri sollicitúdinem ália quoque diversí institúti coenóbía, Canonicórum convéntus, et pópuli sunt expérti. Urbináti Dioecési non uno nómine prófuit: Theuzóni Episcopo in causa gravíssima assédit, ipsúmque in recte administrádo Episcopátu consílio et ópera juvit. Divinórum contemplatióne, córporis mace ratióibus, caeterisque spectátae sanctimóniae exemplis excélluit. His motus Stéphanus Nonus Póntifex Máximus eum licet invítum et reluctántem Sanctae Románae Ecclesiáe Cardinálem creávit, et Ostiensem Episcopum. Quas Petrus dignitátes splendidissimis virtútibus, et consentáneis episcopáli ministério opéribus gessit.

R7. Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ¶. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.—Manus enim.

## Lectio vi.

**D**IFFICILLIMO tempore Románae Ecclesiae, summisque Pontificibus doctrina, legationibus, aliisque susceptis laboribus mirifice adfuit. Adversus Nicolaitarum et Simoniacam haereses ad mortem usque strenue decertavit. Hujusmodi depulsis malis, Mediolanensem Ecclesiae Románae conciliavit. Benedicto, et Cadaló falsis Pontificibus fortiter restitit: Henricum Quartum Germaniae Regem ab iniquo uxoris divortio deterruit: Ravennates ad debita Romano Pontifici obséquia revocatos sacris restituit. Canonicos Veliternos ad sanctioris vitae leges composuit. In Provincia praesertim Urbinate vix ulla fuit episcopalis Ecclesia, de qua Petrus non sit bene meritus; Eugubinam, quam aliquando creditam habuit, multis levavit incommodis, alias alibi, quando oportuit, perinde curavit, ac suae essent tutelae commissae. Cardinalatu, et episcopali dignitate depositis, nihil de pristina juvandi proximos sedulitate remisit. Jejunium sextae Fériae in honorem sanctae Crucis Jesu Christi: horarias beatae Dei Genitricis preces, ejusque die Sabbato cultum propa-

gavit. Inferendae quoque sibi verberationis morem ad patratórum scelerum expiationem provexit. Demum sanctitate, doctrina, miraculis, et praeclare actis illustris, dum e Ravennate Legatione rediret, Faventiae, octavo Kalendas Martii migravit ad Christum. Ejus corpus ibidem apud Cistercienses multis miraculis clarum, frequenti populorum veneratione colitur. Ipsum Faventini non semel in praesenti discrimine propitium experti Patronum apud Deum delegerunt: Leo vero duodecimus Pontifex Máximus Officium Missamque in ejus honorem tamquam Confessoris Pontificis, quae aliquibus in Dioecésibus, atque in Ordine Camaldulensium jam celebrabantur, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, áddita Doctóris qualitate, ad universam extendit Ecclesiam.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est: Ipse intercédát pro peccatis ómnium populórum.  
**V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coeléstia regna.—Ipse intercédát. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno de Homilia in Evangel. Vos

estis sal terrae, ut in Comuni Doctorum. lxxx.

Si non venerit in Quadragesima, vel non sit Bissextilis, nona Lectio erit de Vigilia S. Mathiae ut in Comuni Apostolorum. i. de qua fiet commemor. in Laudibus cum Oratione.

Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus: ut beati Mathiae Apostoli tui, quam praevenimus, veneranda sollemnitas, et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dominum

In Quadragesima autem de Homilia Feriae et nihil fit de Vigilia, nisi in Missa.

De Vigilia S. Mathiae in Anno Bissextili fit die xxiv.

Extra Quadrages. tres Lectiones de Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Hoc est praecceptum, ut in Vigiliis Apostolorum. i.

**DIE XXIV. FEBRUAR.**  
vel **XXV.** anno bissext.

In festo sancti Mathiae,  
Apostoli. Duplex.

Omnia dicuntur de Comuni Apostolorum. ii. praeter ea quae sequuntur.

Oratio.

**D**EUS, qui beatum Mathiam Apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue, quaesumus; ut, ejus interventione, tuae

circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Dominum.

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. Cap. i. c.



**I**N diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat autem turba hominum simul, fere centum viginti): Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehendérunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera ejus.

**R.** Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus: Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. **V.** Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. — Estote.

Lectio ii.

**E**T notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro

Psalmórum : Fiat commo-  
rátio eórum desérta, et non  
sit qui inhábitet in ea : et  
episcopátum ejus accípiat  
alter. Opórtet ergo ex his  
viris qui nobíscum sunt  
congregáti in omni témpo-  
re, quo intrávit, et exívit  
inter nos Dóminus Jesus,  
incípiens a baptísmate Joán-  
nis, usque in diem qua  
assúptus est a nobis, tes-  
tem resurrecciónis ejus no-  
biscum fieri unum ex istis.

R̄. Tóllite jugum meum  
super vos, dicit Dóminus,  
et discite a me, quia mitis  
sum, et húmilis corde :  
Jugum enim meum suáve  
est, et onus meum leve. V̄.  
Et inveniétis réquiem ani-  
mábus vestris. — Jugum.

Lección iii.

**E**T statuérunt duos,  
Joseph, qui vocabá-  
tur Barsabas, qui cognomi-  
nátus est Justus, et Mathí-  
am. Et orántes dixérunt :  
Tu, Dómine, qui corda  
nosti ómnium, osténde,  
quem elégeris ex his duó-  
bus unum, accípere locum  
ministérii hujus, et Apo-  
stolátus, de quo praevari-  
cátus est Judas, ut abíret in  
locum suum. Et dedérunt  
sortes eis, et cécidit sors  
super Mathíam, et annu-  
merátus est cum undecim  
Apóstolis.

R̄. Dum stetérítis ante  
reges et praesides, nolite co-

gitáre quómo do aut quid  
loquámini : Dábitur enim  
vobis in illa hora, quid lo-  
quámini. V̄. Non enim  
vos estis qui loquimini : sed  
Spíritus Patris vestri, qui  
lóquitur in vobis. — Dábi-  
tur. Glória Patri. Dábitur.

In secundo Nocturno,  
Lecciónes de Expositione  
S. Augustini Episcopi: Fun-  
damenta ejus, ut in Com-  
muni Apostol. ii. loco. xx.

In tertio Nocturno.

Lección sancti Evangelii se-  
cúndum Matthaeum.

Lección vii. Cap. xi. d.

**I**N illo témpore : Re-  
spóndens Jesus dixit :  
Confíteor tibi, Pater, Dó-  
mine coeli et terrae, quia  
abscondísti haec a sapiénti-  
bus, et prudéntibus, et reve-  
lásti ea párvulis. Et réli-  
qua.

Homília sancti Augustíni  
Episcopi.

Serm. x. de Verbis Domini.

**E**NITE ad me  
omnes qui labo-  
rátis. Quare enim  
omnes laborá-  
mus, nisi quia sumus hó-  
mines mortáles, frá giles,  
infirmi, lútea vasa portán-  
tes, quae faciunt invicem  
angústias? Sed si angusti-  
ántur vasa carnis, dilatén-  
tur spátia charitátis. Quid  
ergo dicit : Veníte ad me  
omnes, qui laborátis, nisi  
ut non laborétis? Déni-



que promissio ejus in promptu est, quoniam laborantes vocavit. Quaerent forte, qua mercede vocati sunt. Et ego vos, inquit, reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, et mortuos suscitare; sed: Quoniam mitis sum, et humilis corde.

R. Isti sunt qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, et amici Dei facti sunt. V. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.—Calicem,

Lectio viii.

**Q**UAGNUS esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantum quisque vult, et disponit superimponere molem aedificii, quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna consurgit: qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur, et fastigium post humiliacionem erigitur.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. V. Sancti per fidem vicierunt regna, operati sunt justitiam.—Quorum. Gloria Patri. Quorum.

Si hoc Festum venerit in Quadragesima, nona Lectio legitur de Homilia Feriae occurrentis, et de ea fit commemoratio.

Lectio ix.

**Q**UOD est fastigium construendae fabricae, quam molimur? quo perventurum est cacumen aedificii? Cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspiciere Deum. Qui desiderat, et quod dico, et quod audit, intelligit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, videntem videre. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vident: sed eos vident, qui oculos habent, et non vident. Nobis autem promittitur visio Dei viventis et viventis.

Te Deum laudamus. 18.

Ad Laudes, et alias Horas, omnia de Communi Apostolorum. xv.

FESTA MARTII.

Ante Quadragesimam, prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.

DIE IV. MARTII.

In festo S. Casimiri, Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontificis. lxxxiii. praeter ea quae hic habentur.

Oratio.

**D**EUS, qui inter regales delicias, et mundi illécebras, sanctum Casimirum virtute constantiae roborasti: quaesumus, ut ejus intercessione fideles tui terrena despiciant, et ad coelestia semper aspirent. Per Dominum.

Deinde fit comm. Feriae, si in Quadrag. venerit.

Postea S. Lucii, Papae et Mart., Aña. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Gloria et honore coronasti eum, Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beati Lucii, Martyris tui atque Pontificis, annua solemnitate laetificas: con-

cede propitius; ut, cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In primo Nocturno. Si venerit in Quadragesima Lectiones **Justus si morte**, de Comm. Confessoris non Pont. lxxxv. Alias de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**C**ASIMIRUS, patre Casimiro, matre Elisabetha Austriaca, Poloniae Regibus ortus, a pueritia sub optimis magistris, pietate et bonis artibus instructus, juveniles artus aspero domabat cilicio, et assiduus extenuabat jejuniis. Regii spreta lecti mollitie, dura cubabat humo, et clam intempesta nocte, prae foribus templorum pronus in terra divinam exorabat clementiam. In Christi contemplanda passione assiduus, Missarum solemnibus adeo erecta in Deum mente solebat adesse, ut extra se rapti videretur.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductibus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Et dedit.

## Lectio v.

**C**ATHOLICAM promovere fidem summo opere studuit, et Ruthenorum schisma abolere: quapropter Casimirum patrem induxit, ut legem ferret, ne schismatici nova templa construerent, nec vetera colabantia restaurarent. Erga pauperes et calamitatibus oppressos beneficus et misericors, patris et defensoris egenorum nomen obtinuit. Virginitatem, quam ab incunabulis servavit illaesam, sub extremo vitae termino fortiter asservit; dum gravi pressus infirmitate, mori potius, quam castitatis jacituras ex medicorum consilio subire, constanter decrevit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum,\* Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dominus loriscam fidei, et ornavit eum.— Et ad portas.

## Lectio vi.

**C**ONSUMMATUS in brevi, virtutibus et meritis plenus, praenuntiatio mortis die, inter Sacerdotum et Religiosorum choros spiritum Deo reddidit, anno aetatis vigesimo quinto. Corpus Vilnam delatum multis claret miraculis. Et enim, praeterquam quod

puella defuncta vitam, caeci visum, claudi gressum, et varii infirmi sanitatem ad ejus sepulchrum recuperarunt: Lithuanis exiguo numero ad potentissimi hostis insperatam irruptionem trepidantibus in aere apprensus, insignem tribuit victoriam. Quibus permotus Leo Decimus eundem Sanctorum catalogo adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingredere in requiem meam.\* Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. — Quia. Gloria Patri. Quia.

## In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papae in Evang. Sint lumbi, de Communi Confess. non Pontif. xcii.

Si venerit in Quadragesima, nona Lectio de Homilia Ferae occurrentis, et de ea fit commemoratio.

Postea de S. Lucio, Aña. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

V. Justus ut palma florabit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio Deus, qui nos beati Lucii. 637.

DIE VII. MARTII.

S. Thomae de Aquino,  
Confess. et Eccl. Doctoris.  
Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif. lxxxiii. praeter ea quae hic habentur.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Añã. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Thoma, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

**D**EUS, qui Ecclesiam tuam beati Thomae Confessoris tui mira eruditione clarificas, et sancta operatione foecundas: da nobis, quaesumus, et quae docuit, intellectu conspiciere, et quae egit, imitatione complere. Per Dominum.

Deinde fit commemor. de Feria, si venerit in Quadragesima.

Postea Sanctarum Martyrum Perpetuae et Felicitatis.

In Vesperis et Laudibus, Añã. Istarum est enim regnum coelorum, quae contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

Y. Gloria et honore coronasti eas, Domine. R7. Et constituisti eas super opera manuum tuarum.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Domine Deus noster, sanctarum Martyrum tuarum Perpetuae et Felicitatis palmas incessabili devotione venerari: ut, quas dignamente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones Sapientiam omnium antiquorum, ut in Communi Doctoris. lxxvii.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.



**T**HOMAS, Landulpho Comite Aquinate, et Theodora Neapolitana, nobilibus parentibus natus, quintum annum agens, monachis sancti Benedicti Cassinatibus custodiendus traditur. Inde Neapolim studiorum causa missus, iam adolescens Fratrum Praedicatorum Ordinem suscepit. Sed matre ac fratribus indigne ferentibus, Lutetiam Parisiorum mittitur. Quem fratres, in itinere per vim raptum, in arcem castri sancti Joannis perducunt: ubi varie exagitatus, ut sanctum propositum mutaret, mulierem etiam, quae ad labefactandam ejus constantiam introducta fuerat, titione fugavit. Mox beatus juvenis flexis

génibus ante signum Crucis orans, ibique somno corréptus, per quietem sentire visus est sibi ab Angelis constringi lambos : quo ex tēpore omni póstea libidinis sensu cáruit. Soróribus, quae, ut eum a pio consilio removérent, in castrum vénerant, persuásit, ut, contéptis curis saeculáribus, ad exercitaciónem coeléstis vitae se conférrent.

*R.* Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum : \* Et dedit illi claritátem aetérnam. *V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei.— Et dedit.

Lección v.

**E**MISSUS e castro per fenéstram Neápolim redúctur : unde Romam, póstea Parísium a fratre Joánnē Theutónico, Ordinis Praedicatórum Generáli Magístro, ductus, Albérto Magno doctóre, philosophíae ac theologiae óperam dedit : viginti quinque annos natus, magíster est appellátus publicéque philósophos ac theólogos summa cum laude est interpretátus. Nunquam se leccióni aut scriptióri dedit, nisi post oratiónem. In difficultátibus locórum sacrae Scriptúrae, ad oratió-

nem jejúnium adhibébat. Quin étiam sodáli suo fratri Regináldo dicere solébat, quidquid sciret, non tam stúdio aut labóre suo peperísse, quam divínitus tráditum accepísse. Neápoli cum ad imáginem Crucifixi veheméntius oráret, hanc vocem audivit : Bene scripsísti de me, Thoma, quam ergo mercédem accípies? Cui ille : Non áliam, Dómine, nisi tépsum.

*R.* Amávit eum Dóminus, et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum. *V.* Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.— Et ad portas.

Lección vi.

**N**ULLUM fuit scriptórum genus, in quibus non esset diligentíssime versátus. Collatiónes Patrum assídue pervolutábat : nec tamen a praedicatióne divini verbi desistébat. Quod cum fáceret per Octávam Paschae in Basílica sancti Petri, mulserem, quae ejus fimbriam tetigerat, a fluxu sánguinis liberávit. Scripta ejus et multítudine, et varietáte, et facilitáte explicándi res difficiles, ádeo excéllunt, ut obeam causam étiam nomen Doctóris Angélici jure sit adéptus. Ab Urbáno Quarto Romam vocátus, addúci non póituit

honóres accíperet. Archiepiscopátum Neapolítanum, etiam deferénte Cleménte quarto Pontífice, recusávit. Missus a Gregório Décimo ad Concílium Lugdunése, in monastério Fossae novae in morbum incidit, ubi aegrótus Cántica Canticórum explanávit. *Ibidem* óbiit quinquagenárius, anno salutis millésimo ducentésimo septuagésimo quarto, Nonis Mártii. Miráculis et vivus et mórtuus floruit. A Joánne vigésimo secúndo in Sanctórum número relátus est, anno millésimo trecentésimo vigésimo tertio : cujus corpus póstea, Urbáno quinto summo Pontífice, Tolósam translátum est.

*R.* Iste homo perfécit ómnia, quae locútus est ei Deus, et dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus Génitibus. *V.* Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Quia. *Gloria Patri. Quia.*

In tertio Nocturno.

Homilia S. Augustini, Episcopi in Evangel. Vos estis sal terrae, de Comm. Doctorum. lxxx.

Nona Lectio dicitur de Homilia Feriae occurrentis, si celebretur in Quadragesima.

In Laudibus fit commemoratio Feriae, si venerit in Quadragesima.

Postea Sanctarum Perpetuae et Felicitatis ut supra. 639.

In secundis Vesperis fit a Capitulo de sequenti cum Cominem. Feriae, si venerit in Quadragesima

### DIE VIII. MARTII.

In festo S. Joannis de Deo, Confessoris. Duplex.

Omnia de Comm. Confess. non Pont. lxxxiii. praeter ea quae hic assignantur.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Joánnem, tuo amore succénsum, inter flammam innóxium incédere fecísti, et per eum Ecclesiám tuam nova prole foecundásti : praesta, ipsius suffragántibus méritis ; ut igne charitátis tuae vítia nostra curéntur, et remédia nobis aetérna proveníant. Per Dóminum.

Deinde fit commemorat. S. Thomae, Aña. O Doctor óptime, ut supra in primis Vesperis Festi, et Feriae si celebretur in Quadrages.

In primo Nocturno, si celebretur in Quadrages. Lectiones de libro Ecclesiastici **Beátus vir**, de Comuni Confess. non Pontif. ii. loco. xlv. Alias de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**J**OANNES de Deo, ex catholice piisque parentibus in oppido Montis Majoris, junioris regni Lusitaniae natus, quam sublimiter in sortem Domini fuerit electus, in suetus splendor super ejus domo refulgens, sonitusque aeris campani sua sponte emissus, ab ipso ejus natiuitatis tempore non obscure praenuntiarent. A laxiori vivendi ratione, divina operante virtute, revocatus, magnae sanctitatis exhibere specimen coepit, et ob auditam praedicationem verbi Dei sic ad meliora se excitatum sensit, ut jam ab ipso sanctioris vitae rudimento consummatum aliquid, perfectumque visus sit attigisse. Bonis omnibus in pauperes carceribus inclusos erogatis, admirabilis poenitentiae, suaeque ipsius contemptus cuncto populo spectaculum factus, a plerisque, ceu demens, graviter afflictus, in carcerem amenitibus destinatum conjicitur. At Joannes coelesti charitate magis incensus, gemino atque amplo valetudinario ex piorum eleemosynis in civitate Granatensi extructo, jactoque novi Ordinis fundamento, Ecclesiam

nova prole foecundavit Fratrum Hospitalitatis, infirmis praeclaro animarum corporumque profectu inservientium, et longe lateque per orbem diffusorum.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Et dedit.

Lectio v.

**P**AUPERIBUS aegrotis, quos propriis quandoque humeris domum deferabat, nulla re ad animae corporisque salutem proficua deerat. Effusa quoque extra nosocomium charitate, indigentibus mulieribus, viduis, et praecipue virginibus periclitantibus clam alimenta subministrabat, curamque indefessam adhibebat, ut carnis concupiscentiam a proximis hujusmodi vitio inquinatis exterminaret. Cum autem maximum in regio Granatensi valetudinario exitum fuisset incendium, Joannes impavidus prosiliit in ignem, huc illuc discurrens, quousque tum infirmos humeris exportatos, tum lectulos e fenestris projectos ab igne vindicavit, ac per dimidiam horam inter flammam, jam in immensum

succrescentes, versatus, exinde divinitus incolumis, universis civibus admirantibus, exiit, in schola charitatis edocens, signiorem in eum fuisse, ignem, qui foris usserat, quam qui intus accenderat.

R. Amavit eum Dñus, et ornavit eum: stolam glorie induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dñus loriscam fidei, et ornavit eum.—Et ad portas.

## Lectio vi.

**Q**UOTIPLICI asperitatum genere, demississima obedientia, extrema paupertate, orandi studio, rerum divinarum contemplatione, ac in beatam Virginem pietate mirifice excelluit, et lacrymarum dono enituit. Denique gravi morbo correptus, omnibus Ecclesiae Sacramentis rite sancteque refectus, viribus licet destitutus, propriis indutus vestibus e lectulo surgens, ac provolutus in genua, manu et corde Christum Dominum e cruce pendentem perstringens, octavo Idus Martii anno millésimo quingentesimo quinquagesimo, obit in osculo Domini: quem etiam mortuus tenuit, nec dimisit, et in eadem corporis constitutione sex circiter horas, quousque inde dimotus

fuisset, tota civitate inspectante, mirabiliter permansit, odorem mire fragrantem diffundens. Quem ante et post obitum plurimis miraculis clarum, Alexander Octavus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Quia. Gloria Patri. Quia.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xxii. d.

**I**N illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei; et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in Lege? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

## Homilia lxxii. in Matth.

**A**DDUCÆIS confusis, Pharisei rursus aggrediuntur; cumque quiescere oporteret, decertare voluerunt; et legis peritiam profitentem praemittunt, non discere, sed





tentare cupientes; ac ita interrogant: Quodnam primum mandatum in Lege sit. Nam cum primum illud sit: Diliges Dominum Deum tuum: putantes causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum, aliquid addendo, quoniam Deum se faciebat, hoc modo interrogant: Quid igitur Christus? Ut ostendat idcirco ad haec eos devenisse, quia nulla in eis esset caritas, sed invidiae livore tabescerent: Diliges, inquit, Dominum Deum tuum: hoc primum et magnum mandatum est. Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua.—Ipse intercedat.

LECTIO VIII.

**Q**UAMOBREM simile est huic? quoniam hoc illud inducit, et ab illo rursus munitur. Quicumque enim male agit, odio habet lucem, et non venit ad lucem. Et rursus: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Deinde sequitur:

Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum: Radix omnium malorum avaritia est: quam quidam appetentes, erraverunt a fide. Et: Qui diligit me, mandata mea servabit: quorum caput et radix est: Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum sicut teipsum.

R. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.— Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Si hoc Festum venerit in Quadragesima, nona Lectio legitur de Homilia Feriae occurrentis, et de ea fit commemoratio in Laudibus.

LECTIO IX.

**S**I ergo diligere Deum, diligere proximum est: (nam si diligis me, o Petre, inquit, pasce oves meas:) si etiam dilectio proximi facit ut mandata custodias: merito ait in his totam legem et Prophetas pendere. Et quemadmodum in superioribus, cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit quam tentantes petebant: sic in hoc loco de primo interrogatus

mandáto, secúndum étiam non valde quam primum inférius, sponte áttulit : secúndum enim est primo simile. Ita occúlte insinuávit, ódio illos ad quaeréndum incitári. Cháritas enim, inquit, non aemulátur.

Te Deum laudámus. *r8.*

Vesperae a Capitulo de S. Francisca Romana, et commemoratio S. Joannis de Deo.

### DIE IX. MARTII.

In festo S. Franciscae, Viduae Romanae. Duplex.

Omnia de Communi nec Virginis nec Mart. *cxiii.* praeter ea quae hic habentur propria.

Oratio.

**D**EUS, qui beátam Franciscam fámulam tuam, inter caetera grátiae tuae dona, familiári Angeli consuetúdone decorásti : concéde quaesumus ; ut, intercessiónis ejus auxilio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio Sancti Joannis de Deo. *Añ.* Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias coelo cóndidit ore, manu.

*V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. *R7.* Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui beátum Joánnem. *641.*

Postea Feriae occurr.

In primo Nocturno, si venerit in Quadragesima, Lectiões de Parabolis Salomonis. **Múlierem fortem**, ut in Communi nec Virginis nec Mart. *cxiv.* Alias de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**F**RANCISCA nóbilis matróna Romana, ab ineúnte actáte illústria dedit virtútum exémpia : étenim pueriles ludos, et illécebras mundi réspuens, solitúdone et oratione magnópere delectábatur. Undecim annos nata, virginitátem suam Deo consecráre, et monastérium ingredi propósuit : paréntum tamen voluntáti humilliter obtémperans, Lauréntio de Pontianis, júveni aequae diviti ac nóbili nupsit. In matrimonio arctióris vitae propósitum, quantum licuit, semper retinuit : a spectáculis, convíviis, aliisque hujúsmodi oblectaméntis abhórens, lánea ac vulgári veste utens ; et quidquid a domésticis curis supererat témporis, orationi aut proximórum utilitáti tribuens : in id vero máxima sollicitúdone incúmbens, ut matrónas Romanas a pompis saeculi

et ornátus vanitate revocáret. Quaprópter domum Oblatárum, sub Régula sancti Benedícti, Congregatiónis montis Olivéti, adhuc viro alligáta, in Urbe instituit. Viri exilium, bonórum jactúram, ac univérsae domus moerórem non modo constantíssime tolerávit : sed grátias agens cum beáto Job, illud frequénte usurpábat : Dóminus dedit, Dóminus ábstulit : sit nomen Dómini benedíctum.

R̄. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : \* Et dedúcet te mirábiliter dextera tua. V̄. Spécie tua, et pulchritúdi-  
ne tua inténde, prospere procéde, et regna.—Et dedúcet.

Lectio v.

**U**IRO defúncto, ad praedíctam Oblatárum domum cónvolans, nudis pédibus, fune ad collum alligáto, humi prostráta multis cum lácrymis eárum número adscribí suppliciter postulávit. Voti compos fácta, licet esset ómnium mater, non álio tamen quam ancillae, vilíssimaeque féminae, et immundítiae vásculi título gloriabátur. Quam vilem sui existimatió-  
nem et verbo declarávit, et exémplo: saepe enim e suburbána vínea revértens, et lignórum fascem, próprio cápiti

impósitum, déferens, vel eisdem onústum agens per Urbem aséllum, paupéribus subveniébat, in quos étiam largas elemósynas erogábat: aegrotantesque in xenodochlis visitans, non corporáli tantum cibo, sed salutáribus mónitis recreábat : corpus suum vigliis, jejúniis, cilicio, férreo cingulo, crebrisque flagéllis in servitútem redígere júgiter satagébat. Cibum illi semel in die herbae et legúmina, aqua potum praebuit. Hos tamen córporis cruciátus aliquándo confessárii mandáto, a cujus ore nutúque pendébat, módice temperávit.

R̄. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo laetítiae. V̄. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam.—Proptérea.

Lectio vi.

**D**IVINA mystéria, praesértim vero Christi Dómini passió-  
nem, tanto mentis ardóre, tantáque lacrymárum vi contem-  
plabátur, ut prae dolóris magnitúdi-  
ne pene cónfici viderétur. Saepe étiam cum oráret, máxime sumpto sanctíssimae Eucharistiae Sacraménto, spíritu in Deum eleváta, ac coeléstium contemplatióne rapta, immóbi-

lis permanébat. Quaprópter  
humáni géneris hostis váriis  
eam contuméliis ac verbéribus  
a propósito dimovére  
conabátur : quem tamen  
illa impertérrita semper  
elúsit ; Angeli praesértim  
praesídio, cujus familiári  
consuetúdine gloriósum de  
eo triúmphum reportávit.  
Grátia curatiónum, et pro-  
phetiæ dono enituit, quo  
et futúra praedixit, et cór-  
dium secréta penetrávit.  
Non semel aquae, vel per  
rivum decurréntes, vel e  
coelo labéntes, intáctam  
prorsus, dum Deo vacáret,  
reliquerunt. Mó dica panis  
fragménta, quae vix tribus  
soróribus reficiéndis fuissent  
satis, sic ejus précibus Dñus  
multiplicávit, ut quíndecim  
inde exsaturátis, tantum  
superfúerit, ut canístrum  
impléverit : et aliquándó  
earúmdem sorórum, extra  
Urbem mense Januário li-  
gna parántium, sitim recén-  
tis uvae racémis ex vite in  
árbore pendéntibus mira-  
biliter obténtis, abúnde ex-  
pléverit. Dénique méritis  
et miráculis clara, migrávit  
ad Dóminum, anno aetátis  
suae quinquagésimo sexto :  
quam Paulus quintus Pón-  
tífex Máximus in Sanctó-  
rum númerum rétulit,

℞. Fallax grátia, et vana  
est pulchritúdo : Múlier  
timens Deum, ipsa laudá-  
bitur. ℣. Date ei de fru-

ctu mánuum suárum, et  
laudent eam in portis ópera  
ejus.—Múlier. Glória Pa-  
tri. Múlier.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii se-  
cúndum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xiii. f.

**I**N illo témpore : Dixit  
Jesus discipulis suis  
parábolam hanc : Símile est  
regnum coelórum thesauro  
abscóndito in agro. Et réli-  
qua.

Homilia sancti Gregorii  
Papae.

Homil. xi. in Evang.



**C**OELORUM re-  
gnum, fratres car-  
rissimi, idéo co-  
térrenis rebus sí-  
mile dicitur, ut ex his quae  
ánimus novit, surgat ad  
incógnita quae non novit :  
quátenus exémplo visibí-  
lium se ad invisibília rápiat,  
et per ea, quae usu dídicit,  
quasi confricátus incalé-  
scat : ut per hoc, quod scit  
notum dilígere, discat et in-  
cógnota amáre. Ecce enim  
coelórum regnum thesauro  
abscóndito in agro compa-  
rátur : quem qui invenit  
homo, abscóndit, et prae  
gáudio illius vadit, et vendit  
univérsa quae habet, et emit  
agrum illum.

℞. Os suum apéruit sa-  
piéntiæ, et lex cleméntiæ  
in lingua ejus : considerá-  
vit sémitas domus suae,

Et panem otiosa non comedit. *V.* Gustavit et vidit quia bona est negotiatio ejus : non extinguetur in nocte lucerna ejus.—Et panem.

## Lectio viii.

**Q**UA in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur : quia studium coelestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depraedari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit : Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est : sed ut per hoc, quod agimus, laudes exterius non quaeramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto : ut et de bono opere proximis praebeamus exemplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum.

*R.* Regnum mundi, et omnem ornatum saeculi contempsit, propter amorem

Domini nostri Jesu Christi : \*  
Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.  
*V.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi.—Quem.  
Gloria Patri. Quem.

Nona Lectio dicitur de Homilia Ferae occurr., et de ea fit comm. si venerit in Quadragesima.

## Lectio ix.

**T**HESAURUS autem coeleste est desiderium : ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii coelestis. Quem profecto agrum, venditis omnibus, comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinae coelestis custodiam calcet : ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat ; nihil, quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudamus. 18.

In secundis Vesperis fit comm. SS. Quadraginta Martyrum, et Ferae

## DIE X. MARTII.

In festo Sanctorum Quadraginta Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum. xlv. praeter sequentia.

Añã. Istorum est enim regnum coelorum, qui contempserunt vitam mundi, et

pervenérunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Laetámini in Dómino, et exultáte justi. R̄. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus: ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio de Feria.

In primo Nocturno,  
in Quadragesima.

De Epístola beáti Pauli  
Apóstoli ad Romános.

Lectio i. Cap. viii. c.



**R**ATRES: Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater). Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et haerédes: haerédes quidem

Dei, cohaerédes autem Christi: si tamen compati-mur, ut et conglorificémur. Existimo enim quod non sunt condignae passionés hujus temporis ad futuram glóriam, quae revelábitur in nobis. Nam expectatio creatúrae revelatiónem filiorum Dei expectat.

R̄. Abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis sanctorum: et jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: \* Quóniam prióra transierunt. V. Non esurient, nequesitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus aestus.—Quóniam.

Lectio ii.

**S**CIMUS autem quóniam diligentibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis qui secundum propósitum vocáti sunt sancti. Nam quos praescívit, et praedestinávit conformes fieri imáginis Filii sui, ut sit ipse primogénitus in multis fratribus. Quos autem praedestinávit, hos et vocávit: et quos vocávit, hos et justificávit: quos autem justificávit, illos et glorificávit. Quid ergo dicémus ad haec? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Filio suo non pepércit, sed pro nobis

ómnibus tradidit illum : quómodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit ? Quis accusábit advérsus eléctos Dei ? Deus qui iustificat, quis est qui condémnet ? Christus Jesus, qui mórtuus est, imo qui et resurréxit, qui est ad dexteram Dei, qui étiam interpéllat pro nobis.

*R.* Viri sanéti gloriósum sánguinem fuderunt pro Dómino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua : Et ideo corónas triumpháles meruerunt. *V.* Unus spíritus, et una fides erat in eis.—Et ideo.

Leção iii.

**Q**UIS ergo nos separábit a charitaté Christi ? tribulatio, an angústia, an fames, an núditas, an periculum, an persecutio, an gladius ? (Sicut scriptum est : Quia propter te mortificámur tota die : aestimáti sumus sicut oves occisiónis). Sed in his ómnibus superámus propter eum, qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque Virtútes, neque instántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatúra ália póterit nos separáre a charitaté

Dei, quae est in Christo Jesu Dómino nostro.

*R.* Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia : Et meruerunt habére corónas perpétuas. *V.* Isti sunt qui venérunt ex magna tribulatióne, et laverunt stolas suas in ságuine Agni.—Et meruerunt. Glória Patri. Et.

In secundo Nocturno.

Leção iv.



**I**CINIO Imperatóre, et Agricoláo Praeside, ad Sebásten Arméniae urbem, quadraginta mílitum fides in Jesum Christum, et fortitúdo in cruciatibus perferéndis enituit. Qui saepius in horríbilem cárcerem detrúsi, vinculisque constricti, cum ora ipsórum lapídibus contúsa fuissent, hiemis témpore frigidíssimo nudi sub apérto áere supra stagnum rigens pernoctáre jussi sunt, ut frigore congeláti necaréntur. Una autem erat ómnium oratio : Quadraginta in stádium ingressi sumus, quadraginta item, Dómine, coróna donémur ; ne una quidem huic número desit. Est in honóre hic número, quem tu quadraginta diérum jejúnió decorásti, per quem divína lex ingressa est in orbem terrárum. Elias quadraginta

diérum jejúnio Deum quærens, ejus visionem consecútus est. Et hæc quidem illórum erat orátio.

R. Sancti tui, Dómine, mirábile consecúti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illaesi in aquis válidis : Terra appáruit árida : et in mari Rubro via sine impediménto. V. Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquae, et torréntes inunda vérunt.—Terra.

Lectio v.

**A**ETERIS autem custódibus somno déditis, solus vigilábat jánitor, qui et illos orántes, et luce circumfúsos, et quosdam ex coelo descendéntes Angelos tamquam a Rege missos, qui coronas triginta novem militibus distribúerent, intuens ita secum loquebátur : Quadraginta hi sunt, quadragésimi corona ubi est? Quae dum cogitáret, unus ex illo número, cui ánimus ad frigus feréndum defecerat, in próximum tepefactum bálneum desiliens, Sanctos illos summo dolóre affecit. Verum Deus illórum preces irritas esse non est passus : nam rei evéntum admirátus jánitor, mox custódibus e somno excitátis, detractisque sibi véstibus, ac se Christiánum esse clara voce

professus, Martyribus se adjúnxit. Cum vero Praesidis satélites jánitórem quoque Christiánum esse cognovissent, bacillis comminúta ómnium eórum crura fregérunt.

R. Vébera carnificum non timuérunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine : Ut haerédes fierent in domo Dñi. V. Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia.—Ut haerédes,

Lectio vi.

**I**N eo supplicio mórtui sunt omnes, praeter Melithónem, natu mínimum. Quem cum praesens mater ejus, fractis crúribus, adhuc vivéntem vidisset, sic cohortáta est : Fili, paulisper sústine ; ecce Christus ad jánuam stat áduvans te. Cum vero reliquórum córpora plaustris impóni cerneret, ut in rogum inferréntur, ac filium suum relínqui, quod speráret ímpia turba púerum, si vixisset, ad idolórum cultum revocári posse : ipso in húmeros subláto, sancta mater vehicula Mártyrum corpóribus onústa strénue prosequébátur : in cujus ampléxu Melithon spiritum Deo réddidit, ejúsque corpus in eúndem illum caeterórum Mártyrum rogum pia mater injecit : ut, qui fide et



virtute conjunctissimi fuerant, funeris etiam societate copulati una in coelum pervenirent. Combustis illis, eorum reliquiae projectae in profluentem, cum mirabiliter in unum confluisent locum, salvae et integrae repertae, honorifico sepulchro conditae sunt.

*R.* Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, et quasi holocausti hostiam accepit illos : et in tempore erit respectus illorum : \* Quoniam donum et pax est electis Dei. *V.* Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem : et fideles in dilectione acquiescent illi. — Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. vi. c.*

**I**N illo tempore : Descendens Jesus de monte, stetit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Judaea, et Jerusalem, et maritima, et Tyri, et Sidonis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii  
Episcopi.

*L. 5. in Luc. c. vi. post init.*



**A**DVERTE omnia diligenter, quomodo et cum Apostolis ascendat, et descendat ad tur-

bas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret ? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, invenit infirmos : in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Matthaeus docet, in inferioribus debiles esse sanatos. Prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideo quemque in inferioribus sanat, hoc est, a libidine revocat, injuriam caecitatis avertit. Ad vulnera nostra descendit : ut usu quodam et copia suae naturae, participes nos faciat esse regni coelestis.

*R.* Propter testamentum Domini, et leges paternas, Sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis : \* Quia unus fuit semper spiritus in eis, et una fides. *V.* Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum ! — Quia unus.

Lectio viii.

**B**EATI pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum beatitudines sanctus Lucas Dominicas posuit, octo vero sanctus Matthaeus : sed in illis octo istae quatuor sunt, et in quatuor istis illae octo. Hic enim quatuor velut

virtutes amplexus est cardinales : ille in illis octo mysticum numerum reseravit. Pro octava enim multi inscribuntur Psalmi : et mandatum accipis octo illis partem dare fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostrae octava perfectio est, ita octava summa virtutum est.

Ry. Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis : \* Mercedem laboris ego reddam vobis. V. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. — Mercedem. Gloria. Mercedem.

Nona Lectio dicitur de Homilia Feriae occurrentis et de ea fit commemoratio in Laudibus.

### DIE XII. MARTII.

In festo S. Gregorii Papae, Conf. et Ecclesiae Doct. Duplex.

Omnia de Communi Confess. Pontif. Ixi. praeter ea quae hic ponuntur.

Ad Magnif. in utrisque Vesperis, Ant. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Gregori, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

**D**EUS, qui animae famuli tui Gregorii aeternae beatitudinis praemia contulisti : concede propitius ; ut qui peccatorum no-

strorum pondere premimur, ejus apud te precibus sublevemur. Per Dominum.

Deinde fit comm. Feriae.

In primo Nocturno, Lectioes : Sapientiam, ut in Communi Doct. lxxvii.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**REGORIUS** Magnus, Romanus, Gordiani Senatoris filius, adolescens philosophiae operam dedit ; et praetorio officio functus, patre mortuo, sex monasteria in Sicilia aedificavit, Romae septimum sancti Andraeae nomine in suis aedibus, prope Basilicam sanctorum Joannis et Pauli ad clivum Scauri : ubi, Hilarione ac Maximiano magistris, monachi vitam professus, postea Abbas fuit. Mox diaconus Cardinalis creatus, Constantinopolim a Pelagio Pontifice ad Tiberium Constantinum Imperatorem legatus mittitur : apud quem memorabile etiam illud effecit, quod Eutychium Patriarcham, qui scripserat contra veram ac tractabilem corporum resurrectionem, ita convicit, ut ejus librum Imperator in ignem injiceret. Quare Eutychius paulo post, cum in morbum incidisset, instante morte, pellem manus suae

tenēbat, multis praesentibus, dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus.

*R.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. *V.* Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. — Manus.

*Lectio v.*

**R**OMAM rediens, Pelagio pestilentia sublato, summo omnium consensu Pontifex eligitur: quem honorem ne acciperet, quamdiu potuit, recusavit. Nam alieno vestitu in spelunca delituit: ubi deprehensus indicio igneae columnae, ad sanctum Petrum consecratur. In Pontificatu multa successoribus doctrinae ac sanctitatis exempla reliquit. Peregrinos quotidie ad mensam adhibebat: in quibus et Angelum, et Dominum Angelorum peregrini facie accepit. Pauperes et urbanos et externos, quorum numerum desertum habebat, benigne sustentabat. Catholicam fidem multis locis labefactam restituit. Nam Donatistas in Africa, Arianos in Hispania repressit; Agnoitas Alexandria ejecit. Pallium Syagrio Augustodunensi Episcopo dare noluit, nisi Neophytos haereticos expelleret ex Gallia.

Gothos haeresim Arianam relinquere coegit. Missis in Britanniam doctis et sanctis viris Augustino et aliis monachis, insulam ad Jesu Christi fidem convertit, vere a Beda Presbytero, Angliae vocatus Apostolus. Joannis Patriarchae Constantinopolitani audaciam fregit, qui sibi universalis Ecclesiae Episcopi nomen arrogabat. Mauritium Imperatorem, eos qui milites fuissent, monachos fieri prohibentem, a sententia deteruit.

*R.* Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. *V.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus enim.

*Lectio vi.*

**E**CCLESIAM ornavit sanctissimis institutis et legibus. Apud sanctum Petrum coacta Synodo, multa constituit: in iis: Ut in Missa Kyrie eleison novies repeteretur: Ut extra id tempus, quod continetur Septuagesima et Pascha, Alleluia diceretur: Ut adderetur in Canone, Diesque nostros in tua pace disponas. Litanias, Stationes, et Ecclesiasticum Officium auxit. Quatuor

Conciliis, Nicaeno, Constantinopolitano, Ephesino Chalcedonensi, tamquam quatuor Evangeliiis honorem haberi voluit. Episcopis Siciliae, qui ex antiqua Ecclesiarum consuetudine Romam singulis trienniis conveniebant, quinto quoque anno semel venire indulsit. Multos libros confecit: quos cum dictaret, testatus est Petrus Diaconus, se Spiritum sanctum columbae specie in ejus capite saepe vidisse. Admirabilia sunt quae dixit, fecit, scripsit, decrevit, praesertim infirma semper et aegra valetudine. Qui denique, multis editis miraculis, Pontificatus anno decimo tertio, mense sexto, die decimo, quarto Idus Martii, qui dies festus a Graecis etiam propter insignem hujus Pontificis sapientiam ac sanctitatem praecipuo honore celebratur, ad coelestem beatitudinem evocatus est. Cujus corpus sepultum est in Basilica sancti Petri, prope Secretarium.

℞. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus replata est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. — Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. v. b.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papae.

Ex Homil. xvii. in Lucae x. ante medium.



**C**ONSIDERANDUM nobis est, ut qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus aedificare. Debemus namque pensare continuo, quod sanctis Apostolis dicitur, et per Apostolos nobis: Vos estis sal terrae. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pasceatis; de quibus profecto animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et saepe videmus, quod petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis, debet esse sacerdos in populis.

Curare namque sacerdotem necesse est, quae singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat: ut quisquis sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu aeternae vitae sapore condiatur.

*R.* Amavit eum Dominus, et ornavit eum, stolam gloriae induit eum: \* Et ad portas paradisi coronavit eum. *V.* Induit eum Dominus loriscam fidei, et ornavit eum.—Et ad.

*Lectio viii.*

**S**AL etenim terrae non sumus, si corda audientium non condimus: quod profecto condimentum ille veraciter proximo impendit, qui praedicationis verbum non subtrahit. Sed tunc vere aliis recta praedicamus, si dicta rebus et exemplis ostendimus. Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis majus praedictum, quam a sacerdotibus tolerat Deus quando eos, quos ad aliorum correctione posuit, dare de se

exempla pravitatis cernit: quando ipsi peccamus qui compescere peccata debemus: nulla animarum lucra quaerimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo caeteris praelati sumus, ad agenda quaelibet majorem licentiam habemus, susceptae benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur.

*R.* In medio Ecclesiae aperuit os ejus, \* Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus. *V.* Jucunditatem et exultationem thesaurizavit super eum.—Et implevit. *Gloria Patri.* Et implevit.

*Lectio ix.* dicitur de Homilia Feriae occurrentis, et de ea fit commemoratio in Laudibus.



## Commune Sanctorum.

### IN VIGILIIS APOSTOLORUM



**F**FFICIUM fit de Feria, ut dictum est in Rubricis generalibus, exceptis Lectionibus et Oratione, quae in propriis locis notantur. Ubi vero non sunt propriae Lectiones, legitur Evangelium cum Homilia sequenti.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio i. *Cap. xv. b.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii, Papae.  
*Homilia xxvii. in Evang.*



**U**M cuncta sacra elóquia dominicis plena sint praeceptis, quid est quod de dilectione, quasi

de singulari mandato, Dominus dicit: Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem: nisi quia omne mandatum de sola dilectione est: et omnia unum praeceptum sunt? quia quidquid praecipitur, in sola charitate solidatur. Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt: sic multae virtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis.

Responsoria de Feria pro tempore.

Lectio ii.

**P**RAECEPTA ergo dominica et multa sunt, et unum: multa per diversitatem operis, unum in radice dilectionis. Quaaliter autem ista dilectio tenenda sit, ipse insinuat, qui in plerisque Scripturae

suae sententiis, et amicos jubet diligere in se, et inimicos propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui et amicum diligit in Deo, et inimicum diligit propter Deum. Nam sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis et carnis: quibus tamen in hac dilectione, sacra eloquia non contradicunt: sed aliud est quod sponte impenditur naturae, aliud quod praeceptis Dominicis ex charitate debetur obedientiae.

## Lectio iii.

**H**I nimirum et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis praemia non assequuntur: quia amorem suum non spiritaliter, sed carnaliter impendunt. Proinde cum Dominus diceret: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem: protinus addidit: Sicut dilexi vos; ac si aperte dicat: Ad hoc amate, ad quod amavi vos. Qua in re, fratres charissimi, solenter intuendum est, quod antiquus hostis, dum mentem nostram ad rerum temporalium dilectionem trahit, infirmiorum contra nos proximum excitat, qui ea ipsa, quae diligimus, auferre molitur.

## COMMUNE

APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM.

AD VESPERAS.

*Añã.* Hoc est praeceptum meum, \* ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

Psalmus cix.



**D**IXIT Dominus Domino meo: \*  
Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non poenitebit eum: \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, \* confrigit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: \* conquasabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: \* propterea exaltabit caput.

*Añã.* Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

Aña. Majórem charitátem \* nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amíeis suis.

Psalmus cx.

**C**ONFITEBOR tibi, Dómine, in toto corde meo : \* in consilio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : \* exquisita in omnes voluntates ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : \* et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirábiliu suórum, miséricors et miserátor Dñus : \* escam dedit timéntibus sc.

Memor erit in saeculum testaménti sui : \* virtútem óperum suórum annuntiábit populo suo :

Ut det illis haereditátem géntium : \* ópera mánuum ejus veritas, et judicium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : confirmáta in saeculum saeculi, \* facta in veritate et aequitate.

Redemptiónem misit populo suo : \* mandávit in aetérnum testaméntum suum.

Sauctum, et terribile nomen ejus : \* inítiu sapientiae timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : \* laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

Aña. Majórem charitátem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amíeis suis.

Aña. Vos amíci mei estis, \* si feceritis quae praecipio vobis, dicit Dñus.

Psalmus cxi.

**B**EATUS vir, qui timet Dñum : \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : \* generatio rectórum benedicétur.

Glória, et divítiae in domo ejus : \* et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Exórtum est in ténébris lumen rectis : \* miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes suos in judicio : \* quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit justus : \* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, confirmátum est cor ejus : \* non commovébitur donec despiciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : justitia ejus manet in saeculum saeculi, \* cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus suis fremet et tabéscet : \* desidérium peccatórum peribit.



Añã. Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis, dicit Dóminus.

Añã. Beati pacifici, beati mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt.

Psalmus cxii.

**L**AUDATE púeri Dóminum : \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occásam, \* laudábile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, \* et super coelos glória ejus.

Quis sicut Dñus Deus noster, qui in altis hábitat, \* et humilia respicit in coelo et in terra ?

Súscitans a terra inopem, \* et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum principibus, \* cum principibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, \* matrem filiórum lactántem.

Añã. Beati pacifici, beati mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt.

Añã. In paciéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Psalmus cxvi.

**L**AUDATE Dñum omnes Gentes : \* laudáte eum omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : \* et véritas Dómini manet in aetérnum.

Añã. In paciéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Capitulum, *Ephes. ii. d.*



**R**RATRES, Jam non estis hóspites, et ádvenae : sed estis cives sanctorum, et doméstici Dei : supraedificáti super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu. *R.* Deo grátias.

Hymnus.

**E**X ULTET orbis gáudiis :

Coelum resúltet láudibus : Apostolorum glóriam

Tellus et astra concinunt.

Vos saeculorum Júdicez, Et vera mundi lúmina,

Votis precámur córdium ; Audíte voces súpplicum.

Qui templa coeli cláudit, et,

Serásque verbo sólvitis ;

Nos a reátu nóxios

Solvi jubéte, quaesumus.

Praecepta quorum prótinus

Languor salúsque séntiunt ;

Sanáte mentes lánguidas :

Augéte nos virtútibus :

Ut, cum redíbit Arbitrer

In fine Christus saeculi,

Nos sempitérni gáudii

Concedat esse cómpotes.

Patri, simulque Filio,  
Tibique, sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit júgiter  
Saeculum per omne glória.  
Amen.

V. In omnem terram ex-  
ívit sonus eórum. R. Et  
in fines orbis terrae verba  
eórum.

Ad Magnificat. Añã. Tra-  
dent enim vos in conciliis,  
et in synagógis suis flagel-  
lábunt vos, et ante reges  
et praesides ducémini pro-  
pter me in testimonium  
illis, et géntibus.

Oratio propria.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Aposto-  
lórum Dñm, Venite ado-  
rémus. Ps. Venite. z.

Hymnus.

**T**ERNA Christi  
múnera,  
Apostolorum glóriam,  
Palmas et hymnos débítos  
Laetis canámus méntibus.

Ecclesiárum Principes,  
Belli triumpháles Duces,  
Coeléstis aulae mílites,  
Et vera mundi lúmina.

Devóta sanctorum fides,  
Invicta spes credéntium,  
Perféccta Christi charitas  
Mundi tyránnum cónterit.

In his Patérna glória,  
In his triúmphat Filius,  
In his volúntas Spíritus,  
Coelum replétur gáudio.

Patri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spíritus,

Sicut fuit, sit júgiter  
Saeculum per omne glória.  
Amen.

In primo Nocturno.

Añã. In omnem terram  
exívit sonus eórum, et in  
fines orbis terrae verba eó-  
rum.

Psalmus xviii.



O ELI enarrant  
glóriam Dei,\* et  
ópera mánuum  
ejus annúntiat fir-  
maméntum.

Dies diéi erúctat ver-  
bum,\* et nox nocti índicat  
sciéntiam.

Nonsunt loquélae, neque  
sermónes,\* quorum non au-  
diántur voces eórum.

In omnem terram exívit  
sonus eórum : \* et in fines  
orbis terrae verba eórum.

In sole pósuit tabernácu-  
lum suum : \* et ipse tam-  
quam sponsus procedens de  
thálamo suo :

Exultávit ut gigas ad cur-  
réndam viam,\* a summo  
coelo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad  
summum ejus : \* nec est qui  
se abscondat a calore ejus.

Lex Dñi immaculáta con-  
vértens ánimas : \* testimo-  
nium Dñi fidéle, sapiéntiam  
praestans párvulis.

Justítiae Dómini rectae,  
laetificántes corda : \* prae-  
céptum Dómini lúcidum,  
illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus,

permanens in saeculum saeculi: \* iudicia Dómini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum: \* et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, \* in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: \* et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: \* et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: \* et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dómine, adjutor meus, \* et redemptor meus.

Añã. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.

Añã. Clamaverunt iusti, \* et Dóminus exaudivit eos.

Psalmus xxxiii.

**B**ENEDICAM Dóminum in omni tempore: \* semper laus ejus in ore meo.

In Dño laudabitur ánima mea: \* audiant mansueti, et laetentur.

Magnificate Dñum mecum: \* et exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dóminum, et exaudivit me: \* et ex óm-

nibus tribulationibus meis eripuit me.

Accédite ad eum, et illuminámini: \* et fácies vestrae non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Dñus exaudivit eum: \* et de ómnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Inmíttet Angelus Dñi in circúitu tíméntium eum: \* et eripiet eos.

Gustate, et videte quóniam suavis est Dñus: \* beátus vir, qui sperat in eo.

Timete Dñum omnes sancti ejus: \* quóniam non est inópia tíméntibus eum.

Divites eguerunt et esuriérunt: \* inquirentes autem Dñum non minuéntur omni bono.

Venite filii, audite me: \* tímórem Dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: \* diligit dies videre bonos?

Próhibe linguam tuam a malo: \* et lábia tua ne loquantur dolum.

Diverte a malo, et fac bonum: \* inquire pacem, et perséquare eam.

Oculi Dñi super justos: \* et aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Dñi super facientes mala: \* ut perdat de terra memóriam eorum.

Clamaverunt iusti, et Dóminus exaudivit eos: \* et ex ómnibus tribulationibus eorum liberavit eos,

Juxta est Dñus iis, qui tribulato sunt corde : \* et humiles spiritu salvabit.

Multae tribulationes justorum : \* et de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dñus omnia opera eorum : \* unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima : \* et qui oderunt justum delinquent.

Rédimet Dñus ánimas servorum suorum : \* et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Aññ. Clamaverunt justí, et Dóminus exaudivit eos.

Aññ. Constitues eos principes \* super omnem terram : memores erunt nominis tui, Dómine.

Psalmus xlv.

**E**RUCTAVIT cor meum verbum bonum : \* dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea calamus scribae, \* velóriter scribentis.

Speciosus forma prae filiis hóminum, diffusa est grátia in lábiis tuis : \* propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gládio tuo super femur tuum, \* potentissime,

Spécie tua et pulchritudine tua \* inténde, prospere procéde, et regna,

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : \* et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent, \* in corda inimicorum regis.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi : \* virga directiõnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : \* propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo laetitiae prae consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : \* ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : \* circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : \* et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum : \* quoniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiae Tyri in munerebus \* vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiae Regis ab intus, \* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam : \* proximae ejus afferentur tibi.

Afferentur in laetitia et exultatione : \* adducentur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : \* constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in aetérnum : \* et in saeculum saeculi.

*Añsa.* Constítues eos príncipes super omnem terram : mémores erunt nóminis tui, Dómine.

℟. In omnem terram exívit sonus eórum. ℞. Et in fines orbis terrae verba eórum.

Pater noster. Absolutio. Exáudi, Dómine. ℟. Jube, domne. Benedíctio. Benedíctiōne perpétua.

Lectiones de Scriptura positae in Comm. Sanctorum, leguntur quando annotantur in Proprio Sanctorum per annum, et quando contingit fieri Offic. de aliquo Sancto illis diebus, in quibus in Offic. Ferae non ponuntur Lect. de Scriptura, sed tantum de Homilia, et quando aliquod Festum solemniter celebratur in propria Ecclesia.

De Epístola prima beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Lectio i. *Cap. iv.*



IC nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quae-

ritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die : sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum : sed non in hoc justificatus sum : qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus : qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium : et tunc laus erit unicuique a Deo.

℞. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus : \* Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. ℟. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.—Estote. Benedíctio. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ii.

**H**AEC autem, fratres, transfiguravi in me et Apóllo, propter vos : ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum inflatur pro alio. Quis enim te discernit ? Quid autem habes, quod non accepisti ? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti ? Jam saturati estis, sine nobis regnatis : et utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus. Puto enim quod Deus

nos Apóstolos novísimos osténdit, tamquam morti destinátos : quia spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus.

R̄. Tóllite jugum meum super vos, dicit Dóminus, et discite a me, quia mitis sum, et húmilis corde : \* Jugum enim meum suáve est, et onus meum leve. V̄. Et inveniétis réquiem animábibus vestris. — Jugum. Bened. Spíritus sancti.

## Lectio iii.

**N**OS stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo ; nos infirmi, vos autem fortes : vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et siti-mus, et nudi sumus, et colaphis caedimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes má nibus nostris : maledicimur, et benedicimus : persecutióne pátimur, et sustinémus : blasphemámur, et obsecrámus : tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, ómni-um peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, haec scribo, sed ut filios meos charísimos mó-neo. Nam si decem míllia paedagogórum habeátis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos génui.

R̄. Dum stetérítis ante reges et praesides, nolite cogítare quómodo, aut quid loquámini : \* Dábitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. V̄. Non enim vos estis qui loquimini : sed Spíritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. — Dábitur. Glória. Dábitur.

In secundo Nocturno.

Antiph. Príncipes populórum \* congregáti sunt cum Deo Abraham.

Psalmus xlvj.



**M**NES Gentes pláudite má nibus : \* jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis : \* Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis : \* et gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis haereditátem suam : \* spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbi-lo : \* et Dóminus in voce tubae.

Psállite Deo nostro, psál-lite : \* psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex ómnis terrae Deus : \* psállite sapiénter.

Regnábít Deus super gentes : \* Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : \* quóniam dii fortes terrae, veheménter eleváti sunt.

Añã. Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham.

Antiphona. Dedísti haereditátem \* tíméntibus nomen tuum, Dómine.

Psalmus lx.

**E**XAUDI, Deus, deprecationē meam : \* inténde oratióni meae.

A fñibus terrae ad te clamávi : \* dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea : \* turris fortitudinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in saecula : \* prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu, Deus meus, exaudísti oratiónem meam : \* dedísti haereditátem tíméntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies : \* annos ejus usque in diem generatiónis et generatiónis.

Pérmānet in aetérnum in conspéctu Dei : \* misericórdiam et veritátem ejus quis requíret ?

Sic psalmum dicam nomini tuo in saeculum saeculi : \* ut reddam vota mea de die in diem.

Añã. Dedísti haereditátem tíméntibus nomen tuum, Dómine.

Antiphona. Annuntiáverunt \* ópera Dei, et facta ejus intellexérunt.

Psalmus lxxiii.

**E**XAUDI, Deus, orationem meam cum deprecor : \* a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium : \* a multítudine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas : \* inténdérunt arcum rem amáram ut sagittent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, et non tímebunt : \* firmáverunt sibi sermóneum nequam.

Narráverunt ut absconderent láqueos : \* dixerunt : Quis vidébit eos ?

Scrutáti sunt iniquitátes : \* defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum : \* et exaltábitur Deus.

Sagittae parvulórum factae sunt plagae eórum : \* et infirmatae sunt contra eos linguae eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos : \* et tímuit omnis homo.

Et annuntiáverunt ópera Dei : \* et facta ejus intellexérunt.

Laetabitur justus in Dómino, et sperábit in eo, \* et laudabúntur omnes recti corde.

*Añã.* Annuntiavérunt ópera Dei, et facta ejus intellexérunt.

*V.* Constitúes eos príncipes super omnem terram.  
*Rz.* Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

Pater noster. *Absolutio.* Ipsíus píetas. *V.* Jube, domne. *Benedictio.* Deus Pater omnipotens.

Sermo S. Gregórii Papae.  
*Hom. xxx. in Ev., post med.*

*Lectio iv.*



**S**CRIPtum est : Spíritus Dómini ornávit coelos. Ornáméнта enim coelórum sunt virtútes prædicántium. Quae videlicet ornáméнта Paulus enúmerat, dicens : Alii datur per Spíritum sermo sapiéntiae, álii sermo sciéntiae secúndum eúndem Spíritum, álteri fides in eódem Spíritu, álii grátia sanitátum in uno Spíritu, álii operátio virtútum, álii prophetía, álii discretio spirituum, álii génera linguárum, álii interpretátio sermónum. Haec autem ómnia operátur unus atque ídem Spíritus, dívídens síngulis prout vult.

*Rz.* Vidi conjúctos viros habéntes splendidas vestes, et Angelus Dómini locútus

est ad me, dicens : \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei. *V.* Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium coelum, voce magna clamántem, et dicéntem.— Isti sunt. *Benedictio.* Christus perpétuae,

*Lectio v.*

**Q**UOT ergo sunt bona prædicántium, tot sunt ornáméнта coelórum. Hinc rursus scriptum est : Verbo Dómini coeli firmáti sunt. Verbum enim Dómini Filius est Patris. Sed eósdem coelos, videlicet sanctos Apóstolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendátur operáta, repénite de sancti Spíritus divinitate adjúngitur : Et spíritu oris ejus omnis virtus eórum. Coelórum ergo virtus de Spíritu sumpta est : quia mundi hujus potestátibus contraíre non praesúmerent, nisi eos sancti Spíritus fortitúdo solidásset. Quales namque doctóres sanctae Ecclesiæ ante advéntum hujus Spíritus fúerint, scimus : et post advéntum illíus, cujus fortitúdinis facti sint, conspíciamus.

*Rz.* Beati estis cum maledíxerint vobis hómines, et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsus vos, mentíentes, propter me : \* Gaudéte et exultáte, quóniam merces



vestra copiosa est in coelis.  
 ¶ Cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis.—Gaudete. Bened. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

**A**ERTE iste ipse pastor Ecclésiæ, ad cuius sacratissimum corpus sedemus, quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante adventum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce percussus, dum mori timuit, vitam negavit. Et pensandum, quia eum comprehensum Petrus negavit in terra, quem suspensum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantæ formidinis, qualis post adventum Spiritus existat, audiamus. Fit conventus magistratus atque seniorum, caesis denuntiatur Apostolis, ne in nomine Jesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate respondet: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

R. Isti sunt triumphatores, et amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt præmia æterna: \* Modo coronantur, et accipiunt palmam. ¶ Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt sto-

las suas in sanguine Agni.—  
 Modo. Gloria Patri. Modo.

In tertio Nocturno.

Añs. Exaltabuntur\* cornua justii, alleluia.

Psalmus lxxiv.



**C**ONFITEBIMUR tibi, Deus: \* confitebimur, et invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: \* cum accipero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, et omnes qui habitant in ea: \* ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere: \* et delinquentibus: Nolite exaltare cornu:

Nolite extollere in altum cornu vestrum: \* nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus: \* quoniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, et hunc exultat: \* quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verumtamen faex ejus non est exinanita: \* bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in saeculum: \* cantabo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam : \* et exaltabúntur córnua justí.

*Añã.* Exaltabúntur córnua justí, allelúia.

*Antiphona.* Lux orta est justo, allelúia, \* rectis corde laetitia, allelúia.

*Psalms xvi.*

**D**OMINUS regnavit, exúltet terra : \* læténtur insulae multae.

Nubes, et caligo in circúitu ejus : \* justitia, et júdicium corrèctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, \* et inflammábit in circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terrae : \* vidit, et com móta est terra.

Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : \* a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt coeli justítiam ejus : \* et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptilia : \* et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : \* audívit, et lætáta est Sion.

Et exultavérunt filiae Judae, \* propter júdicia tua, Dómine :

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram : \* nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum,

odíte malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde laetitia.

Laetámini justí in Dómino : \* et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

*Añã.* Lux orta est justo, allelúia, rectis corde laetitia, allelúia.

*Antiphona.* Custodiébant \* testimónia ejus, et præcèpta ejus, allelúia.

*Psalms xviii.*

**D**OMINUS regnavit, irascántur pópuli : \* qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dñus in Sion magnus : \* et excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno : quóniam terribile et sanctum est : \* et honor regis júdicium diligit.

Tu parásti directiões : \* júdicium et justítiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte scabélum pedum ejus : \* quóniam sanctum est.

Móyses et Aaron in sacerdotibus ejus : \* et Sámuél inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dóminum, et ipse exaudiébat eos : \* in cólúmna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, \* et praeceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos : \* Deus, tu propitiu fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiões eórum.

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte in monte sancto ejus : \* quóniam sanctus Dñus Deus noster.

*Añs.* Custodiébant testimónia ejus, et praecepta ejus, allelúia.

*V.* Nimis honoráti sunt amici tui, Deus. *R.* Nimis confortátus est principátus eórum.

Pater noster. *Absolutio.* Avinculis. *V.* Jube, domne. *Bened.* Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaëum.

Lectio vii. *Cap. xix. d.*

**I**N illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis ? Et reliqua.

Homilia S. Hierónymi Presbyteri.

*Lib. 3. in Matth. cap. xix.*



**R**ANDIS fidúcia ! Petrus piscátor erat, dives non fúerat, cibos manu et arte quaerébat ; et tamen loquitur confidenter : Reliquimus ómnia. Et quia non súfficit tantum relin-

quere, jungit quod perféctum est : Et secúti sumus te. Fécimus quod jussisti : quid ígitur nobis dabis praemii ? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Filius hóminis in sede majestátis suae, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Non dixit : Qui reliquistis ómnia : hoc enim et Crates fecit philosophus et multi álíi divitias contempserunt ; sed : Qui secúti estis me : quod próprie Apostolorum est atque credéntium.

*R.* Isti sunt qui vivéntes in carne, plantavérunt Ecclesiám sanguíne suo : Cálícem Dñi bibérunt, et amici Dei facti sunt. *V.* In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terrae verba eórum. — Cálícem. *Benedictio.* Cujus, vel Quorum festum cólimus.

Lectio viii.

**I**N regeneratióne, cum séderit Filius hóminis in sede majestátis suae (quando et mórtui de corruptione resúrgent incorrupti) sedébitis et vos in sóliis judicántium, condemnántes duódecim tribus Israël : quia vobis credéntibus, illi crédere noluérunt. Et omnis qui relíquerit do-

mum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit. Locus iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem a patre suo, et matrem a filia, et nurum a socru: et inimici hominis domestici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, et praedicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias et saeculi voluptates: isti centuplum recipient, et vitam aeternam possidebunt.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam: \* Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. V. Sancti per fidem vicierunt regna: operati sunt justitiam. — Quorum. Gloria Patri. Quorum. Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

**E**X occasione hujus sententiae quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes, tunc nobis centuplum omnium rerum, quas dimisimus, et vitam aeternam esse reddendam: non intelligentes,

quod, si in caeteris digna sit repromissio, in uxoribus appareat turpitudine: ut qui unam pro Domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritalia recipiet: quae comparatione et merito sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparatur.

Deinde dicitur Hymnus Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES,

et per Horas, Aetae.

1. Hoc est praecipuum meum, \* ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Psal. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Majorem charitatem \* nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

3. Vos amici mei estis, \* si feceritis quae praecipio vobis, dicit Dominus.

4. Beati pacifici, \* beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

5. In patientia vestra \* possidebitis animas vestras.

Capitulum. Ephes. ii. d.

**E**RATRES, Jam non estis hospites, et advenae: sed estis cives sanctorum, et domestici Dei: supraedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. R. Deo grati a s.

Hymnus.

**A**XULTET orbis gaudiis :

Coelum resulet laudibus :  
Apostolorum gloriam  
Tellus et astra concinunt.

Vos saeculorum Iudices,  
Et vera mundi lumina,  
Votis precamur cordium ;  
Audite voces supplicum.

Qui templa coeli clauditis,

Serasque verbo solvitis ;  
Nos a reatu noxios  
Solvi jubete, quaesumus.

Praecepta quorum protinus

Languor salusque sentiunt ;  
Sanate mentes languidas :  
Augete nos virtutibus :

Ut, cum redibit Arbiter  
In fine Christus saeculi,  
Nos sempiterni gaudii  
Concedat esse compotes.

Patri, simulque Filio,  
Tibique, sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit jugiter  
Saeclum per omne gloria.

Amen.

V. Annuntiaverunt opera  
Dei. R. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus, Añ. Vos  
qui reliquistis omnia, et  
secuti estis me, centuplum  
accipietis, et vitam aeternam  
possidebitis.

AD TERTIAM.

Añ. Majorem charitate.  
Cap. Fratres, Jam non  
estis ut supra. xv.

R. br. In omnem terram  
Exiit sonus eorum. In. V.  
Et in fines orbis terrae verba  
eorum. Exiit. Gloria  
Patri. In omnem.

V. Constitues eos principes  
super omnem terram.  
R. Memores erunt nominis  
tui, Domine.

AD SEXTAM.

Añ. Vos amici mei estis.

Capitulum. Ad. v. b.

**P**ER manus autem  
Apostolorum fiebant  
signa et prodigia multa in  
plebe.

R. br. Constitues eos  
principes \* Super omnem  
terram. Constitues. V. Me-  
mores erunt nominis tui,  
Dñe. Super. Gloria Patri.  
Constitues.

V. Nimis honorati sunt  
amici tui, Deus. R. Nimis  
confortatus est principatus  
eorum.

AD NONAM.

Añ. In patientia vestra.

Capitulum. Ad. v. g.

**I**BANT Apostoli gau-  
dentes a conspectu  
concilii, quoniam digni ha-  
biti sunt pro nomine Jesu  
contumeliam pati.

R. br. Nimis honorati  
sunt, \* Amici tui, Deus. Ni-  
mis. V. Nimis confortatus  
est principatus eorum. Ami-  
ci. Gloria Patri. Nimis.

V. Annuntiaverunt ope-

ra Dei. R7. Et facta ejus intellexerunt.

IN II. VESPERIS.

Añã. Jurávit Dñus, \* et non poenitébit eum : Tu es sacérdos in aetérnum.

Psalmus cix.



**I**XIT Dóminus Dómino meo : \* Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, \* scabéllum pedum tuorum.

Virgam virtútis tuae emittet Dñus ex Sion : \* dominare in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuae in splendóribus Sanctórum : \* ex útero ante luciferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum : \* Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dñus a dextris tuis, \* confregit in die irae suae reges.

Judicábit in natió nibus, implébit ruinas : \* conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibet : \* propterea exaltábit caput.

Añã. Jurávit Dñus, et non poenitébit eum : Tu es sacérdos in aetérnum.

Antiph. Cóllocet eum \* Dóminus cum princípibus pó puli sui.

Psalmus cxii.

**L**AUDATE, púeri, Dñum : \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dñi benedíctum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudá bile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dñus, \* et super coelos glória ejus.

Quis sicut Dñus Deus noster, qui in altis hábitat, \* et humília respicit in coelo et in terra ?

Súscitans a terra inopem, \* et de stercore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pó puli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, \* matrem filiórum laetántem.

Añã. Cóllocet eum Dñus cum princípibus pó puli sui.

Añã. Dirupisti, Dñe, víncula mea : \* tibi sacrificáto hóstiam laudis.

Psalmus cxv.

**A**REDIDI, propter quod locútus sum : \* ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : \* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dño : \* pro ómnibus, quae retribuit mihi ?

Cálicem salutáris accipiam : \* et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dño reddam coram omni pópulo ejus : \* pretiósá in conspéctu Dñi mors Sanctorum ejus :

O Dñe, quia ego servus tuus : \* ego servus tuus, et filius ancillae tuae.

Dirupisti víncula mea : \* tibi sacrificábo hóstiám laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dño reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : \* in átriis domus Dñi, in médio tui Jerúsalem.

Añá. Dirupisti, Dñe, víncula mea : tibi sacrificábo hóstiám laudis.

Antiph. Eúntes ibant \* et flebant, mittétes sémina sua.

Psalmus cxxv.

**I**N converténdo Dñus captivitátem Sion : \* facti sumus sicut consoláti :

Tunc replétum est gáudio os nostrum : \* et lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes : \* Magnificávit Dñus fácere cum eis.

Magnificávit Dñus fácere nobiscum : \* facti sumus laetántes.

Convérte, Dñe, captivitátem nostram, \* sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, \* in exultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, \* mittétes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, \* portántes manípulos suos.

Añá. Eúntes ibant et flebant, mittétes sémina sua.

Añá. Confortátus est \* principátus eórum, et honoráti sunt amici tui, Deus.

Psalmus cxxxviii.

**D**OMINE, probásti me, et cognovisti me : \* tu cognovisti sessiõem meam, et resurrectiõem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : \* sémitam meam, et funiculum meum investigásti.

Et omnes vias meas praevidísti : \* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia novíssima, et antiqua : \* tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : \* confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo ? \* et quo a fácie tua fugiam ?

Si ascéndero in coelum, tu illic es : \* si descéndero in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculo, \* et habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : \* et tenébit me dextera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebrae conculcábunt me : \* et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebrae non obscurabúntur a te, et nox sicut dies illuminábitur : \* sicut ténebrae ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : \* suscepisti me de útero matris meae.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : \* mirabilia ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecisti in occulto : \* et substántia mea in inferioribus terrae.

Imperféctum meum viderunt óculi tui, et in libro tuo omnes scribéntur : \* dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amici tui, Deus : \* nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : \* exurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris, Deus, peccatóres : \* viri sanguínum declínate a me :

Quia dicitis in cogitátione : \* accipient in vanitáte civitates tuas.

Nonne qui odérunt te, Dñe, óderam : \* et super inimícos tuos tabescébam ?

Perfécito ódio óderam illos : \* et inimíci facti sunt mihi.

Proba me, Deus, et scito cor meum ; \* intérroga me, et cognóscce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est \* et deduc me in via actérna.

Antiphona. Confortátus est principátus eórum, et honoráti sunt amici tui, Deus.

Capitulum. *Ephes. ii. d.*



RATRES, Jam non estis hóspites, et ádvenae sed estis cives sanctorum, et doméstici Dei : superaedificáti super fundamentum Apostolorum et prophetarum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu. R. Deo grátias.

Hymnus. Exúltet, ut supra. xvi. X. Annuntiáverunt ópera Dei. R. Et facta ejus intelléxerunt.

Ad Magnif. Añã. Estóte fortes in bello, \* et pugnate cum antiquo serpente : et accipiétis regnum actérnum, allelúia.

ALIAE LECTIONES  
PRO APOSTOLIS.

In secundo Nocturno.

De Expositióne S. Augustíni Episcopi super Psalmum octogésimum sextum. *Ante medium.*



## Lectio iv.



**F**UNDAMENTA  
ejus in montibus  
sanctis : dfligit  
Dóminus portas  
Sion. Quare sunt funda-  
ménta Apóstoli, et Prophé-  
tæ ? Quia eórum auctóritas  
portat infirmitátem no-  
stram. Quare sunt portæ ?  
Quia per ipsos intrámus ad  
regnum Dei. Prædicant enim  
nobis : et cum per ip-  
sos intrámus, per Christum  
intrámus. Ipse est enim já-  
nuá. Et cum dicúntur duó-  
decim portæ Jerúsalem, et  
una porta Christus, et duó-  
decim portæ Christus, quia  
in duódecim portis Chri-  
stus : et ideo duodenárius  
númerus Apostolorum. Sa-  
craméntum magnum hujus  
duodenárii significatio est  
númeri. Sedébitis, inquit,  
super duódecim sedes, ju-  
dicántes duódecim tribus  
Israél.

R. Vidi conjúctos vi-  
ros habéntes spléndidas  
vestes, et Angelus Dómi-  
ni locúsus est ad me, di-  
cens : Isti sunt viri sancti  
facti amici Dei. V. Vidi  
Angelum Dei fortem, vo-  
lántem per médium coe-  
lum, voce magna clamán-  
tem et dicéntem. — Isti.

## Lectio v.

**S**I duódecim sellæ ibi  
sunt, non est ubi sé-  
deat tértius décimus Paulus

Apóstolus, et non erit quó-  
modo júdicet : et ipse se ju-  
dicatúrum dixit, non hómi-  
nes tantum, sed et ángelos.  
Quos ángelos, nisi apóstata-  
tas ángelos ? Nescitis, in-  
quit, quia ángelos judicá-  
bimus ? Respondéret ergo  
turba : Quid te jactas judi-  
catúrum ? Ubi sedébis ?  
Duódecim sedes dixit Dó-  
minus duódecim Apóstolos :  
unus cécidit Judas, in lo-  
cum ipsius sanctus Ma-  
thías ordinátus est : im-  
plétus est duodenárius  
númerus sédium. Primo  
locum ínveni, ubi sédeas,  
et sic te mináre judi-  
catúrum. Duódecim ergo  
sedes quid sibi velint,  
videámus. Sacraméntum  
est cújusdam universitátis,  
quia per totum orbem  
terrárum futúra erat Ecclé-  
sia : unde vocátur hoc  
aedificium ad Christi compá-  
gem.

R. Beáti estis cum male-  
dixerint vobis hómines,  
et persecúti vos fúerint et  
dixerint omne malum ad-  
vérsus vos, mentiéntes pro-  
pter me : Gaudéte et  
exultáte, quóniam merces  
vestra copiósa est in coelis.  
V. Cum vos óderint hómi-  
nes, et cum separáverint  
vos, et ejécerint nomen vestrum  
tamquam malum propter  
Fílium hóminis. — Gau-  
déte et exultáte.

Lectio vi.

**E**T ideo quia undique venitur ad iudicandum, duodecim sedes sunt : sicut quia undique intratur in illam civitatem, duodecim portae sunt. Non solum ergo illi duodecim, et Apostolus Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt, propter significationem universitatis ad sedes duodecim pertinent : quemadmodum quotquot intrabunt, ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt, Oriens, Occidens, Aquilo et Meridies. Ista quatuor partes assidue nominantur in Scripturis. Ab istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in Evangelio, a quatuor ventis se collecturum electos suos : ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quomodo vocatur ? Undique in Trinitate vocatur. Non vocatur nisi per baptismum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quatuor ergo ter ducta duodecim inveniuntur.

**R.** Isti sunt triumphatores et amici Dei, qui contemnentes iussa principum, meruerunt praemia aeterna : \* Modo coronantur, et accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine

Agni. — Modo, Gloria Patri. Modo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xix. d.

**I**N illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

*Hom. in Nat. S. Bened.*

**E**R F E C T U S ille est, qui abiens vendit omnia quae habet, et dat pauperibus, ac veniens, sequitur Christum : habebit enim thesaurum non deficientem in coelis. Unde bene interrogante Petro, dixit talibus Jesus : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. In hac quippe vita pro ejus nomine laborantes, in alia praemium sperare docuit : id est, in regeneratione ; cum videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

**R7.** Isti sunt qui viventes

in carne, plantaverunt Ecclésiám sánguine suo : \* Cálicem Dómini bibérunt, et amici Dei facti sunt. ¶ In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terrae verba eórum. — Cálicē.

Lectio viii.

**E**T justa prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humanae glóriam celsitudinis neglexerunt, illic a Christo iudices glorificati singulariter cum eo assideant, qui a sequendis ejus vestigiis nulla ratione poterant avelli. Nemo autem putet duodecim tantum Apóstolos, quia pro Juda praevaricante Mathías electus est, tunc esse iudicatos : sicut nec duodecim solae sunt tribus Israël iudicandae : alioquin tribus Levi, quae tertheadecima est, in iudicata recedet.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, et dedit illis glóriam sempiternam : \* Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. ¶ Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam. — Quorum gloria. Quorum.

Lectio ix.

**E**T Paulus, qui tertiusdecimus est Apóstolus, iudicandi sorte privabitur, cum ipse dicat : Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto ma-

gis saecularia? Sciendum namque est, omnes, qui ad exemplum Apóstolorum sua reliquerunt omnia, et secuti sunt Christum, iudices cum eo venturos, sicut etiam omne mortalium genus esse iudicandum. Quia enim duodenario saepe numero solet in Scripturis universitas designari, per duodecim sedes Apóstolorum, omnis numerositas iudicantium, et per duodecim tribus Israël, universitas eorum, qui iudicandi sunt, ostenditur.

Te Deum laudamus. 18.

PRO EVANGELISTIS  
LECTIONES.

In primo Nocturno.

Incipit liber Ezechiélis  
Prophetae.

Lectio i. Cap. i.



**E**T factum est in trigésimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captivorum juxta fluvium Chobar, aperti sunt coeli, et vidi visiones Dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigracionis regis Jóachim, factum est verbum Dómini ad Ezechiélem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldaeorum, secus flumen Chobar: et facta est super eum ibi manus Dñi. Et vidi, et ecce

ventus túrbinis veniébat ab Aquilóne, et nubes magna, et ignis invólvens, et splendor in circúitu ejus : et de médio ejus quasi spécies eléctri, id est, de médio ignis.

R̄. Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum, dicit Dóminus : \* Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, et simplices sicut colúmbae. V̄. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut filii lucis sitis. — Estóte.

## Lectio ii.

**E**T in médio ejus similitúdo quátuor animálium : et hic aspéctus eórum, similitúdo hóminis in eis. Quátuor fácies uni, et quátuor pennae uni. Pedes eórum pedes recti, et planta pedis eórum quasi planta pedis vituli, et scintillae quasi aspéctus aeris candéntis. Et manus hóminis sub pennis eórum in quátuor pártibus : et fácies, et pennas per quátuor partes habébant. Junctaeque erant pennae eórum altérius ad álterum. Non revertébantur cum incéderent : sed unumquódque ante faciè suam gradiebátur.

R̄. Tóllite jugum meum super vos, dicit Dóminus, et discite a me, quia mitis sum, et húmilis corde : \* Jugum enim meum suáve est, et onus meum leve.

V̄. Et inveniétis réquiem animábus vestris. — Jugum.

## Lectio iii.

**S**IMILITUDO autem vultus eórum : fácies hóminis, et fácies leónis a dextris ipsórum quátuor ; fácies autem bovis, a sinístris ipsórum quátuor, et fácies áquilae désuper ipsórum quátuor. Fácies eórum, et pennae eórum exténtae désuper : duae pennae singulórum jungébántur, et duae tegébant córpora eórum : et unumquódque eórum coram faciè sua ambulábat : ubi erat impetus spíritus, illuc gradiebántur, nec revertébántur cum ambulárent.

R̄. Dum stetérítis ante reges et praesides, nolite cogitare quómodo aut quid loquámini ? Dábitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. V̄. Non enim vos, estis qui loquámini : sed Spíritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. — Dábitur. G lória Patri. Dábitur.

## In secundo Nocturno.

De Expositione S. Gregórii Papae super Ezechielem Prophétam.

## Lectio iv. Hom. iii. r. l.



**S**ANCTA quátuor animália, quae prophetiae spíritus futúra praevidentur, subtili narratióne

describuntur, cum dicitur : Quattuor facies uni, et quattuor pennae uni. Quid per faciem, nisi notitia ; et quid per pennas, nisi volatus exprimitur ? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur : per pennas vero in altum avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis ovibus dicit : Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meae. Qui rursus ait : Ego scio quos elegerim. Per contemplationem vero, qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aera levamur.

R. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, et Angelus Domini locutus est ad me, dicens : Isti sunt viri sancti facti amici Dei. V. Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium coelum, voce magna clamantem, et dicentem. — Isti.

LECTIO V.

**Q**UATUOR ergo facies uni sunt : quia si requiras quid Matthaeus de incarnatione Domini sentiat ; hoc nimirum sentit, quod Marcus, Lucas, et Joannes. Si quaeras quid Joannes sentiat ; hoc proculdubio, quod Lucas, Marcus, et Matthaeus. Si quaeras

quid Marcus ; hoc quod Matthaeus, Joannes, et Lucas. Si quaeras quid Lucas ; hoc quod Joannes, Matthaeus, et Marcus sentit. Quattuor ergo facies uni sunt : quia notitia fidei, qua cognoscuntur a Deo, ipsa est in uno, quae est simul in quattuor. Quidquid enim in uno inveneris, hoc in omnibus simul quattuor cognoscet.

R. Beati estis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me : Gaudete et exultate quonia mercies vestra copiosa est in coelis. V. Cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tamquam malum, propter Filium hominis. — Gaudete et exultate.

LECTIO VI.

**E**T quattuor pennae uni : quia Dei omnipotentis Filium Dominum nostrum Jesum Christum simul omnes concorditer praedicant : et ad divinitatem ejus mentis oculos levantes, penna contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Domini pertinet, penna, ad divinitatem : quia in eum, quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt : sed dum hunc

esse incircumscriptum atque incorporeum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam quasi in aera levantur. Quia itaque una est fides incarnationis ejus in omnibus, et par contemplatio divinitatis ejus in singulis, recte nunc dicitur: Quatuor facies uni, et quatuor pennae uni.

*Ry.* Isti sunt triumphatores, et amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt praemia aeterna: \* Modo coronantur, et accipiunt palmam. *V.* Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni. — Modo. Gloria Patri. Modo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. x.*

**I**N illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

Homilia xvii. in Evang.

**D**OMINUS et Salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero

operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus, praeccepta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in praedicationem discipulos mittit: quia duo sunt praeccepta charitatis, Dei videlicet amor, et proximi: et minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit.

*Ry.* Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: \* Calicem Domini biberunt, et amici Dei facti sunt. *V.* In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. — Calicé.

Lectio viii.

**E**CCE enim binos ad praedicandum discipulos Dominus mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, praedicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Praedicatores enim suos Dominus sequitur: quia praedicatio praevenit, et tunc ad mentis nostrae habitaculum Dominus venit,



quando verba exhortationis  
praecurrunt : atque per hoc  
veritas in mente suscipitur.

R. Isti sunt viri sancti,  
quos elegit Dominus in chari-  
tate non ficta, et dedit il-  
lis gloriam sempiternam : \*  
Quorum doctrina fulget  
Ecclesia, ut sole luna. V.  
Sancti per fidem vicerunt  
regna, operati sunt justitiam.  
— Quorum. Gloria  
Patri. Quorum.

Lectio ix.

**H**INC namque eisdem  
praedicatoribus Isaías dicit :  
Parate viam Domini, rectas  
facite semitas Dei no-

stri. Hinc filii Psalmista  
ait : Iter facite ei, qui ascen-  
dit super occasum. Super  
occasum namque Dominus  
ascendit : quia unde in  
passione occubuit, inde  
majorem suam gloriam re-  
surgendo manifestavit. Su-  
per occasum videlicet  
ascendit ; quia mortem  
quam pertulit, resurgendo  
calcavit. Ei ergo qui ascen-  
dit super occasum, iter fa-  
cimus, cum nos ejus glo-  
riam vestris mentibus praedi-  
camus, ut eas et ipse  
post veniens, per amoris sui  
praesentiam illustret.

Te Deum laudamus. 18.



## Commune unius Martyris.

### AD VESPERAS.

*Ant.* Qui me confessus, cum reliquis de Laudibus xxxviii. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. ii.

Capitulum. *Jacobi i. b.*



**D**EATUS vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam remisit Deus diligentibus se.

*Hymnus.*

**D**EUS, tuorum militum Sors, et corona, praemium, Laudes canentes Martyris Absolve nexu criminis.

Illic nempe mundi gaudia,

Et blanda fraudum pabula Imbuta felle deputans, Pervenit ad coelestia.

Proenas cucurrit fortiter, Et sustulit viriliter,

Fundensque pro te sanguinem,

Aeterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici Te poscimus piissime; In hoc triumpho Martyris Dimitte noxam servulis.

laus et perennis gloria Patri sit atque Filio, Sancto simul Paraclito, In sempiterna saecula.

Amen.

*V.* Gloria et honore coronasti eum, Domine. *R.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Ad Magnit. Ana.* Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

*Pro Martyre et Pontif. Oratio.*

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus propriae actionis



gravat, beati N. Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Alia Oratio.

**D**EUS, qui nos beati N. Martyris tui atque Pontificis, annua solemnitate laeticas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Pro Martyre tantum,  
Oratio.

**P**RAESTA quaesumus omnipotens Deus: ut qui beati N. Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboreretur. Per Dominum.

Alia Oratio.

**P**RAESTA quaesumus omnipotens Deus: ut intercedente beato N. Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus libereremur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Martyrum Dominum, \* Venite, adoramus. Ps. Venite. 2.

Hymnus. Deus, tuorum militum ut supra. xxvii.

In primo Nocturno.

Añã. In lege Dñi \* fuit voluntas ejus die ac nocte.

Psalmus i.



**V**EATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, \* et in cathedra pestilentiae non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, \* et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, \* quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: \* et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impii in iudicio: \* neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum: \* et iter impiorum peribit.

Añã. In lege Domini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Añã. Praedicans \* praeceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus ii.

**Q**UARE fremuerunt Gentes, \* et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in

unum \* advérsus Dñum,  
et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula có-  
rum : \* et projiciámus a  
nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in coelis ir-  
ridébit eos : \* et Dóminus  
subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in  
ira sua, \* et in furóre suo  
conturbábit eos.

Ego autem constitútus  
sum rex ab eo super Sion  
montem sanctum ejus, \*  
praedicans praecéptū ejus.

Dóminus dixit ad me : \*  
Filius meus es tu, ego hódie  
génui te.

Póstula a me, et dabo  
tibi Gentes haereditátem  
tuam, \* et possessionem  
tuam términos terrae.

Reges eos in virga fér-  
rea, \* et tamquam vas fi-  
guli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : \*  
erudímmini qui judicátis ter-  
ram.

Servíte Dño in timóre : \*  
et exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplí-  
nam nequándo irascátur  
Dóminus, \* et pereátis de  
via justa.

Cum exárserit in brevi  
ira ejus, \* beáti omnes, qui  
confidunt in eo.

Añã. Praedicans praecé-  
ptum Dómini, constitútus  
est in monte sancto ejus.

Añã. Voce mea \* ad Dó-  
minum clamávi : et exaudivit  
me de monte sancto suo.

Psalmus iiii.

**D**OMINE, quid multi-  
plicáti sunt qui trsbu-  
lant me ? \* multi insúrgunt  
advérsum me.

Multi dicunt ánimaë me-  
ae : \* Non est salus ipsi in  
Deo ejus.

Tu autem, Dñe, suscé-  
ptor meus es, \* glória mea,  
et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dñum cla-  
mávi : \* et exaudivit me de  
monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporá-  
tus sum : \* et exurréxi, quia  
Dóminus suscépit me.

Non timébo millia pópuli  
circumdántis me : \* exúrge,  
Dómine, salvum me fac,  
Deus meus.

Quóniam tu percussisti  
omnes adversántes mihi sine  
causa : \* dentes peccatórum  
contrivisti.

Dñi est salus : \* et super  
pópulum tuum benedíctio  
tua.

Añã. Voce mea ad Dómi-  
num clamávi : et exaudivit  
me de monte sancto suo.

℣. Glória et honóre coro-  
násti cum, Dómine. ℞. Et  
constituísti eum super ópe-  
ra mánuum tuárum.

Pater noster. Absolutio.  
Exáudi, Dómine. ℣. Jube,  
domne. Benedíctio. Bene-  
díctióne perpétua.

Lecciónes sequentes pri-  
mi Nocturni leguntur in  
Festo Martyris et Pontif.

In Festo autem Mart. non Pont. leguntur quae inferius positae sunt in Comuni plurim. Mart. xlvii.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. Cap. xx. d.



MILETO Paulus mittens Ephesum, vocavit Majores natu Ecclesiae.

Qui cum venissent ad eum, et simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, quae mihi acciderunt ex insidiis Judaeorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, et docerem vos publice, et per domos, testificans Judaeis atque Gentilibus in Deum poenitentiam, et fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quae in ea ventura sint mihi, ignorans: nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: Quoniam vincula et tribulationes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiores quam me, dummodo consummum cursum meum, et ministé-

rium verbi, quod accépi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiae Dei.

¶ Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: Fundatus enim erat supra firmam petram. ¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. — Fundatus. Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ii.

ET nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi praedicans regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte et die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum.

℞. Justus germinabit sicut liliū : \* Et florēbit in aeternum ante Dōminum. V. Plantātus in domo Dōmini, in atriiis domus Dei nostri.—Et florēbit. Bened. Spīritus sancti grātia.

## Lectio iii.

**E**T nunc commēdo vos Deo, et verbo grātia ipsius, qui potens est aedificāre, et dare haereditatem in sanctificātis omnibus. Argētum et aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis : quōniam ad ea quae mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Omnia ostēdi vobis, quōniam sic laborāntes, opōrtet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Dōmini Jesu, quōniam ipse dixit : Beātius est magis dare, quam accipere. Et cum haec dixisset, pōsitis gēnibus suis orāvīt cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omnium : et procumbēntes super collum Pauli, osculabāntur eum, dolēntes maxime in verbo quod dixerat, quōniam amplius faciē eum non essent visūri. Et deducēbant eum ad navem.

℞. Iste cognōvit justitiam, et vidit mirabilia magna, et exorāvīt Altissimum : \* Et inventus est in numero sanctōrum. V. Iste est qui contēpsit vitam

mundi, et pēvenit ad coelestia regna.—Et inventus. Glōria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Ant. Filii hōminum scitōte quia Dōminus Sanctum suum mirificāvit.

Psalmus iv.



**U**M invocārem, exaudivit me Deus justitiae meae : \* in tribulatiōne dilatāsti mihi.

Miserere mei, \* et exaudi oratiōnem meam.

Filii hōminum usquequo gravi corde ? \* ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium ?

Et scitōte quōniam mirificāvit Dōminus sanctum suum : \* Dñs exāudiet me cum clamāvero ad eum.

Trascimini, et nolite peccāre : \* quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificāte sacrificium justitiae, et sperāte in Dño. \* Multi dicunt : Quis ostēdit nobis bona ?

Signātum est super nos lumen vultus tui, Dōmine : \* dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumēti, vini, et olei sui \* multiplicātī sunt.

In pace in idipsum \* dormiam, et requiescam :

Quōniam tu, Dōmine, singulariter in spe \* constituisti me.

Añs. Fíllii hóminum scítote quia Dñs Sanctum suum mirificávit.

Añs. Scuto \* bonae voluntátis tuae coronásti eum, Dómine.

Psalmus v.

**U**ERBA mea áuribus pécipe, Dómine, \* intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meae, \* rex meus, et Deus meus.

Quóniam ad te orábo : \* Dñe, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, et vidébo : \* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus : \* neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem : \* perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinem et dolósum abominábitur Dóminus : \* ego autem in multítudine misericórdiae tuae.

Introibo in domum tuam : \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dñe, deduc me in justítia tua : \* propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viám meam.

Quóniam non est in ore eórum veritas : \* cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est

guttur eórum, linguis suis dolóse agébant : \* júdica illos, Deus.

Décidant a cogitatióibus suis, secúndum multítudinem impietátum eórum expéllé eos, \* quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et laeténtur omnes, qui sperant in te, \* in aetérnum exultábunt : et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, \* quóniam tu benedíces justo.

Dñe, ut scuto bonae voluntátis tuae \* coronásti nos.

Añs. Scuto bonae voluntátis tuae coronásti eum, Dómine.

Antiphona. In univérsta terra \* glória et honóre coronásti eum.

Psalmus viii.

**D**OMINE Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsta terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super coelos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, \* ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo coelos tuos, ópera digitorum tuórum : \* lunam et stellas, quae tu fundásti.

Quid est homo, quod me-

mor es ejus? \* aut filius hó-  
minis, quóniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus  
ab Angelis, glória et honóre  
coronasti eum : \* et consti-  
tuisti eum super ópera má-  
nuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pé-  
dibus ejus,\* oves et boves  
universas : insuper et pé-  
cora campi.

Vólucres coeli, et pisces  
maris, \* qui perámbulant  
sémitas maris.

Dómine Dñus noster, \*  
quam admirábile est no-  
men tuum in univérta terra!

Añña. In univérta terra  
glória et honóre coronasti  
eum.

℣. Posuisti, Dñe, super  
caput ejus. ℞. Coronam  
de lápide pretiósio.

Pater noster. Absolutio.  
Ipsius pietas. ℣. Jube, dom-  
ne. Benedictio. Deus Pater  
omnípotens.

Sermo S. Augustíni  
Episcopi.

Lectio iv. *Serm. xlv. de SS.*



**R** I U M P H A L I S  
beáti Mártiris N.  
dies hódie nobis  
anniversária ce-  
lebritáte recúrrit :  
cujus glorificatió-  
ni sicut congáud-  
et Ecclésia, sic ejus  
propónit sequénda  
vestigia. Si enim  
compátimur, et  
conglorificábimur.  
In cujus glorióso  
agóne duo nobis  
præcípue consideránda

sunt, induráta videlicet tor-  
tórís saevítia, et Mártiris  
invícta patiéntia. Saevítia  
tortórís, ut eam detesté-  
mur : patiéntia Mártiris, ut  
eam imitémur. Audi Psal-  
místam advérsus máltiam  
inrepántem : Noli aemu-  
lári in malignántibus : quón-  
iam tamquam foenum  
velóciter aréscent. Quod au-  
tem advérsus malignántes  
patiéntia exhibénda sit, audi  
Apóstolum suadéntem : Pa-  
tiéntia vobis necessariá est,  
ut reportétis promissiónes.

℞. Honéstum fecit illum  
Dñus, et custodívit eum ab  
inimícis, et a seductóribus  
tutávit illum : Et dedit illi  
claritátem aetérnam. ℣. De-  
scendítque cum illo in fó-  
veam : et in vinculis non  
dereliquit eum.—Et dedit.  
Bened. Christum perpétuae.

Lectio v.

**A** R O N A T A itaque  
est beáti Mártiris  
patiéntia, mancipáta est  
aetérnis cruciátibus tortórís  
incorréccta máltia. Hoc at-  
téndens in agóne suo glo-  
riósus Christi athléta, non  
exhórruit cárcerem. Ad  
imitatiónem cápitis sui to-  
lerávit probra, sustínuit irri-  
siónes, flagélla non tímuit :  
et quot ante mortem pro  
Christo pértulit supplicia,  
tot ei de se óbtulit sacrificia.  
Quod enim propinánte  
Apóstolo biberat, alte reti-

nēbat : Quia non sunt condīgnae passiōnes hujus tēporis ad futūrā glōriam, quae revelābitur in nobis. Et quia momentāneum hoc et leve nostrae tribulatiōnis, aeternum glōriae pondus operātur in coelis. Hujus promissiōnis amōre a terrēnis suspēsus, et praegustāta supērnae suavitātis dulcedine ineffābiliter affēctus, dicēbat cum Psalmīsta : Quid mihi est in coelo, et a te quid vōlui super terram ? Defēcit caro mea, et cor meum : Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

℞. Desidērium animae ejus tribuisti ei, Dñe, Et voluntate labiōrum ejus non fraudāsti eum. √. Quōniam praevenisti eum in benedictiōnibus dulcedinis : posuisti in cāpite ejus corōnam delāpide pretiōso.—Et. Benedictiō. Ignem sui amōris.

Lectio vi.

**CONTEMPLABATUR** enim, quantum in aenigmate infirmitas humana oculum mentis in aeternitate figere potest, quanta sint supērnae civitātis gāudia : et ea enarrāre non sufficiens, admirādo clamābat : Quid mihi est in coelo ? Quasi diceret : Excēdit vires meas, excēdit facultātem eloquēntiae meae, transcendit capacitātem

intelligēntiae meae illud decus, illa glōria, illa celsitudo, qua nobis, a conturbatiōne hōminum remōtis, in abcondito faciēi suae Jesus Christus Dñus noster reformābit corpus humilitātis nostrae, configurātum cōpori claritātis suae. Hujus perfectāe libertātis contemplatiōne nullum vitābat periculum, nullum horrēbat supplicium : et si millies posset mori, non putābat se hanc digne posse āliqua ratiōne promereri.

℞. Stola jucunditātis induit eum Dñus : \* Et corōnam pulchritūdinis pōsuit super caput ejus. √. Cibavit illum Dñus pane vitae et intellēctus : et aqua sapiēntiae salutāris potāvit illum.—Et. Glōria Patri. Et.

In tertio Nocturno.

Añs. Justus Dōminus, \* et justitiam dilēxit : aequitatem vidit vultus ejus.

Psalmus x.

**IN** Dño confido : quōmodo dicitis animae meae : \* Trāsmigra in montem sicut passer ?

Quōniam ecce peccatōres intēderunt arcum, parāverunt sagittas suas, in phāretra, \* ut sagittent in obscūro rectos corde.

Quōniam quae perfectisti, destruxerunt : \* justus autem quid fecit ?

Dóminus in templo sancto suo, \* Dóminus in coelo sedes ejus :

Oculi ejus in páuperem respiciunt : \* pálpebrae ejus intérogant filios hóminum.

Dóminus intérogat justum et ímpium : \* qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos : \* ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dñus, et justítias dílexit : \* aequitátem vidit vultus ejus.

Añã. Justus Dóminus, et justítiam dílexit : aequitátem vidit vultus ejus.

Añã. Habitábit \* in tabernáculo tuo : requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus xiv.

**D**OMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justítiam :

Qui loquitur veritátem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, \* et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : \* tíméntes autem Dóminum glórficat :

Qui jurat próximo suo, et non decípit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit :

Qui facit haec, \* non movébitur in aetérnum.

Añã. Habitábit in tabernáculo tuo : requiescet in monte sancto tuo.

Añã. Posuísti, Dómine, \* super caput ejus corónam de lápide pretiósio.

Psalmus xx.

**D**OMINE, in virtúte tua laetábitur rex : \* et super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei : \* et voluntáte labiórúm ejus non fraudásti eum.

Quóniam praevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : \* posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósio.

Vitam pétiit a te : \* et tribuísti ei longitúdinem diérum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : \* glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in saeculum saeculi : \* laetificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dño : \* et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.



Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : \* dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : \* Dñs in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : \* et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala ; \* cogitaverunt consilia, quae non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum : \* in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum.

Exaltare, Dñe, in virtute tua : \* cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Añs. Posuisti, Dñe, super caput ejus coronam de lapide pretioso.

℟. Magna est gloria ejus in salutari tuo. ℞. Gloriam et magnum decorem impónes super eum.

Pater noster. Absolutio. A vinculis. ℟. Jube, domne. Benedictio. Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xiv. f.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fra-

tres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

Hom. xxxvii. in Evangelia.



**S**l consideremus, fratres charissimi, quae et quanta sunt quae nobis promittuntur in coelis, vilescunt animo omnia quae habentur in terris. Terréna namque substantia supernae felicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporális vita aeternae vitae comparata, mors est potius dicenda, quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quam quaedam prolixitas mortis ? Quae autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernae civitatis quanta sint gaudia ; Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere, praesentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuae munere laetari ?

℟. Corona aurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. ℟. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coró-

nam de lapide pretioso.—  
Expressa. Bened. Cujus festum colimus.

## Lectio viii.

**S**ED ad haec audita inardescit animus, jamque illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna praemia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde et Paulus egregius praedicator dicit: Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Delictet ergo mentem magnitudo praemiorum, sed non detereat certamen laborum. Unde ad se venientibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.

R. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: \* Qui minas iudicum non timuit, nec terrena dignitatis gloriam quaesivit, sed ad coelestia regna pervenit. V. Justum deduxit Dñs per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.—Qui minas. Glória Patri. Qui minas. Bened. Ad societatem.

Sequens Responsorium dicitur ultimo loco in festis sex SS. Martyrum Pontificum Eusebii, Marcelli, Jo-

annis, Silverii, Martini, et Pontiani.

R. Dómine, praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: \* Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. V. Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi.—Posuisti. Glória Patri. Posuisti.

## Lectio ix.

**S**ED percontari libet, quomodo parentes, et carnaliter propinquos praecipimus odisse, qui jubemur et inimicos diligere? Et certe Veritas de uxore dicit: Quod Deus conjunxit, homo non separet. Et Paulus ait: Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus Ecclesiam. Ecce, discipulus uxorem diligendam praedicat, cum Magister dicat: Qui uxorem non odit, non potest meus esse discipulus. Numquid aliud iudex nuntiatur, aliud praeco clamat? An simul et odisse possumus, et diligere? Sed si vim praeccepti perpéndimus, utrumque agere per discretionem valémus: ut uxorem, et eos, qui nobis carnis cognatione conjuncti sunt, et quos próximos nóvimus, diligámus; et quos adversarios in via Dei pátimur, odiendo et fugiendo nesciámus.

Te Deum laudámus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo. Psalmus Dóminus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae, dicit Dóminus.

3. Qui mihi ministrat, me sequatur: et ubi ego sum, illic sit et minister meus.

4. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in caelis, dicit Dóminus.

5. Volo, Pater, ut ubi ego sum, illic sit et minister meus.

Capitulum. *Jac. i. b.*

**B**EATUS vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

**I**NVICTE Martyr, unicum Patris secutus Filium, Victis triumphas hostibus, Victor fruens coelestibus.

Tui precatus munere Nostrum reatum dilue, Arcens mali contagium, Vitae repellens taedium. Soluta sunt jam vincula

Tui sacrati corporis: Nos solve vinculis saeculi, Dono superni Numinis. Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Nunc, et per omne saeculum. Amen.

V. Justus ut palma florebit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Benedictus, Añae. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

Pro Mart. et Pont.

Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus propriae actionis gravat, beati N. Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dóminum.

Alia Oratio.

**D**EUS, qui nos beati N. Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum

Oratio.

**P**RAESTA quaesumus omnipotens Deus: ut qui beati N. Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis

amóre roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

**P**RAESTA quaesumus omnipotens Deus: ut, intercedente beato N. Mártire tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore, et a pravis cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Añã. Qui séquitur me.

Capit. Beátus vir, ut supra. xxxviii.

R. br. Glória et honóre, \* Coronásti eum, Dómine. Glória. V. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Coronásti. Glória Patri. Glória et honóre.

V. Posuísti, Dñe, super caput ejus. R. Corónam de lápide pretióso.

AD SEXTAM.

Añã. Qui mihi ministrat.

Capitulum. *Eccli.* xv.

**A**IBAVIT illum pane vitae et intelléctus, et aqua sapiéntiae salutáris potávit illum Dñus Deus noster.

R. br. Posuísti, Dómine, \* Super caput ejus. Posuísti, Dómine. V. Corónam de lápide pretióso. Super caput ejus. Glória Patri. Posuísti.

V. Magna est glória ejus in salutári tuo. R. Glóriam

et magnum decórem impónes super eum.

AD NONAM.

Antiphona. Volo Pater. Capitulum. *Eccli.* xxxix.

**J**USTUS cor suum trádedit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

R. br. Magna est glória ejus, \* In salutári tuo. Magna. V. Glóriam et magnum decórem impónes super eum. In salutári tuo. Glória Patri. Magna.

V. Justus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

AD VESPERAS.

Añã. Qui me conféssus, ut supra cum reliquis de Laud. xxxviii. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Comuni Apostolorum. ii. et loco últimi, Psal. Crédidi. 140.

Capit. Beátus vir, ut supra. xxxviii.

Hymnus. Deus, tuórum, ut supra. xxvii.

V. Justus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Magnificat. Añã. Qui vult venire post me, \* ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

## ALIAE LECTIONES

PRO UNO MARTYRE.

In secundo Nocturno.

De Expositione S. Ambrósii  
Episcopi in Psalmum cen-  
tésimum décimum octá-  
vum.

Lectio iv. *Serm. xxi.*

**P**RINCIPES per-  
secuti sunt me  
gratis: et a verbis  
tuis trepidavit cor  
meum. Bene hoc Martyr  
dicit, quod injuste persecu-  
tionum tormenta sustineat:  
qui nihil rapuerit, nullum  
violéntus opprèsserit, nul-  
lus sanguinè fúderit, nullius  
torum putáverit esse violán-  
dum: qui nihil légibus dé-  
beat, et gravióra latrónum  
sustinere cogátur supplicia:  
qui loquátur juste, et non  
audiátur: qui loquátur plena  
salútis, et impugnétur: ut  
possit dicere: Cum loqué-  
bar illis, impugnábant me  
gratis. Gratis igitur perse-  
cutionem pátitur, qui im-  
pugnátur sine crimine,  
impugnátur ut nóxius, cum  
sit in tali confessióne laudá-  
bilis: impugnátur quasi  
venéficus, qui in nómine Dó-  
mini gloriátur, cum pietas  
virtútum ómnium funda-  
méntum sit.

R. Honéstum fecit illum  
Dñus, et custodívit eum ab  
inimícis, et a seductóribus  
tutávit illum: \* Et dedit illi

claritátem aetérnam. V.  
Descendítque cum illo in  
sóveam: et in vinculis non  
derelíquit eum.—Et dedit.

Lectio v.

**T**ERE frustra impu-  
gnátur, qui apud im-  
pios et infidos, impietátis  
arcéssitur, cum fidei sit ma-  
gíster. Verum qui gratis im-  
pugnátur, fortis debet esse  
et constans. Quómodo ergo  
subtèxuit: Et a verbis tuis  
trepidávit cor meum? Tre-  
pidáre infirmitátis est, timó-  
ris atque formídinis. Sed est  
étiam infirmitas ad salútem,  
est étiam timor sanctórum.  
Timéte Dñum omnes sancti  
ejus: et: Beátus vir, qui timet  
Dñum. Qua ratióne beátus?  
Quia in mandátis ejus cupit  
nimis.

R. Desidérium animae  
ejus tribuísti ei, Dñe, \* Et  
voluntáte labiórum ejus non  
fraudásti eum. V. Quóniam  
praevenísti eum in benedi-  
ctiónibus dulcédinis: posu-  
ísti in cápite ejus coronam  
de lápide pretiósó.—Et vol-  
untáte.

Lectio vi.

**P**ONE ergo Mártirem  
inter perícula consti-  
tútum, cum inde immánitas  
bestiárum ad incutiéndum  
terrórem infremat, aliúnde  
stridor candéntium laminá-  
rum, et flamma fornácis  
ardéntis exaestuét, ex parte  
ália pèrsonent tractus grá-

vium catenarum, hinc carnifex cruentus assistat: pone, inquam, circumspicientem omnia plena supplicii, deinde cogitantem mandata divina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam poenae recrudescentis aerumnam: trepidare corde, ne, dum praesentibus cedat, perpetuis se dedat exitiis: perturbari animo, dum futuri iudicii rhympheam illam terribilem quadam conspectus specie contuetur. Nonne ad hanc trepidationem fiducia viri constantis, aequalis in eundem concurrat effectum confidentia cupientis aeterna, et divina trepidantis?

R. Stola iucunditatis induit eum; Dominus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. V. Cibavit illum Dominus pane vitae et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum.— Et coronam. Gloria Patri. Et.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xvi. d.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Hom. xxxii. in Evang.

**Q**UIA Dominus, ac Redemptor noster novus homo venit in mundum, nova praecepta dedit mundo. Vitae etenim nostrae veteri, in vitiis enutritae contrarietatem opposuit novitatis suae. Quid enim vetus, quid carnalis homo noverat, nisi sua retinere, aliena rapere, si posset, concupiscere, si non posset? Sed coelestis medicus singulis quibusque vitiis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicinae calida frigidis, frigida calidis curantur: ita Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, clatis praeciperet humilitatem.

R. Corona aurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.— Expressa.

Lectio viii.

**A**ERTE cum se sequentibus nova mandata proponeret dixit: Nisi quis renuntiaverit omnibus quae possidet, non potest

meus esse discipulus. Ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliéna concupiscitis, per novae conversatiónis stúdiúm et vestra largímíni. Quid vero in hac lectiÓne dicat, audiámus: Qui vult post me veníre, abneget semetípsum. Ibi dicitur, ut abnegémus nostra: hic dicitur, ut abnegémus nos. Et fortásse laboriÓsum non est hómini relínquere sua: sed valde laboriÓsum est relínquere semetípsum. Minus quippe est abnegáre quod habet: valde autem multum est, abnegáre quod est.

**R.** Hic est vere martyr, qui pro Christi nómine sanguinem suum fudit: \* Qui minas júdicum non tímuit, nec terrénae dignitátis glóriam quaesivit, sed ad coelestia regna pervénit. **R.** Justum dedúxit Dñus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei.—Qui minas. (Gloria Patri. Qui minas.

## Lectio ix.

**A**D se autem nobis veniéntibus Dóminus praecépit, ut renuntiémus nostris: quia quicumque ad fidei agónem venímus, luctámen contra malignos spíritus súmimus. Nihil autem maligni Spíritus in hoc mundo própriúm pósident: nudi ergo cum nudis luctári debémus. Nam si

vestítus quisque cum nudo luctátur, citius ad terram dejícitur, quia habet unde teneátur. Quid enim sunt terréna ómnia, nisi quaedam córporis indumentá? Qui ergo contra diábolúm ad certámen próperat, vestiménta abjiciat, ne succumbat.

Te Deum laudámus. 18.

## III. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaem.

Lectio vii. Cap. x. c.

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelábitur; et occultum, quod non scié-tur. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii  
Episcopi.

Comment. in Matth. Cap. x.  
post medium.



**Q**UINUS diem júdicii osténdit, quae abstrúsam voluntátis nostrae consciéntiam prodet: et ea quae nunc occulta existimántur, luce cognitiÓnis públicae déteget. Igitur non minas, non consilia, non potestátes insectántium monet esse metuéndas: quia dies júdicii nulla haec fuisse, atque inánia revelábit. Et quod dico vobis in ténebris, dicite in lúmine: et quod in aure auditis, praedicáte super

teſta. Non légimus Dñum ſólitum fuiſſe nóctibus ſermocinári, et doct̄inam in ténébris tradidiſſe: ſed quia omnis ſermo ejus carnálibus ténébrae ſunt, et verbum ejus infidélibus nox eſt.

℞. Coróna áurea ſuper caput ejus, \* Exp̄ſſa ſigno ſanct̄itatis, glória honoris, et opus fortitudinis. √. Quóniam praeveníſti eum in benedict̄ionibus dulcedinis, poſuíſti in cápite ejus corónam de lapide pretioſo.—Exp̄ſſa ſigno.

## Lectio xiii.

**I**TAQUE id quod a ſe dictum eſt, cum libertate fidei et confeſſionis vult eſſe loquendum. Idcirco quae in ténébris dicta ſunt praedicári juffit in lumine: ut, quae ſecreto áurium commiſſa ſunt, ſuper teſta, id eſt, excéſo loquentium praeconio audiántur. Conſtánter enim Dei ingerenda cognitio eſt, et profúndum doct̄inae evangélicae ſecrétum in lumine praedicatiónis apoſtolicae revelandum: non timéntes eos, quibus cum ſit licéntia in córpora, tamen in ánimam jus nullum eſt: ſed timéntes pótius Deum, cui perdénda in gehéna et ánimae et córporis ſit potéſtas.

℞. Hic eſt vere martyr, qui pro Chriſti nómine ſanguinem ſuum fudit: Qui minas júdicum non tímuit, nec terrénae dignitatis glóriam quaesívit, ſed ad coeléstia regna pervénit. √. Juſtum dedúxit Dñus per vias rectas, et oſténdit illi regnum Dei.—Qui minas. Glória Patri. Qui minas.

## Lectio ix.

**N**OLITE timére eos qui occidunt corpus. Nullus ígitur córporum noſtrórum caſus eſt pertimeſcendus, neque ullus interiméndaе carnis admiténdus eſt dolor: quando pro natúrae ſuae atque originis conditióne reſolúta, in ſubſtántiam ſpirituális ánimae refundátur. Et quia doct̄inis talibus confirmátos oportet liberam confiténdi Dei habére conſtántiam; étiam conditióne, qua tenerémur, adjécit: negáturum ſe eum Patri in coelis, qui ſe hominibus in terra negáſſet: eum porro qui conféſſus coram hominibus ſe fuiſſet, a ſe in coelis confiténdum: qualésque nos nóminis ſui teſtes hominibus fuiſſémus, tali nos apud Deum Patrem testimonió ejus úſuros.

Te Deum laudámus. r8.



COMMUNE  
PLURIMORUM MARTYRUM.

AD VESPERAS.

Añã. Omnes sancti, cum reliquis de Laudibus. Iv. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. ii.

Capitulum. Sap. iii. ̄



USTORUM anime in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

Hymnus.

SANCTORUM méritis inelyta gaudia Pangámus sócii, géstaque fórtia :

Gliscens fert ánimus prómere cántibus

Viátorum genus óptimum.

Hí sunt quos fáture mundus abhórruit :

Hunc fructu vácuum, flóribus áridum,

Contempsére tui nóminis ásseclae,

Jesu, Rex bone Coelitum.

Hí pro te fúrias atque minas truces

Calcárunť hómínium, saevaque vérbera :

His cessit lácerans fórtiter úngula

Nec carpsit penetrália.

Caedúntur gládiis more bidéntium ;

Non murmur résonat, non querimónia :

Sed corde impávido mens bene cónsicia

Consérvat patiéntiam.

Quae vox, quae póterit lingua retéxere,

Quae tu Martyribus múnera praeparas ?

Rubri nam flúido sáanguine fúlgidis

Cingunt témpora láureis.

Te, summa o Déitas, únaque póscimus,

Ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas,

Des pacem fámulis, ut tibi glóriam

Annórum in sériem canant. Amen.

V. Laetámini in Dño, et exultáte justí. R. Et glóriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiph. Istórum est enim regnum coelórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sáanguine Agni.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus, Oratio.

BEATORUM Mártýrum, paritérque Pontificum N. et N. nos, quae-

sumus Dómine, festa tue-  
ántur : et eórum commén-  
det orátio veneránda. Per  
Dóminum nostrum.

Si non fuerint Pontifices,  
Oratio.

**D**EUS, qui nos concé-  
dis sanctórum Már-  
tyrum tuórum N. et N.  
natalítia cólere : da nobis  
in aetérna beatitúdine de  
eórum societáte gaudére.  
Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua  
sanctórum Márty-  
rum tuórum N. et N. so-  
lemnitate laetificas : concé-  
de propítius ; ut quorum  
gaudemus méritis, accen-  
dámur exémpis. Per Dó-  
minum nostrum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Márty-  
rum Dóminum, \* Veníte,  
adorémus. Ps. Veníte. 2.

Hymnus.

**C**HRISTO profúsum  
sánguinem,  
Et Mártyrum victórias,  
Dignámque coelo láuream  
Laetis sequámur vóci-  
bus.

Erróre victo saeculi,  
Poénisque spretis córporis,  
Mortis sacrae compéndio  
Vitam beátam póssident.

Tradúntur igni Mártyres,  
Et bestiárum déntibus :  
Armáta saevit úngulis  
Tortóris insáni manus.

Nudáta pendent viscera :

Sanguis sacrátus fúnditur :  
Sed pérmanent immóbiles  
Vitae perénis grátia.

Te nunc, Redémptor,  
quaesumus,

Ut Mártyrum consórtio  
Jungas precántes sérvulos  
In sempitérna saecula.

Amen.

In primo Nocturno.

Ánt. Secus decúrsus  
aquárum \* plantávit ví-  
neam justórum, et in lege  
Dñi fuit volúntas eórum.

Psalmus i.



**E**ATUS vir, qui  
non ábiit in con-  
silio impiórum,  
et in via peccató-  
rum non stetit,\* et in cá-  
thedra pestiléntiae non se-  
dit :

Sed in lege Dñi volúntas  
ejus,\* et in lege ejus medi-  
tábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,  
quod plantátum est secus  
decúrsus aquárum,\* quod  
fructum suum dabit in tém-  
pore suo :

Et fólium ejus non dé-  
fluet : \* et ómnia quaecúm-  
que fáciat, prosperabúntur.

Non sic impii, non sic : \*  
sed tamquam pulvis, quem  
próicit ventus a fácie terrae.

Ideo non resúrgent impii  
in iudicio : \* neque pecca-  
tóres in concilio justórum.

Quóniam novit Dóminus  
viam justórum : \* et iter  
impiórum peribit.

xlvi. *Commune plurimorum Martyrum.*

*Añã.* Secus decursus  
aquarum plantavit vineam  
justorum, et in lege Dñi  
fuit voluntas eorum.

*Añã.* Tamquam aurum\*  
in fornace probavit electos  
Dñus : et quasi holocausta  
accepit eos in aeternum.

*Psalms ii.*

**Q**UARE fremuerunt  
Gentes,\* et populi  
meditati sunt inania?

Astiterunt reges terrae, et  
principes convenerunt in  
unum,\* adversus Dñum,  
et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum :  
\* et projiciamus a  
nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in coelis iri-  
debit eos : \* et Dominus  
subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in  
ira sua,\* et in furore suo  
conturbabit eos.

Ego autem constitutus  
sum rex ab eo super Sion  
montem sanctum ejus,\*  
praedicans praecipitum ejus.

Dominus dixit ad me : \*  
Filius meus es tu, ego hodie  
genui te.

Postula a me, et dabo tibi  
Gentes haereditatem  
tuam,\* et possessionem  
tuam terminos terrae.

Reges eos in virga ferrea,\*  
et tamquam vas figuli  
confringes eos.

Et nunc reges intelligite :  
\* erudimini qui iudicatis  
terram.

Servite Dño in timore : \*  
et exultate ei cum timore.

Apprehendite disciplinam,  
nequando irascatur Dñus,\*  
et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi  
ira ejus,\* beati omnes, qui  
confidunt in eo.

*Añã.* Tamquam aurum  
in fornace probavit electos  
Dñus : et quasi holocausta  
accepit eos in aeternum.

*Añã.* Si coram homini-  
bus\* tormenta passi sunt,  
spes electorum est immor-  
talis in aeternum.

*Psalms iii.*

**D**OMINE, quid multi-  
plicati sunt qui tri-  
bulant me? \* multi insur-  
gunt adversum me.

Multi dicunt animae  
meae : \* Non est salus ipsi  
in Deo ejus.

Tu autem, Dñe, suscep-  
tor meus es,\* gloria mea,  
et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dñum cla-  
mavi : \* et exaudivit me de  
monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus  
sum :\* et exurrexi, quia  
Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi  
circumdantis me : \* ex-  
urge, Domine, salvum me  
fac, Deus meus.

Quoniam tu percussisti  
omnes adversantes mihi si-  
ne causa : \* dentes pecca-  
torum contrivisti.

Domini est salus : \* et

super pópulum tuum benedictio tua.

*Añã.* Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electórum est immortalis in aeternum.

*V.* Laetámini in Dño, et exultáte justi. *R.* Et gloriámini, omnes recti corde.

*Pater noster. Absolutio.* Exáudi, Dómine. *V.* Jube, domne. *Benedictio.* Benedictióne perpétua.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

*Lectio i. Cap. viii. c.*



**F**RATRES, Debitóres sumus non carni, ut secundum carnem vivámus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriémini: si autem spíritu facta carnis mortificaveritis, vivétis. Quicúmque enim spíritu Dei agúntur, ii sunt Filii Dei. Non enim accepistis spíritum servitútis iterum in timóre, sed accepistis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba (Pater). Ipse enim Spíritus testimonium reddit spíritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et haerédes; haerédes quidem Dei, cohaerédes autem Christi: si tamen compátimur, ut et conglomericémur. Existimo enim quod non sunt condignae passiones hujus témporis

ad futúram glóriam, quae revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúrae, revelatióne filiórum Dei expectat.

*R.* Abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis sanctórum: et jam non erit ámplius neque luéctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: Quóniam prióra transierunt. *V.* Non esúrient, neque sitient ámplius, neque cadet super illos sol, neque ullus aestus. —Quóniam. *Benedictio.* Unigénitus Dei Filius.

*Lectio ii.*

**S**CIMUS autem quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis qui secundum propósitum vocáti sunt sancti. Nam quos praescívit, et praedestinávit conformes fieri imáginis Filii sui, ut sit ipse primogénitus in multis frátribus. Quos autem praedestinávit, hos et vocávit: et quos vocávit, hos et justificávit: quos autem justificávit, illos et glorificávit. Quid ergo dicémus ad haec? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Filio suo non pepércit, sed pro nobis ómnibus trádidit illum: quómmodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accusábit advérsus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui

condémnet? Christus Jesus, qui mórtuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui étiam interpéllat pro nobis.

R. Viri sancti gloriósum sánguinem fuderunt pro Dómino, amaverunt Christum in vita sua, imitáti sunt eum in morte sua : \* Et ideo coronas triumpháles meruerunt. V. Unus spíritus, et una fides erat in eis.—Et ideo. *Benedictio.* Spíritus sancti grátia.

*Lectio iii.*

**Q**UIS ergo nos separábit a charitaté Christi? tribulátio, an angústia, an fames, an nuditás, an perículum, an persecútió, an gládus? (sicut scriptum est : Quia propter te mortificámur tota die : aestimáti sumus sicut oves occisiónis.) Sed in his ómnibus superámus propter eum, qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque Virtútes, neque instántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos separáre a charitaté Dei, quae est in Christo Jesu Dómino nostro.

R. Tradiderunt córpora sua propter Deum ad supplicia : \* Et meruerunt ha-

bé coronas perpétuas. V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatióne, et laverunt stolas suas in sáanguine Agni.—Et meruerunt. Glória. Et meruerunt.

*In secundo Nocturno.*

Añá. Dabo sanctis meis locum nominátum in regno Patris mei, dicit Dóminus.

*Psalms xiv.*



**D**OMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justítiam :

Qui loquitur veritaté in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, \* et opprobrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : \* tíméntes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, et non decépit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit :

Qui facit haec, \* non móvébitur in aetérnum.

Añá. Dabo sanctis meis locum nominátum in regno Patris mei, dicit Dóminus.

Añá. Sanctis, qui in terra sunt ejus \* mirificávit omnes voluntátes meas inter illos.

Psalmus xv.

**C**ONSERVA me, Dómine, quóniam sperávi in te. \* Dixi Dño: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, \* mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eórum: \* póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventicula eórum de sanguinibus: \* nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars haereditatis meae, et cálicis mei: \* tu es, qui restitues haereditatem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in praecláris: \* etenim haereditas mea praeclára est mihi.

Benedícam Dñum, qui tribuit mihi intelléctum: \* insuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dñum in conspéctu meo semper: \* quóniam a dextris est mihi ne commóvear.

Propter hoc laetátum est cor meum, et exultávit lingua mea: \* insuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques ánimam meam in inférno: \* nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecisti vias

vitae, adimplébis me laetitia cum vultu tuo: \* delectationes in dextera tua usque in finem.

Añña. Sanctis qui in terra sunt ejus, mirificávit omnes voluntates meas inter illos.

Añña. Sancti qui sperant in Dño, \* habébunt fortitudinem, assúment pennas ut áquilae, volábunt, et non deficient.

Psalmus xxiii.

**D**OMINI est terra, et plenitúdo ejus: \* orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: \* et super flúmina praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, \* qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dño: \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generátio quae-réntium eum, \* quae-réntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portae aeternales: \* et introíbit rex glóriae.

Quis est iste rex glóri-  
riae? \* Dñus fortis et potens: Dóminus potens in praelio.

1. *Commune plurimorum Martyrum.*

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? \* Dñs virtútum ipse est rex glóriæ.

Añs. Sancti qui sperant in Dómino, habébunt fortitúdinem, assúment penas ut áquilæ, volábunt, et non deficient.

V. Exúltent justi in conspéctu Dei. R. Et delecténtur in lætítia.

Pater noster. Absolutio. Ipsius pietas. V. Jube, domine. Benedíctio. Deus Pater omnipotens.

Sermo S. Augustini Episc. *Serm. xlvii. de Sanctis.*

Lectio iv.



UOTIESCUMQUE, fratres charíssimi, sanctórum Mártyrum solénnia celebrámus, ita, ipsis intercedéntibus, expectémus a Dómino cónsequi temporália beneficia, ut ipsos Mártyres imitándo, accipere mereámur aetérna. Ab ipsis enim sanctórum Mártyrum in veritate festivitátum gáudia celebrántur, qui ipsórum Mártyrum exémpla sequúntur. Solemnitátes enim Mártyrum exhortatiónes sunt martyriórum : ut imitári non pígeat, quod celebráre deléctat.

R. Sancti tui, Dómine, mirábile consecúti sunt iter, serviétes præcéptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis válidis : \* Terra apparuit árida, et in mari Rubro via sine impediméto. V. Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, et torréntes inundavérunt.—Terra apparuit. Benedíctio. Christus perpetuæ.

Lectio v.

SED nos vólumus gaudere cum Sanctis : et tribulatiónem mundi nólumus sustinere cum ipsis. Qui enim sanctos Mártyres, in quantum potúerit, imitári nolúerit, ad eórum beatitúdinem non póterit pervenire. Sed et Paulus Apóstolus prædicat, dicens : Si fuérimus sócii passiónum, érimus et consolatiónum. Et Dóminus in Evangélio : Si mundus vos odit, scitote quia me priórem vobis ódio hábuit. Recúsat esse in córpore, qui ódium non vult sustinere cum cápite.

R. Vérbera carnificum non timuérunt Sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine : \* Ut haerédes fierent in domo Dómini. V. Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia.—Ut haerédes. Benedíctio. Ignem sui amóris.

Lectio vi.

**S**ED dicet aliquis: Et quis est, qui possit beatorum Martyrum vestigia sequi? Huic ego respondeo, quia non solum Martyres, sed etiam ipsum Dominum cum ipsius adiutorio, si volumus, possumus imitari. Audi non me, sed ipsum Dominum generi humano clamantem: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Audi et Petrum Apostolum admonentem: Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus.

Ry. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, et quasi holocausti hostiam accepit illos: et in tempore erit respectus illorum: \* Quoniam donum et pax est electis Dei. V. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: et fideles in dilectione acquiescent illi. — Quoniam. Gloria. Quoniam.

In tertio Nocturno.

Añã. Justi autem \* in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum.

Psalmus xxxii.



**EXULTATE**, justi in Domino: \* rectos decet collaudatio. Confitemini Domino in cithara: \* in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum: \* bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Domini, \* et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam et iudicium, \* misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini coeli firmati sunt: \* et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris: \* ponens in thesauris abyssos.

Timeat Dominum omnis terra: \* ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandavit, et creata sunt.

Dominus dissipat consilia Gentium: \* reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.

Consilium autem Domini in aeternum manet: \* cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.

Beata gens, cujus est Dominus Deus ejus: \* populus, quem elegit in hereditatem sibi.

De coelo respexit Dominus: \* vidit omnes filios hominum.

De praeparato habitaculo suo: \* respexit super omnes, qui habitant terram.

Qui finxit singillatim corda eorum: \* qui intelligit omnia opera eorum.



Non salvátur rex per multam virtútem : \* et gigas non salvábitur in multítudine virtútis suae.

Fallax equus ad salutem : \* in abundantia autem virtútis suae non salvábitur.

Ecce óculi Dñi super me tuentes eum : \* et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Ut éruat a morte ánimas eórum : \* et alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dñum : \* quóniam adjutor et protector noster est.

Quia in eo laetábitur cor nostrum : \* et in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dñe, super nos : \* quemádmódu sperávimus in te.

*Añs.* Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dñum est merces eórum.

*Añs.* Tradidérunt corpora sua in mortem, ne servírent idólis : ideo coronáti póssident palmam.

*Psalmus xxxiii.*

**B**ENEDICAM Dñum in omni témpore : \* semper laus ejus in ore meo.

In Dño laudábitur ánima mea : \* áudiant mansueti et laeténtur.

Magnificáte Dñum mecum : \* et exaltémus nomen ejus in idipsum.

Exquisívi Dñum, et exaudivit me : \* et ex ómni-

bus tribulatióibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, et illuminámini : \* et fácies vestrae non confundéntur.

Iste pauper clamávit, et Dñus exaudivit eum : \* et de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dñi in circuitu timéntium eum : \* et erípiet eos.

Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dñus : \* beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dñum omnes sancti ejus : \* quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt et esuriérunt : \* inquirétes autem Dñum non minuéntur omni bono.

Veníte, filii, audíte me : \* timórem Dñi docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam : \* dñligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam a malo : \* et lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, et fac bonum : \* inquire pacem, et perséquere eam.

Oculi Dómini super justos : \* et aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dñi super faciéntes mala : \* ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos : \* et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

**J**uxta est Dñus iis, qui tribulato sunt corde : \* et humiles spiritu salvabit.

Multae tribulationes justorum : \* et de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum : \* unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima : \* et qui oderunt justum, delinquent.

Rédimet Dñus ánimas servorum suorum : \* et non delinquent omnes qui sperant in eo.

*Añs.* Tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent idolis : ideo coronati possident palmam.

*Añs.* Ecce merces Sanctorum copiosa est apud Deum : ipsi vero mortui sunt pro Christo, et vivent in aeternum.

Psalmus xlv.

**D**EUS noster refugium, et virtus : \* adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra : \* et transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbatae sunt aquae eorum : \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei : \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus,

Deus in medio ejus, non commovebitur : \* adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatae sunt gentes, et inclinata sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dñus virtutum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Dñi, quae posuit prodigia super terram : \* auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet arma : \* et scuta comburet igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : \* exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

*Añs.* Ecce merces Sanctorum copiosa est apud Deum : ipsi vero mortui sunt pro Christo, et vivent in aeternum.

*V.* Justi autem in perpetuum vivent. *R.* Et apud Dñum est merces eorum.

Pater noster. *Absol.* A vinculis. *V.* Jube, domne. *Bened.* Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* xxi. c.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum audieritis praelia, et seditiones, nolite terri :

opórtet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

*Hom. xxxv. in Evang.*



**D**OMINUS ac Redemptor noster perituri mundi praecurréntia mala denúnciat, ut eo minus perturbent veniéntia, quo fuerint praescita. Minus enim jácula feriunt quae praevidentur : et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per praesciéntiae clypeum munimur. Ecce enim dicit : Cum audieritis praelia, et seditiões, nolite terreri : opórtet enim primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Pensanda sunt verba Redemptoris nostri, per quae nos aliud intérius, aliud extérius, passuros esse denúnciat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiões ad cives. Ut ergo nos indicet intérius exteriúsque turbári, aliud nos fatétur ab hóstibus, aliud a fratribus pépeti.

**R.** Propter testaméntum Dómini, et leges paternas, Sancti Dei perstitérunt in amore fraternitátis : \* Quia unus fuit semper spíritus in eis, et una fides. **V.** Ecce quam bonum et quam jucúndum habitáre fratres in unum !— Quia unus, Bene-

dictiō. Quorum festum colimus.

Lectio viii.

**S**ED his malis praeveniéntibus, quia non statim finis sequátur, adjúngit : Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum : et terraemótus magni erunt per loca, et pestiléntiae, et fames, terrorésque de coelo, et signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulatiōibus praevénitur : et, per crebra mala, quae praeveniunt, indicántur mala perpétua, quae subsequéntur. Et ideo post bella et seditiões non statim finis : quia multa debent mala praecurrere, ut malum váleant sine fine nuntiáre.

**R.** Sancti mei, qui in carne pósito, certámen habuistis : Mercédem labóris ego reddam vobis. **V.** Venite benedícti Patris mei, percípite regnum.— Mercédem labóris. Glória Patri. Mercédem labóris. Benedíctio. Ad societátem,

Sequens Responsorium dicitur post viii. vel ii. Lectionem in Festo plurimorum Martyrum fratrum.

**R.** Haec est vera fraternitas, quae nunquam pótuit violári certámine : qui effúso sángine secúti sunt Dóminum : \* Contemnéntes aulam régiam, pervenérunt ad re-

gna coeléstia. *V.* Ecce quam bonum et quam jucúndum habitáre fratres in unum! — Contemnéntes aulam. Gló-  
ria Patri. Contemnéntes aulam.

Lección ix.

**S**ED cum tot signa per-  
turbatiónis dicta sint,  
oportet ut eórum consi-  
deratióne breviter per sín-  
gula perstringámus: quia  
necesse est, ut ália e coelo,  
ália e terra, ália ab elemén-  
tis, ália ab homínibus patia-  
mur. Ait enim: Surget gens  
contra gentem, ecce pertur-  
batio hóminum: erunt ter-  
raemótus magni per loca,  
ecce respéctus irae désuper:  
erunt pestiléntiae, ecce inae-  
quáalitas córporum: erit fames,  
ecce sterilitas terrae: terrorésque  
de coelo et tempestátes, ecce inaequá-  
litas áeris. Quia ergo ómnia  
consummánda sunt, ante  
consummatióne ómnia  
perturbántur: et qui in cun-  
ctis deliquimus, in cunéctis  
ferimur: ut impleátur quod  
dicitur: Et pugnábit pro eo  
orbis terrárum contra insen-  
sátos.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Omnes Sancti\* quanta  
passi sunt tormenta, ut secu-  
ri pervenirent ad palmam  
martyrii! Ps. Dñs regnávít,  
cum reliquis. 19.

2. Cum palma\* ad regna  
pervenérunt Sancti, coronas  
decóris meruerunt de manu  
Dei.

3. Córpóra Sanctórum\*  
in pace sepúlta sunt: et  
vivent nómina córum in  
actérnum.

4. Mártyres Dómini,\*  
Dñm benedicite in actér-  
num.

5. Mártyrum chorus,\*  
laudáte Dóminum de coe-  
lis, allelúia.

Capitulum. Sap. iii.

**J**USTORUM ánimae  
in manu Dei sunt, et  
non tanget illos tormén-  
tum mortis. Visi sunt óculis  
insipiéntium mori: illi au-  
tem sunt in pace.

Hymnus.

**R**EX glorióse Márty-  
rum,  
Coróna confiténtium,  
Qui respuéntes térrea  
Perducis ad coeléstia:  
Aurem benignam próti-  
nus

Inténde nostris vóci-  
bus:  
Trophaea sacra pángimus:  
Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis inter Mártyres,  
Parcisque Confessoribus:  
Tu vince nostra crimina,  
Largitor indulgéntiae.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc, et per omne saecu-  
lum. Amen.

*V.* Exultábunt sancti in

Ivi. *Commune plurimorum Martyrum.*

glória. R̄. Laetabúntur in cubilibus suis.

Ad Bened. Añā. Vestri capilli cápitis \* omnes numeráti sunt : nolite timére : multis passéribus meliôres estis vos.

Pro plur. Martyribus  
Pontificibus,  
Oratio.

**B**EATORUM Mátyrum, paritérque Pontíficū N. et N. nos, quæsumus Dómine, festa tueántur : et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint Pontifices :  
Oratio.

**D**EUS, qui nos concédís sanctórum Mátyrum tuórum N. et N. natalítia cólere : da nobis in aetérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Alia Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua sanctórum Mátyrum tuórum N. et N. solemnítate laetíficas : concéde propstius ; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Añā. Cum palma.

Capit. Justórum, ut supra.

R̄. br. Laetámīni in Dómino, \* Et exultáte, justī. Laetámīni. V̄. Et gloriá-

mini omnes recti corde. Et exultáte. Glória Patri. Laetámīni.

V̄. Exúltent justī in conspéctu Dei. R̄. Et delectén- tur in laetítia.

AD SEXTAM.

Añā. Córpora sanctórum,  
Capitulum. *Sap. x. d.*

**R**EDDIDIT Deus mer- cédem labórum Sanctórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili : et fuit illis in velaménto diéi, et in luce stellárum nocte.

R̄. br. Exúltent justī \* In conspéctu Dei. Exúltent, V̄. Et delectén- tur in laetítia, In conspéctu. Glória Patri. Exúltent.

V̄. Justī autem in perpé- tum vivent. R̄. Et apud Dñum est merces eórum.

AD NONAM.

Añā. Martyrum chorus.  
Capitulum. *Sap. iii.*

**F**ULGEBUNT justī, et tamquam scintillae in arundinétō discúrrent. Judicábunt nátiónes, et dominabúntur pópulis : et regnábít Dóminus illórum in perpéuum.

R̄. br. Justī autem \* In perpéuum vivent. Justī. V̄. Et apud Dñum est merces eórum. In perpéuum. Gló- ria Patri. Justī.

V̄. Exultábunt Sanctī in glória. R̄. Laetabúntur in cubilibus suis.

AD VESPERAS.

Añae. I. Isti sunt Sancti,\* qui pro testaméto Dei sua corpora tradiderunt, et in sanguine Agni laverunt stolas suas. Psalm. Dixit Dóminus. 135.

2. Sancti per fidem\* vicerunt regna, operati sunt justitiam, adépti sunt repositiones. Psalm. Confitebor. 136.

3. Sanctórum\* velut aquilae juventus renovabitur; floréunt sicut liliu in civitate Dómini. Psalm. Beátus vir. 136.

4. Abstérget Deus\* omnem lácrymam ab óculis Sanctórum, et jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quóniam prióra transierunt. Psalm. Laudate. 137.

5. In coeléstibus regnis\* Sanctórum habitatio est, et in aeternum réquies eórum. Psalm. Crédidi. 140.

Capitulum; et Hymnus ut in primis Vesperis. xlv.

V. Exultábunt Sancti in glória. R. Laetabúntur in cubilibus suis.

Ad Magnif. Añae. Gaudent in coelis\* animae Sanctórum, qui Christi vestigia sunt secúti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exúltant sine fine.

II. ALIAE LECT.

PRO PLUR. MARTYRIBUS.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Serm. primo de Mart. t. 3.

Lectio iv.



MO est qui nésciat, Mártýrum glórias ad hoc divino consilio a Dei pópulis frequentári, ut et illis débitus honor dicéatur et nobis virtútis exempla, favénte Christo, monstréntur: ut, dum haec ita celebrári perspicimus, cognoscámus quanta eos glória máneat in coelis, quorum natalitia taliter celebrántur in terris: quo possimus étiám, ipsi talibus provocári exemplis, virtúte pari, devotióne consimili ac fide: ut, Christo praestante, dimicáre, et vincere hostem possimus: ut, parta victória, cum íisdem Sanctis in regnis coeléstibus triumphémus.

R. Sancti tui. I.

Lectio v.

QUIS est enim, qui eórum volens mérito copulári, nisi prius constántiam eórum téneat, sectéatur fidem, imitétur virtútem passiónis, eórum glóriam páribus vitae lineaméntis aut invéniat, aut exquirat? Qui etsi martyrio par esse non possit, tamen múnere

lviii. *Commune plurimorum Martyrum.*

tanti dignitate se quisque bonis actibus dignum praebeat. Adest enim clementissimus Deus, qui desiderantibus suis aut martyrium praebeat, aut sine martyrio cum sanctis praemia divina retribuatur.

R. Verbera. l.

Lectio vi.

**U**T enim infirmatur peccator adversis, ita justus tentationibus roboratur. Sic dimicantur adversus peccatum sancti; sic et laborando fortiores et moriendo victores effecti sunt. Nullus athletes sine certamine fortior dici, nullus sine victoria poterit coronari. Nemo miles sine praelio hostem subiecit: nemo sine bello imperatorem promeruit. Habes, Christiane, competentia arma, quibus hostem expignes: habes fortissima tela, quibus inimicum debelles.

R. Tamquam. li.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. vi. c.*

**I**N illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campetri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Judaea, et Jerusalem, et maritima, et Tyri, et Sidonis, Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

*Lib. v. in Lucae cap. vi.*



**D**VERTE omnia diligenter, quomodo et cum Apostolis ascendat, et descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, invenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Matthaeus docet, in inferioribus debiles esse sanatos. Prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideo quemque in inferioribus sanat, hoc est, a libidine revocat, injuriam caecitatis avertit. Ad vulnera nostra descendit: ut usu quodam et copia suae naturae, participes nos faciat esse regni coelestis.

R. Propter. liv.

Lectio viii.

**B**EATI pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum beatitudines sanctus Lucas dominicas posuit, octo vero sanctus Matthaeus: sed in illis octo istae quatuor sunt, et in quatuor istis illae octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus

est cardinales : ille in illis octo mysticum numerum reseravit. Pro octava enim multi inscribuntur Psalmi : et mandatum accipis octo illis partem dare fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostrae octava perfectio est, ita octava summa virtutum est.

R. Sancti mei. liv.

Lectio ix.

**S**ED prius quae sunt ampliora videamus. Beati, inquit, pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Primam benedictionem hanc uterque Evangelista posuit. Ordine enim prima est, et parens quaedam generatioque virtutum : quia qui contempserit saecularia, ipse mereretur sempiterna : nec potest quisquam meritum regni coelestis adipisci, qui mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem.

Te Deum laudamus. 18.

### III. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xii.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

Lib. iv. in Lucam, c. lii.

**E** hoc fermento Apostolus praecipit : Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Nam sicut modicum fermentum totam farinae, cui injicitur, massam corrumpit, universamque mox conspersione suo sapore commaculat : sic nimirum simulatio, cujus semel animum imbuerit, tota virtutum sinceritate et veritate fraudabit. Est ergo sensus : Attendite ne aemulimini simulators : quia veniet profecto tempus, in quo et vestra virtus omnibus, et eorum revelatur hypocrisis.

R. Propter. liv.

Lectio viii.

**T**ERUM quod sequitur : Quoniam quae in tenebris dixisti, in lumine dicentur : non solum in futuro, quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed et in praesenti tempore potest congruenter accipi : quoniam quae inter tenebras quondam pressuratum, carcerumque umbras, vel locuti, vel passi sunt Apostoli, nunc clarificata



Ix. *Commune plurimorum Martyrum.*

per orbem Ecclesia, lectis eorum actibus, publice praedicantur. Ne terra mini ab his qui occidunt corpus. Si persecutores Sanctorum, occisis corporibus, non habent amplius quid contra illos agant, ergo supervacua furunt insania, qui mortua Martyrum membra feris avibusque discerpenda projiciunt, cum nequaquam omnipotentiae Dei, quin ea resuscitando vivificet, obsistere possint.

R. Sancti mei. liv.

Lectio ix.

**D**UO autem sunt genera persecutorum: unum palam saevientium, alterum fide fraudulenterque

blandientium. Contra utrumque nos munire atque instituire volens Salvator, et supra ab hypocrisi Pharisaeorum attendere, et hic a carnificum caede praecipit non timere: quia videlicet post mortem nechorum crudelitas, nec illorum valeat simulatio durare. Nonne quinque passeris veniunt dipondio? Si minutissima, inquit, animalia, et quae quolibet per aera feruntur volatilia, Deus oblivisci non potest; vos qui ad imaginem facti estis Creatoris, non debetis terri ab his qui occidunt corpus: quia qui irrationabilia animalia gubernat, rationabilia curare non desinit.

Te Deum laudamus. 18.



## Commune

### CONFESSORIS PONTIFICIS.

AD VESPERAS.

Añs. Ecce sacérdos, cum reliquis de Laud. lxxi. Ps. Dixit Dñs, cum reliq. ut in Communi Apostolorum.

Capitulum. *Eccli. xlv. c*



**C**CCE sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus.

**I**STE Conféssor Dñi, coléntes  
 Quem pie laudant pópuli  
 per orbem,  
 Hac die laetus méruit beá-  
 tas  
 Scándere sedes.  
 Si non est dies obitus,  
 dicatur :  
 Hac die laetus méruit su-  
 prémus  
 Laudis honóres.

Qui pius, prudens, húmi-  
 lis, pudicus,  
 Sobriá duxit sine labe vitam,  
 Donec humanos animávit  
 auræ

Spiritus artus.

Cujus ob præstans méri-  
 tum frequénter,  
 Ægra quæ passim jacuere  
 membra,  
 Viribus morbi dómitis, sa-  
 lúti

Restituúntur.

Noster hinc illi Chorus  
 obsequéntem  
 Cóncinit laudem, celebrés-  
 que palmas ;  
 Ut piis ejus précibus juvé-  
 mur

Omne per aevum.

Sit salus illi, decus, atque  
 virtus,  
 Qui super coeli sólio corú-  
 scans,  
 Totus mundi sériem gu-  
 bérnat,  
 Trinus, et unus.

Amen.

**V.** Amávit eum Dñus, et ornávit eum. **R.** Stólam glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Antiphona. Sacérdos et Póntifex, \* et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus : ut beáti N. Confessoris tui atque Pontificis veneránda solénnitas, et devotióne nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

**E**XAUDI, quaesumus Dñe, preces nostras, quas in beáti N. Confessoris tui atque Pontificis solénnitate deférimus : et qui tibi digne mérui famulári, ejus intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Pro Doctóribus, in utrisque Vesp. ad Magnif. Añá. O Doctór óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte N. divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis filium Dei.

Oratio.

**D**EUS, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum N. místrum tribuísti : praesta quaesumus ; ut, quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in coelis. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Confessorum Dñum, \* Venite, adóremus. Ps. Venite. 2.

Hymnus. Iste Confessor.

In primo Nocturno.

Añá. Beátus vir, \* qui in lege Dómini meditátur : volúntas ejus pórmanet die ac nocte, et ómnia quaecúmque fáciat, semper prosperabúntur.

Psalmus i.



**B**EATUS vir, qui non ábiit in consilio impiórum, et in via peccatórum non stetit, \* et in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

Sed in lege Dñi volúntas ejus, \* et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, \* quod fructum suum dabit in témpore suo :

Et fólium ejus non defluet : \* et ómnia quaecúmque fáciat, prosperabúntur.

Non sic impij, non sic : \* sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent impij in judicio : \* neque peccatóres in concilio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum : \* et iter impiórum peribit.

Añá. Beátus vir, qui in

lege Dómini meditátur: volúntas ejus pérmanet die ac nocte, et ómnia quaecúmque faciét, semper prospere rábuntur.

Añia. Beátus \* iste sanctus, qui confisus est in Dómino, praedicávit praecéptum Dñi, constitútus est in monte sancto ejus.

Psalmus ii.

**Q**UARE fremuérunt Gentes, \* et pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terrae: et príncipes convenérunt in unum \* advérsus Dñum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in coelis iridébit eos: \* et Dñus subannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* praedicans praecéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: \* Fílius meus es tu, ego hódie génuí te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes haereditátem tuam, \* et possessiónem tuam términos terrae.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite:\*

erudimini qui judicátis terram.

Servíte Dño in timóre: \* et exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinã, nequãdo irascátur Dñus, \* et pereátis de via justa.

Cum exáserit in brevi ira ejus, \* beáti omnes, qui confidunt in eo.

Añia. Beátus iste sanctus, qui confisus est in Dómino, praedicávit praecéptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus.

Antiphona. Tu es glória mea, \* tu es susceptor meus, Dómine: tu exáltans caput meum, et exaudísti me de monte sancto tuo.

Psalmus iiii.

**D**OMINE, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? \* multi insúrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánimae meae: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dñe, suscéptor meus es, \* glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: \* et exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: \* et exurréxi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli circumdántis me: \* exúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti

omnes adversantes mihi sine causa: \* dentes peccatorum contrivisti.

Dómini est salus: \* et super pópulum tuum benedictio tua.

Añsa. Tu es glória mea, tu es suscëptor meus, Dñe: tu exáltans caput meum, et exaudisti me de monte sancto tuo: .

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R7. Stulam glóriæ induit eum.

Pater noster, Absolutio. Exáudi, Dómine. V. Jube, domne. Benedictio. Benedictiõne perpétua.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Lectio i. *Cap. iii.*



FIDELIS sermo: Si quis Episcopátum desíderat, bonum opus desíderat. Opórtet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxóris virum, sóbrium, prudéntem, ornátum, pudicúm, hospítalem, doctórem, non vinoléntum, non percussórem, sed modéstum; non litigiósum, non cúpidum, sed suæ dómui bene præpósitum, filios habéntem súbditos cum omni castitaté. Si quis autem dómui suæ præéssé nescit, quómo do Ecclésiæ Dei diligéntiam habébit? Non neóphytum: ne in su-

pérbiam elátus, in júdicium incidat diaboli. Opórtet autem illum et testimónium habére bonum ab iis qui foris sunt, ut non in oppróbrium incidat, et in láqueum diaboli.

R7. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituum. Intra in gáudium Dómini tui. V. Dómine, quinque talénta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucrátus sum.—Intra. Benedictio. Unigénitus.

De Epístola ad Titum.

Lectio ii. *Cap. i. b.*

OPORTET enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatórem: non supérbum, non iracúndum, non vinoléntum, non percussórem, non turpis lucrí cúpidum; sed hospítalem, benígnum, sóbrium, justum, sanctum, continéntem, amplecténtem eum, qui secúndum doctrinam est, fidélem sermónem: ut potens sit exhortári in doctrína sana, et eos, qui contradicunt, argúere. Sunt enim multi étiam inobediéntes, vaniloqui, et seductóres; máxime qui de circumcisióne sunt, quos opórtet redárgui: qui univérsas domos subvértunt, docéntes quæ non opórtet, turpis lucrí grátia.

R7. Ecce sacérdos ma-

gnus, qui in diebus suis placuit Deo: \* Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. V. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super caput ejus.—Ideo, Bened. Spiritus sancti gratia.

Lectio iii. Cap. ii.

**T**U autem loquere quae decent sanam doctrinam: Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes: ut prudentiam doceant adulescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. Juvenes similiter hortare ut sobrii sint. In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

R. Juravit Dominus, et non poenitebit eum: \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. V. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris

meis.—Tu es sacerdos. Gloria Patri. Tu es sacerdos.

In secundo Nocturno.

Añs, Invocantem exaudivit Dñs sanctum suum, Dominus exaudivit eum, et constituit eum in pace.

Psalmus iv.



**Q**UM invocarem exaudivit me Deus justitiae meae: \* in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, \* et exaudi orationem meam.

Filli hominum usquequo gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: \* Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare, \* quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Dño. \* Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: \* dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui \* multiplicati sunt.

In pace in idipsum \* dormiam, et requiescam;

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe \* constituisti me.

Ixvi. *Commune Confessoris Pontificis.*

Añã. Invocãntem exaudivit Dóminus sanctum suum, Dñs exaudivit eum, et constituit eum in pace.

Añã. Laeténtur omnes, qui sperant in te, Dómine : quóniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntátis tuae coronásti eum.

Psalmus v.

**U**ERBA mea áuribus pèrcipe, Dómine, \* intèllige clamórem meum.

Intènde voci oratiónis meae, \* Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo : \* Dómine, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi et vidébo : \* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus : \* neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem : \* perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : \* ego autem in multítudine misericórdiae tuae,

Introfbo in domum tuam : \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dñe, deduc me in justítia tua : \* propter inimícos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore

eórum véritas : \* cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant, \* júdica illos Deus.

Décidant a cogitatió nibus suis, secúndum multítudinem impietátum eórum expèlle eos, \* quóniam irri-tavérunt te, Dómine.

Et laeténtur omnes, qui sperant in te, \* in aetérnum exultábunt : et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, \* quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonae voluntátis tuae \* coronásti nos.

Añã. Laeténtur omnes, qui sperant in te, Dómine : quóniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntátis tuae coronásti eum.

Añã. Dómine, Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra ! quia glória et honóre coronásti Sanctum tuum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Psalmus viii.

**D**OMINE, Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super coelos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecisti laudem propter inimícos tuos, \* ut déstruas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo coelos tuos, ópera digitórum tuórum : \* lunam et stellas, quae tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum : \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, \* oves et boves univérsas : insuper et pécora campi.

Vólucres coeli, et pisces maris, \* qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dñus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra !

Añs. Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra ! quia glória et honóre coronásti Sanctum tuum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

V. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Pater noster. Absolutio. Ipsiús pietas. V. Jube, domine. Benedictio. Deus Pater omnípotens.

Sermo S. Máximi Epíscopi. Hom. lix. de S. Euseb. ii.

Lectio. iv.



D sancti ac beatissimi Patris nostri N. cujus hodie festa celebramus, laudes addidisse, aliquid decerpisse est : siquidem virtutum ejus gratia non sermonibus exponenda est, sed operibus comprobanda. Cum enim dicat Scriptura : Gloria Patris est filius sapiens : quantae hujus sunt gloriae, qui tantorum filiorum sapientia, et devotioe laetatur ? In Christo enim Jesu per Evangelium ipse nos genuit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei.—Manus. Benedictio. Christus perpétuae.

Lectio v.

QUIDQUID igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis et gratiae, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo, omnium rivulorum puritas emanavit. Etenim quia castitatis pollebat vigore, quia abstinentiae gloriabatur angustis, quia blandimentis erat praeditus lenitatis, omnium civium in Deum



lxviii. *Commune Confessoris Pontificis.*

provocávit afféctum : quia Pontificis administratióne fulgébat, plures e discipulis reliquit sui sacerdotii successores.

R. Pósi adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.—Manus. Bened. Ignem sui amoris.

LECTIO VI.

**B**ENE et cóngrue in hac die, quam nobis beáti Patris nostri N. ad paradísium tránsitus exultábilis reddit, praeséntis Psalmi versículum decantávimus : In memória aetérna erit justus. Digne enim in memóriam vértitur hóminum, qui ad gáudium tránsiit Angelórum. Dicit sermo divinus : Ne laudes hóminem in vita sua : tamquam si díceret : Lauda post vitam, magnífica post consummationem. Dúplici enim ex causa utílius est hóminum magis memóriae laudem dare, quam vitae ; ut illo potíssimum témpore mérita sanctitátis extóllas, quando neclaudántem adulatio móvet, nec laudátum tentat elátio.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est : \*

Ipsé intercedat pro peccáti omnium populórum. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Ipsé. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Añá. Dómine, iste Sanctus \* habitábit in tabernáculo tuo, operátus est justítiam, requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus xiv.



**D**OMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo ? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, \* et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : \* tíméntes autem Dóminum glórficat :

Qui jurat próximo suo, et non decípit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit haec, \* non móvêbitur in aetérnum.

Añá. Dñe, iste Sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operátus est justítiam,

requiescet in monte sancto tuo.

Añã. Vitam petiit \* a te, et tribuisti ei, Dómine : glóriam et magnum decórem imposuisti super eum : posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretiósio.

Psalmus xx.

**D**OMINE, in virtúte tua laetábitur rex : \* et super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidériũ cordis ejus tribuisti ei : \* et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam praevenísti eum in benedictiónibus dulcedinis : \* posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretiósio.

Vitam petiit a te : \* et tribuisti ei longitudinem diérum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : \* glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in saeculum saeculi : \* laetificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : \* et in misericórdia Altissimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua omnibus inimicis tuis : \* dextera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum

ignis in témpore vultus tui : \* Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : \* et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : \* cogitavérunt consilia, quae non potuérunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum : \* in reliquiis tuis praeparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua : \* cantábitimus et psallémus virtútes tuas.

Añã. Vitam petiit a te, et tribuisti ei, Dómine : glóriam et magnum decórem imposuisti super eum : posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretiósio.

Añã. Hic accipiet \* benedictiónem a Dño, et misericórdiam a Deo salutári suo : quia haec est generátio quaeréntium Dóminum.

Psalmus xxiii.

**D**OMINI est terra et plenitúdo ejus : \* orbis terrárum, et univér-  
si qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* et super flúmina praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, \* qui non accépit in vano ánimam

suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino : \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generatio quaeréntium eum, \* quaeréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? \* Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? \* Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Añsa. Hic accípiet benedictiónem a Dómino, et misericórdiam a Deo salutári suo : quia haec est generatio quaeréntium Dñum.

℣. Tu es sacérdos in aetérnum. R̄. Secúndum órđinem Melchisedech.

Pater noster. Absolutio. Avínculis. ℣. Jube domne. Bened. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xxv.

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo péregre proficiscens, vocá-

vit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et réliqua.

Homilia S. Gregórii Papae.

Hom. ix. in Evang.



LECTIO sancti

Evangélii, fratres charíssimi, solícite consideráre nos ádmonet, ne nos, qui plus caeteris in hoc mundo accepisse áliquíd cernimur, ab Aucétore mundi grávius inde judicémur. Cum enim augéntur dona, ratiónes étiam crescunt donórum.

Tanto ergo esse humilior, atque ad serviéndum Deo prómptior quisque debet ex múnere, quanto se obligatiórem esse cónspicit in reddénda ratióne. Ecce homo, qui péregre proficiscitur, servos suos vocat, eisque ad negótium talénta partitur. Post multum vero témporis positúrus ratiónem revértitur. Bene operántes pro apportáto lucro remunerat, servum vero a bono ópere torpéntem damnat.

R̄. Amávit eum Dóminus et ornávit eum, stolam glóriæ induit eum : \* Et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Induit eum Dñus lorícam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas. Bened. Cujus festum cólimus.

Lectio viii.

**Q**UIS itaque iste homo est, qui péregre proficiscitur, nisi Redémptor

noster, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in coelum? Carnis enim locus proprius terra est: quae quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in coelo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens, servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta, alii duo, alii vero commisit unum. Quinque etenim sunt corporis sensus, videlicet: visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum, id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero, intellectus et operatio designatur. Unus autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

R. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. — Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes. Benedictio. Ad societatem.

LECTIO IX.

**S**ED is, qui quinque talenta acceperat, alia quinque lucratus est:

quia sunt nonnulli, qui etsi interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernae patriae docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus, quae acceperunt, duplum talentum portant: dumque se a carnis petulantia, et a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli, qui quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur. Cumque et intelligendo et operando aliis praedicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportant.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Ecce sacerdos magnus, \* qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus. Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Non est inventus \* similis illi, qui conservaret legem Excelsi.

3. Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

4. Sacerdotes Dei, \* benedicite Dominum: servi Domini, hymnum dicite Deo, alleluia.

5. Serve bone \* et fidelis, intra in gáudium Dómini tui.

Capitulum. *Eccli. xlv. c.*

**E**CCLE sacerdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus : et in tēpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus.

**J**ESU, Redēptor ómnium,  
Perpes coróna Praesulum,  
In hac die cleméntius  
Indúlgeas precántibus.

Tui sacri qua nóminis  
Confessor almus cláruit :  
Hujus celebrat ánnua  
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia  
Hujus cadúca réspuens,  
Æternitátis præmio  
Potítur inter Angelos.

Hujus benígnus ánnue  
Nobis sequi vestígia,  
Hujus precátu sérvulis  
Dimítte noxam críminis.

Sit, Christe Rex piíssime,  
Tibi, Patríque glória,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Nunc, et per omne saeculum. Amen.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R̄.  
Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Añá. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuísti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus : ut beáti N. Confessoris tui atque Pontificis, veneránda solémnitas et devotióne nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum!

Alia Oratio.

**E**XAUDI, quaesumus Dómine, preces nostras, quas in beáti N. Confessoris tui atque Pontificis, solémnitáte deférimus : et, qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absolve peccátis. Per Dñm.

AD TERTIAM.

Añá. Non est invéntus.

Capit. Ecce sacerdos, ut supra.

R̄. br. Amávit eum Dóminus, \* Et ornávit eum. Amávit. V̄. Stolum glóriæ induit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit.

V̄. Elégit eum Dñs sacerdotem sibi. R̄. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

AD SEXTAM.

Añá. Ideo jurejurádo.

Capitulum. *Eccli. xlv. c.*

**N**ON est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excelsi : ideo jurejurádo fecit illum Dñs créscere in plebem suam.

R̄. br. Elégit eum Dóminus \* Sacerdotem sibi.

Elégit. *V.* Ad sacrificándum ei hóstiám laudis. Sacerdótem. Glória. Elégit.

*V.* Tu es sacérdos in aetérnum. *R.* Secúndum órđinem Melchisedech.

AD NONAM.

Aña. Serve bone.

Capitulum. *Eccli. xlv. c.*

**F**UNGI sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsius, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

*R.* br. Tu es sacérdos \* In aetérnum. Tu es. *V.* Secúndum órđinem Melchisedech. In aetérnum. Glória Patri. Tu es.

*V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. *R.* Et osténdit illi regnum Dei.

AD VESPERAS.

Aña. Ecce sacérdos, cum reliquis de Laudibus. Ixxi. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Comuni Apost. ii. et loco ultimi :

Psalmus cxxxi.



**M**EMENTO, Dómine David, \* et omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob :

Si introfero in tabernáculum domus meae, \* si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, \* et pálpebris meis dormitátionem,

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : \* invénimus eam in campis silvae.

Introibimus in tabernáculum ejus : \* adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dñe, in réquiem tuam, \* tu et arca sanctificatiónis tuae.

Sacerdótes tui induántur justítiam : \* et sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum, \* non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dñus David veritátem, et non frustrábitur eam : \* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testaméntum meum, \* et testimónia mea haec, quae docébo eos :

Et filii eórum usque in saeculum, \* sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : \* elégit eam in habitatióne sibi.

Haec réquies mea in saeculum saeculi : \* hic habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedicens benedícam : \* páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus induam salutári : \* et sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcám cornu David, \* parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : \* super ipsum autem efflorébit sanctíficátio mea.

Capit. et Hymnus. ut supra in primis Vesp. lxi.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. Aña. Amávit eum Dóminus, \* et ornávit eum : stolam glóriæ índuit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

Sequens Aña dicitur ad Magnif. in secundis Vesp. pro solis Summis Pont.

Aña. Dum esset Summus Póntifex, terréna non méruit, sed ad coeléstia regna glóriósus migrávit.

Sí occurrat celebrari Festum plurim. Pont. et Conf. Officium fit ut supra : sed in Oratione et Sermone, quæ ponuntur in singulari, dicantur in plurali ; et in primo Noct. legantur sequentes Lect. de Scriptura.

De libro Ecclesiástici.

Lectio i. *Cap. xlv.*



**A**UDEMUS viros glóriósos, et paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a saeculo. Dominántes in potestátibus suis, hómínes

magni virtúte, et prudéntia sua præditi, nuntiántes in Prophétis dignitátem Prophetárum, et imperántes in præsénti pópulo, et virtúte prudéntiæ pópulis sanctíssima verba. In perítia sua requiréntes modos músicos, et narrántes cármina scripturárum.

R. Euge, serve. lxiv.

Lectio ii.

**H**OMINES dívites in virtúte, pulchritúdinis stúdiúm habéntes : pacificántes in dómibus suis. Omnes isti in generatióibus gentis suæ glóriam adépti sunt, et in diébus suis habéntur in láudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrándi laudes eórum : et sunt quorum non est memória : perierunt quasi qui non fúerint : et nati sunt, quasi non nati, et filii ipsórum cum ipsis.

R. Ecce sacerdos. lxiv.

Lectio iii.

**S**ED illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuerunt : cum sémíne eórum pérmanent bona, haeréditas sancta nepótes eórum et in testaméntis stetit semen eórum : et filii eórum propter illos usque in aetérnum manent : semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in

pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, et laudem eorum nuntiet Ecclesia.

R. Juravit Dominus. lxxv.

II. ALIAE LECTIONES

PRO PONT. ET CONF.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Maximi Episcopi.

Ex Hom. lix, de S. Euseb. 2.

Lectio iv.



**UANTATI** Patris N. mérita jam in tuto posita securi magnificémus : qui gubernáculum fidei viriliter tenens, áncoram spei tranquilla jam in statione composuit, et plenam coeléstibus divitiis et aetérnis mércibus navem optato in litore collocávit : qui contra omnes adversários scutum timóris Dei tám diu infatigabiliter tenuit, donec ad victóriam perveniret. Quid enim fuit totus vitae illius cursus, nisi unus cum vigili hoste conflicétus ?

R. Inveni David. lxxvii.

Lectio v.

**QUANTIS** hic caecis a via veritátis errántibus, et de summa jam in profúndum rupe pendéntibus amíssum réddidit visum, et illum, quo Christus viderétur reparávit

intúitum ? Quantórum áuribus surdis, et infidelitátis obturatióné damnátis, ad percipiéndam vocem coeléstium mandatórum, pretiósum infúdit audítum, ut vocánti Deo ad misericórdiam responderent per obediéntiam ? Quantos intrinsecus vulnerátos, angélici oris arte et oratiónum, ab infirmitáte curávit ?

R. Posui. lxxviii.

Lectio vi.

**QUANTOS** per longam incúriam peccáti labe resolutos, et quadam leprae contagióne perfúsos, castigatió nibus et exhortatió nibus expiándo, Deo in se operánte, mundávit ? Quantórum ánimas vivéntes in corpore jam defúnctas, et delictórum mole óbrutas ac sepultas, ad emendatió nem tamquam ad lucem vocándo, Deo resuscitávit : ut Dómini sui admirándus imitátor, jam mórtuas Deo, e contráριο mortíficet vitáli morte peccáto ?

R. Iste est qui. lxxviii.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xxiv. d.

**IN** illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Vigilate, quia nescitis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.



Homilia sancti Hilarii  
Episcopi.

*Comm. in Matth. cap. xxvi.*



**I**n ignorantiam illam diei omnibus taciti, non sine utilis silentii ratione esse sciremus, vigilare nos Dominus propter adventum furis admouit, et orationum assiduitate detentos, omnibus praeceptorum suorum operibus inhaerere. Furem enim esse ostendit zabulum, ad detrahenda ex nobis spolia pervigilem, et corporum nostrorum dormibus insidiantem; ut ea incuriosis nobis, et somno deditis, consiliorum suorum atque illecebrarum jaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos convenit: quia diei ignorantio intentam sollicitudinem suspensae expectationis exagitet.

*R.* Amavit eum. lxx.

*Lectio viii. Cap. xxvii.*

**Q**UISNAM est fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Quamquam in commune nos ad indefessam vigilantiae curam adhortetur: specialem tamen populi principibus, id est Episcopis, in expectatione adventusque suo sollicitudinem mandat. Hunc enim servum fidelem atque prudentem, praepositum familiae significat, commo-

datque utilitates commissi sibi populi curantem. Qui si dicto audiens, et praeceptis obediens erit, id est, si doctrinae opportunitate et veritate infirma confirmet, disrupta consolidet, depravata convertat, et verbum vitae in aeternitatis cibum alendae familiae dispandat, atque haec agens, hisque immorans deprehendatur, gloriam a Domino tamquam dispensator fidelis, et villicus utilis consequetur, et super omnia bona constituetur; id est, in Dei gloria collocabitur, quia nihil sit ultra, quod melius sit.

*R.* Sint lumbi. lxxi.

*Lectio ix.*

**Q**UOD si contuens longam Dei patientiam, quae in profectum humanae salutis extenditur, adversum conservalos insolenscet, et saeculi malis vitiisque se tradet, praesentium tantum curam in cultu ventris exercens: desperata die Dominus adveniet, eumque a bonis, quae sponderat, dividet, portionemque ejus cum hypocritis in poenae aeternitate constituet: quia adventum desperaverit, quia mandatis non obtemperaverit, quia praesentibus studuerit, quia vita Gentium vixerit, quia desperatione iudicii commissam sibi fa-

miliam fame, siti, caede vexaverit.

Te Deum laudamus. r8.

PRO DOCTORIBUS.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis.

Añã. O Doctor optime,\* Ecclesiae sanctae lumen, beate N. divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

**D**EUS, qui populo tuo aeternae salutis beatum N. ministrum tribuisti: praesta, quaesumus: ut, quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis. Per Dominum.

Lectiones sequentes leguntur in Festis Doctorum. Officium autem in illis fit de Confessoribus Pontificibus, vel non Pontificibus, pro qualitate Festi.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. xxxix.



**S**APIENTIAM omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introbit. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur.

In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu praesidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim et mala in hominibus tentabit.

R7. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: Intra in gaudium Domini tui. V. Dñe, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratum sum.—Intra in gaudium.

Lectio ii.

**Q**UORUM suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiae repleret illum: et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiae suae, et in oratione confitebitur Domino: et ipse dirigit consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.

Pro Doctore Pontifice.

R7. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. V. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super

caput ejus.—Ideo jurejurando.

Pro Doctore non Pont.

R. Justus germinabit sicut lilium : \* Et florebit in aeternum ante Dominum. V. Plantatus in domo Domini, in atrii domus Dei nostri. — Et florebit.

Lectio iii.

**I**PSE palam faciet disciplinam doctrinae suae, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in saeculum non delabitur. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiratur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit Ecclesia.

Pro Doctore Pontifice.

R. Juravit Dominus, et non poenitebit eum : \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. V. Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis.—Tu es. Gloria Patri, Tu es.

Pro Doctore non Pont.

R. Iste cognovit justitiam, et vidit mirabilia magna, et exoravit Altissimum : \* Et inventus est in numero Sanctorum. V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Et inventus. Gloria Patri, Et inventus.

In secundo Nocturno.

Ex libro Moraliu[m] sancti Gregorii Papae.

Lectio iv. L. ix. c. 6.

**Q**UI post Oronas Hyadum nomine, nisi Doctores sanctae Ecclesiae designantur? Qui subductis Martyribus, eorum tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet : et repressa infidelitatis hieme, altius per corda fidelium sol veritatis calet. Qui remota tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctae Ecclesiae orti sunt, cum ei jam per credulitatis vernum lucidior annus aperitur.

Pro Doctore Pontifice.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocet ei.—Manus.

Pro Doctore non Pont.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis : et a seductoribus tutavit illum : \* Et dedit illi claritatem aeternam. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei.—Et dedit.

Lectio v.

**N**EC immerito Doctores sancti Hyadum nuncupatione signantur.

Graeco quippe elóquio hyetos plúvia vocátur, et Hyades nomen a plúviis acceperunt : quia ortae procul dúbio imbres ferunt. Bene ergo Hyadam appellatióne expréssi sunt, qui ad statum universális Ecclesiæ, quasi in coeli faciém dedúcti, super aréntem terram humáni pécatoris sanctæ prædicatiónis imbres fuderunt. Si enim prædicatiónis sermo plúvia non esset, Móyses minime dixisset : Expectétur sicut plúvia elóquiú meum : et nequáquam per Isaiam Véritas diceret : Mandábo núbibus meis, ne pluant super eam imbrem : atque hoc, quod paulo ante protúlimus : Quámobrem prohibite sunt stillæ pluviárum.

*Pro Doctore Pontífice.*

R. Pó sui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

*Pro Doctore non Pont.*

R. Amávit eum Dñs, et ornávit eum, stolam glóriæ induit eum : \* Et ad portas paradísi coronávit eum. V. Induit eum Dñs lorícam fidei, et ornávit eum. — Et.

*Lectio vi.*

**D**UM ergo Hyades cum plúviis véniunt, ad oeli spátia altióra sol dú-

citur : quia apparénte Doctórum sciéntia, dum mens nostra imbre prædicatiónis infúnditur, fidei calor augéitur. Et perfúsa terra ad fructum próficit, cum lumen aetheris ignéscit : quia ubérius frugem boni óperis réddimus, dum per sacrae eruditiónis flammam in corde clárius ardémus. Dumque per eos diébus singulis magis magisque sciéntia coeléstis osténditur, quasi intérni nobis lúminis vernum tempus aperitur : ut novus sol nostris méntibus rúilet, et eórum verbis nobis cógnotus seipso quotidie clárior mictet. Urgénte étenim mundi fine, supérna sciéntia próficit, et lárgius cum témpore excreéscit.

*Pro Doctore Pontífice.*

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctérna ejus repléta est : \* Ipse intercédát pro peccátis ómnium populórum. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna. — Ipse intercédát. Glória Patri. Ipse intercédát.

*Pro Doctore non Pont.*

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locúsus est ei Deus, et dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. V. Iste est qui contémpsit

vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. v. b.*

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur ? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Lib. i. de Sermone Domini in monte. C. vi. tom. 4.*



**S**TENDIT Dñus fatuos esse iudicandos, qui temporalium bonorum, vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt aeterna, quae nec dari possunt ab hominibus nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur ? id est, si vos, per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu persecutorum temporalium amisseritis regna coelorum, qui erunt homines, per quos a vobis error auferatur : cum vos elegerit Deus, per quos errorem auferat ceterorum ?

Pro Doctore Pontifice.

R. Amavit eum Dñus et ornavit eum, stolam gloriae induit eum : \* Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dñus

loricam fidei, et ornavit eum.—Et ad portas.

Pro Doctore non Pont.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dñum : \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua.—Ipse intercedat.

Lectio viii.

**E**RGO ad nihilum vallet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, et calcetur ab hominibus. Non itaque calcetur ab hominibus, qui patitur persecutorum : sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest nisi inferior : sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in coelo est.

R. In medio Ecclesiae aperuit os ejus, \* Et implevit eum Dñus spiritu sapientiae et intellectus. V. Jucunditatem et exultationem thesaurizavit super eum.—Et implevit. Glória Patri. Et implevit.

Lectio ix.

**A**OSestis lumen mundi. Quomodo dixit superius sal terrae, sic nunc dicit lumen mundi. Nam neque superius ista terra

accipienda est, quam p[er]diti-  
bus corporeis calcamus :  
sed homines, qui in terra  
habitant, vel etiam pecca-  
tores, quorum condiendis  
et extinguendis putribus  
apostolicum salem D[omi]nus  
misit. Et hic mundum, non  
coelum et terram, sed ho-  
mines, qui sunt in mundo,  
vel diligunt mundum opor-  
tet intelligi, quibus illumi-  
nandis Ap[osto]li missi sunt.  
Non potest civitas abscondi  
super montem posita : id est,  
fundata super insignem ma-  
gnamque justitiam, quam  
significat etiam ipse mons,  
in quo disputat D[omi]nus.

Te Deum laudamus. 18.

## II. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Matthaëum.

Lectio vii. Cap. v. b.

**I**N illo tempore : Di-  
xit Jesus discipulis  
suis : Vos estis sal terrae.  
Quod si sal evanuerit, in  
quo salietur ? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii  
Episcopi.

Comm. in Matth. cap. v.



**Q**UOS estis sal ter-  
rae : quod si sal  
infatuatum fuerit,  
ad nihilum valet  
id quod salietur. Sal, ut ar-  
bitror, terrae nullum est.  
Quomodo ergo Ap[osto]los  
sal terrae nuncupavit ? Sed  
proprietas est quaerenda

dictorum, quam et Apo[sto]-  
lorum officium, et ipsius  
salis natura monstrabit.  
Sal est in se uno continens  
aquae et ignis elementum,  
et hoc ex duobus est unum.

R[esp]o. ut supra. lxxx.

Lectio viii.

**H**IC igitur in omnem  
usum humani gene-  
ris effectus, incorruptio-  
nem corporibus, quibus fu-  
erit aspersus, impertit, et  
ad omnem sensum conditi  
saporis aptissimus est. Apo-  
stoli autem sunt rerum coe-  
lestium praedicatores, et  
aeternitatis velut satores,  
immortalitatem omnibus  
corporibus, quibus eorum  
sermo aspersus fuerit, con-  
ferentes. ¶ Merito igitur  
sal terrae nuncupati sunt,  
per doctrinae virtutem sali-  
endi modo aeternitati  
corpora reservantes.

R[esp]o. ut supra. lxxx.

Lectio ix.

**S**ED natura salis sem-  
per eadem est, nec  
immutari unquam potest.  
Verum quia conversioni  
homo subiacet, et solus  
beatus, qui usque ad finem  
in omnibus Dei operibus  
permanserit : ideo eos sal  
terrae nuncupatos monet in  
traditae sibi potestatis vir-  
tute persistere, ne infatuati  
nihil saliant, et ipsi, sen-  
su accepti saporis amisso,  
vivificare corrupta non

possint, et projecti de Ecclesiae promptuariis, cum his, quos salierint, pedibus incedentium proterantur.

Te Deum laudamus. 18.

### III. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vii. Cap. v. b.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur ? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. xv. in Matth. sub. med.

**A**T TENDITE quid dixerit, Vos estis sal terrae : per quod ostendit, quomodo necessario ista praecipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas ; sed ad omnem terram prorsus ac mare, totumque mundum, et hunc variis criminibus oppressum.

R. ut supra. lxxx.

Lectio viii.

**D**ICENDO enim, Vos estis sal terrae, ostendit universam hominum infatuatam esse naturam, et peccatorum vi corruptam, et

idecirco illas ab eis virtutes requirit, quae maxime ad multorum salutem procurandam necessariae sunt atque utiles. Nam qui mansuetus est ac modestus, et misericors et justus, non intra se tantummodo haec recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitate praecellosos hos faciet effluere fontes. Igitur qui corde mundo est atque pacificus, et persecutione pro veritate patitur, nihilominus in commune commodum vitam instituit.

R. ut supra. lxxx.

Lectio ix.

**N**E igitur putetis, inquit, ad levia vos duceños esse certamina, neque exiguarum rerum vobis ineundam esse rationem. Vos estis sal terrae. Quid igitur ? Ipsae putrefactae medicatae sunt ? Nequaquam : neque enim fieri potest, ut ea, quae jam corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibi que tradita, atque ab illa jam putredine liberata, aspergebant sale, et in ea novitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtutis est : ut autem ad illa iterum non revertantur, Apostolorum curae est ac laboris.

Te Deum laudamus. 18.

COMMUNE  
CONFESSORIS NON PONTIFICIS.

AD VESPERAS.

Añã. Dñe, quinque, ut  
infra ad Laudes. xciii. Ps.  
Dixit Dñus, cum reliquis ut  
in Communi Apost. ii.

Capitulum. *Eccli.* xxxi.



**L**EATUS vir, qui  
inventus est sine  
mácula : et qui  
post aurum non  
ábit, nec sperávit in pecú-  
nia et thesáuris. Quis est hic,  
et laudábimus eum ? fecit  
enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

**I**STE Confessor Dñi,  
colentes  
Quem pie laudant pópuli  
per orbem,  
Hac die laetus méruit beátas  
Scándere sedes.

Si non est dies obátus,  
dicatur :

Hac die laetus méruit su-  
prémos

Laudis honóres.

Qui pius, prudens, húmi-  
lis, pudicus,  
Sóbriam duxit sine labe vi-  
tam,  
Donec húmanos animávit  
aurae

Spiritus artus.

Ujus ob praestans méri-  
tum, frequéner  
Ægra quae passim jacuere  
membra,

Viribus morbi dómitis, sa-  
lúti

Restituúntur.

Noster hinc illi chorus  
obsequéntem

Cóncinit laudem, celebrés-  
que palmas ;

Ut piis ejus précibus juvé-  
mur

Omne per aevum.

Sit salus illi, decus, atque  
virtus,

Qui super coeli sólio corú-  
scans,

Totius mundi sériem gu-  
bérnat

Trinus et unus.

Amen.

V. Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum. R.

Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnificat. Añã. Si-  
milábo eum \* viro sapiéti,

qui aedificávit domum su-  
am supra petram.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti  
N. Confessoris tui án-  
nua solemnitate laetíficas :  
concéde propítius ; ut cu-  
jus natalitia cólimus, étiam  
actiónes imitémur. Per  
Dóminum.

Alia Oratio.

**A**DESTO, Dñe, sup-  
plicatióibus nostris,  
quasin beáti N. Confessoris



tui solemnitate deferimus; ut, qui nostrae justitiae fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas.

Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quaesumus Domine, beati N. Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Confessorum Dominum, \* Venite, adoremus. Ps. Venite. 2.

Hymnus. Iste Confessor, ut supra. lxxxiii.

In primo Nocturno.

Añã. Beatus vir, \* qui in lege Domini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, et omnia quaecumque faciet, semper prosperabuntur.

Psalmus i.



**S**EATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, \* et in cathedra pestilentiae non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, \* et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, \* quod

fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: \* et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impii in judicio: \* neque peccatores in consilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum: \* et iter impiorum peribit.

Añã. Beatus vir, qui in lege Domini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, et omnia quaecumque faciet, semper prosperabuntur.

Añã. Beatus \* iste Sanctus, qui confisus est in Domino, praedicavit praeceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus ii.

**Q**UARE fremuerunt Gentes, \* et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum, \* adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: \* et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in coelis iridebit eos; \* et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in

ira sua : \* et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* praedicans praecéptū ejus.

Dóminus dixit ad me : \* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes haereditá. em tuam, \* et possessionem tuam términos terrae.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : \* crudímini qui judicá-tis terram.

Servite Dño in timóre : \* et exultate ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinā, nequādo irascátur Dñus, \* et pereátis de via justa.

Cum exáserit in brevi ira ejus, \* beáti omnes, qui confidunt in eo.

Añā. Beátus iste Sanctus, qui confisus est in Dómino, praedicávit praecéptum Dñi, constitútus est in monte sancto ejus.

Añā. Tu es glória \* mea, tu es suscéptor meus, Dómine : tu exáltans caput meum, et exaudísti me de monte sancto tuo,

Psalmus iii.

**D**OMINE, quid multiplicáti sunt qui tribulant me ? \* multi insurgunt advérsus me.

Multi dicunt ánimae meae : \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dñe, suscéptor meus es, \* glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : \* et exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum, \* et exurréxi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo míllia pó-puli circumdántis me : \* exúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa : \* dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : \* et super pópulum tuum benedíctio tua.

Añā. Tu es glória mea, tu es suscéptor meus, Dñe : tu exáltans caput meum, et exaudísti me de monte sancto tuo.

V. Amávit eum Dñus, et ornávit eum. R. Stolum glóriæ induit eum.

Pater noster. Absolutio. Exáudi, Dómine. V. Jube, domne. Benedíctio. Benedíctióne perpétua.

De libro Sapiéntiae.

Lectio i. Cap. iv. b. et v.



**U**STUS si morte praeoccupátus fú-erit, in refrigerio erit. Senéctus enim venerábilis est, non

diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

℞. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam: Intra in gaudium Domini tui. V. Dñe, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum.—Intra. Bened. Unigenitus Dei Filius.

~ Lectio ii.

**P**OPULI autem videntes, et non intelligentes, nec ponentes in praecordiis talia: quoniam gratia Dei et misericordia est in sanctos ejus, et respectus in electos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos impios, et juvenis celarius consummata longam vitam injusti. Videbunt enim finem sapientis,

et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, et quare munierit illum Dominus. Videbunt et contemnent eum: illos autem Dominus irridabit. Et erunt post haec decidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, et commovebit illos a fundamentis, et usque ad supremum desolabuntur.

℞. Justus germinabit sicut Illium: ~ Et florebit in aeternum ante Dominum. V. Plantatus in domo Domini, in atrii domus Dei nostri.—Et florebit. Bened. Spiritus sancti gratia.

Lectio iii.

**E**T erunt gementes, et memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et prae angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum

aestimabámus insániam, et finem illórum sine honóre : ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illórum est.

Ry. Iste cognóvit justítiā, et vidit mirabília magna, et exorávit Altíssimum : \* Et inventus est in número Sanctórum. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.— Et inventus. Glória. Et.

In secundo Nocturno.

Añā. Invocántem exaudivit \* Dñs Sanctum suum; Dñs exaudivit eum, et constituit eum in pace.

Psalmus iv.



U M invocárem exaudivit me Deus justítiae meae : \* in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, \* et exáudi oratióne meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde ? \* ut quid diligitis vanitátem, et quaeritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : \* Dñs exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Irascimini et nolíte peccáre : \* quae dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justítiae, et speráte in Dómino. \* Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dñe : \* dedísti laetitiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et ólei sui, \* multiplicáti sunt.

In pace in idípsum \* dórmiam, et requiescam ;

Quóniam tu, Dómine, singularíter in spe \* constituísti me.

Añā. Invocántem exaudivit Dóminus Sanctum suum, Dñs exaudivit eum, et constituit eum in pace.

Añā. Laeténtur omnes, \* qui sperant in te, Dñe : quóniam tu benedixísti justo, scuto bonae voluntátis tuae coronásti eum.

Psalmus v.

U ERBA mea áuribus pécipe, Dómine, \* intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meae, \* Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo : \* Dómine, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, et vidébo : \* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus : \* neque permanent injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem : \* perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dñus: \* ego autem in multitudíne misericórdiae tuae.

Introibo in domum tuam: \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dñe, deduc me in justítia tua: \* propter inimícos meos dfrige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: \* cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant, \* júdica illos Deus.

Décidant a cogitatióibus suis, secúndum multitudinem impietátum eórum expélle eos: \* quóniam irri-tavérunt te, Dómine.

Et laeténtur omnes, qui sperant in te: \* in aetérnum exultábunt: et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: \* quóniam tu benedíces justo.

Dñe, ut scuto bonae voluntátis tuae \* coronásti nos.  
*Aññ.* Laeténtur omnes, qui sperant in te, Dómine: quóniam tu benedixísti justo, scuto bonae voluntátis tuae coronásti eum.

*Aññ.* Dómine Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra ! quia glória et ho-

nóre coronásti Sanctum tuum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Psalmus viii.

**D**OMINE Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super coelos.

Ex ore infántium, et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, \* ut déstruas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo coelos tuos, ópera digitórum tuórum: \* lunam et stellas quae tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum: \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pé-dibus ejus, \* oves et boves univér-sas, insuper et pécora campi.

Vólucres coeli, et pisces maris, \* qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dñus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra !

*Aññ.* Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univér-sa

terra! quia glória et honóre coronásti Sanctum tuum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

V. Os iusti meditábitur sapiéntiam. R. Et lingua ejus loquétur iudícium.

Pater noster. Absolutio. Ipsius pietas. V. Jube, domne. Bened. Deus Pater omnipotens.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

In Orat. de S. Philog. t. 3.

Lectio iv.



EATI N dies, cuius festivitátem celebrámus, ad ipsius recte factórum enarratióem linguam nostram evocávit: síquidem hódie beátus iste ad tranquillam, omnisque perturbatióis expértem vitam tránsiit: eóque navigium áppulit, ubi deinceps non póterit metúere naufrágium, nec ullam ánimi perturbatióem, aut dolórem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni moléstia ánimi, cum Paulus homínibus adhuc in hac vita degéntibus loquens, dicat: Semper gaudéte, sine intermissione oráte?

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: Et dedit illi claritátem aetérnam. V. Justum dedúxit

Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei.—

Et dedit. Benedictio. Christus perpétuae.

Lectio v.

QUOD si hic, ubi morbi, ubi insectatiónes, ubi praematúrae mortes, ubi calúmniae, ubi invidiae, ubi perturbatiónes, ubi irae, ubi cupiditátes, ubi innumerábiles insídiae, ubi quotidianae sollicitúdines, ubi perpétua sibi que succedéntia mala sunt, innúmeros ex omni parte dolóres afferéntia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeámus, si quis páululum ex rerum mundanárum flúctibus eréxerit caput, vitámque suam recte composúerit: multo magis, postquam hinc demigravérimus, fá-cile cómpotes érimus ejus boni, cum haec ómnia subláta fúerint, advérsa valetúdo, morbi, peccánda matéria, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, et quidquid est malórum in vitam nostram ínvehens innuméraque gignens bella.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, stolam glóriae induit eum: Et ad portas paradísi coronávit eum. V. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum.—Et ad portas. Bened. Ignem sui amóris.

## Lectio vi.

**QUAMOBREM** maximo opere gratulor hujus Sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc, quae apud nos est, civitatem reliquit, tamen in alteram adscriptus est civitatem nempe Dei: et digressus ab hac Ecclesia, ad illam pervenit, quae est primogenitorum descriptorum in coelis: ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem Angelorum. Etenim quod et civitas sursum sit, et Ecclesia, et celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad civitatem Dei viventis, Jerusalem coelestem, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in coelis, et ad multorum millium Angelorum frequentiam.

**R.** Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.  
**V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

**Añ.** Domine, iste Sanctus \* habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

## Psalmus xiv.



**DOMINE**, quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, \* et operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, \* et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: \* timentes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, et non decipit, \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit.

Qui facit haec, \* non movebitur in aeternum.

**Añ.** Dñe, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

**Añ.** Vitam petiit \* a te, et tribuisti ei, Domine: gloriam et magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalmus xx.

**DOMINE**, in virtute tua laetabitur rex: \* et super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei : \* et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis : \* posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te : \* et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo : \* gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi : \* laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino : \* et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : \* dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : \* Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : \* et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala : \* cogitaverunt consilia, quae non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum : \* in reliquiis tuis

praeparabis vultum eorum.

Exaltare, Domine, in virtute tua : \* cantabimus et psallamus virtutes tuas.

Añã. Vitam petiit a te, et tribuisti ei, Dñe : gloriam et magnum decorem imposuisti super eum : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Añã. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo : quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Psalmus xxiii.

**D**OMINI est terra, et plenitudo ejus, \* orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : \* et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus et mundo corde, \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Dño ; \* et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum, \* quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes vestras, et elevamini portae aeternales : \* et introbit Rex gloriae.



Quis est iste Rex gló-  
riæ? \* Dóminus fortis et  
potens : Dóminus potens  
in praelio.

Attóllite portas, prínci-  
pes vestras, et elevámini  
portae aeternáles : \* et in-  
troíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? \*  
Dóminus virtútum ipse est  
Rex glóriæ.

*Añã.* Hic accípiet bene-  
dictiónem a Dómino, et mi-  
sericórdiam a Deo salutári  
suo : quia haec est generá-  
tio quaeréntium Dóminum.

*V.* Lex Dei ejus in corde  
ipsius. *R.* Et non sup-  
plantabúntur gressus ejus.  
Pater noster. Absolutio. A  
vínculis. *V.* Jube, domne.  
Bened. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii se-  
cúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap. xii. e.*

**I**N illo témpore : Di-  
xit Jesus discíplis  
suis : Sint lumbi vestri prae-  
cíncti, et lucérnae ardéntes  
in má nibus vestris. Et ré-  
liqua.

Homília S. Gregórii Papae.

*Hom. xiii. in Evang.*



**S**A N C T I Evan-  
gélii, fratres cha-  
ríssimi, apérta  
vobis est léctio  
recitáta. Sed ne alíquibus  
ipsa ejus planities alta for-  
tásse videátur, eam sub  
brevitate transcúrrimus,  
quátenus ejus expositio ita

nesciéntibus fiat cógnota,  
ut tamen sciéntibus non sit  
onerósa. Dóminus dicit :  
Sint lumbi vestri praecín-  
cti. Lumbos enim prae-  
cínghimus, cum carnis lu-  
xúriam per continéntiam  
coarctámus. Sed quia  
minus est mala non ágere,  
nisi étiam quisque stúdeat  
et bonis opéribus insudáre,  
prótinus ádditur : Et lucér-  
nae ardéntes in má nibus  
vestris. Lucérnae quippe ar-  
déntes in má nibus tenémus,  
cum per bona ópera próxi-  
mis nostris lucis exémpla  
monstrámus. De quibus  
profécto opéribus Dóminus  
dicit : Lúceat lux vestra co-  
ram homínibus, ut vídeant  
ópera vestra bona, et glori-  
fícent Patrem vestrum, qu-  
in coelis est.

*R.* Iste est qui ante  
Deum magnas virtútes ope-  
rátus est, et de omni corde  
suo laudávit Dóminum. \*  
Ipse intercédát pro peccá-  
tis ómnium populórum. *V.*  
Ecce homo sine queréla,  
verus Dei cultor, ábstinens  
se ab omni ópere malo, et  
pérmanens in innocéntia  
sua. — Ipse intercédát. Be-  
ned. Cujus festum cólimus.

Lectio viii.

**D**UO autem sunt, quae  
jubéntur, et lumbos  
restríngere, et lucérnae te-  
nére : ut et mundítia sit ca-  
stitátis in córpore, et lumen

veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si aut is, qui bona agit, adhuc luxuriae inquinamenta non deserit: aut is, qui castitate praeceminet, necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed et si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitiis pro mundi hujus honestate contineat.

R. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. — Et vos. Gloria Patri. Et vos. Benedictio. Ad societatem.

LECTIO IX.

**E**T vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit quippe Dominus, cum ad iudicium properat: pulsatur vero, cum jam per aegritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc

cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat: et videre eum, quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia laetus iudicem sustinet. Et cum tempus propinque mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.

Te Deum laudamus. r8.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Domine, <sup>o</sup> quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratum sum. Ps. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Euge, serve bone, <sup>o</sup> in modico fidelis, intra in gaudium Domini tui.

3. Fidelis servus <sup>o</sup> et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

4. Beatus ille servus, <sup>o</sup> quem cum venerit Dominus ejus, et pulsaverit januam, invenerit vigilantem.

5. Serve bone <sup>o</sup> et fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Eccli. xxxi.

**B**EATUS vir, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum?

fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

**J**ESU, coróna célsior,  
Et véritas sublímiór,  
Qui confítenti sérvulo  
Reddis perénne praemium:

Da supplicánti coetui,  
Hujus rogátu, nóxii  
Remissionem críminis,  
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni réverso témpore,  
Dies refúlsit lúmine  
Quo Sanctus hic de cór-  
pore

Migrávit inter sídera.

Hic vana terrae gáudia,  
Et luculénta praedia,  
Pollúta sorde députans,  
Ovans tenet coeléstia.

Te, Christe, Rex piís-  
sime,

Hic confíténdo júgiter,  
Calcávit artes daemonum,  
Saevúmque avérni princi-  
pem.

Virtúte clarus, et fide,  
Confessione sédulus,  
Jejúna membra déferens,  
Dapes supérnas óbtinet.

Proínde te, piíssime,  
Precámur omnes súpplices:  
Nobis ut hujus grátia  
Poenas remítta débitas.

Patri perénnis glória,  
Natóque Patris único,  
Sanctóque sit Paráclito,  
Per omne semper saecu-  
lum. Amen.

℣. Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. ℞.  
Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Añs. Euge,  
serve bone \* et fidélis, quia  
in pauca fuisti fidélis, supra  
multa te constituam, intra  
in gáudium Dómini tui.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti  
N. Confessóris tui  
ánna solemnitáte laetifi-  
cas: concéde propítius; ut  
cujus natalítia cólimus,  
étiam actiónes imitémur.  
Per Dóminum.

Alia Oratio.

**A**DESTO, Dñe, sup-  
plicatióibus nostris,  
quas in beáti N. Confessó-  
ris tui solemnitáte deféri-  
mus: ut qui nostrae justítiae  
fidúciam non habémus, ejus,  
qui tibi plácuít, préci-  
bus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

**I**NTERCESSIO nos,  
quaesumus Dómine,  
beáti N. Abbátis commén-  
det: ut, quod nostris méri-  
tis non valémus, ejus pa-  
trocinio assequámur. Per  
Dóminum.

AD TERTIAM.

Añs. Euge serve bone.

Capit. Beátus vir. xciii.

℞. br Amávit eum Dómi-  
nus, \* Et ornávit eum. Amá-  
vit. ℣. Stulam glóriæ induit  
eum. Et ornávit. Glória  
Patri. Amávit.

℣. Os justí meditábitur  
sapiéntiam. ℞. Et lingua  
ejus loquétur júdiciúm.

## AD SEXTAM.

Añã. Fidéls servus.

Capitulum. *Eccli. xxxix.*

**J**USTUS cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum qui fecit illum, et in conspéctu Altissimi deprecábitur.

R̄. br. Os justi ⁊ Meditábitur sapiéntiam. Os justi. V̄. Et lingua ejus locuétur judicium. Meditábitur. Glória Patri. Os justi.

V̄. Lex Dei ejus in corde ipsius. R̄. Et non supplantábuntur gressus ejus.

## AD NONAM.

Añã. Serve bone.

Capitulum. *Sap. x. b.*

**J**USTUM dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctorum : honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illius.

R̄. br. Lex Dei ejus ⁊ In corde ipsius. Lex Dei. V̄. Et non supplantábuntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei.

V̄. Justum dedúxit Dñs per vias rectas. R̄. Et osténdit illi regnum Dei.

## AD VESPERAS.

Añã. Dómine, quinque, cum reliq. de Laud. xciii. Psalmi, Capit. et Hymnus ut in primis Vesp. lxxxiii.

V̄. Justum dedúxit Dó-

minus per vias rectas. R̄. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. Añã. Hic vir despiciens mundum, ⁊ terréna, triúmphans, divitias coelo cóndidit ore, manu.

Si occurrat celebrari Festum plurium Confess. non Pontif. Offic. fit ut supra ; sed in Oratione, et Sermone, quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.

II. ALIAE LECTIONES  
PRO CONF. NON PONT.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiástici.

Lectio i. *Cap. xxxi. 1*

**E**ATUS vir, qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória aetérna : qui pótuít tránsgridi, et non est tránsgréssus : fácere mala, et non fecit : ideo stabilita sunt bona illius in Dómino, et eleemósynas illius enarrábit omnis Ecclésia sanctorum.

R̄. Euge, serve. lxxxvi.

Lectio ii.

*Cap. xxxii c. et xxxiii.*

**Q**UI timet Dóminum, excípiet doctrínam ejus : et qui vigiláverint ad

illum, invénient benedicti-  
onem. Qui quaerit legem,  
replébitur ab ea : et qui in-  
sidióse agit, scandalizábitur  
in ea. Qui timent Dñum,  
invénient iudicium justum,  
et justitias quasi lumen ac-  
cédent. Qui credit Deo,  
atténdit mandátis : et qui  
confidit in illo, non mino-  
rábitur. Timénti Dóminum  
non occurrunt mala, sed  
in tentatióne Deus illum  
conservábit, et liberábit a  
malis. Sápiens non odit  
mandáta et justitias, et non  
illidétur quasi in procé-  
la navis. Homo sensátus  
credit legi Dei, et lex illi  
fidélis.

R̄. Justus. lxxxvi.

Lectio iii. Cap. xxxiv. b.

**S**PIRITUS timén-  
tium Deum quaeritur,  
et in respéctu illius bened-  
icétur. Spes enim illórum  
in salvántem illos, et óculi  
Dei in diligéntes se. Qui  
timet Dóminum, nihil tre-  
pidábit, et non pavébit :  
quóniam ipse est spes ejus.  
Timéntis Dóminum beáta  
est ánima ejus. Ad quem ré-  
spicit, et quis est fortitúdo  
ejus? Oculi Dómini super  
timéntes eum, protéctor po-  
téntiae, firmaméntum vir-  
tútis, tégimen ardóris et  
umbráculum meridiáni, de-  
precátió offénsiõnis, et ad-  
jutórium casus, exáltans  
ánimam, et illúminans ócu-

los, dans sanitátem, et vi-  
tam, et benedictiõnem.

R̄. Iste cognóvit. lxxxvii.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálium sancti  
Gregórii Papae.

L. 10. cap. xvi. in cap. xii.

Job.

Lectio iv.



**S**ERIDETUR justí  
simplicitas. Hujus  
mundi sapiéntia  
est, cor machina-  
tiónibus tégere, sensum  
verbis veláre ; quae falsa  
sunt, vera osténdere ; quae  
vera sunt, falsa demon-  
stráre. Haec nímrum pru-  
déntia usu a juvenibus sci-  
tur haec a púeris prétio  
díscitur : hanc qui sciunt,  
céteros despiciéndo super-  
biunt : hanc qui nésciunt,  
subjécti et tímidi in áliis  
mirántur : quia ab eis haec  
éadem duplicitátis iniquitas  
nómine palliáta dílígitur,  
dum mentis perversitas ur-  
bánitas vocátur. Haec sibi  
obsequéntibus praecipit ho-  
nórum cúlmina quaerere,  
adépta temporális glóriae  
vanitáte gaudére, irrogáta  
ab áliis mala multiplicius  
réddere : cum vires súp-  
petunt, nullis resisténti-  
bus cédere : cum virtútis  
possibilitas deest, quidquid  
explére per malitiam non  
valent, hoc in pacífica boni-  
táte simuláre.

R̄. Honéstum. lxxxix.

Lectio v.

**A**T contra, sapiéntia justórum est: nil per ostensiónem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitáre, bona gratis exhibére, mala libéntius toleráre, quam fácere: nullam injúriæ ultiónem quaerere, pro veritáte contuméliam luerum putáre. Sed haec justórum simplicitas deridétur: quia ab hujus mundi sapiéntibus, puritátis virtus fatúitas créditur. Omne enim quod innocénter ágitur, ab eis proculdúbio stultum putáitur: et quidquid in ópere veritas ápprobat, carnáli sapiéntiae fatuum sonat. Quid namque stúlius vidétur mundo, quam mentem verbis osténdere, nil cállida machinátione simuláre, nullas injúriis contumélias réddere, pro maledicéntibus oráre, paupertátem quaerere, posséssa relinquare, rapiénti non resistere, percutiénti álteram maxillam praeberé?

R. Amávit eum. lxxxix.

Lectio vi

Cap. xvii. post initium.

**L**AMPAS contémpa apud cogitátiones dívitum. Saepe contíngit, ut eléctus quisque, qui ad aetérnam felicitátem dúci-

tur, continúa hic adversitáte deprimátur: non hunc rerum abundántia fúlciat, non dignitátum glória honorábilem osténdat, nulla ei obsequéntium frequéntia súppetat, nulla hunc humanis óculis véstium pompa compónat: a cunctis vero despicábilis cernitur, et hujus mundi grátia indignus aestimátur: sed tamen ante occúlti júdicis óculos virtútibus émicat, vitae méritis corúscat: honorári méruit, despici non réfugit: corpus continéntia áfficit, sola in ánimo dilectióne pinguéscit: mentem semper ad patiéntiam praeparat, et érectus pro justitia, de percéptis contuméliis exúltat: afflic-tis ex corde compátitur, de bonórum prosperitátibus quasi de própriis laetátur, sacri verbi pábula in mente sollicitus rúminat, et inquisitus quólibet éloqui dupliciter ignórat.

R. Iste homo. xc.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xii. d.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timére pusillus grex, quia complácuít Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae  
Presbyteri.

Lib. iv. c. liv. in Luc. xii.



**USILLUM** gregem electorum, vel ob comparationem maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotionem nominat: quia videlicet Ecclesiam suam quantalibet numerositate jam dilatam, tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere, et ad promissum regnum humilitate pervenire. Ideoque ejus labores blande consolatus, quam regnum Dei tantum quaerere praecipit, eidem regnum a Patre dandum complacita benignitate promittit.

℞. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua.— Ipse intercedat. Bened. Cujus festum colimus.

Lectio viii.

**U**ENDITE quae possidetis, et date eleemosynam. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militantibus, hujus vitae necessaria desint:

quin etiam possessa, propter eleemosynam vendite. Quod tunc digne fit, quando quis semel pro Domino suis omnibus spretis, nihilominus post haec labore manuum, unde et victum transigere, et eleemosynam dare queat, operatur. Unde gloriatur Apostolus, dicens: Argentum et aurum, aut vestem nullius concupivi: ipsi scitis, quoniam ad ea quae mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

℞. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.— Et vos. Gloria Patri. Et vos. Benedictio. Ad societatem.

Lectio ix.

**F**ACITE vobis sacculos, qui non veterascunt: eleemosynas videlicet operando, quarum merces in aeternum maneat. Ubi non hoc praecipuum esse putandum est, ut nil pecuniae reservetur a sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum usibus suggerendae; cum et ipse Do-

minus, cui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam, loculos habuisse legatur, et a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens; sed ne Deo propter ista serviatur, et ob inopiae timorem justitia deseratur.

Te Deum laudamus. r8.

PRO ABBATIBUS.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xix. d.

**I**N illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. iii. in Matth. c. xix.



**P**RANDIS fiducia! Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu et arte quaerebat: et tamen loquitur confidenter: Reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti: quid igitur nobis dabis praemii? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti

estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Non dixit: Qui reliquistis omnia; hoc enim et Crates fecit philosophus, et multi alii divitias contempserunt, sed: Qui secuti estis me: quod proprie Apostolorum est, atque credentium.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Deum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permans in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viii.

**I**N regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae (quando et mortui de corruptione resurgent incorrupti), sedebitis et vos in solii judicantium, condemnantes duodecim tribus Israel: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum; centuplum accipiet, et vitam aeternam



possidēbit. Locus iste cum illa sentētia cōgruit, in qua Salvātor loquitur: Non veni pacem mittere, sed glādiū. Veni enim separāre hōminem a patre suo, et matrem a filia, et nurum a soeru: et inimici hōminis domēstici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, et praedicationem Evangelii, omnes affēctus contēpserint, atque divitias et saeculi voluptates: isti cētuplum recipient, et vitam aeternam possidēbunt.

**V.** Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. — Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

Lectio ix.

**E**X occasione hujus sententiae quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes, tunc nobis cētuplum omnium rerum quas dimisimus, et vitam aeternam esse reddendam: non intelligentes, quod, si in ceteris digna sit re promissio, in uxoribus appareat turpitudine: ut qui unam pro Domino dimiserit, centum recipiat

in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet: quae comparatione et merito sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparatur.

Te Deum laudamus. 18.

## II. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xi. d.

**I**N illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, et revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. x. de Verb. Domini.



**V**ENITE ad me omnes qui laboratis. Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quae faciunt invicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis. Quid ergo dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, nisi ut non laboretis? Denique promissio ejus in promptu est, quoniam laborantes vocavit. Quarent forte, qua

mercede vocati sunt. Et ego vos, inquit, reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, et mortuos suscitare, sed : Quoniam mitis sum, et humilis corde.

*R.* Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Deum : Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *V.* Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. — Ipse intercedat.

## Lectio viii.

**Q**UAGNUS esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantam quisque vult, et disponit superimpone molem aedificii, quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem, cum construitur, in superna surgit; qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur, et fastigium post humiliacionem erigitur.

*R.* Sint lumbi vestri

praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. *V.* Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. — Et vos. Gloria Patri. Et vos similes.

## Lectio ix.

**Q**UOD est fastigium construendae fabricae, quam molimur? quo perventurum est cacumen aedificii? Cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspiciere Deum. Qui desiderat, et quod dico, et quod audit, intelligit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, videntem videre. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vident; sed eos vident, qui oculos habent, et non vident. Nobis autem promittitur visio Dei viventis, et viventis.

Te Deum laudamus. 18.

## III. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xix. d.

**I**N illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te :

quid ergo erit nobis? Et reliqua.

De Homilla venerabilis  
Bedae Presbyteri,

In Natali S. Benedicti.

**U**O sunt ordines electorum in iudicio futuri: unus iudicantium cum Dño, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt omnia, et secuti sunt illum; alius iudicandorum a Dño, qui non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de his tamen, quae habebant, quotidianas dare eleemosynas Christi pauperibus curabant: unde et audituri sunt in iudicio: Venite, benedicti Patris mei, possedete praeparatum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitiivi, et dedistis mihi bibere.

R. Iste est qui. ci.

Lectio viii.

**S**ED et reproborum duos sibi futuros ordines, Domino narrante, compertimus: unum eorum, qui fidei christianae mysteriis initiati, opera fidei exercere contemnunt, quibus in iudicio testatur: Discédite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo, et angelis ejus: esurivi enim, et non dedi-

stis mihi manducare. Alterum eorum, qui fidem et mysteria Christi vel nunquam susceperunt, vel susceperunt per apostasiam deseruere: de quibus dicit: Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

R. Sint lumbi. ci.

Lectio ix.

**T**ERUM his cum timore et pavore debito paulisper commemoratis, ad laetissima potius Dñi et Salvatoris nostri promissa convertamur auditum. Videamus quae tantae gratiae pietatis: non aeternae tantummodo vitae praemia suis sequacibus, sed et praesentis munera pollicetur eximia. Et omnis, inquit, qui relinquit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus sive possessionibus pro Christi discipulatu renuntiaverit, quo plus in ejus amorem profecerit, eo plures inveniet, qui se interno suscipere affectu, et suis gaudeant sustentare substantiis.

Te Deum laudamus. 18.



## Commune Virginum.

AD VESPERAS.

*Añ.* Haec est virgo sapiens, \* et una de numero prudentum.

Psalmus cix.



**EXIT** Dñus  
Dño meo : \*  
Sede a dex-  
tris meis :

Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dñus ex Sion : \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum : \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dñus, et non poenitebit eum : \* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dñus a dextris tuis, \* confrigit in die irae suae reges. Judicabit in nationibus,

implebit ruinas : \* conuasabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : \* propterea exaltabit caput.

*Añ.* Haec est virgo sapiens, et una de numero prudentum.

*Añ.* Haec est virgo sapiens, \* quam Dñus vigilantem invenit.

Psalmus cxii.

**L**AUDATE, pueri, Dñum : \* laudate nomen Dñi.

Sit nomen Dñi benedictum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Dñi.

Excelsus super omnes gentes Dñus, \* et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dñus Deus noster, qui in altis habitat, \* et humilia respicit in coelo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, \* et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, \* matrem filiorum laetantem.

*Añã.* Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

*Añã.* Haec est quae nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

Psalmus cxxi.

**L**AETATUS sum in his, quae dicta sunt mihi: \* In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: \* cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, \* testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem: \* et abundantia diligenter te:

Fiat pax in virtute tua: \* et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et proximos meos, \* loquebar pacem de te:

Propter domum Domini Dei nostri, \* quaesivi bona tibi.

*Añã.* Haec est quae nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

*Añã.* Veni, electa mea, \* et ponam in te thronum meum, alleluia.

Psalmus cxxvi.

**N**ISI Dominus aedificaverit domum, \* in vanum laboraverunt qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: \* ecce haereditas Domini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut sagittae in manu potentis: \* ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: \* non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

*Añã.* Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum, alleluia.

*Añã.* Ista est speciosa \* inter filias Jerusalem.

Psalmus cxxvii.

**L**AUDA, Jerusalem, Dominum: \* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit se-  
ras portárum tuárum : \*  
benedixit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : \* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terrae : \* velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : \* nébulam sicut cinerem spargit,

Míttit crystállum suam sicut buccéllas : \* ante fáciem frigoris ejus quis sustinébit ?

Emíttet verbum suum, et liquefáciat ea : \* flabit spiritus ejus, et fluent aquae.

Qui annúnciat verbum suum Jacob : \* justitias, et júdicia sua Israël.

Non fecit áliter omni nátióni : \* et júdicia sua non manifestávit eis.

*Añs.* Ista est speciósa inter filias Jerúsalem.

Capitulum, 2 *Cor.* x. d.



**R**RATRES, Qui gloriátur, in Dño gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat.

Hymnus.

**J**ESU, coróna Virgínum,  
Quem Mater illa cóncipit,  
Quae sola Virgo párturit;  
Haec vota clemens áccipe.

Qui pergis inter lília,  
Septus choréis Virginum,  
Sponsus decórus glória,  
Sponsisque reddens prae-  
mia.

Quocúmque tendis, Vir-  
gines

Sequúntur, atque láudibus,  
Post te canétes cúrsitant,  
Hymnósque dulces persónant.

Te deprecámur súpplices,  
Nostris ut addas sénsibus,  
Nescire prorsus ómnia  
Corruptiónis vúlnera.

Virtus, honor, laus, gló-  
ria

Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paráclito  
In saeculórum saecula.

Amen.

*V.* Spécie tua, et pulchritú-  
dine tua. *R.* Inténde,  
prósperé procéde, et regna.

*Ad Magnif. Añs.* Veni,  
sponsa Christi, \* áccipe corónam,  
quam tibi Dóminus  
praeparávit in aetérnum.

Oratio.

**D**EUS, qui inter cétera  
poténtiae tuae mirá-  
cula étiam in sexu frá-  
gili victóriam martyrii contulisti :  
concede propítius; ut,  
qui beatae *N.* Virgínis et  
Mártyris tuae natalítia có-  
limus, per ejus ad te exém-  
pla gradiámur. Per Dñum.

Alia Oratio.

**I**NDU L GENTIAM  
nobis, quaesumus Dó-  
mine, beata *N.* Virgo et

Martyr impleret : quae tibi gratata semper extitit et merito castitatis, et tuae professione virtutis. Per Dñum.

Pro Virgine non Mart.  
Oratio.

**E**XAUDI nos, Deus salutaris noster : ut, sicut de beatae N. Virginis tuae festivitate gaudemus; ita pia devotionis erudiamur affectu. Per Dñum.

Si fuerint plures, in utrisque Vesp. ad Magnif., et in Laud. ad Bened. Añã, Prudentes Virgines aptate vestras lampades : ecce sponsus venit, exite obviam ei.

V. Adducuntur Regi virgines post eam. R. Proxima ejus afferentur tibi.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Domine Deus noster, sanctarum Virginum et Martyrum tuarum N. et N. palmas incessabili devotione venerari : ut, quas dignamente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Virginum Dñum, Venite, adoremus.  
Ps. Venite. 2.

Hymnus.

**V**IRGINIS Proles,  
Opifexque Matris,  
Virgo quem gessit, peperitque Virgo;

Virginis partos canimus decora,

Morte triumphos.

Haec enim palmae duplicis beata

Sorte, dum gestit fragilem domare

Corporis sexum, domuit cruentum

Caede tyrannum.

Unde nec mortem, nec amicae mortis

Mille poenarum genera expavescens,

Sanguine effuso meruit serenum

Scandere coelum.

Hujus oratu, Deus almae nobis

Debitas poenas scelerum remitte;

Ut tibi puro resonemus alium

Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitaeque Proli,

Et tibi compar utriusque virtus

Spiritus semper, Deus unus omni

Temporis aevo.

Amen.

Si Sancta fuerit Virgo tantum, et non Martyr, dicitur Hymnus ut sequitur.

**V**IRGINIS Proles,  
Opifexque Matris,

Virgo quem gessit, peperitque Virgo;

Virginis festum canimus beatae,

Accipe votum.

Hujus orátu, Deus alme,  
nobis  
Débitas poenas scélerum  
remítte ;  
Ut tibi puro resonémus al-  
mum  
Péctore carmen.  
Sit decus Patri, genitae-  
que Proli,  
Et tibi compar utriúsque  
virtus  
Spíritus semper, Deus unus  
omni  
Témporis aevo.  
Amen.

In primo Nocturno.

Añã. O quam pulchra  
est casta generatio cum cla-  
ritate !

Psalmus viii.



DOMINE Dóminus  
noster, \* quam  
admirábilis est  
nomen tuum in  
univérſa terra !

Quóniam eleváta est ma-  
gnificéntia tua \* super coe-  
los.

Ex ore infántium et la-  
cténtium perfecísti laudem  
propter inimicos tuos, \* ut  
destruas inimicum et ultó-  
rem.

Quóniam vidébo coelos  
tuos, ópera digitórum tuó-  
rum : \* lunam et stellas,  
quae tu fundásti.

Quid est homo, quod me-  
mor es ejus? \* aut filius hó-  
minis, quóniam visitas eum?

Minuísti eum paulomi-  
nus ab ángelis, glória et

honóre coronásti eum : \* et  
constituísti eum super ópe-  
ra mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pé-  
dibus ejus. \* oves et boves  
univérſas : insuper et péco-  
ra campí.

Vólucres coeli, et pisces  
maris, \* qui perámbulant  
sémitas maris.

Dómine Dñus noster, \*  
quam admirábilis est nomen  
tuum in univérſa terra !

Añã. O quam pulchra est  
casta generatio cum clari-  
tate !

Añã. Ante torum \* hujus  
Víriginis frequentáte nobis  
dulcía cántica dramatis.

Si non fuerit Virgo dica-  
tur sequens Antiph. Laeva  
ejus \* sub cápite meo, et  
déktera illius amplexábitur  
me.

Psalmus xviii.

COELI enarrant gló-  
riam Dei, \* et ópera  
mánuum ejus annúnciat  
firmaméntum.

Dies diéi erúctat ver-  
bum, \* et nox nocti indicat  
sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque  
sermónes, \* quorum non  
audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit  
sonus eórum : \* et in fines  
orbis terrae verba eórum.

In sole pósuit taberná-  
culum suum : \* et ipse tam-  
quam sponsus procedens  
de thálamo suo :



Exultávit ut gigas ad curréndam viam, \* a summo coelo egressio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : \* nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dómini immaculáta convértens ánimas : \* testimoniúm Dñi fidéle, sapiéntiam praestans párvulis.

Justítiae Dómini rectae, laetificántes corda : \* praecéptum Dómini lúcidum ; illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in saeculum saeculi : \* júdicia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósium multum : \* et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, \* in custodiéndis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit ? ab occúltis meis munda me : \* et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : \* et emundábor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : \* et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine, adjútor meus, \* et redemptor meus.

Antiphona. Ante torum hujus Virginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámatís.

Si non fuerit Virgo. Aña. Laeva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexábitur me.

Aña. Revértere, \* revértere Sinamítis : revértere, revértere, ut intueámur te.

Psalms xxiii.

**D**OMINI est terra, et plenitúdo ejus : \* orbis terrárum, et unívrsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* et super flúmina praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dñi ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus et mundo corde, \* qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino : \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generátio quæréntium eum, \* quæréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? \* Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex gló-  
riæ? \* Dóminus virtútum  
ipse est Rex glóriæ.

*Ana.* Revértere, revértere  
Sunamítis: revértere, revér-  
tere, ut intueámur te.

\* Spécie tua, et pulchri-  
túdine tua. *R.* Inténde,  
prósperè procéde, et regna.

Pater noster. *Absolutio.*  
Exáudi. \* Jube, domne.  
*Bened.* Benediçtione per-  
pétua.

De Epístola prima beáti  
Pauli Apóstoli ad Corín-  
thios.

Lectio i. *Cap. vii. c.*



E virginibus prae-  
ceptum Dómini  
non hábeo: con-  
siliium autem do,  
tamquam misericórdiam  
consecútus a Dómino ut  
sim fidélis. Existimo ergo  
hoc bonum esse propter in-  
stántem necessitátem, quón-  
iam bonum est hómini sic  
esse. Alligátus es uxóri?  
noli quaerere solutiónem.  
Solútus es ab uxóre? noli  
quaerere uxórem. Si autem  
accepéris uxórem, non pec-  
cásti. Et si núpserit virgo,  
non peccávit. Tribulatió-  
nem tamen carnis habébunt  
hujúsmodi. Ego autem vo-  
bis parco. Hoc itaque dico,  
fratres: Tempus breve est:  
reliquum est, ut et qui ha-  
bent uxóres, tamquam non  
habéntes sint: et qui flent,  
tamquam non flentes: et

qui gaudent, tamquam non  
gaudéntes: et qui emunt,  
tamquam non possidéntes:  
et qui utúntur hoc mundo,  
tamquam non utántur:  
praeterit enim figúra hujus  
mundi.

*Pro Martyre, R.* Veni  
sponsa Christi, áccipe co-  
rónam, quam tibi Dóminus  
praeparávit in aetérnum:  
pro cujus amóre sanguinem  
tuum fudisti, Et cum An-  
gelis in paradísium introisti.

\* Veni elécta mea, et po-  
nam in te thronum meum,  
quia concupívit Rex spé-  
ciem tuam.—Et cum.

Si non fuerit Martyr, dici-  
tur sequens *R.* Veni elécta  
mea, et ponam in te thro-  
num meum: Quia concu-  
pívit Rex spéciem tuam. \*  
Spécie tua et pulchritúdine  
tua inténde, Prósperè pro-  
céde, et regna.—Quia concu-  
pívit. *Benedictio.* Uni-  
génitus Dei Filius.

Lectio ii.

**U**OLO autem vos sine  
sollicitúdine esse.  
Qui sine uxóre est, sollici-  
tus est quae Dómini sunt.  
quómmodo pláceat Deo. Qui  
autem cum uxóre est, solli-  
citus est quae sunt mundi,  
quómmodo pláceat uxóri, et  
divisus est. Et mülíer innú-  
pta, et virgo cógitat quae  
Dómini sunt; ut sit sancta  
córpoze, et spírítu. Quae  
autem nupta est, cógitat

quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis: Propterea benedixit te Deus in aeternum. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Propterea. Benedictio. Spiritus sancti gratia.

LECTIO III.

**S**I quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, et hoc iudicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: et qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium: puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam.

R. Specie tua et pulchritudine tua: Intende, prospere procede, et regna. V. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. — Intende. Gloria Patri. Intende.

In secundo Nocturno.

Añsa. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

Psalmus xlii.



**R**UCTAVIT cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribae, velociter scribentis.

Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna,

Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent: in corda inimicorum regis.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: pro-

ptérea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus eburneis : \* ex quibus delectavérunt te filiae regum in honóre tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : \* circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : \* et obliviscere pópulum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decórem tuum : \* quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et filiae Tyri in numeribus \* vultum tuum deprecabúntur : omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiae Regis ab intus, \* in fimbriis aureis circumamífeta varietatibus.

Adducéntur Regi virgines post eam : \* próximas ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitia et exultatióne : \* adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii ; \* constitues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui \* in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in aetérnum : \* et in sacculum sæculi.

Añ. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna.

Antiphona. Adjuvabit eam \* Deus vultu suo : Deus in médio ejus, non commovebitur.

Psalmus xlv.

**D**EUUS noster refúgium, et virtus : \* adjutor in tribulatióibus, quæ invenerunt nos nimis.

Proptérea non timébitur dum turbábitur terra : \* et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum : \* conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis impetus lætificat civitátem Dei : \* sanctificávit tabernáculum suum Altissimus.

Deus, in médio ejus, non commovebitur : \* adjuvabit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram : \* áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cóntreret, et confringet arma : \* et scuta combúret igni :

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* susceptor noster Deus Jacob.

*Antiph.* Adjuvabit eam Deus vultu suo : Deus, in médio ejus, non commovébitur.

*Antiphona.* Aquae multae non potuerunt extingueré charitátem.

*Psalms xlvi.*

**M**AGNUS Dóminus, et laudábilis nimis \* in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundáturexultatióne universae terrae mons Sion, \* látera Aquilónis, civitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, \* cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges terrae congregáti sunt : \* convenerunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt : \* tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis, \* in spiritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vidimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri : \* Deus fundávit eam in aetérnum.

Suscépinus Deus miseri-

córdiam tuam, \* in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terrae : \* justitia plena est dextera tua.

Laetétur mons Sion, et exúltent filiae Judae, \* propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímmini eam : \* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus : \* et distribuíte domos ejus, ut enarrétiis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in aetérnum, et in sacculum saeculi : \* ipse reget nos in saecula.

*Antiph.* Aquae multae non potuerunt extingueré charitátem.

*V.* Adjuvabit eam Deus vultu suo. *R.* Deus in médio ejus, non commovébitur.

*Absolutio.* Pater noster. *V.* Ipsius pietas. *V.* Jube, domne. *Benedictio.* Deus Pater omnipotens.

Sermo sancti Ambrósii  
Episcopi.  
*L. i. de Virg. circa init.*  
*Lectio iv.*



**Q**UONIAM hódie natális est Virginis, invitáta nunc integritátis amor, ut áliquíd de virginitáte dicámus : ne véluti tránsitu quodam praestriéta videá-

tur, quae principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur: sed quia ipsa martyres faciat. Quis autem humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali voce complecti, quod supra usum naturae sit? E coelo accersivit, quod imitaretur in terris. Nec immerito vivendi sibi usum quaesivit e coelo, quae sponsum sibi invenit in coelo.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.—Et deducet te. Benedictio. Christus perpetuae.

## Lectio v.

**H**AEC, nubes, aera, Angelos, sideraque transgrediens Verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, et toto hausit pectore. Nam quis tantum, cum invenerit, relinquat boni? Unguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentulae dilexerunt te, et attraxerunt te. Postrimo, non meum est illud, quoniam quae non nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei in coelo. Nemo ergo miretur, si Angelis comparen-

tur, quae Angelorum Domino copulantur.

R. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae. V. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam.— Propterea. Benedictio. Ignem sui amoris.

## Lectio vi.

**Q**UIS igitur neget hanc vitam fluxisse de coelo, quam non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in haec terreni corporis membra descendit? Tunc in utero Virgo concipit, et Verbum caro factum est, ut caro fieret Deus. Dicit aliquis: Sed etiam Elias nullius corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus invenitur. Ideo ergo curru raptus ad coelum: ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominici venturus est praecursor adventus.

Pro Virgine, R. Afferentur Regi virgines post eam, proxima ejus, Afferentur tibi in laetitia et exultatione. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.—Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

## In tertio Nocturno.

Aña. Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem: ideo dilexit me Rex, et introduxit me in cubiculum suum.

Psalmus xcv.



**C**ANTATE Dño  
canticū novum : \*  
cantate Dōmino  
omnis terra.

Cantate Dōmino, et benedicite nōmini ejus : \* annuntiāte de die in diem salutāre ejus.

Annuntiāte inter Gentes glōriam ejus, \* in omnibus pōpulis mirabilia ejus.

Quōniam magnus Dōminus et laudābilis nimis : \* terribilis est super omnes deos.

Quōniam omnes dii Gēntium daemōnia : \* Dñs autem coelos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspēctū ejus : \* sanctimōnia, et magnificētia in sanctificatiōne ejus.

Afferre Dōmino patriae gēntium, afferre Dōmino glōriam et honorem : \* afferre Dño glōriam nōmini ejus.

Tollite hōstias, et introite in ātria ejus : \* adorāte Dōminum in ātrio sancto ejus.

Commovēatur a faciē ejus univērsa terra : \* dicite in Gēntibus quia Dōminus regnāvit.

Etenim corréxit orbem terrae, qui non commovēbitur : \* judicābit pōpulos in aequitate.

Laetentur coeli, et exultet terra, commovēatur mare, et plenitudo ejus : \* gaudebunt campi, et omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultābunt omnia ligna silvārum a faciē Dōmini, quia venit : \* quōniam venit judicāre terram.

Judicābit orbem terrae in aequitate, \* et pōpulos in veritate sua.

*Vñ.* Nigrasum, sed formōsa, filiae Jerūsalem : ideo dilēxit me Rex, et introduxit me in cubiculum suum.

*Vñ.* Trahe me post te, \* in odōrem currēmus unguentōrum tuōrum : oleum effūsum nomen tuum.

Psalmus xevi.

**D**OMINUS regnāvit, exultet terra : \* laetentur insulae multae.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : \* justitia, et iudicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet, \* et inflammābit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fūlgura ejus orbi terrae : \* vidit, et commōta est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a faciē Dōmini : \* a faciē Dōmini omnis terra.

Annuntiāverunt coeli justitiam ejus : \* et vidērent omnes pōpuli glōriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia : \* et qui gloriāntur in simulācris suis.

Adorāte eum omnes angeli ejus : \* audivit, et laetata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judae, \* propter iudicia tua, Dómine :

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram : \* nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctorum suorum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde laetitia.

Laetámini justí in Dómino : \* et confitémini memoriae sanctificatiónis ejus.

Añs. Trahe me post te, in odórem currémus unguentórum tuórum : óleum effúsium nomen tuum.

Añs. Veni sponsa Christi, \* áccipe coronam, quam tibi Dóminus praeparávit in aetérnum.

Psalmus xvii.

**C**ANTATE Dómino cánticum novum : \* quia mirabilia fecit.

Salvávit sibi dextera ejus : \* et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum : \* in conspéctu gentium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericórdiae suae, \* et veritátis suae dómui Israél.

Viderunt omnes términi terrae \* salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : \* cantáte, et exultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : \* in tubis ductílibus, et voce tubae córneaes.

Jubiláte in conspéctu Regis Dñi : \* moveátur mare et plenitúdo, ejus : orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini : \* quóniam venit iudicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justitia, \* et pópulos in aequitate.

Añs. Veni sponsa Christi, \* áccipe coronam, quam tibi Dóminus praeparávit in aetérnum.

V. Elégit eam Deus, et praeelégit eam. R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Pater noster. Absolutio. Avinculis. V. Jube, domne. Bened. Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangelii secúndum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. xxv.

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis parábolam hanc : Simile erit regnum coelórum decem virgínibus : quae accipientes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsae. Et reliqua.



Homilia S. Gregorii Papae.

*Hom. xii. in Evang.*

**A**EPE vos, fratres charissimi, admoneo prava opera fugere, mundi hujus inquinamenta devitare: sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere, ut et dona quae agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc, quod a vobis rectum geritur, favor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur, intus a mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virginis, et omnes dicuntur virginis, et tamen intra beatitudinis januam non omnes sunt receptae: quia earum quaedam, dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt.

*R.* Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quae acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum. Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. *V.* Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. — Et veniente. *Bened.* Cujus, *ve* Quarum festum colimus.

Lectio viii.

**S**ED prius quaerendum nobis est, quid sit regnum coelorum, aut cur

decem virginibus comparatur, quae etiam virginis prudentes et fatuae dicantur. Dum enim coelorum regnum constat, quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum nobis est, quod saepe in sacro eloquio regnum coelorum praesentis temporis Ecclesia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: Mittet Filius hominis Angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala. Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt, quae colligantur.

*R.* Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. *V.* Prudentes virginis aptae vestras lampades. — Ecce. Gloria Patri. Ecce. *Bened.* Ad societatem.

Lectio ix.

**I**N quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit. Geminatus autem quinquarius denarius perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus similis esse denuntiatur. In qua, quia mali cum bonis, et reprobi cum electis admixti sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse per-

hibetur. Sunt namque plerique continentes, qui ab appetitu se exteriori custodiunt, et spe ad interiora rapiuntur, carnem mace-rant, et toto desiderio ad supernam patriam anhelant, aeterna praemia expectunt, pro laboribus suis recipere laudes humanas noluunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique, qui corpus per abstinentiam affligunt: sed de ipsa sua abstinentia humanae favores expectant.

Te Deum laudamus. 18.

## AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Haec est virgo sapiens, et una de numero prudentum. Ps. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

3. Haec est quae nescit torum in delicto: habebit fructum in respectio-ne animarum sanctarum.

4. Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum, alleluia.

5. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Capitulum. 2 Cor. x. d.

**F**RATRES, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille pro-

batus est; sed quem Deus commendat.

## HYMNUS.

**J**ESU, corona Virginum,  
Quem Mater illa concipit,  
Quae sola Virgo parturit;  
Haec vota clemens accipe.

Qui pergis inter illia,  
Septus choréis Virginum,  
Sponsus decorus gloria,  
Sponsusque reddens praemia.

Quocumque tendis, Virgines

Sequuntur, atque laudibus  
Post te canentes cursitant,  
Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices,  
Nostris ut addas sensibus,  
Nescire prorsus omnia  
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paraclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Benedictus Añae. Simile est regnum coelorum homini negotiatori quae-renti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

## ORATIO.

**D**EUS, qui inter cetera potentiae tuae miracula, etiam in sexu fragili

victóriam martyrii contulisti : concede propitius ; ut qui beatae N. Virginis et Mártiris tuae natalitia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

**I**NDULGENTIAM nobis, quaesumus Dómine, beata N. Virgo et Martyr implóret : quae tibi grata semper éxitit et mérito castitátis, et tuae professione virtútis. Per Dóminum nostrum.

Pro Virgine non Martyre.  
Oratio.

**E**X AU DI nos, Deus salutáris noster : ut, sicut de beatae N. Virginis tuae festivitáte gaudémus, ita piae devotiónis erudiámur afféctu. Per Dñum.

Si fuerint plures, ad Benedictus, Antiphona. Prudentes vírgines \* aptáte vestras lámpades : ecce sponsus venit, exite óbviám ei.

¶ Adducéntur Regi vírgines post eam. R. Próximae ejus afferéntur tibi.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dómine Deus noster, sanctárum Virginü et Mártirum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári : ut quas digna mente non póssumus celebráre, humilibus saltem

frequentémus obséquiiis. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM.

Antiphona. Haec est virgo sápiens.

Capit. Fratres, Qui gloriátur. cxvii.

R. br. Spécie tua,\* Et pulchritúdine tua. Spécie. ¶ Inténde, prospere procéde, et regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie.

¶ Adjuvábít eam Deus vultu suo. R. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD SEXTAM.

Antiph. Haec est quae nescívit.

Capitulum. 2 Cor. xi.

**M**ULOR enim vos Dei aemulatióne. Despondi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

R. br. Adjuvábít eam,\* Deus vultu suo. Adjuvábít. ¶ Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábít.

¶ Elégít eam Deus, et praeelégit eam. R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

AD NONAM.

Áña. Ista est speciósa.

Capitulum. Eccli. li. b.

**D**OMINE Deus meus, exaltásti super terram habitatióne meam,

et pro morte defluente deprecata sum. Invocaui Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, et in tempore superborum sine adiutorio.

R. br. Elégit eam Deus,\* Et praelegit eam. Elégit. V. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelegit. Glória Patri. Elégit.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Si fuerit Virgo, et non Martyr, dicitur sequens

Capitulum. Sap. iv.

**Q**UAM pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam apud Deum nota est, et apud homines.

R. br. Elégit, ut supra.

Ad Vesperas, Antiphonae, Psalmi, Capitulum et Hymnus ut in primis Vesperis. ciii.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnif. Añs, Veni, sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum.

## II. ALIAE LECTIONES PRO VIRGINIBUS.

Pro Virgine et Martyre, ac pro Martyre tantum,

Lectiones primi Nocturni leguntur etiam ut infra.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. li.



**C**ONFITEBOR tibi, Domine Rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguae iniquae, et a labiis operantium mendacium, et in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui a rugientibus praeparatis ad escam, de manibus quaerentium animam meam, et de portis tribulationum quae circumdederunt me: a pressura flammae, quae circumdedit me, et in medio ignis non sum aestuata: de altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua iniusta.

R. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti,\* Et cum Angelis in paradysum introisti. V. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam. Et cum Angelis.

Lectio ii.

**L**AUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum, et vita mea appropinquans erat in inférno deórsum. Circumdedérunt me úndique, et non erat qui adjuváret. Respiciens eram ad adjutórium hóminum, et non erat. Memoráta sum misericórdiae tuae, Dómine, et operatiónis tuae, quae a saeculo sunt : quóniam éruis sustinéntes te, Dómine, et liberas eos de mámbus géntium.

*R.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis: Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum. *V.* Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna.— Proptérea. Bened. Spíritussancti grátia.

Lectio iii.

**E**XALTASTI super terram habitatióem meam, et pro morte defluente deprecáta sum. Invochávi Dóminum Patrem Dñi mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meae, et in témpore superbórum sine adjutório. Laudábo nomen tuum assidue, et collaudábo illud in confessiõe, et exaudíta est orátio mea. Et liberásti me de perditiónē, et eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedícam nómini Dñi.

*R.* Spécie tua, et pulchritúdine tua: Inténde, prospere procéde, et regna. *V.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.— Inténde, prospere. Glória Patri. Inténde, prospere.

In secundo Nocturno.

Ex libro S. Cypriáni Episcopi et Mártiris de disciplina et hábitu Virginum,

Lectio iv. Cap. ii.



**U**NC nobis ad vírgines sermo est, quarum quo sublimior glória est, major et cura est. Flos est ille Ecclesiástici gérmis, decus atque ornámentum grátiae spiritalis, laeta índoles, laudis et honóris opus íntegrum atque incorruptum, Dei imágo respóndens ad sanctimóniam Dómini, illústrior pórtio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiae matris gloriósa foecúnditas: quantóque plus copiósa virginitas número suo addit, tanto plus gáudium matris augéscit. Ad has lóquimur, has adhortámur affectiõe pótius quam potestáte: non quod extrémī, et minimi, et humilitátis nostrae ádmórum cónscii áliquíd ad censuram licéntiae vindicémus; sed quod ad sollicitúdinem magis cauti, plus de diá-

boli infestatione timeamus.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Et deducet te. *Bened.* Christus perpetuae.

## Lectio v.

**Q**UAE inanis haec cautio est, et vana formido, quae ad salutis viam consulit, quae Dominica et vitalia praeccepta custodit, ut quae se Christo dicaverint, et a carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam mente se Deo voverint, consumment opus suum magno praemio destinatum: nec ornari jam, aut placere cuiquam, nisi Domino suo studeant, a quo et mercedem virginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadones, qui ex utero matris sic nati sunt: et sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus; et sunt spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum coelorum.

**R.** Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea, *Benedictio.* Ignem sui amoris.

## Lectio vi.

**D**ENUO quoque per hanc Angeli vocem continentiae munus ostenditur, virginitas praedicatur. Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquinaverunt: virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque ierit. Neque enim tantum masculis continentiae gratiam Dominus repromittit, et feminas praeterit: sed quoniam femina viri portio est, et ex eo sumpta atque formata est, in Scripturis fere omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, et in masculino simul significatur et femina. Quod si Christum continentia sequitur, et regno Dei virginitas destinatur: quid est illis cum terreno cultu, et cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt?

**R.** Afferentur Regi.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xix.

**I**N illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisaei tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis  
Chrysostomi.

Homil. lxiii. in Matth.  
sub medium.



OMINUS noster, quia ad virginitatem hortari grave esse videbatur, a necessitate legis de non solvendo matrimonio, eos ad cupiditatem illius trahere studet. Deinde ut eam esse possibilem ostendat, sic inquit: Sunt eunuchi qui ex ventre matris ita nati sunt, et sunt qui ab hominibus eunuchi facti sunt, et sunt qui seipso castraverunt propter regnum caelorum. Quibus verbis latenter eos ad eligendam virginitatem inducit, dum eam virtutem esse possibilem astruit.

R. Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quae acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum: \* Et veniente Domino, introvit cum eo ad nuptias. V. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. — Et veniente. Bened. Cujus, vel Quarum festum colimus.

Lectio viii.

**I**D autem hoc fere modo confirmat: Cogita tecum, si aut natura talis esses, aut ab hominibus eam injuriam passus, quid

faceres, cum et ejusmodi voluptate careres, et nullam carendo mercedem sequeris? Gratias igitur nunc Deo agas, quod cum mercede atque coronis idem sustines, quod illi sine coronis ac praemio tolerant: imo vero non idem, sed multo levius, tum quia spe erigeris, et conscientia recte facti; tum quia non ita ingentibus concupiscentiae fluctibus jactaris.

R. Media nocte clamor factus est: \* Ecce sponsus venit, exite obviam ei. V. Prudentes virgines aptate vestras lampades. — Ecce. Gloria Patri. Ecce. Bened. Ad societatem.

Lectio ix.

**Q**UM ergo de illis eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se contineant, frustra et inutiliter tales sunt; ac de illis, qui ut regnum caelorum consequantur, se continent, subjunxit rursus, dicens: Qui potest capere, capiat: ut alacriores efficiat eo ipso, quod grave esse opus ostendit, et ineffabili benignitate sua noluit eam rem intra necessitatem legis concludere: idque dicendo, adhuc magis possibilem esse demonstrat, ut voluntatis studium plus augeatur.

Te Deum laudamus. 18.

COMMUNE  
SANCTAE MARTYRIS TANTUM,  
ET NEC VIRGINIS NEC MARTYRIS.

AD VESPERAS.

Añã. Dum esset Rex, cum reliquis de Laud. cxxviii. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Communi Virginum. ciii.

Pro Martyre tantum.  
Capitulum. *Ecll. li.*



CONFITEBOR tibi, Dñe Rex, et collaudábo te Deum Salvatórẽ meum. Confitebor nómini tuo : quóniam adjutor et protector factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditiónẽ.

Pro nec Virg. nec Mart.  
Capit. *Prov. xxxi. b.*



FORTEM quis invéniet? procul, et de últimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.

Hymnus.

FORTEM virili pectore  
Laudémus omnes féminam,  
Quae sanctitátis glória  
Ubique fulget inclyta.  
Haec sancto amóre saucia,

Dum mundi amóre nóxium  
Horréscit, ad coeléstia  
Iter perégit árduum.

Carnem domans jejúniis,  
Dulcique mentem pábulo  
Oratiónis nútrens,  
Coeli potitur gáudiis.

Rex Christe, virtus fórtium,

Qui magna solus éfficis,  
Hujus precátu quaesumus  
Audi benignus súpplices.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc, et per omne saeculum. Amen.

Ꝟ. Spécie tua et pulchritudine tua. R. Inténde, prospere procéde, et regna.

Ad Magníf. Añã. Símile est regnum coelórum\* hómini negotiatóri quaerénti bonas margaritas : invénta una pretiósã, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Pro uia Martyre tantum,  
Oratio.

DEUS, qui inter cetera poténtiae tuae miracula étiam in sexu frággili victóriam martyrii contulisti : concede propitius ; ut, qui beátae N. Mártiris tuae natalitia cólimus, per



ejus ad te exémpła gradiámur. Per Dóminum.

Pro plur. Mart. tantum,  
Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dómine Deus noster sanctárum Mártýrum tuárum N. et N. palmas incesábili devotióne venerári : ut quas digna mente non póssumus celebráre, humilibus saltem frequentémus obséquijs. Per Dóminum.

Pro nec Virg. nec Mart.  
Oratio.

**EX**AUDI nos, Deus salutáris noster : ut, sicut de beátae N. festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Laudémus Deum nostrum, \* In confessiõe beátae N. Psalmus Venite, exultémus. 2.

† Hymnus. †

**H**UJUS orátu, Deus alme, nobis

Débitas poenas scélerum remitte ;

Ut tibi puro resonémus al-  
mum

Péctore carmen.

Sit decus Patri, genitæ-  
quæ Proli,

Et tibi compar utriúsque  
virtus

Spiritus semper, Deus unus  
: omni

Témporisaevo. Amen.

Antiphonae, Psalmi et  
XXV. Nocturnorum, dicuntur  
ut supra in Comuni  
Virginum excepta secunda  
Antiphona primi Nocturni  
cujus loco dicitur sequens  
Añsa. Laeva ejus sub cápite  
meo, et dextera illius am-  
plexábitur me.

Lectiones primi Noct.  
pro Mart. tantum leguntur  
ut supra. Confitebor. cxix.  
Pro nec Virgine, nec Mar-  
tyre ut sequuntur.

De parábolis Salomónis.

Lectio i. Cap. xxxi. b.



**D**ULCIEREM for-  
tem quis invéniet?  
procul, et de úl-  
timis finibus pré-  
tium ejus. Confidit in ea  
cor viri sui, et spóliis non  
indigébit. Reddet ei bonum,  
et non malum, ómnibus  
diébus vitae suae. Quaesívit  
lanam et linum, et operáta  
est consilio mánuum suá-  
rum. Facta est quasi navis  
institoris, de longe portans  
panem suum. Et de nocte  
surrexit, deditque praedam  
domésticis suis, et cibária  
ancillis suis. Considerávit  
agrum, et emit eum: de fru-  
ctu mánuum suárum plan-  
távit vineam. Accinxit for-  
titudine lumbos suos, et  
roborávit bráchium suum.

R̄. Veni elécta mea, et  
ponam in te thronum me-  
um : \* Quia concupívit Rex  
spécíem tuam. V̄. Spécie

tua et pulchritudine tua intēde, prospere procéde, et regna. — Quia concupivit.

## Lectio ii.

**G**USTAVIT, et vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae. Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Chanaanæo.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis: Propterea benedixit te Deus in aeternum. V. Specie tua et pulchritudine tua intēde, prospere procéde, et regna. — Propterea benedixit.

## Lectio iii.

**F**ORTITUDO et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiae, et lex clementiae in lingua ejus. Consideravit semitas domus suae, et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, et beatissimam praedicaverunt: vir

ejus, et laudavit eam. Multae filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchritudo: mulier timens Dñum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera ejus.

R. Specie tua et pulchritudine tua Intēde, prospere procéde, et regna. V. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. — Intēde, Glória Patri. Intēde.

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Ambrósii  
Episcopi de Viduis.

Lectio iv. *Prope fin.*



**A**GRUM hunc Ecclesiae fertilis cerno, nunc integritatis flore vernantem, nunc viduitatis gravitate pollentem, nunc etiam conjugii fructibus redundantem. Nam etsi diversi, unus tamen agri fructus sunt: nectanta hortorum lilia, quantae aristae segetum, messium spicae: compluriumque spatia camporum recipiendis aptantur seminibus, quam redditis novales fructibus feriantur. Bona ergo viduitas, quae toties Apostolico judicio praedicatur. Haec enim magistra fidei, magistra est castitatis.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam

tiam: \* Et deducet te mirabiliter dextera tua. *V.* Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna.—Et.

## Lectio v.

**U**NDE et illi qui dotorum suorum aculéria et probra venerantur, coelibatus et viduitatis statuere poenas, ut aemuli criminum mulcarent studia virtutum, specie quidem qua fecunditatem quaerent, sed studio, quo propositum castitatis abolerent. Nam confectis et miles stipendiis arma depónit, et relicto officio quod gerébat, ad propria veteranus rura dimittitur, ut et ipse exercitae laboribus vitae requiem consequatur; et alios spes futurae quietis subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoque maturior torquendam aliis stivam committit, et juvenili gravatus opere providentiam curae senilis explorat: vitem facilis tondere, quam premere, ut juvenescentem luxuriam reprimat, et adolescentem lasciviam falce succidat, parcorum quamdam partium castitatem docens etiam in vitibus expetendam.

*R.* Dilixisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lactitiae. *V.* Pro-

pter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam.—Propterea unxit.

## Lectio vi.

**S**IMILIS huic vidua velut emeritis veterana stipendiis castitatis, et si conjugii arma depónat, domus tamen totius pacem gubernat: et si vehendis oneribus otiosa, maritandis tamen junioribus provida, ubi cultus utilior, ubi fructus uberior sit, quarum copulam aptiorem, sensu gravitate disponit. Itaque si maturioribus quam junioribus committitur ager, cur putes utiliorem nuptam esse quam viduam? Quod si persecutores fidei fuerunt etiam viduitatis: utique fidem sequentibus viduitas non pro supplicio fugienda est, tenenda pro praemio.

*R.* Fallax gratia, et vana est pulchritudo: \* Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. *V.* Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus.—Mulier timens. Gloria Patri. Mulier timens.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secúndum Matthaeum.

## Lectio vii. Cap. xiii. f.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum the-

sáuro abscondito in agro.  
Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Hom. xi. in Evang.



**C**OELORUM regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his quae animus novit, surgat ad incognita quae non novit: quatenus exemplo visibilibus se ad invisibilia rapiat, et per ea quae usu didicit, quasi confricatus incalcescat: ut per hoc quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Ecce enim regnum coelorum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo, abscondit, et prae gaudio illius vadit, et vendit universa quae habet, et emit agrum illum.

℞. Os suum aperuit sapientiae, et lex clementiae in lingua ejus: consideravit semitas domus suae, \* Et panem otiosa non comedit.

℣. Gustavit et vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus.—Et panem.

Lectio viii.

**Q**UA in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium coelestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab

humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita, quasi in via sumus, quia ad patriam pergitur. Maligni autem Spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depraedari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est: sed ut per hoc, quod agimus, laudes exterius non quaeramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut et de bono opere proximis praebeamus exemplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum.

℞. Regnum mundi, et omnem ornatum saeculi contempsi, propter amorem Domini mei Jesu Christi: \* Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. ℣. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.—Quem. Gloria Patri. Quem.

Lectio ix.

**T**HESAURUS autem coeleste est desiderium: ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii coelestis. Quem

profecto agrum, venditis omnibus, comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinae coelestis custodiam calcat: ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat; nihil, quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Dum esset Rex \* in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psal. Dominus regnavit, cum reliquis. 19.

2. In odorem \* unguentorum tuorum currimus, adolescentulae dilexerunt te nimis.

3. Jam hiems transiit, imber abiit, et recessit: surge amica mea, et veni.

4. Veni electa mea, \* et ponam in thronum meum, alleluia.

5. Ista est speciosa \* inter filias Jerusalem.

Pro Martyre tantum,

Capitulum. Eccli. li.

**C**ONFITEBOR tibi, Dñe Rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Pro nec Virg. nec Mart.  
Capitulum. Prov. xxxi. b.

**Q**ULIEREM fortem quis inveniet? procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.

Hymnus.

**F**ORTEM virili pectore

Laudemus omnes feminam,  
Quae sanctitatis gloria  
Ubique fulget incluta.

Haec sancto amore saucia,

Dum mundi amorem noxium

Horréscit, ad coelestia

Iter perégit arduum.

Carnem domans jejuniis,  
Dulcique mentem pabulo  
Orationis nutriens,  
Coeli potitur gaudiis.

Rex Christe, virtus fortium,

Qui magna solus efficis,  
Hujus precatu, quaesumus,  
Audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paráclito,  
Nunc, et per omne saeculum, Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Bened. Añae. Date ei \* de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus.

Pro una Mart. tantum,  
Oratio.

**D**EUS, qui inter cetera  
potentiae tuae miracula  
etiam in sexu fragili  
victoriam martyrii contulisti:  
concede propitius; ut  
qui beatae N. Martyris tuae  
natalitia colimus, per ejus  
ad te exempla gradiamur.  
Per Dominum.

Pro plur. Mart. tantum,  
Oratio.

**D**A nobis, quaesumus  
Domine Deus noster,  
sanctarum Martyrum tuarum  
N. et N. palmas incessabili  
devotione venerari:  
ut quas digna mente non  
possumus celebrare, humilibus  
saltem frequentemus  
obsequiis. Per Dominum.

Pro nec Virg. nec Mart.  
Oratio.

**E**XAUDI nos, Deus  
salutaris noster: ut,  
sicut de beatae N. festivitate  
gaudemus, ita pia devotionis  
erudiamur affectu. Per  
Dominum.

AD TERTIAM.

Añã. In odorem.

Pro Martyre tantum, Capitulum. Confitebor. cxxviii.

Pro nec Virg. nec Mart. Capitulum. Mulferem. cxxviii.

R̄. br. Specie tua \* Et pulchritudine tua. Specie.

V. Intende, prospere procede, et regna. Et pulchritudine. Gloria. Specie tua.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. R̄. Deus in medio ejus, non commovebitur.

AD SEXTAM.

Añã. Jam hiems transiit.

Pro una Mart. tantum, Capitulum. Eccli. li.

**L**IBERASTI me secundum multitudinem misericordiae nominis tui a rugientibus, praeparatis ad escam, de manibus quaerentium animam meam, et de multis tribulationibus quae circumdederunt me.

Pro nec Virg. nec Mart. Capitulum. Prov. xxxi. c.

**Q**UANUM suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nivis.

R̄. br. Adjuvabit eam \* Deus vultu suo. Adjuvabit.

V. Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Gloria. Adjuvabit eam.

V. Elegit eam Deus, et praelegit eam. R̄. In tabernaculo suo habitare facit eam.

AD NONAM.

Añã. Ista est speciosa.

Pro Martyre tantum, Capitulum. Eccli. li.

**L**AUDABIT usque ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis

sustinentes te, et liberas eos de manu angustiae, Domine Deus noster.

Pro nec Virg. nec Mart. Capitulum. *Prov.* xxxi. d.

**Q**ULTAE filiae congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.

R. br. Elégit eam Deus, Et praeelégit eam. Elégit. V. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praeelégit. Glória Patri. Elégit.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

#### AD VESPERAS.

Antiphona. Dum esset Rex et alia, ut in primis Vesperis. cxxiii.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnif. Añã. Manum suam apèruit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem, et panem otiosa non comedit.

Si fuerint plures non Virg. idem fit Offic. ut. cxxiii.

#### II. LECTIONES

Pro Martyre tantum.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

*Serm.* lxvii. *dediversis novi Testamenti locis.*

#### Lectio iv.



**G**O maxime commemorationes diligo Martyrum, diligo, et amplector: atque omnes quidem, sed tum praecipue, cum mulierum certamina proponuntur. Quanto enim infirmius est vas, tanto major est gratia, tanto illustrius est trophaeum, tanto insignior est victoria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur.

R. Propter. cxxv.

#### Lectio v.

**P**ER mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telum erat; hoc illius nunc caedis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, et mortua est: ista mortua est, ne peccaret. Illa tum futilis promissi spe inflata, Dei leges violavit: haec vitam praesentem contempsit, ne fidem in suum benefactorem ejuraret. Quam igitur deinceps sperare poterunt excusationem viri, si molles sint, et ignavi; quam vero veniam, cum fortiter ac viriliter se gerant mulieres, cum adeo se generose ad certamina pietatis accingant?

R̄. Dilexisti. cxvi.

Lectio vi.

**F**UIT illi corpus imbecillum, et obnoxius sexus injuriæ; verumtamen omnium horum imbecillitatem adveniens gratia occultavit. Nihil enim est, nihil plane potentius est eo,

qui magno cum studio Dei timorem habeat in mente defixum; sed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis bestias, quamvis aliud quidvis minentur hostes, omnia nullo negotio contemnit; quod utique Beata ista etiam fecit.

R̄. Fallax gratia. cxvii.

## COMMUNE

## DEDICATIONIS ECCLESIAE.

AD VESPERAS.

Añã. Domum tuam, cum reliquis de Laudibus. cxlii. Ps. Dixit Dñus, cum reliquis de Dominica. 135. et loco ultimi, Ps. Lauda Jerusalem. 158.

Capitulum. Apoc. xxi.



**I**DI civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de coelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo.

Hymnus.

**C**OELESTIS Urbs Jerusalem,  
Beata pacis visio,  
Quae celsa de viventibus  
Saxis ad astra tolleris,  
Sponsaque ritu cingeris  
Mille Angelorum millibus.  
O sorte nupta prospera,

Dotata Patris gloria,  
Respersa Sponsi gratia,  
Regina formosissima,  
Christo jugata Principi,  
Coeli corusca Civitas.

Hic margaritis emicant,  
Patentque cunctis ostia:  
Virtute namque praevia  
Mortalis illuc ducitur,  
Amore Christi percitus  
Tormenta quisquis sustinet.  
Scalpri salubris fectibus,  
Et tunsione plurima,  
Fabri polita malleo  
Hanc saxa molem construunt,  
Aptisque juncta nexibus  
Locantur in fastigio.

Decus Parenti debitum  
Sit usquequaque Altissimo,  
Natoque Patris unico,  
Et inelyto Paraclito,  
Cui laus, potestas, gloria  
Aeterna sit per saecula.

Amen.

V. Haec est domus Domini firmiter aedificata.



R̄. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Magnif. Añã. Sanctificávit Dñs\* tabernáculum suum : quia haec est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est : Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

In ipso die Dedicacionis Ecclesiae, et per Octavam, et quando varianda est Oratio ob concursum Dedicacionis alterius Ecclesiae.

Oratio.

**D**EUS, qui invisibíliter omnia cónfines, et tamen pro salute géneris humáni signa tuae poténtiae visibíliter osténdis : templum hoc poténtia tuae inhabitaciónis illústra, et concéde; ut omnes, qui huc deprecáturi convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuae beneficia consequántur. Per Dóminum.

In Anniversario Dedicacionis Eccles. et per Octav.

Oratio.

**D**EUS, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes : exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Domum Dei decet sanctitúdo : \* Sponsum ejus Christum adorémus in ea. Ps. Veníte. 2. Hymn. Coeléstis Urbs. cxxxii.

In primo Nocturno.

Añã. Tóllite \* portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles.

Psalmus xxiii.



**D**OMINI est terra, et plenitúdo ejus : \* orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* et super flúmína praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, \* qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiõem a Dño : \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generátio quæréntium eum, \* quæréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus fortis et potens : Dñs potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes,

vestras, et elevámini portae aeternales : \* et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Añã. Tollite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternales.

Añã. Erit mihi \* Dñus in Deum, et lapis iste vocábitur domus Dei.

*Psalmus xlv.*

**D**EUS noster refúgium, et virtus : \* adjútor in tribulatióibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timébitur dum turbábitur terra : \* et transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátae sunt aquae eórum : \* conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis impetus laetificat civitátem Dei : \* sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : \* adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbátae sunt gentes, et inclináta sunt regna : \* dedít vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Venite, et vidéte ópera Dómini, quae pósuit prodígia super terram : \* áufe-

rens bella usque ad finem terrae.

Arcum cónteret, et confringet arma : \* et scuta combúret igni :

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Añã. Erit mihi Dóminus in Deum, et lapis iste vocábitur domus Dei.

Añã. Aedificávit \* Móyses altáre Dómino Deo.

*Psalmus xlvii.*

**M**AGNUS Dóminus, et laudábilis nimis \* in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne universae terrae mons Sion, \* látera Aquilónis, civitas regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, \* cum suscépiet eam.

Quóniam ecce reges terrae congregáti sunt : \* convenerunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt : \* tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis, \* in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vidimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei

nostri: \* Deus fundávit eam in aetérnum.

Suscépinus, Deus, misericórdiam tuam, in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terrae: \* justítia plena est dextera tua.

Laetétur mons Sion, et exúltent filiae Judae, \* propter iudicia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímmini eam: \* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: \* et distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in aetérnum, et in saeculum saeculi: \* ipse reget nos in saecula.

Ana. Edificávit Móyses altáre Dómino Deo.

℣. Domum tuam, Dómine, decet sanctitúdo. ℞. In longitúdinem diérum.

Pater noster. Absolutio. Exáudi, Dómine. ℣. Jube, domne. Bened. Benedictióne perpétua.

De libro secúndo Paralípomenon.

Lectio i. Cap. vii.



U M compléset Salomon fundens preces, ignis descendit de coelo, et devorávit holocáusta et víctimas: et majéstas Dómini implévit domum.

Nec póterant Sacerdótes ingredi templum Dómini, eo quod impléset majéstas Dómini templum Dómini. Sed et omnes filii Israël vidébant descendéntem ignem, et glóriam Dómini super domum: et corruéntes proni in terram super paviméntum stratam lápide, adoravérunt, et laudavérunt Dóminum: Quóniam bonus, quóniam in saeculum misericórdia ejus. Rex autem, et omnis pópulus immolábant víctimas coram Dómino. Maclávit igitur rex Salomon hóstias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: et dedicávit domum Dei Rex, et univérsum pópulum.

℞. In dedicatióne templi decantábat pópulus laudem: \* Et in ore eórum dulcis resonábat sonus. ℣. Fundáta est domus Dómini supra vérticem móntium, et vénient ad eam omnes Gentes. — Et in ore. Benedictio. Unigénitus Dei filius.

Lectio ii.

SACERDOTES autem stabant in officiis suis: et Levítae in órganis cáminum Dómini, quae fecit David rex ad laudándum Dóminum: Quóniam in aetérnum misericórdia ejus, hymnos David canéntes per manus suas. Porro

Sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctisque Israel stabat. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta et adipem pacificorum: quia altare aeneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta et sacrificia et adipem. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, et omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab intritu Emath usque ad torrentem Aegypti. Fecitque die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, et solemnitatem celebrasset diebus septem.

℞. Fundata est domus Domini supra verticem montium, et exaltata est super omnes colles: \* Et venient ad eam omnes Gentes, et dicent: Gloria tibi, Domine. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.—Et venient. Benedictio. Spiritus sancti gratia.

## Lectio iii.

**COMPLEVITQUE** Salomon domum Domini, et domum regis, et omnia quae disposuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, et in domo sua, et prosperatus est. Apparuit autem ei Dominus nocte, et ait: Audi ora-

tionem tuam, et elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Si clausero coelum, et pluvia non fluxerit, et mandavero et praecepero locustae, ut devoret terram, et misero pestilentiam in populum meum: conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, et exquisierit faciem meam, et egerit poenitentiam a viis suis pessimis: et ego exaudiam de coelo, et propitius ero peccatis eorum, et sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, et aures meae erectae ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit. Elegi enim, et sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.

℞. Benedic, Domine, domum istam, quam aedificavi nomini tuo: venientium in loco isto, \* Exaudi preces in excelsis solio gloriae tuae. ℣. Domine, si conversus fuerit populus tuus, et oraverit ad sanctuarium tuum.—Exaudi preces. Gloria Patri. Exaudi preces.

## In secundo Nocturno.

Añã. Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.

Psalms lxxxiii.



**E**UAM dilecta tabernacula tua, Dñe virtutum : \* concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, et caro mea \* exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum : \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum : \* Rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine : \* in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te : \* ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem : \* videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam : \* auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus : \* et respice in faciem Christi tui :

Quia melior est dies una in atriis tuis : \* super milia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei : \* magis

quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, et veritatem diligit Deus : \* gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia : \* Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

*Añs.* Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.

*Añs.* Vidit Jacob scalam, \* summitas ejus coelos tangebat, et descendentes Angelos, et dixit: Vere locus iste sanctus est.

Psalms lxxxvi.

**F**UNDAMENTA ejus in montibus sanctis : \* diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylonis \* scientium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum, \* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea : \* et ipse fundavit eam Altissimus ?

Dñs narrabit in scripturis populorum, et principum : \* horum, qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium \* habitatio est in te.

*Añã.* Vidit Jacob scalam, sùmmítas ejus coelos tangébat, et descendétes Angélos, et dixit : Vere locus iste sanctus est.

*Añã.* Eréxit Jacob \* lápidem in titulum, fundens óleum désuper.

Psalmus lxxxvii.

**D**OMINE Deus salutis meae : \* in die clamávi, et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea : \* inclína aurem tuam ad precem meam :

Quia repléta est malis ánima mea : \* et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum : \* factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlchris, quorum non es memor ámplius : \* et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferióri : \* in tenebrósis, et in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus : \* et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me : \* posuerunt me abominatióem sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar : \* óculi mei languerunt prae inópia.

Clamávi ad te, Dómine.

tota die : \* expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília : \* aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi ?

Numquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam, \* et veritátem tuam in perditióné ?

Numquid cognoscéntur in ténébris mirabília tua : \* et justítia tua in terra obli-viónis ?

Et ego ad te, Dómine, clamávi : \* et mane orátio mea praeveníet te.

Ut quid, Dómine, repél-lis oratióem meam : \* avértis faciém tuam a me ?

Pauper sum ego, et in labóribus a juventúte mea : \* exaltátus autem humiliátus sum et conturbátus.

In me transierunt irae tuae : \* et terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die : \* circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amicum et próximum : \* et notos meos a miséria.

*Añã.* Eréxit Jacob lápidem in titulum, fundens óleum désuper.

*V.* Domus mea. *R.* Domus oratiónis vocabitur.

Pater noster. *Absolutio.* Ipsiús píetas. *V.* Jube, domne. *Benedictio.* Deus Pater omnípotens,

Sermo S. Augustini Episc.  
*Serm. cclii. de Temp.*

Lectio iv.



**UOTIESCUM-**  
**QUE**, fratres charissimi, altaris vel templi festivitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, et sancte ac juste vivimus, quidquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali aedificatione completur. Non enim mentitus est ille, qui dixit: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos: et iterum: Nescitis, quia corpora vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est? Et ideo, fratres charissimi, quia nullis praecedentibus meritis per gratiam Dei meruimus fieri templum Dei, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne Dominus noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inveniat, quod oculos suae maiestatis offendat.

*R.* Orantibus in loco isto, Dimitte peccata populi tui Deus, et ostende eis viam bonam, per quam ambulent, et da gloriam in loco isto. *V.* Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim.—Dimitte, *Benedictio.* Christus perpetuae.

Lectio v.

**S**ED habitaculum cordis nostri evacuatur vitiiis, et virtutibus repletur: claudatur diabolo, et aperiatur Christo: et ita laboremus, ut nobis bonorum operum clavibus januam regni coelestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus, quasi quibusdam seris ac veteribus, vitae nobis janua clauditur: ita absque dubio bonis operibus aperitur. Et ideo, fratres charissimi, unusquisque consideret conscientiam suam, et quando se aliquo crimine vulneratum esse cognoverit; prius orationibus, jejuniis, vel elemosynis studeat mundare conscientiam suam, et sic Eucharistiam praesumat accipere.

*R.* O quam metuendus est locus iste! Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli. *V.* Haec est domus Domini firmiter aedificata, bene fundata est supra firmam petram.—Vere. *Benedictio.* Ignem sui amoris.

Lectio vi.

**S**I enim agnoscens reatum suum, ipse se a divino altari subtraxerit, cito ad indulgentiam divinae misericordiae perveniet. Quia sicut qui se exaltat, humiliabitur; ita e contra-

rio, qui se humiliat, exaltabitur. Qui enim, sicut dixi, agnoscens reatum suum, ipse se humiliter ab altari Ecclesiae pro emendatione vitae removere voluerit, ab aeterno illo et coelesti convivio excommunicari penitus non timebit.

℞. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Dño : Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam. V. Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. — Vere locus. Gloria Patri. Vere locus.

In tertio Nocturno.

Añã. Qui habitat \* in adjutorio Altissimi, in protectione Dei coeli commorabitur.

Quando haec Añã dicitur integra, et illi non additur in fine Alleluia, tunc principium Psalmi est a ii. Versu. Dicit Dño.

Psalmus xc.



UI habitat in adjutorio Altissimi, \* in protectione Dei coeli commorabitur.

**D**ICET Dño : Susceptor meus es tu, et refugium meum : \* Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, \* et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit

tibi : \* et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus : \* non timebis a timore nocturno,

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris : \* ab incursu, et daemónio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis : \* ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis : \* et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Dñe, spes mea : \* Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : \* et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te : \* ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : \* ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis : \* et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum : \* protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum : \* cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum, et glorificabo eum.



Longitúdine diérum replébo eum : \* et osténdam illi salutáre meum.

Añã. Qui hábitat in adjutório Altíssimi, in protectióne Dei coeli commorábitur.

Añã. Templum Dómini \* sanctum est, Dei structúra est, Dei aedificatio est.

Psalmus xcv.

**C**ANTATE Dómino cánticum novum : \* cantáte Dño omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedicíte nómini ejus : \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis : \* terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium daemónia : \* Dñus autem coelos fecit.

Conféssio, et pulehritúdo in conspéctu ejus : \* sanctimónia, et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriae géntium, afférte Dómino glóriam et honórem : \* afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : \* adoráte Dñum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : \* dñi-

te ia Géntibus quia Dñus regnávít.

Etenim corréxit orbem terrae, qui non commovebitur : \* judicábit pópulos in aequitáte.

Laeténtur coeli, et exúltet terra, commoveátur mare, et plenitúdo ejus : \* gaudébunt campi, et ómnia, quae in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in aequitáte, \* et pópulos in veritáte sua.

Añã. Templum Dómini sanctum est, Dei structúra est, Dei aedificatio est.

Antiphona. Benedicíta \* glória Dñi de loco sancto suo, allelúia.

Psalmus exviii.

**D**OMINUS regnávít, irascántur pópuli : \* qui sedet super chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus : \* et excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno : quóniam terríbile, et sanctum est : \* et honor regis judicium diligit.

Tu parásti directiões : \* judicium et justítiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, et adoráte scabéllum pedum ejus : \*

quóniam sanctum est.

Móyses, et Aaron in sacerdotibus ejus : \* et Sámuel inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dñum, et ipse exaudiébat eos : \* in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, \* et præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos : \* Deus tu propítius fuisti eis, et ulcéscens in omnes adinventiões eórum.

Exaltáte Dñum Deum nostrum, et adoráte in monte sancto ejus : \* quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

Añã. Benedícta glória Dómini de loco sancto suo, allélúia.

V. Haec est domus Dñi firmiteraedicata. R. Bene fundata est supra firmam petram.

Pater noster. Absolutio. A vinculis. V. Jube, domne. Bened. Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xix.

**I**N illo tempore : Ingressus Jesus perambulabat Jéricho. Et ecce vir nomine Zachaeus : et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

L. 8. in Luc. prope fin.



**Z**ACHAEUS statúra pusillus, hoc est, nulla nobilitatis ingénitae dignitate sublimis, exiguus méritis sicut pópulus nationum, audíto Dñi Salvatoris advéntu, quem sui non recéperant, vidére cupiébat. Sed nemo fácte Jesum videt : nemo potest Jesum vidére constitutus in terra. Et quia non Prophétas, non legem habébat, tamquam formae grátiam naturalis, ascéndit in sycomorum, vanitátem scilicet Judaeórum vestigio suo próterens, erráta quoque corrigens superioris aetátis : et ideo Jesum in interioris domus recépit hospítio.

R. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dóminus : in ea omnis qui petit, accipit ; et qui quaerit, invenit : \* Et pulsánti aperiétur. V. Péтите, et accipietis : quaerite, et invenietis.—Et pulsánti. Benedíctio. Divinum auxilium.

Lectio viii.

**E**T bene ascéndit in arborem, ut arbor bona bonos fructus fáceret : ac naturali excisus oleastro, et contra naturam insertum in bonam olivam, fructum posset legis afférre. Radix

enim sancta, etsi rami inútiles : quorum infructuosam glóriam plebs Géntium fide resurrectionis, quasi quadam cörperis elevatione transcendit. Zachaeus ergo in sycómoro, caecus in via : quorum álterum Dñus miseráturus expéctat, álterum mansiónis suae claritate nobilitat, álterum sanáturus interrogat, apud álterum se non invitatus invitatur. Sciébat enim úberem hospítii sui esse mercédem. Sed tamen, etsi nondum vocem invitantis audierat, jam viderat afféctum.

R. Lápides pretiósí omnes muri tui : Et turres Jérusalem gemmis aedificabuntur. V. Portae Jérusalem ex sapphíro et smarágo aedificabuntur, et ex lápide pretiósio omnis circuitus muri ejus.—Et turres. Glória Patri. Et turres. Bened. Ad societátem.

Lectio ix.

**Q**UERUM ne caecum illum tamquam fastidiósí páuperum cito reliquisse videámur, et transisse ad divitè, expectémus eum, quia expectávit et Dóminus: interrogémus eum, quia interrogávit et Christus. Nos interrogémus, quia nescimus: ille quia nóverat. Nos interrogémus, ut sciámus unde iste curátus sit : ille interrogávit, ut in uno plu-

res discerémus, unde Dñum vidére mereámur. Interrogávit enim, ut crederémus, néminem nisi confitentem posse salvári.

Te Deum laudámus. r8.

AD LAUDES

et per Horas Añae.

1. Domum tuam, Dñe, decet sanctitúdo in longitúdinem diérum, Ps. Dñus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Domus mea, domus oratiónis vocábitur.

3. Haec est domus Dñi firmiter aedificáta, bene fundáta est supra firmam petram.

4. Bene fundáta est domus Dómini supra firmam petram.

5. Lápides pretiósí omnes muri tui, et turres Jérusalem gemmis aedificabuntur.

Capítulum. Apoc. xxi.

**Q**UIDI civitátem sanctam Jérusalem novam descendéntem de coelo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymnus.

**A**LTO ex Olympi vértice  
Summi Paréntis Fílius,  
Ceum monte deséctus lapis  
Terras in imas decídens,  
Domusupérnae, et infímae,  
Utrúmque junxit ángulum.  
Sed illa sedes coelítum  
Semper resúltat láudibus,

Deúmque Trinum et Unicum

Jugi canóre praedicat :  
Illi canéntes júngimur  
Almae Siónis aemuli.

Haec templa, Rex coeléstium,

Imple benigno lúmine :  
Huc o rogátus ádveni,  
Plebisque vota súscipe,  
Et nostra corda júgiter  
Perfúnde coeli grátia.

Hic impetrent fidélium  
Voces precésque súpplicum  
Domus beátae múnera,  
Partisque donis gaudeant :  
Donec solúti córpore  
Sedes beátas impleant.

Decus Parénti débitum  
Sit usquequáque Altíssimo,  
Natóque Patris único,  
Et ínclyto Paráclito,  
Cui laus, potéstas, glória  
Ætérna sit per saecula.

Amen.

V. Haec est domus Dñi  
firmiter aedificáta. R. Bene  
fundáta est supra firmam  
petram.

Ad Benedíctus. Añ. Za-  
chaeae \* festínans descénde,  
quia hódie in domo tua  
opórtet me manére : at ille  
festínans descéndit, et sus-  
cépit illum gaudens in do-  
mum suam. Hódie huic  
dómui salus a Deo facta  
est, alleluia.

In ipso die Dedicacionis  
Ecclesiae, et per Octavam,  
et quando varianda est Ora-  
tio ob concursum Dedicacionis  
alterius Ecclesiae.

Oratio.

**D**EUS, qui invisibiliter  
ómnia cónfines, et  
tamen pro salute géneris  
humáni signa tuae potén-  
tiae visibiliter osténdis: tem-  
plum hoc poténtia tuae in-  
habitationis illústra, et con-  
céde; ut omnes, qui huc  
deprecatúri convéniunt, ex  
quacúmque tribulatione ad  
te clamáverint, consolatió-  
nis tuae beneficia conse-  
quántur. Per Dóminum.

In Anniversario Dedicacionis  
Ecclesiae, et per Oct.

Oratio.

**D**EUS, qui nobis per  
singulos annos hujus  
sancti templi tui conse-  
craciónis réparas diem, et  
sacris semper mystériis re-  
praeséntas incólumes: ex-  
áudi preces pópuli tui, et  
praesta; ut quisquis hoc  
templum beneficia petitú-  
rus ingréditur, cuncta se  
impetrásse laetétur. Per  
Dóminum.

AD TERTIAM.

Añ. Domus mea.

Capit. Vidi. cxlii.

R. br. Domum tuam,  
Dñe, \* Decet sanctitúdo.  
Domum. V. In longitudi-  
nem diérum. Decet. Glória  
Patri. Domum.

V. Locus iste sanctus  
est, in quo orat sacerdos.  
R. Pro delictis et peccatis  
pópuli.

AD SEXTAM.

Antiphona. Haec est domus Dómini.

Capitulum. *Apoc. xxi.*

**E**T audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

R. br. Locus iste sanctus est, \* In quo orat sacerdos. Locus. V. Pro delictis et peccatis populi. In quo. Glória Patri. Locus.

V. Haec est domus Dómini firmiter aedificata. R. Bene fundata est supra firmam petram.

AD NONAM.

Añã. Lápides pretiosi.

Capitulum. *Apoc. xxi. b.*

**E**T abstergit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.

R. br. Haec est domus Dñi \* Firmiter aedificata. Haec est. V. Bene fundata est supra firmam petram. Firmiter. Glória Patri. Haec.

V. Bene fundata est domus Dómini. R. Supra firmam petram.

In secundis Vesperis, Añãe, Psalmi, Capitulum et

Hymnus ut in primis Vesperis. cxxxii.

V. Domum tuam, Dñe, decet sanctitudo. R. In longitúdinem dierum.

Ad Magnificat. Añã. O quam metuendus est \* locus iste! vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.

SECUNDA DIE

Infra Octavam,

Lectiones primí Nocturni de Scriptura occurrente,

In secundo Nocturno.

Ex Tractatu S. Augustini Episcopi super Psalmos.

Lectio iv. *In Ps. cxxi.*



**J**ERUSALEM, quae aedificatur ut civitas. Fratres, quando dicebat ista David, perfecta erat illa civitas, non aedificabatur. Nescio quam ergo civitatem dicit, quae modo aedificatur, ad quam currunt in fide lapides vivi; de quibus dicit Petrus: Et vos tanquam lapides vivi coaedificamini in domum spiritalem, id est, templum Dei sanctum. Quid est, Lápides vivi coaedificamini? Vis, si credis: si autem credis, efficieris templum Dei; quia dicit Apóstolus Paulus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

R. Orántibus. cxxxviii.

Lectio v.

**I**PSA ergo modo civitas aedificatur. Praecipiuntur de montibus lapides per manus praedicantium veritatem, conquadrantur, ut intrent in structuram semipiternam. Adhuc multi lapides in manibus artificis sunt: non cadant de manibus artificis, ut possint perfecti coaedificari in structuram templi. Est ergo ista Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: fundamentum ipsius Christus est. Dicit Apostolus Paulus: Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Jesus.

R. O quam. cxxxviii.

Lectio vi.

**F**UNDAMENTUM quando ponitur in terra, desuper aedificantur parietes, et pondus parietum ad ima tendit, quia in imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum nostrum in coelo est, ad coelum aedificemur. Corpora aedificaverunt istam structuram, quam videtis amplam surrexisse hujus Basilicae: et quia corpora aedificaverunt, fundamentum in imo posuerunt. Quia vero spiritaliter aedificamur, fundamentum nostrum in summo positum est. Illuc ergo curramus, ibi aedificemur;

quia de ipsa Jerusalem dictum est: Stantes erant pedes nostri in atris tuis Jerusalem.

R. Mane surgens. cxxxix.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xix.

**I**N illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachaeus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

De Homilia S. Ambrósii Episcopi.

Ex lib. viii. in Luc. in fine.

**T** confestim, inquit, vidit, et sequebatur illum, magnificans Dominum. Aliter enim non videret, nisi sequeretur Christum, nisi Dominum praedicaret, nisi saeculum praeteriret. Cum divites quoque in gratiam revertamur. Nolumus enim offendere divites, qui volumus, si fieri potest, sanare omnes: ne in camelum comparatione praestrikti, et in Zachaeo citius quam oportuit, derelicti, justae habeant commotionis offensam.

R. Domus. cxli.

Lectio viii.

**D**ISCANT divites, non in facultatibus crimen haerere, sed in iis, qui uti nesciant facultatibus.

cxlvi. *Infra Oct. Dedicacionis Ecclesiae.*

Nam divitiae ut impediménta improbis, ita bonis sunt adjuménta virtútis. Dives certe Zachaeus, et eléctus a Christo: sed dimídium bonórum suórum paupéribus largiéndó, reddéndó étiam in quádruplum, quae fraude sustúlerat (áalterum non enim sat est, nec habet grátiam liberálitas, si injúria perseverat, quia non spólia, sed dona quaerúntur) uberiórem mercédem quam conferébat accépit.

R. Lápides. cxlii.

Lectio ix

**E**T bene princeps indúctur publicanórum. Quis jam de se despéret, quando et iste, cui census ex fraude, ad salútem pervénit? Et ipse, inquit, dives. Ut scias non omnes dívites, aváros. Quia statúra pusillus erat. Quid sibi vult, quod nullus altérius statúram Scriptúra, nisi hujus expréssit? Vide ne forte malítia pusillus, aut adhuc pusillus fide. Nondum enim réddere promiserat: nondum víderat Christum: mérito adhuc pusillus. Joánnes autem magnus, quia et Christum vidit, et Spíritum sicut colúmbam super Christum manéntem, sicut ipse ait: Vidi Spíritum descendéntem sicut colúmbam, et manéntem super eum.

Te Deum laudámus. r8.

TERTIA DIE

Infra Octavam.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustíni Epísc. *Serm. cclvi. de Temp.*

Lectio iv



**E**LEBRITAS hujus congregatiónis, dedicatió est domus oratiónis.

Domus ergo nostrárum oratiónum ista, domus autem Dei nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi, nos in hoc saeculo aedificámur, ut in fine saeculi dedicémur. Aedificium, imo aedificatió habet labórem; dedicatió exultatió-nem. Quod hic fiébat, quando ista surgébant; hoc fit modo, cum congregántur credéntes in Christum. Credéndó enim, quasi de silvis et móntibus ligna et lápides praecidúntur; cum vero catechizántur, baptizántur, formántur, tamquam inter manus fabrórum et opíficum dolántur, collineántur, complanántur. Verúm-tamen domum Dómini non faciunt, nisi quando charitáte compaginántur.

R. Orántibus. cxxxviii.

Lectio v.

**L**IGNA ista et lápides si non sibi certo ór-dine cohaerérent, si non se pacífice innécterent, si

non se invicem, cohaerendo sibi, quodammodo amarent, nemo huc intraret. Denique quando vides in aliqua fabrica lapides et ligna bene sibi cohaerere, securus intras, ruina non times. Volens ergo Dominus Christus intrare, et in nobis habitare, tamquam aedificando dicebat: Mandatum novum do vobis: Ut vos invicem diligatis. Mandatum, inquit, novum do vobis. Veteres enim eratis, domum mihi nondum faciebatis, in vestra ruina jacebatis. Ergo ut eruamini a vestrae ruinae vetustate, vos invicem amate.

℞. O quam. cxxxviii.

*Lectio vi.*

**C**ONSIDERET ergo charitas vestra, aedificari adhuc istam domum toto, sicut praedictum est et promissum, orbe terrarum. Cum enim aedificatur domus post captivitatem, sicut habet alius Psalmus, dicitur: Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. Quod ibi dixit, canticum novum; hoc Dominus dixit, mandatum novum. Quid enim habet canticum novum, nisi amorem novum? Cantare amantis est. Vox hujus cantoris, fervor est sancti amoris. Amemus, gratis amemus: Dominum enim amamus, quo nihil melius invenimus: ipsum amemus

propter ipsum, et nos in ipso, tamen propter ipsum.

℞. Mane surgens. cxxxix.

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vii. Cap. xix.*

**I**N illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachaeus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

*De Homilia S. Ambrosii Episcopi.*

*Ex lib. 8. in Luc. prope fin.*



**C**UAE autem turba, nisi imperitae confusio multitudinis, quae verticem nequit videre sapientiae? Ergo Zachaeus quamdiu in turba est, non videt Christum: supra turbam ascendit, et vidit: hoc est, plebis jam transgressus in seorsam, meruit quem desiderabat, aspicere. Pulchre autem addidit: Quia illa parte erat transiturus Dominus: vel ubi sycomoros, vel ubi crediturus: ut et mysterium servaret, et gratiam seminaret. Sic enim venerat, ut per Judaeos transiret ad Gentes.

℞. Domus mea. cxli.

*Lectio viii.*

**A**IDIT itaque Zachaeus sursum. Jam enim sublimitate fidei inter fructus novorum operum,



cxlviii. *Infra Oct. Dedicacionis Ecclesiae.*

velut foecundae altitudine  
arboris eminēbat. Et quō-  
niam de typo ad moralia  
defleximus, inter tot creden-  
tium voluptates Dominica  
die relaxare animum, festivi-  
tatem admiscere delēctat.  
Zachaeus in sycōmoro, no-  
vum videlicet novi tēporis  
pomum, ut in hoc quoque  
compleretur illud : Arbor  
fici produxit grossos suos.

R. Lápides. cxlii.

Lectio ix

**A**D hoc enim Christus  
advēnit, ut ex lignis  
non poma, sed hōmines  
nascerentur. Lēgimus alibi:  
Cum esses sub arbore fici,  
vidi te. Ergo Nathánaēl sub  
arbore, hoc est, supra radī-  
cem, quia justus. Radix  
enim sancta. Sub arbore  
tamen Nathánaēl, quia sub  
lege : Zachaeus supra arbo-  
rem, quia supra legem. Ille  
Dōmini occultus defēnsor,  
hic pūbicus praedicātor.  
Ille adhuc Christum ex lege  
quaerēbat : iste jam supra  
legem relinquēbat sua, et  
Dōminum sequebātur.

Te Deum laudamus. 18.

QUARTA DIE

Infra Octavam.

Lectiones primī Noctur-  
ni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermōne S. Augustīni  
Episcopi.

Ex Serm. cclvi. de Temp.

Lectio iv.



**A**TTENDITE in  
Psalmo dedica-  
tionis, quem mo-  
do cantavimus ex  
ruina aedificiorum. Consci-  
disti saccum meum : hoc  
pērtinet ad ruīnam. Quid  
ergo ad aedificium ? Et ac-  
cinxisti me laetitia. Vox  
dedicationis : Ut cantet tibi  
glōria mea, et non compūn-  
gar. Quis est, qui loquitur ?  
In verbis ejus agnoscite. Si  
expōno, obscurum est. Ergo  
verba ejus dicam, continuo  
agnoscētis loquentem, ut  
amētis alloquentem. Quis  
est, qui dicere pōtuit : Eru-  
isti, Dōmine, ab inferis  
animam meam ?

R. Orāntibus. cxxxviii.

Lectio v.

**A**UJUS anima jam ab  
inferis eruta est, nisi  
de qua dictum est alio loco:  
Non derelinques animam  
meam in inferno ? Propōni-  
tur dedicatio, et cantatur  
liberatio, canticum dedi-  
cationis domus, et dicitur:  
Exaltabo te, Dñe, quoniam  
suscepisti me : et non jucun-  
dasti inimicos meos super  
me. Attēdite Judaeos ini-  
micos, qui se putabant oc-  
cidisse Christum, vicisse  
tamquam inimicum, perdi-  
disse quasi hōminem cēte-  
ris sīmilem atque mortalem.

R. O quam. cxxxviii.

Lección vi.

**R**ESURREXIT tertia die, et ejus vox est : Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me. Attendite Apostolum dicentem : Propter quod eum exaltavit. Et non jucundasti inimicos meos super me. Ipsi quidem in Christi morte jucundabantur, sed in ejus resurrectione, ascensione, praedicatione aliqui compungebantur. In ejus ergo praedicatione, et per Apostolorum constantiae diffamationem aliqui compungebantur, et convertebantur : aliqui obdurabantur, et confundebantur, nulli tamen jucundabantur.

℞. Mane surgens. cxxxix.

In tertio Nocturno.

Lección sancti Evangelii secundum Lucam.

Lección vii. Cap. xix.

**I**N illo tempore : Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachaeus : et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua. Homilia S. Gregorii Papae.

Lib. 27. Moral. c. xxvii.

post medium.



**S**I veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Relin-

quamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem. Hinc quippe scriptum est : Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. Hinc rursum dicitur : Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Hinc Evangelicae historiae verba testantur : quia Zachaeus cum videre prae turba nihil posset, sycomorium arborem ascendit, ut transeuntem Dominum cerneret. Sycomorium quippe ficus fatua dicitur.

℞. Domus mea. cxli.

Lección viii.

**P**USILLUS itaque Zachaeus sycomorum subiit, et Dominum vidit : quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Pusillitatem namque nostram ad videndum Dominum turba praepedit : quia infirmitatem humanae mentis, ne luceni veritatis intendat, curarum saecularium tumultus premit. Sed prudenter sycomorum ascendimus, si provide eam, quae divinitus praecipitur, stultitiam mente tenemus. Quid enim in hoc mundo stultius quam amissa non quaerere, possessa sapientibus relaxare, nullam pro acceptis injuriis injuriam reddere, imo

adjúnc̄tis áliis paciéntiam  
praebére ?

R̄. Lápides. cxlii.

Lectio ix.

**Q**UASI enim sycómo-  
rum nos ascéndere  
Dóminus praecipit cum di-  
cit : Qui aufert quae tua  
sunt, ne répetas. Et rur-  
sum : Si quis te percússerit  
in dexteram maxíllam, prae-  
be illi et álteram. Per sy-  
cómorum Dóminus tránsi-  
ens cernitur : quia per  
hanc sapiéntem stultítiam,  
etsi necdum, ut est, sólide,  
jam tamen per contempla-  
tiónis lumen Dei sapiéntia  
quasi in tránsitu vidétur,  
quam vidére néqueunt qui  
sibi sapiéntes esse vidén-  
tur : quia ad conspicién-  
dum Dóminum, in eláta  
cogitatiónum suárum turba  
deprehénsi, adhuc sycómo-  
ri árborem non invenérunt.

Te Deum laudámus. r8.

QUINTA DIE

Infra Octavam.

Lectiões primí Noctur-  
ni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermóne S. Augustíni  
Epíscopi.

Ex Serm. cclvi. de Temp.

Lectio iv.



**O**DO, quando im-  
pléntur Ecclé-  
siae, putámus ju-  
cundári Judaeos ?  
Eccléssiae aedificántur, de-

dicántur, impléntur : quó-  
modo illi jucundántur ? Non  
solum non jucundántur, sed  
étiam confundúntur, et im-  
plétur vox exultántis : Exal-  
tábo te, Dómine, quóniam  
suscepísti me : et non ju-  
cundásti inimícos meos  
super me. Non jucundásti  
super me : si mihi credant,  
jucundábis in me. Ne mul-  
ta dicámus, ad illa, quae  
cantávimus, aliquándo veniámus.  
Quómodo dicit  
Christus : Conscidísti sac-  
cum meum, et accinxísti  
me laetítia ? Saccus ejus  
erat similitúdo carnis pec-  
cáti.

R̄. Orántibus. cxxxviii.

Lectio

**N**ON tibi viléscat, quod  
ait, Saccum meum :  
ibi erat inclúsum pretium  
tuum. Conscidísti saccum  
meum. Evásimus ad sac-  
cum istum. Conscidísti sac-  
cum meum. In passióne  
conscissus est. Quómodo  
ergo Deo Patri dicitur :  
Conscidísti saccum meum ?  
Quómodo Patri dicátur,  
vis audíre : Conscidísti sac-  
cum meum ? Quia pró-  
prio Filio non pepércit, sed  
pro nobis ómnibus trádi-  
dit illum. Fecit enim per  
Judaeos nesciéntes, unde  
redimeréntur sciéntes, et  
confunderéntur negántes.  
Nesciunt enim quid boni  
nobis operáti sunt malo suo.

Suspensus est saccus, et quasi laetatus est impius. Concidit saccum lancea persecutor, et fudit pretium nostrum Redemptor.

R. O quam. cxxxviii.

Leccio

**C**ANTET Christus Redemptor, gemat Judas venditor, erubescat Judaeus emptor. Ecce Judas vendidit, Judaeus emit, malum negotium egerunt, ambo damnati sunt, seipsos perdidērunt venditor et emptor. Dicat ergo caput nostrum, dicat pro corpore occiso, pro corpore dedicato. Dicat, audiamus: Concidisti saccum meum, et accinxisti me laetitia: id est, concidisti mortalitatem meam, et accinxisti me immortalitate et incorruptione. Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar. Quid est, Non compungar? Jam contra me non ferat lanceam persecutor, ut non compungar. Christus enim surgens a mortuis, jam non moritur, et mors illi ultra non dominabitur.

R. Manesurgens. cxxxix.

In tertio Nocturno

Leccio sancti Evangelii secundum Lucam.

Leccio vii. Cap. xix.

**I**N illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce

vir nomine Zachaeus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

L. 5. c. lxxvii. in Lucae xix.



**G**RAE impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Ecce enim camelus, deposita gibbi sarcina per foramen acus transit; hoc est, dives et publicanus, relicto onere divitiarum, contempto censu fraudum, angustam portam, arctamque viam, quae ad vitam ducit, ascendit. Qui mira devotione fidei ad videndum Salvatorem quod natura minus habuerat, ascensu supplet arboris: atque ideo juste, quamvis ipse rogare non audeat, benedictionem Domnicae susceptionis, quam desiderabat, accepit.

R. Domus mea. cxli.

Leccio viii.

**M**YSTICE autem Zachaeus, qui interpretatur justificatus, credentem ex Gentibus populum significat. Qui quanto curis saecularibus occupatior, tanto flagitiis deprimentibus erat factus humilior. Sed ablatus est, sed sanctificatus, sed justificatus in nomine Domini nostri Jesu Christi

et in spiritu Dei nostri. Qui intrantem Jéricho Salvatorem, videre quaerebat, sed prae turba non poterat: quia gratiae fidei, quam mundo Salvator attulit, participare cupiebat: sed in solita vitiorum consuetudo, ne ad votum perveniret, obstiterat.

R. Lápides. cxlii.

Lectio ix.

**E**ADEM namque turba noxiae consuetudinis quae supra caecum clamantem, ne lumen peteret, increpabat, etiam suspicientem publicanum, ne Jesum videat, tardat. Sed sicut caecus turbarum voces magis ac magis clamando devicit: ita pusillus necesse est turbae nocentis obstaculum altiora petendo transcendat, terrena relinquat arborem crucis ascendat. Sycómorus namque (quae est arbor foliis moro similis, sed altitudine praestans, unde et a Latinis celsa nuncupatur) ficus fatua dicitur. Et eadem Domínica crux, quae credentes alit ut ficus, ab incredulis irridetur ut fatua.

Te Deum laudamus. 18.

SEXTA DIE

*Infra Octavam.*

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Augustini  
Episcopi.

*Ex Serm. cclvi. de Temp.*

Lectio iv.



**R**GO, dum novam constructionem sanctae hujus Ecclesiae libenter attendimus, quam divino nomini hodie dedicamus, invenimus a nobis deberi et Deo nostro maximam laudem, et sanctitati vestrae congruum de divinae domus aedificatione sermonem. Tunc autem sermo noster congruus erit, si in se aliquid aedificationis habeat, quod utilitati animarum vestrarum, Deo vos interiori aedificante, proficiat. Quod hic factum corporaliter videmus in parietibus, spiritaliter fiat in mentibus: et quod hic perfectum cernimus in lapidibus et lignis, hoc, aedificante gratia Dei, perficiatur in corporibus vestris.

R. Orantibus. cxxxviii.

Lectio v.

**P**RINCIPALITER ergo gratias agamus Domino Deo nostro, a quo est omne datum optimum, et omne donum perfectum: et ejus bonitatem tota cordis alacritate laudamus, quoniam ad construendam istam do-

mum orationis, fidelium suorum visitavit animum, excitavit affectum, surrogavit auxilium, inspiravit necdum volentibus ut velent, adjuvit bonae voluntatis conatus ut facerent : ac per hoc Deus, qui operatur in suis et velle et perficere pro bona voluntate, haec omnia ipse coepit, ipse perfecit.

℞. O quam. cxxxviii.

Lectio vi

**E**T quia opera bona in conspectu suo nunquam esse permittit inania, fidelibus suis, quibus operantibus praebevit virtutis suae favorem, tribuet condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agenda sunt gratiae Deo nostro. Hanc enim Ecclesiam, quam fecit nomini suo construere, fecit etiam sanctorum Martyrum reliquiis amplius honorari.

℞. Manesurgens. cxxxix.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xix.

**I**N illo tempore : Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachaeus : et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

De Homilla venerabilis Bedae Presbyteri.

*Lib. 5. c. lxxvii. in Luc. xix.*



**T** cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum. Perambulans Jericho Salvator venit ad locum, ubi praecurrens Zachaeus sycomororum conscenderat : quia missis per mundum sui verbi praecoribus, in quibus ipse nimium et loquebatur et ibat, venit ad populum nationum, qui passionis ejus fide jam sublimis existens, etiam divinitatis ejus ardebat agnita facie beari. Suspiciens vidit illum, quia per gratiam fidei a terrenis cupiditatibus elevatum, turbisque infidelibus praeeminentem elegit. Videre enim Dei, eligere vel amare est. Unde est illud : Oculi Domini super justos. Nam et nos quae amamus, videre ; ab his, quae execramur, intuitum festinamus avertere.

℞. Domus mea. cxli.

Lectio viii.

**V**IDIT ergo Jesus videntem se, quia elegit eligentem se, et amavit amantem. Hunc sane ordinem proficiendi, hoc est, per fidem Dominicae Incarnationis ad cognitionem divinitatis perveniendi, quasi per sycomororum Jesu faciem speculandi Doctor

egrégius osténdit, cum ait: Non enim iudicávi scire me aliqúid inter vos, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum. Itémque et aliis exprobrans: Facti estis, inquit, quibus lacte opus sit, non sólido cibo. Lac infirma temporáriæ dispensatiónis sólídum cibum árdua perpetuæ majestátis appellans.

R. Lápides. cxlii.

Lectio ix.

**E**T dixit ad eum: Zachaeae, festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére. Et festínans descéndit, et excépit illum gaudens. Manébat aliquándo Dñus in domo príncipis Pharisaeórum, hoc est, in Judaeórum synagóga docébat: sed quia non baptizátum ante prándium, sábbato curántem, publicános et peccatóres recipiéntem, contra avarítiam disputántem, et caetera digna Deo geréntem, lingua venenáta carpébant: pertaesus eórum facinora, discessit et aufúgit, dicens: Relinquétur vobis domus vestra desérta. Hódie autem in domo pusilli Zachaei opórtet illum manére: hoc est, novae lucis grátia coruscánte, in húmili credéntium natiónum corde quiéscere. Te Deum laudámus. 18.

SEPTIMA DIE

Infra Octávam.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente. In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Ex Homilia xxxiii. in capite ix. Matthaei.

Lectio iv



**C**OMMUNIS ómnium domus est Ecclesiá, in quam, vobis prius ingressis, nos intrámus, discipulórum formam retinéntes: ideóque commúnter ómnibus statim atque ingressi fuérimus, ut illis datam legem sequámur, pacem offérimus. Nemo ígitur socórdia tórpeat: nemo saeculáribus rebus suspénsus ánimus hábeat, cum jam ad praedicándum sacerdótes intráverint. Non enim parva huic rei imminet poena. Equidem millies pótius malim in domum alicújus vestrum ingressus destítui, quam hic praedicans non audíri. Hoc mihi moléstius esset quam illud, quandóquidem magis própria haec est, quam illa.

R. Orántibus. cxxxviii.

Lectio v.

**N**AM hic magnae illae nostrae opes pósitae sunt, hic spes nostra om-

nis. Quid enim hoc loco non magnum est et admirandum? Nam haec mensa longe pretiosior est atque jucundior; et lucerna haec, quam illa, ut norunt qui cum fide oleo peruncti, a morbis liberati sunt. Arca etiam haec multo melior, magisque necessaria. Non enim vestes, sed misericordiam inclusam continet: quamvis pauci sint qui eam possideant. Hic et lectulus est valde illo praestantior: divinorum enim Scripturarum requies quovis lecto suavior est.

*R.* O quam. cxxxviii.

*Lectio vi.*

**E**T quidem si concordia perfecte servaretur a nobis, nullam aliam domum praeter hanc haberemus. Hoc autem quod dixi, non esse durum, testatur illa tria millia, et quinque millia hominum, quibus et domus una, et mensa una, et anima una erat. Multitudinis enim credentium, inquit, unum erat cor, et anima una. Sed quia longe ab illorum virtute absumus, et per domos disjuncti sumus, saltem quando huc convenimus, id omni studio faciamus. Nam etsi in aliis rebus pauperes, et inopes sumus, hoc loco saltem cum huc ad vos intramus, cum charitate nos suscipite:

cumque, Pax vobis, dico: Et cum spiritu tuo, non voce solum, sed animo quoque respondeate.

*R.* Mane surgens. cxxxix.

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vii. Cap. xix.*

**I**N illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachaeus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

*De Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.*

*Paulo post praedicta.*



**S** cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem divertisset. Manifestum est, Judaeos semper Gentium odisse salutem. Scriptum est enim: Sequenti vero sabbato pene universa civitas convenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas, Judaei replenti sunt zelo, et contradicebant iis, quae a Paulo dicebantur. Et alibi, fideles etiam fratres adversus Apostolorum principem disceptabant, dicentes: Quare introfisti ad viros praepitium habentes, et manducasti cum illis?

*R.* Domus mea. cxli.



Lectio viii.

**S**TANS autem Zachaeus, dixit ad Dñm : Ecce dimidium bonorum meorum, Dñe, do pauperibus : et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Aliis calumniantibus hominem peccatorem, ipse Zachaeus stans, id est, in ea quam cooperat fidei veritate persistens, non solum se ex peccatore conversum, sed etiam inter perfectos probat esse conversatum. Dicente enim Dño : Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus : quisquis ante conversionem innocenter vixit, omnia conversus potest dare pauperibus.

R. Lápides. cxlii.

Lectio ix.

**A**T qui aliqua fraude sustulit, primo haec juxta legem reddere, deinde quod sibi remanserit, debet dare pauperibus. Ac sic et ipse, quia sibi nil retinet, omnia sua dispergit, dat pauperibus, justitia ejus manet in saeculum saeculi. Et haec est sapiens illa stultitia, quam de sycómoro publicanus quasi fructum vitae legerat: rapta videlicet reddere, propria relinquere, visibilia contemnere, pro invisibilibus etiam mori desiderare, seipsum abnegare, et ejus, qui necdum videá-

tur, Dómini vestigia sequi concupiscere.

Te Deum laudamus. r8.

IN OCTAVA

DEDICATIONIS ECCLESIAE.

Duplex.

Omnia ut in die, praeter  
Lectioes secundi Noct.

Ex Epístola prima Sancti  
Felcis Papae Quarti.

*De Consecr. dist. i. c. ii.*

Lectio iv.



**A**BERNACULUM Móysen, Dño praeciépente, fecisse et sacrasse, cum mensa et altari ejus, et céteris vasis et utensilibus ad divinum cultum expléndum, légimus: et non solum divinis precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei unctióne, Dño jubente, perlinisse novimus. Quáliter autem haec facta sint, et quómo ipse sacra non álii quam sacerdotes sacra unctióne delibúti, Dominóque cum vestibus sanctis sacrati, et Levitae tractabant, ferébant, erigébant et deponébant : in ipsis institutionibus, quae jubente Dño conscriptae sunt per Móysen, in lege Dómini reperitur.

R. Orántibus. cxxxviii.

Lectio v.

**Q**UALITER ergo David regum piissimus amplificáverit cultum Dei, et

templum Dño aedificáre volúerit, sed propter multum: ságuinem quem effúderat, prohibitus est, et ipse collégerat expénsas : Sálomon quoque fílius ejus, idípsum quod ipse fácere optáverat, jubénte et auxiliánte Deo perfécit, et templum cum altári, et réliqua ad divínium cultum peragéndum consecrávit : in libro Regum légitur. Fecit ergo Sálomon in témpore illo festivitátem célebrem, et omnis Israél cum eo, multitúdo magna ab intróitu Emath usque ad rivum Ægypti, coram Dómino Deo nostro septem diébus, et septem diébus, id est, quatuórdecim diébus, et in die octáva dimísit pópulos.

*R.* O quam. cxxxviii.

*De Consecr. dist. I. c. xvii.*

Lectio vi.

**S**OLEMNITATES dedicatiónum Ecclesiárum et sacerdotum, per singulos annos solémniter sunt celebránda, ipso Dómino exéplum dante, qui ad festum dedicatiónis templi, ómnibus id faciéndi dans formam, cum réliquis pópulis eámdem festivitátem celebratúrus venit, sicut scriptum est : Facta sunt encaenia in Jerosólymis, et hiems erat, et ambulábat Jesus in templo in pórticu Salomónis. Quod autem octo diébus encaenia sint celebránda, in libro Regum, perácta dedicatióne templi, reperiétis.

*R.* Mane surgens cxxxix.

**In festis B. Mariae Virginis**  
PER ANNUM.

AD VESPERAS.

*Añã.* Dum esset Rex \* in accùbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

Psalmus cix



**D**IXIT Dñs  
Dño meo : \*  
Sede a dex-  
tris meis :  
Donec po-  
nam inimi-  
cos tuos, \* scabellum pedum  
tuórum.

Virgam virtútis tuae  
emittet Dñs ex Sion : \*  
domináre in médio inimi-  
córum tuórum.

Tecum princípium in  
die virtútis tuae in splendó-  
ribus sanctorum : \* ex úte-  
ro ante lucíferum genui te.

Jurávit Dñs, et non poe-  
nitébit eum : \* Tu es sacré-  
dos in aetérnum secúndum  
órdinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \*  
confrégit in die irae suae  
reges.

Judicábit in natióibus,  
implébit ruinas : \* con-  
quassábit cápita in terra  
multórum.

De torrénate in via bibet : \*  
proptérea exaltábit caput.

*Añã.* Dum esset Rex in accùbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

*Añã.* Laeva ejus \* sub cápite meo, et dextera illius amplexábitur me.

Psalmus cxii

**L**AUDATE púeri  
Dñum : \* laudáte  
nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedi-  
ctum, \* ex hoc nunc, et  
usque in saeculum.

A solis ortu usque ad  
occásum, \* laudábile no-  
men Dómini.

Excélsus super omnes  
gentes Dóminus, \* et super  
coelos glória ejus.

Quis sicut Dñs Deus  
noster, qui in altis hábitat, \*  
et humilia respicit in coelo  
et in terra ?

Súscitans a terra ín-  
opem, \* et de stércore éri-  
gens páuperem :

Ut cóllocet eum cum  
principibus, \* cum princi-  
pibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stéri-  
lem in domo, \* matrem fi-  
liórum lactántem.

*Añã.* Laeva ejus sub cá-  
pite meo, et dextera illius  
amplexábitur me.

*Añã.* Nigra sum, \* sed  
formósa, filiae Jerúsalem :  
ideo diléxit me Rex, et in-  
trodúxit me in cubículum  
suum.

Psalmus cxxi.

**L**AETATUS sum in his, quae dicta sunt mihi : \* In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri \* in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quae aedificatur ut civitas : \* cujus participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini : \* testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogáte quae ad pacem sunt Jerúsalem : \* et abundantia diligéntibus te :

Fiat pax in virtúte tua : \* et abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, \* loquēbar pacem de te :

Propter domum Dñi Dei nostri, \* quaesívi bona tibi.

*Aññ.* Nigra sum, sed formósa, filiae Jerúsalem : ideo diléxit me Rex, et introduxit me in cubículum suum.

*Aññ.* Jam hiems tránsiit, imber abiit, et recessit : surge amíca mea, et veni.

Psalmus cxxvi.

**D**ISI Dñus aedificáverit domum, \* in vanum laboravérunt qui aedificant eam.

Nisi Dñus custodierit civitátem, \* frustra vigilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : \* súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : \* ecce haeréditas Dómini filii ; merces, fructus ventris.

Sicut sagittae in manu poténtis : \* ita filii excusórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ípsis : \* non confundétur cum loquétur inimicis suis in porta.

*Aññ.* Jam hiems tránsiit, imber abiit et recessit : surge amíca mea, et veni.

*Aññ.* Speciósa facta es, \* et suávis in deliiciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Psalmus cxlvii.

**L**AUDA Jerúsalem Dóminum : \* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : \* benedixit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : \* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terrae : \* velóriter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : \* nébulam sicut cinerem spargit,

Mittit crystallum suam  
sicut buccellas : \* ante fá-  
ciem frigoris ejus quis susti-  
nébit ?

Emittet verbum suum,  
et liquefaciet ea : \* flabit  
spíritus ejus, et fluent a-  
quae.

Qui annúnciat verbum  
suum Jacob : \* justítias, et  
judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni  
natióni : \* et judícia sua  
non manifestávit eis.

*Ána.* Speciósá facta es,  
et suávis in delsciis tuis,  
sancta Dei Génitrix.

Capit. *Eccli. xxiv. b.*



**A**B initio, et ante  
saecula creata  
sum, et usque ad  
futurum saeculum  
non desinam, et in habita-  
tione sancta coram ipso  
ministravi.

Hymnus.

**A**VE maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix coeli porta.

Sumens illud Ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen caecis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum,  
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spíritui sancto,  
Tribus honor unus. Amen.

¶ Dignare me laudare  
te, Virgo sacrata. R. Da  
mihí virtutem contra hostes  
tuos.

Ad Magni. *Ána.* Sancta  
María, succurre miseris,  
juva pusillánimes, réfove  
flébiles, ora pro pópulo,  
intérvieni pro clero, inter-  
cede pro devoto femineo  
sexu : sentiant omnes tuum  
juvamen, quicumque cele-  
brant tuam sanctam festivi-  
tatem.

Oratio

**A**ONCEDE nos fámu-  
los tuos, quaesumus  
Dómine Deus, perpétua  
mentis et córporis sanitate  
gaudere : et gloriósá beatae  
Maríae semper Vírginis in-  
tercessióne, a praesénti li-  
berári tristitia, et aetérna  
pérfrui laetitia. Per Dómi-  
num.

Ad Completorium et  
Horas, in fine Hymnorum  
dicitur :

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,

Cum Patre, et almo Spíritu,  
In sempitérna saecula.

Amen.

AD MATUTINUM.

Invitator Sancta María  
Dei Génitrix Virgo, \* Inter-  
cede pro nobis.

Ps. Venite. 2.

Hymnus.

**Q**UEM terra, pontus,  
sidera  
Colunt, adorant, praedi-  
cant,  
Trinam regentem máchi-  
nam,

Clastrum Marfae bájulat.

Cui luna, sol, et ómnia  
Deserviunt per témpora,  
Perfusa coeli grátia,  
Gestant puéllae viscera.

Beáta Mater múnere,  
Cujus supérnus Artifex,  
Mundum pugillo cónti-  
nens,

Ventris sub arca clausus  
est.

Beáta coeli nuntio,  
Foecúnda sancto Spíritu,  
Desiderátus Géntibus,  
Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spí-  
ritu,

In sempitérna saecula.

Amen.

In primo Nocturno.

Añs. Benedícta tu \* in  
mulieribus, et benedíctus  
fructus ventris tui.

Psalms viii.



**D**OMINE Dó-  
minus noster, \*  
quam admirábile  
est nomen tuum  
in univérsta terra !

Quóniam eleváta est ma-  
gnificéntia tua, \* super coe-  
los.

Ex ore infántium et la-  
cténtium perfecísti laudem  
propter inimícos tuos, \* ut  
destruas inimícum et ultó-  
rem.

Quóniam vidébo coelos  
tuos, ópera digitórum tuó-  
rum : \* lunam et stellas ,  
quae tu fundásti.

Quid est homo, quod  
memor es ejus? aut filius  
hómínis, quóniam visitas  
eum ?

Minuísti eum paulómi-  
nus ab ángelis, glória et  
honóre coronásti eum : \*  
et constituísti eum super  
ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pé-  
dibus ejus, \* oves et boves  
univérsas : insuper et pé-  
cora campi.

Vólucres coeli, et pisces  
maris, \* qui perámbulant  
sémitas maris.

Dómine Dóminus no-  
ster, \* quam admirábile  
est nomen tuum in univérsta  
terra !

Añs. Benedícta tu in  
mulieribus, et benedíctus  
fructus ventris tui.

Añs. Sicut myrrha \*

elécta, odórem dedísti suavítatis, sancta Dei Génitrix.

Psalmus xviii.

**C**OELI enarrant glóriam Dei, \* et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies díei crúctat verbum, \* et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélae, neque sermónes, \* quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : \* et in fines orbis terrae verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : \* et ipse tamquam sponsus procedens de thálamó suo :

Exultávit ut gígas ad curréndam viam, \* a summo coelo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : \* nec est qui se abscondat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convértens ánimas : \* testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam praestans parvulis.

Justítiae Dómini rectae, laetificántes corda : \* praecéptum Dómini lícidum; illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in saeculum saeculi : \* judícia Dómini vera, justificáta in semetípssa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósum multum : \* et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, \* in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me : \* et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : \* et emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : \* et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, \* et redémptor meus.

*Añsa.* Sicut myrrha elécta, odórem dedísti suavítatis, sancta Dei Génitrix.

*Antiphona.* Ante torum \* hujus Vírginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámmatis.

Psalmus xxiii.

**D**OMINI est terra, et plenitúdo ejus : \* orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* et super flúmina praeparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, \* qui non accépit in vano ánimam

suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictiónem a Dómino : \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Haec est generátio quaeréntium eum, \* quaeréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit rex glóriae.

Quis est iste rex glóriae ? \* Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portae aeternáles : \* et introibit rex glóriae.

Quis est iste rex glóriae ? \* Dóminus virtútum ipse est rex glóriae.

Añã. Ante torum hujus Vírginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámatis.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. R. Inténde, prospere procéde, et regna.

Pater noster. Absolutio Exáudi. V. Jube, domne. Bened. Benedictiónem perpétua.

De Parábolis Salomónis.

Lección. Cap. viii. b. et ix.



GO sapiéntia hábito in consilio, et eruditís intérsu cogitátiónibus. Timor Dómini odit

malum : arrogántiam, et supérbiam, et viam pravam, et os bilngue detéstor. Meum est consilium et aequitas, mea est prudéntia, mea est fortitúdo. Per me reges regnant, et legum conditóres justa decérnunt. Per me príncipes imperant, et poténtes decérnunt justitiam. Ego diligéntes me diligo, et qui mane vigilans ad me, invénient me.

R. Sancta et immaculáta virginitas, quibus te láudibus éfferam néscio : \* Quia quem coeli cápere non póterant, tuo grémio contulisti. V. Benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia.

Benedictio. Unigénitus Dei Filius.

Lección ii.

**Q**ECUM sunt divítiae et glória, opes supérbae et justitia. Mélior est enim fructus meus auro et lápide pretiósio, et genímina mea argénto elécto. In viis justítiae ámbulo, in médio semitárum judicii, ut ditem diligéntes me, et thesáuros eórum répleam. Dóminus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a principio. Ab aetérno ordináta sum, et ex antiquis ántequam terra fieret. Non dum erant abyssi, et ego



jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiabar.

R. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Deum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: \* Et de meis visceribus genui Deum et hominem. V. Beatum me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. — Et de meis visceribus. Benedictio. Spiritus sancti gratia.

LECTIO III.

**B**EATUS homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino: qui autem in me peccaverit, laedet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut vocarent, ad arcem et ad moenia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.

R. Beata es, Virgo Maria, quae Dominum portasti,

Creatorem mundi: \* Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes virgo. V. Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. — Genuisti, Gloria Patri. Genuisti.

In secundo Nocturno.

A. Specie tua \* et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

Psalmus xlv.

**R**UCTAVIT cor meum verbum bonum: \* dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribae, \* velociter scribentis.

Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: \* propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua \* intende, prospere procede, et regna,

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent, \* in corda inimicorum regis.

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi: \* virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* propterea unxit te Deus, Deus

tuus óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis : \* ex quibus delectáverunt te filiae regum in honóre tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : \* circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : \* et obliviscere pópulum tuum, et domum patris tui.

Et concupíscet rex decórem tuum : \* quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et filiae Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiae regis ab intus, \* in fimbriis áureis circumamícta varietatibus.

Adducéntur regi virgines post eam : \* próximas ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exultatióne : \* adducéntur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos príncipes super omnem terram.

Mémoires erunt nóminis tui \* in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in aetérnum : \* et in saeculum saeculi.

Antiphona. Spécie tua

et pulchritúdi-ne tua inténde, prospere procéde, et regna.

Antiphona. Adjuvábít eam \* Deus vultu suo : Deus in médio ejus, non commovébitur.

Psalmus xlv.

**D**EUS noster refúgium, et virtus : \* adjutor in tribulatió-nibus, quae invenérunt nos nimis.

Proptérea non timé-bimus dum turbábitur terra : \* et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbatae sunt aquae eórum : \* conturbáti sunt montes in fortitúdi-ne ejus.

Flúminis ímpetus lactificat civitátem Dei : \* sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus, in médio ejus, non commovébitur : \* adjuvábít eam Deus mane dilúculo.

Conturbatae sunt gentes, et inclinatae sunt regna : \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dñi, quae pósuit prodigia super terram : \* áuferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet arma : \* et scuta combúret igni :

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum : \* suscéptor noster Deus Jacob.

*Añs.* Adjuvábít eam Deus vultu suo : Deus in médio ejus, non commóvêbitur.

*Añs.* Sicut laetántium \* ómnium nostrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.

Psalmus lxxxvi.

**F**UNDAMENTA ejus in montibus sanctis : \* diligit Dñs portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis \* sciéntium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et pópulus Aethiópü, \* hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea : \* et ipse fundávit eam Altíssimus ?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et príncipum : \* horum, qui fuérunt in ea.

Sicut laetántium ómnü \* habitátio est in te.

*Añs.* Sicut laetántium ómnium nostrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.

*V.* Adjuvábít eam Deus vultu suo. *R.* Deus in médio ejus, non commóvêbitur.

Pater noster. *Absolutio* Ipsius pietas. *V.* Jube, domne. *Benedictio.* Deus, Pater omnipotens.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

*Lectio iv. Apud Metaph.*



**E**I Filius non divitem, aut locupletem aliquam feminam sibi matrem elegit, sed beatam Virginem illam, cujus anima virtutibus ornata erat. Cum enim beata Maria supra omnem humanam naturam castitatem servaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur sanctissimam Virgine et Dei Matrem accurrentes, ejus patrocinii utilitatem assequamur. Itaque, quaecumque estis virgines, ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, et incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conservabit.

*R.* Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cypressus in monte Sion : quasi myrrha electa, \* Dedi suavitatem odoris. *V.* Et sicut cinnamomum et balsamum aromatizans. — Dedi suavitatem. *Bened.* Christus perpetuae.

Lectio v.

**Q**UAGNUM revéra miráculum, fratres dilectíssimi, fuit beáta semper Virgo María. Quid namque illa majus aut illústrius ullo umquam témpore inventum est, seu aliquándo inveníri póterit? Haec sola coelum ac terram amplitúdine superávit. Quidnam illa sánctius? Non Prophétae, non Apóstoli, non Mártyres, non Patriárchae, non Angeli, non Throni, non Dominationés, non Séraphim, non Chérubim: non déni- que áliud quípiam inter creatas res, visibiles aut invisibiles, majus aut excelléntius inveníri potest. Eadem ancilla Dei est et mater: eadem virgo et génitrix.

*R.* Quae est ista, quae procéssit sicut sol, et formósa tamquam Jerúsalem? \* Vidérunt eam filiae Sion, et beatam dixerunt, et Reginae laudavérunt eam. *V.* Et sicut dies verni circúmdabant eam flores rosárum et Illia convállíu. — Vidérunt. Bened. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

**H**AEC ejus mater est, qui a Patre ante omne principíu génitus fuit, quem Angeli et hómines agnóscunt Dñum rerum omniú. Visne cognóscere quanto Virgo haec praestántior sit coeléstibus Poténtiis? Illae

cum timóre et tremóre assístunt, faciém velántes suam: haec humánum genus illi offert, quem genuit. Per hanc et peccatórum véniam conséquimur. Ave igitur mater, coelum, puélla, virgo, thronus, Ecclesiáe nostrae decus, glória et firmaméntu, assidue pro nobis precáre Jesum Filium tuum, et Dóminum nostrum: ut per te misericórdiam invenire in die judícii, et quae repósita sunt iis, qui diligunt Deum, bona conséqui possimus, grátia et benignitáte Dñi nostri Jesu Christi: cum quo Patri et sancto Spiritui glória et honor et impérium nunc et semper in saecula saeculórum. Amen.

*R.* Ornátam monilibus filiam Jerúsalem Dñus concupívit: \* Et vidéntes eam filiae Sion, beatíssimá praedicavérunt, dicéntes: \* Unguéntum effúsum nomen tuum. *V.* Astitit Regina a dextris tuis in vestítu deauráto, circúmdata varietáte. — Et. Glória. Unguéntum.

In tertio Nocturno.

Añsa Gaude, María Virgo, \* cunctas haereses sola interemísti in univérso mundo.

Psalmus xcv.



**A**NTATE Dómino cánticum ro-  
rum: \* cantáte  
Dño omnis terra.  
Cantáte Dómino, et be-

nedicite nómini ejus : \*  
annuntiáte de die in diem  
salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes  
glóriam ejus, \* in ómnibus  
pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dó-  
minus, et laudábilis nimis : \*  
terríbilis est super omnes  
deos.

Quóniam omnes dii Gén-  
tium daemónia : \* Dóminus  
autem coelos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo  
in conspéctu ejus : \* sancti-  
mónia, et magnificéntia in  
sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriae  
géntium, afférte Dño gló-  
riam et honórem : \* afférte  
Dómino glóriam nómini  
ejus.

Tóllite hóstias, et introi-  
te in átria ejus : \* adoráte  
Dóminum in átrio sancto  
ejus.

Commoveátur a fácie ejus  
univérsa terra : \* dícite in  
Géntibus quia Dóminus re-  
gnávit.

Etenim corréxit orbem  
terrae qui non commovébi-  
tur : \* judicábit pópulos in  
aequitáte.

Laeténtur coeli, et exúl-  
tet terra, commoveátur  
mare, et plenitúdo ejus : \*  
gaudébunt campi, et ómnia,  
quae in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia  
ligna silvárum a fácie Dó-  
mini, quia venit : \* quóniam  
venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae  
in aequitáte, \* et pópulos in  
veritáte sua.

Aññ. Gaude, María virgo,  
cunctas haereses sola inter-  
emisti in univérso mundo.

Aññ. Dignáre me lau-  
dáre te, Virgo sacráta : da  
mihi virtútem contra hostes  
tuos.

Psalmus xevi

**D**OMINUS regnávit,  
exúltet terra : \* lae-  
téntur insulae multae.

Nubes, et caligo in cir-  
cúitu ejus : \* justítia, et ju-  
dícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecé-  
det, \* et inflammábit in cir-  
cúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus  
orbi terrae : \* vidit, et com-  
móta est terra.

Montes, sicut cera fluxé-  
runt a fácie Dómini : \* a  
fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt coeli ju-  
stítiam ejus : \* et vidérunt  
omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui  
adórant scuptilia : \* et qui  
gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes án-  
geli ejus : \* audívit, et lae-  
táta est Sion

Et exultavérunt filiae Ju-  
dae, \* propter judícia tua,  
Dómine :

Quóniam tu Dóminus  
altíssimus super omnem  
terram : \* nimis exaltátus  
es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde laetitia.

Laetámini justí in Dómino : \* et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Antífona. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta : da mihi virtútem contra hostes tuos.

Añá. Post partum \* Virgo invioláta permansisti, Dei Génitrix, intercede pro nobis.

¶ In Adventu, et in Festo Annuntiatiónis B. M. V. Añá. Angelus Dñi \* nuntiávit Mariæ, et concépit de Spíritu sancto.

Psalmus xlvii.

**C**ANTATE Dómino cánticum novum : \* quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : \* et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum : \* in conspéctu gentium revelávit justitiam suam.

Recordatus est misericórdiæ suæ, \* et veritátis suæ dómui Israél.

Viderunt omnes términi terræ \* salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : \* cantáte, et exultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : \* in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini : \* moveátur mare, et plenitúdo ejus : orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini : \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justitia, \* et pópulos in aequitate.

Añá. Post partum Virgo invioláta permansisti, Dei Génitrix, intercede pro nobis.

¶ In Adventu, et in Festo Annuntiatiónis B. M. V. Añá. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ, et concépit de Spíritu sancto.

V. Elégit eam Deus, et praeelégit eam. R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Pater noster. Absolutio. A vínculis. V. Jube, domne. Benedictio, Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. xi. d.

**I**N illo témpore : Loquente Jesu ad turbas, extóllens vocem quaedam múlter de turba dixit illi : Beátus venter, qui te portávit. Et réliqua.

Homilia venerabilis Bedae  
Presbyteri.

Lib. 4. cap. xlix. in Luc. ix.



MAGNAE devotiōnis et fidei haec mulier ostēditur, quae Scribis et Pharisaeis Dōminum tentantibus, simul et blasphemantibus, tanta ejus incarnationem prae omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut et praesentium procerum calumniam, et futurorum confundat haeticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judaei, sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialēque Patri Dei Filium negabant: sic haeretici postea negando Mariam semper Virginem, sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris Unigenito Dei, carnis suae materiam ministrasse, verum consubstantialēque matri filium hominis fatēri non debere dixerunt.

R. Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est sol justitiae, Christus Deus noster. V. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatē.—Quia.

Benedictio. Cujus festum colimus.

Lectio viii.

SED si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis a carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter qui eam portasset, ubera quae lactassent, beatificantur. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt qui legendum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed: Factum ex muliere; quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: alioquin nec vere Filius hominis diceretur, qui originē non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis, extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cujus haec mulier typum gessit, extollamus et mentem de medio turbarum, dicamusque Salvatori: Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti. Vere enim beata parens, quae sicut quidam ait: Enixa est puerpera Regem, qui coelum terramque tenet per saecula.

R. Beata me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, et sanctum

nomen ejus. V. Et misericordia ejus a progénie in progénies tíméntibus eum. — Quia. Glória Patri. Quia. Bened. Ad societátem.

Leótió ix.

**Q**UINIMMO beáti qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt. Pulchre Salvátor attestatióni mulieris ánnuit, non eam tantúmmodo quae Verbum Dei corporáliter generáre merúerat, sed et omnes qui idem Verbum spiritaliter audítu fidei concipere, et boni óperis custódia, vel in suo, vel in proximórum corde párrere, et quasi álere studúerint, asséverans esse beátos : quia et eádem Dei Génitrix, et inde quidem beáta, quia Verbi incarnándi mínistra facta est temporális : sed inde multo beátior, quia ejúsdem semper amándi custos manébat aetérna.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Dum esset Rex \* in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis. Ps. Dóminus regnávít cum reliquis. 19.

2. Laeva ejus \* sub cápite meo, et dextera illius amplexábitur me.

3. Nigra sum, \* sed formósa, fílliae Jerúsalem :

ideo diléxit me Rex, et introdúxit me in cubículum suum.

4. Jam hiems tránsiit, \* imber ábiit et recéssit : surge, amica mea, et veni.

5. Speciósá facta es \* et suávis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Capítulum. Eccli. xxiv. b.

**A**B íntio, et ante saecula creáta sum, et usque ad futúrum saeculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

**O** GLORIOSA vírginum, Sublímis inter sídera, Qui te creávit, párvulum Lacténte nutris úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,

Tu reddis almo gérmine : Intrent ut astra flébiles, Coeli reclúdis cárdines.

Tu Regis alti jánuá, Et aula lucis fúlgida : Vitam datam per Vírginemi,

Gentes redémptae pláudite Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine, Cum Patre, et almo Spíritu In sempitérna saecula.

Amen.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.



Ad Bened. Aña. Beáta es, María, quae credidisti : perficiéntur in te quae dicta sunt tibi a Dómino.

Oratio.

**Q**ONCEDE nos fámulos tuos, quaesumus Dñe Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudére : et gloriósa beatae Maríae semper Vírginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dñum.

Ad Primam. In R. br. V. Qui natus es de María Virgine, etiam in Festis infra Oct. B. Mariae Virginis.

AD TERTIAM.

Aña. Laeva ejus.

Capit. Abinítio, ut supra.

R. br. Spécie tua, \* Et pulchritúdine tua. Spécie. V. Inténde, próspere procéde, et regna. Et. Glória Patri. Spécie.

V. Adjuvábít eam Deus vultu suo. R. Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD SEXTAM.

Aña. Nigra sum.

Capitulum. *Eccli. xxiv. b.*

**E**T sic in Sion firmáta sum, et in civitate sanctificáta simlitter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in

parte Dei mei haeréditas illius, et in plenitúdine sanctorum deténtio mea.

R. br. Adjuvábít eam Deus vultu suo. Adjuvábít. V. Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábít.

V. Elégít eam Deus, et praeelégít eam. R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

AD NONAM.

Aña. Speciósa.

Capitulum. *Eccli. xxiv. b.*

**I**N platéis sicut cinnamómum, et bálsamum aromatzans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitatem odóris.

R. br. Elégít eam Deus, \* Et praeelégít eam. Elégít. V. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et praeelégít. Glória Patri. Elégít.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

In secundis Vesperis omnia dicuntur ut in primis praeter V. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta. R. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnif. Aña. Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancillam húmílem respéxit Deus.

## Officium Beatae Mariae

IN SABBATO.



**M**NIBUS Sabbatis per annum, praeterquam in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis; et nisi Officium fieri debeat de Feria, propter Officium alicujus Dominicae infra Hebdomadā ponendum, ut dicitur in Rubrica de Dominicis; ac nisi Festum ix. Lectionum occurrat, fit Officium de S. Maria, modo infrascripto.

In Vesp. Ferae vi. die. Psalmi feriales in Psalt. positi, nisi fuerit Festum ix. Lect.: quia tunc de S. Maria fit tantum commemoratio in dictis Vesp. cum Añā, V. et Oratione, ut infra: quae commemor. ornatur, quando Feria vi. occurrit Festum Purificationis, vel aliud ejusdem B. M. Officium.

Capitulum. Ab initio, et Hymnus Ave maris stella ut in Festis B. M. clx.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnif. Añā. Beata Mater \* et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dñm.

V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**O**NCEDE nos famulos tuos, quaesumus Dñe Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Dñm.

Vel alia pro temporis varietate, ut infra notatur.

Post Orationem fiunt comm. consuetae de Apostolis, de S. Joseph, et de Pace, ut supra.

Si autem occurrat Festum Simplex, de eo fit commemoratio ante ipsa Suffragia.

Completorium ut in Psalterio. Et in fine Hymni Te lucis ante terminum, dicitur, Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, etiam si in Vesperis facta sit tantum commemor. de B. Maria, nisi Hymni illius Festi, quod Feria vi. celebratum est, aliter concludendi sint, ut in Transfiguratione Domini.

AD MATUTINUM.

Invitat. Ave Maria, gratia plena, \* Dominus tecum. Ps. Venite. 2.

*lxxiv. Officium B. Mariae in Sabbato.*

Hymnus. Quem terra, ut  
in Festis B. M.

Nocturnum Sabbati ut  
in Psalterio. **118.** Et in fine  
**V.** Diffusa est gratia in  
labiis tuis. **R.** Propterea  
benedixit te Deus in aetér-  
num, Pater noster.

Absolutio.

**P**RECIBUS et méritis  
beatae Mariae sem-  
per Virginis, et ómnium  
Sanctorum, perdúcat nos  
Dóminus ad regna coeló-  
rum. **R.** Amen.

**V.** Jube, domne, benedí-  
cere.

Pro prima Lectione Bene-  
dictio. Nos cum prole pia  
benedicat Virgo Maria. **R.**  
Amen.

Primae duae Lectiones  
de Scriptura libri curren-  
tis: tertia, una ex inferius  
positis per ordinem, ut in-  
fra.

**R.** i. Sancta et immacu-  
lata virginitas, quibus te  
laudibus éfferam, néscio: \*  
Quia quem coeli cápere  
non póterant, tuo grémio  
contulisti. **V.** Benedícta tu  
in mulieribus, et benedíctus  
fructus ventris tui.—Quia  
quem coeli.

Pro secunda Lectione.  
Benedictio. Ipsa Virgo vír-  
ginum intercédat pro nobis  
ad Dóminum. **R.** Amen.

**R.** ii. Felix namque es,  
sacra Virgo María, et omni  
laude digníssima: \* Quia

ex te ortus est sol justítiae,\*  
Christus Deus noster. **V.**  
Ora pro pópulo, intérveni  
pro clero, intercède pro dev-  
óto femíneo sexu: sentiant  
omnes tuum juvámén, qui-  
cúmque célebrant tuam  
sanctam commemoratió-  
nem. Quia ex te. Glória  
Patri. Christus.

Pro tertia Lectione, Be-  
ned. Per Virgínam matrem  
concedat nobis Dñus salú-  
tem et pacem. **R.** Amen.

Post tertiam Lectionem  
dicitur Te Deum laudá-  
mus. **18.**

Ad Laudes et per Horas,  
omnia ut in Festis B. M. V.  
**clxxi.** praeter sequentia.

**V.** Benedícta tu in mu-  
liéribus. **R.** Et benedíctus  
fructus ventris tui.

Ad Bened. Aña. Beáta  
Dei Génitrix María, \* virgo  
perpétua, templum Dómini,  
sacrarium Spíritus sancti,  
sola sine exémplo placuisti  
Dómino nostro Jesu Chri-  
sto: ora pro pópulo, intérv-  
eni pro clero, intercède  
pro devóto femíneo sexu.

Vel alia pro varietate  
temporis, ut infra habetur.

Oratio **Concedé. clxxii.** vel  
alia, ut infra. Deinde fiunt  
comm. ut supra. **clxxiii.**

Ad Horas, Hymni et  
Psalmi ut in Psalt. sed in  
fine Hymni dicitur Jesu,  
tibi sit glória, qui natus es  
de Virgine.

Ad Primam in **R.** brevi

V. Qui natus es de María Virgine.

Ad Vesperas, Antiphonae et Psalmi feriales, Capitulum et reliqua omnia, si non occurrat Festum Duplex, de Dominica.

In fine commem. consuetae, ut in Psalterio.

¶ Post Nativitatem usque ad Purificationem, Officium B. Mariae dicitur ut supra, exceptis his quae sequuntur.

Ad Magnificat, Antiphona. Magnum haereditatis mysterium: \* templum Dei factus est úterus nescientis virum: non est pollútus ex ea carnem assumens: omnes Gentes venient dicentes: Glória tibi, Dómine.

Oratio.

**D**EUS, qui salutis aeternae, beatae Mariae virginitate foecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dñum nostrum Jesum Christum Ffilium tuum: Qui tecum vivit.

Ad Laudes et per Horas Antiphonae et reliqua dicuntur ut in Officio parvo B. M. V. clxxvii.

Lectiones sequentes dicuntur singulis Mensibus in Officio B. M. in Sabbato, ordine subscripto.

MENSE JANUARIO.

Ex Epístola sancti Ambrósii Episcopi ad Siricium Papam.

*Epist. lxxi. al. vii. post init.*

Lectio iii.

**D**E via perversitatis produñtuntur dicere: Virgo concépit, sed non virgo generávit. Pótuít ergo virgo concipere, non pótuít virgo generare, cum semper concéptus praecedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non créditur sacerdotum, crédatúr oráculis Christi, crédatúr mónitis Angelórum dicéntium: Quia non est impossibile Deo omne verbum. Crédatúr Symbolo Apostolórum, quod Ecclé-sia Romána intemerátum semper custódit et servat. Audívit María vocem Angeli, et quae ante dixerat: Quómodo fiet istud? non de fide generatiónis intérogans, respóndit póstea: Ecce ancilla Dñi, contingat mihi secúndum verbum tuum.

Te Deum laudámus. 18.

MENSE FEBRUARIO.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri advérsus Jovinianum.

*Ex Apol. ad Pammachium, pro lib. adv. Jovin. in fine.*

Lectio iii.

**A**CHRISTUS virgo, mater virginis nostri virgo perpétua, mater et

clxxvi. *Officium B. Mariae in Sabbato.*

virgo. Jesus enim clausis ingressus est ostiis; et in sepulchro ejus, quod novum et in petra durissima fuerat excisum, nec antea quis, nec postea positus est. Hortus conclusus, fons signatus: de quo fonte ille fluvius manat, juxta Joël, qui irrigat torrentem vel funium, vel spinarum: funium peccatorum, quibus ante alligabamur; spinarum, quae suffocant seminem patris familias. Haec est porta Orientalis, ut ait Ezechiel, semper clausa et lucida, operiens in se, vel ex se proferens Sancta sanctorum: per quam sol justitiae, et Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur, et egréditur.

Te Deum laudamus. 18.

MENSE MARTIO

ante Quadragesimam.

Ex libro sancti Irenaei Episcopi et Martyris adversus haereses.

LECTIO III. *Lib. 5. Cap. xix.*

**I**N sua propria veniente Dño, et sua propria eum bajulante conditio-

ne, quae bajulatur ab ipso, et recapitulationem ejus quae in ligno fuit inobediëntiae, per eam quae in ligno est, obediëntiam faciente, et seductione illa soluta, qua seducta est male illa, quae jam viro destinata erat virgo Heva, per veritatem evangelizata est bene ab Angelo jam sub viro virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, praevaricata verbum ejus: ita et haec per angelicum sermonem evangelizata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugeret Deum; sic haec suasa est obedire Deo, ut virginis Hevae virgo Maria fieret advocata. Et quemadmodum adstrictum est morte genus humanum per virginem, solvatur per virginem: aequa lance disposita virginalis inobediëntia, per virginalem obediëntiam.

Te Deum laudamus. 18

Ad Laudes et per Horas, omnia ut supra. clxxiv.

## Officium Parvum

BEATÆ MARIÆ.



**N**ON dicitur, quando fit Officium ix. Lectio, nec in Vigilia Nativitatis Domini, nec in Sabbatis, quando fit Officium de Sancta Maria. Quibus diebus omittitur a primis Vesperis et in Vigilia Nativitatis a Matutino. Cum dicitur in Choro, in Matutinis, et in Vesperis præponitur Officio diei, in aliis Horis postponitur. Prima dicitur post Benedicamus Domino, antequam legatur Martyrologium. Extra chorum potest dici pro temporis opportunitate.

OFFICIUM B. M.

EXTRA ADVENTUM  
AD VESPERAS.

Ave Maria, secretò, quæ dicitur semper in principio omni in Horarum B. Mariæ, quando non conjunguntur eum Officio diei.



**D**EUS, in adiutorium meum intende. *R.* Dñe, ad adiuvandum me festina. Glória Patri. Sicut erat.

In fine Alleluia, ad omnes Horas per totum annum præterquam a Septuag. usque ad Sabbat. sanctum, cuius loco tunc dicitur: Laus tibi, Dñe, Rex æternæ glóriæ.

Antiphonæ, Psalmi, Capitulum et Hymnus ut in Festis B. M. clviii.

*V.* Diffusa est grãtia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnif. Aña, Beata Mater, \* et intacta Virgo, gloriõsa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

**K**YRIE elíson. Christe elíson. Kyrie elíson.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**A**ONCEDE nos famulos Dñe Deus, perpétua mentis et corpõris sanitate gaudere: et gloriõsa beatæ Mariæ semper Virginis intercessiõne, a præsentis liberari tristitia, et æternæ perfrui lætitiã. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Sequens commemoratio pro Sanctis fit tantum ad

clxxviii. *Officium Parvum B. Mariae.*

Vesperas et Laudes in Officio S. Mariae, praeterquam in Adventu, cujus loco tunc alia dicitur, ut infra.

*Añs.* Sancti Dei omnes, intercedere dignemini pro nostra omniumque salute.

*V.* Laetamini in Dño, et exultate, justi. *R.* Et gloriamini, omnes recti corde.

*Oratio.*

**P**ROTEGE, Dñe, populum tuum, et Apostolorum tuorum Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva.

**O**MNES Sancti tui, quaesumus Dñe, nos ubique adjuvent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris concede temporibus, et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum, in salutis tuae prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue; et omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Per Dominum

AD COMPLETORIUM.

Ave Maria, ut supra.

*V.* Converte nos Deus salutaris noster. *R.* Et averte iram tuam a nobis.

*V.* Deus, in adiutorium, Glória Patri. Sicut, Alleluia.

Psalmi: Saepe expugnaverunt. De profundis, et Dómine, non est exaltatum, ut in Vesperis Feriae iv. 146.

*Hymnus.*

**Q**UMENTO, rerum Cónditor,  
Nostrum quod olim corporis,  
Sacra ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sum-  
pseris.

Maria Mater gratiae,  
Dulcis Parens clementiae,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna saecula.

Amen.

*Capitulum. Eccli. xxiv. c.*

**E**GO mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctae spei. *R.* Deo gratias.

*V.* Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. *R.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Nunc dimittis, *Añs.* Sub tuum praesidium confugimus, sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Officium Parvum B. Mariae.* clxxix.

Oratio.

**B**EATAE et gloriósae semper Virgínis María, quaesumus Dñe, intercessió gloriósa nos próteget, et ad vitam perdúcat aetérnam. Per Dóminum.

AD MATUTINUM

Ave María, ut supra.

¶ Dómine, lábia mea apéries. R. Et os meum annuntiábit laudem tuam.

¶ Deus, in adjutórium. Glória Patri. Sicut erat. Allelúia.

Invitatorium Ave María, grátia plena : \* Dóminus tecum. Psal. Venite, exultémus. 2.

Hymn. Quem terra. clxi.

In Nocturno, Antiphonae et Psalmi dicuntur ut in Fests B. M. V. scilicet :

Feria ii. et v. ut in primo Nocturno. clxi.

Feria iii. et vi. ut in secundo Nocturno. clxiv.

Feria iv. et Sabbato ut in tertio Nocturno. clxvii.

¶ Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedixit te Deus in aetérnum.

Pater noster, secreto.

¶ Et ne nos indúcas in tentatióem. R. Sed libera nos a malo.

Absolutio.

**P**RECIBUS et méritis beatae María semper Virgínis, et ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dñus ad regna coelórum. R. Amen.

¶ Jube, domne, benedícere. Bened. Nos cum prole pia benedícat Virgo María. R. Amen.

Lección i. *Eccli. xxiv.*

**N** omnibus réquiem quaesívi, et in haereditáte Dómini morabor. Tunc praecépit, et dixit mihi Créator ómnium : et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhábita, et in Israél haereditáre, et in eléctis meis mitte radices. ¶ Tu autem, Dñe miscrere nobis.

R. Deo grátias.

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus éfferam, nescio : \* Quia quem coeli cápere non póterant, tuo grémio contulisti. ¶ Benedícta tu in mulieribus, et benedíctus fructus ventris tui.—Quia. ¶ Jube, domne, benedícere. Bened. Ipsa Virgo virgínium intercedat pro nobis ad Dñum.

R. Amen.

Lección ii.

**E**T sic in Sion firmáta sum, et civitate sanctificata similiter requiévi, et in Jerúsalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificato, et in parte Dei mei haereditas illius, et in plenitudine Sanctórum detentio mea. ¶ Tu autem,



℞. Beata es Virgo Maria, quae Dominum portasti Creatorem mundi: \* Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo. ∇. Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. — Genuisti. ∇. Jube, domne, benedicere. *Bened.* Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem et pacem. ℞. Amen.

LECTIO III.

**Q**UASI cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cyprissus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosae in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. ¶ Tu autem, Domine.

℞. Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est sol justitiae, \* Christus Deus noster. ∇. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem. — Quia. Gloria. Christus.

AD LAUDES.

Añae. I. Assumpta est \* Maria in coelum, gaudet

Angeli; laudantes benedicunt Dominum. Ps. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. 19.

2. Maria Virgo \* assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

3. In odorem \* unguentorum tuorum currimus: adolescentulae dilexerunt te nimis.

4. Benedicta \* filia tu a Domino: quia per te fructum vitae communicavimus.

5. Pulchra es, \* et decora, filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

Capitulum. Cant. vi. c.

**V**IDERUNT eam filiae Sion, et beatissimam praedicaverunt, et reginae laudaverunt eam. ℞. Deo gratias.

Hymnus. O gloriosa virginum. clxxi.

∇. Benedicta tu in mulieribus. ℞. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus. Añae. Beata Dei Genitrix Maria, \* Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti: sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo: ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

∇. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, qui de beatae  
Mariae Virginis útero,  
Verbum tuum, Angelo nun-  
tianté, carnem suscipere  
voluisti : praesta supplíci-  
bus tuis : ut qui vere eam  
Genitricem Dei crédimus,  
ejus apud te intercessióni-  
bus adjuvémur. Per eúm-  
dem Christum Dóminum  
nostrum.

R. Amen.

Pro Sanctis, Aña. Sancti  
Dei, ut supra. clxxviii.

AD PRIMAM.

Ave María, etc. V. Deus,  
in adjutórium.

Hymn. Meménto. clxxviii.

Aña. Assúpta est.

Ps. Deus in nómine. 24.  
Benedixisti. 108. Laudáte  
Dñum, omnes Gentes. 140.

Aña. Assúpta est María  
in coelum, gaudent Angeli;  
laudántes benedicunt Dó-  
minum.

Capitulum. Cant. vi.

**Q**UAE est ista, quae  
progréditur quasi  
auróra consurgens, pulchra  
ut luna, elécta ut sol, terri-  
bilis ut castrórum ácies  
ordináta?

R. Deo grátias.

V. Dignáre me laudáre  
te, Virgo sacráta. R. Da  
mihí virtútem contra hostes  
tuos.

Kyrie eléison. Christe  
eléison. Kyrie eléison.

V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, qui virginálem  
aulam beatae Maríae,  
in qua habitáres, eligere  
dignátus es: da quaesumus:  
ut sua nos defénsióne mun-  
ítos, jucúndos fácias suae  
interesse commemoratióni:  
Qui vivis et regnas.

AD TERTIAM.

Ave María, etc. V. Deus,  
in adjutórium.

Hymn. Meménto. clxxviii.

Aña. María Virgo.

Psalmi. Ad Dñum. 140.  
Levávi óculos. 140. Laetá-  
tus sum. 143.

Aña. María Virgo assúmp-  
pta est ad aethéreum thála-  
mum, in quo Rex regum  
stelláto sedet sólio.

Capitulum. Eccli. xxiv. b.

**E**T sic in Sion firmáta  
sum, et in civitate  
sanctificáta similiter re-  
quíevi, et in Jerúsalem po-  
téstas mea. R. Deo grátias.

V. Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. R. Proptérea  
benedixit te Deus in aeter-  
num.

Kyrie eléison. Christe  
eléison. Kyrie eléison.

V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, qui salútis ae-  
térnac, beatae Ma-  
riae virginitáte foecúnda,

humano generi praemia praestitisti; tribue quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit.

AD SEXTAM.

Ave Maria, etc. *V.* Deus, in adiutorium.

Hymn. Meménto. clxxviii.

Añ. In odorem.

Ps. Ad te levavi. 143.

Nisi quia Dominus. 144. Qui confidunt. 144.

Añ. In odorem unguentorum tuorum currimus: adolescentulae dilexerunt te nimis.

Capitulum. *Eccli.* xxiv. b.

**E**T radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei haereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. *R.* Deo gratias.

*V.* Benedicte tu in mulieribus. *R.* Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**A**ONCEDE, misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei Genitricis memoriam agimus, intercessio-

nis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum.

AD NONAM.

Ave Maria, etc. *V.* Deus, in adiutorium.

Hymn. Meménto. clxxviii.

Añ. Pulchra es.

Ps. In convertendo. 144. Nisi Dominus. 145. Beati omnes. 146.

Añ. Pulchra es et decora, filia Jerusalem: terribilis in castrorum acies ordinata.

Capitulum. *Eccli.* xxiv. b.

**I**N plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. *R.* Deo gratias.

*V.* Post partum virgo inviolata permansisti. *R.* Dei Genitrix, intercede pro nobis.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**F**AMULORUM tuorum, quaesumus Domine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Qui tecum vivit.

OFFICIUM B. MARIAE  
IN ADVENTU.

AD VESPERAS.

*Añã.* Missus est, cum reliquis de Laudibus ut infra. clxxxv. *Ps.* Dixit Dóminus, Laudáte púeri, Laetátus sum, Nisi Dóminus, Lauda Jerúsalem, ut supra. clviii.

Capitulum. *Isaiae xi.*



**G**REDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet. Et requiescet super eum Spíritus Dñi. *R.* Deo grátias.

*Hymnus.* Ave maris stella, ut supra. clx.

*V.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *R.* Proptérea benedíxit te Deus in actérnum.

*Ad Magnif. Añã.* Spíritus sanctus \* in te descéndet, María : ne tíneas, habébis in útero Fílium Dei, allelúia.

*Kyrie eléison.* Christe eléison. *Kyrie eléison.*

*V.* Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

*Oratio.*

**D**EUS, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis ; ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúdem

Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

*Haec Oratio dicitur ad omnes Horas, sed cum conclusione integra, scilicet : Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat, etc.*

*Pro Sanctis ad Vesperas et Laudes tantum, Antiphona.* Ecce Dóminus véniet, et omnes Sancti ejus cum eo : et erit in die illa lux magna, allelúia.

*V.* Ecce apparebit Dñus super nubem cándidam. *R.* Et cum eo Sanctórum millia.

*Oratio.*

**C**ONSCIENTIAS nostras, quaesumus Dómine, visitádo purifica: ut véniens Jesus Christus Fílius tuus Dñus noster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit.

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi, et Hymnus ut supra extra Advent. clxxxviii.*

Capitulum. *Isaiae vii. c.*

**E**CCE virgo concipiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

*V.* Angelus Dómini nuntiávit Mariæ. *R.* Et concépit de Spíritu sancto.

clxxxiv. *Officium Parvum B. Mariae.*

Ad Nunc dimittis, *Añā.*  
Spíritus sanctus \*in te descéndet, *María* : ne tíneas, habébis in útero *Fílium Dei*, allelúia.

Kyrie eléison. *Christe* eléison. *Kyrie* eléison.

∇ *Dóminus* vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Oratio. *Deus*, qui de beátae *Mariae*, ut sup. clxxxiii.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Hymnus Antiphonae, Psalmi et Versiculi usque ad Lectiones dicuntur sicut extra Adventum, praeter tertiam Antiphonam tertii Nocturni Post partum, ejus loco dicitur sequens *Añā.* Angelus *Dómini* nuntiávit *Mariae*, et concepit de Spírítu sancto, allelúia.

Absolutio. *Précibus.* ∇. *Jube*, domne. *Benedictio.* *Nos* cum prole.

Lectio i. *Lucae* i. c.



ISSUS est Angelus *Gábríel* a Deo in civitátem *Gallilaeae*, cui nomen *Názareth*, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat *Joseph*, de domo *David*, et nomen vírginis *Maria*. Et ingressus Angelus ad eam dixit : *Ave*, grátia plena : *Dóminus* tecum : *benedícta* tu in mulieribus. ¶ *Tu* autem, *Dñe*.

R̄. *Missus* est *Gábríel* Angelus ad *Mariam* vírgi-

nem desponsátam *Joseph*, nuntians ei *Verbum* : et expavéscit vírgo de lúmine. Ne timeas, *María* : invenisti grátiam apud *Dñm* : \* *Ecce* concípies et páries, et vocábitur *Altíssimi* *Fílius*. ∇. *Dabit* ei *Dóminus* *Deus* sedem *David* patris ejus, et regnábít in domo *Jacob* in aetérnum. —*Ecce*.

∇. *Jube*, domne. *Bened.* *Ipsa* *Virgo* virginum.

Lectio ii.

Q UAE cum audísset, turbáta est in sermone ejus, et cogitábat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas, *Maria* ; invenisti enim grátiam apud *Deum* : ecce concípies in útero, et páries *fílium*, et vocábis nomen ejus *Jesum*. Hic erit magnus, et *Fílius* *Altíssimi* vocábitur : et dabit illi *Dóminus* *Deus* sedem *David* patris ejus : et regnábít in domo *Jacob* in aetérnum, et regni ejus non erit finis. ¶ *Tu* autem, *Dñe*.

R̄. *Ave* *Maria*, grátia plena : *Dóminus* tecum : \* *Spiritus* sanctus supervéniet in te, et virtus *Altíssimi* obumbrábit tibi : quod enim ex te nascétur *Sanctum*, vocábitur *Fílius* *Dei*. ∇. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei. — *Spiritus*.

*Officium Parvum B. Mariae.* clxxxv.

V. Jube, domne. Bened.  
Per Virginem.

Lectio iii.

**D**IXIT autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognáta tua, et ipsa concépit filium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi, quae vocátur stérilis : quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum. ¶ Tu autem, Dómine.

R. Súscipe verbum, virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmissum est : concípies et páries Deum páriter et hóminem : \* Ut benedícta dicáris inter omnes mulieres. V. Páries quidem filium, et virginitátis non patiéris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. — Ut benedícta. Glória Patri. Ut benedícta.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

i. Missus est\* Gábriel Angelus ad Mariám virgí-  
nem desponsátam Joseph.

Psalm. Dóminus regnávít,  
cum reliquis. 19.

2. Ave María, \* grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, allelúia.

3. Ne tímeas, María, \* invenísti grátiam apud Dóminum : ecce concípies et páries filium, allelúia.

4. Dabit ei Dóminus \* sedem David patris ejus, et regnábít in aetérnum.

5. Ecce ancílla Dómini, \* fiat mihi secúndum verbum tuum.

Capitulum. *Isaiae xi.*

**E**GREDIETUR virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiescet super eum Spíritus Dómini. R. Deo grátias.

Hymn. O gloriósa. clxxi.

V. Benedícta tu in muliéribus. R. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Bened. Añae. Spíritus sanctus in te descóndet, María : ne timeas, habébis in útero Filium Dei, allelúia.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

V. Dóminus vobiscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, qui de beátae Mariae virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti : praesta supplicibus tuis ; ut qui vere eam

clxxxvi. *Officium Parvum B. Mariae.*

Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum.

Pro Sanctis, *Añã.* Ecce Dominus veniet, et omnes Sancti ejus cum eo: et erit in die illa lux magna, alleluia.

¶. Ecce apparebit Dominus super nubem candidam. *R.* Et cum eo Sanctorum millia.

Oratio.

**C**ONSCIENTIAS nostras, quaesumus Domine, visitando purifica: ut veniens Jesus Christus Filius tuus Dominus noster cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit et regnat.

Ad Horas, Hymni et Psalmi dicuntur sicut ante Adventum. clxxxi.

AD PRIMAM.

*Añã.* Missus est.

Capitulum. *Isaiae vii. c.*

**E**CCE virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

¶. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. *R.* Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Kyrie eleison, etc. ut supra. clxxvii.

AD TERTIAM.

*Añã.* Ave Maria.

Capitulum. Egrediatur, ut supra. clxxxv.

¶. Diffusa est gratia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Kyrie eleison, etc. ut supra. clxxvii.

AD SEXTAM.

*Añã.* Ne timeas, Maria.

Capitulum. *Lucae i. d.*

**D**ABIT illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis.

¶. Benedicte tu in mulieribus. *R.* Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie eleison, etc. ut supra. clxxvii.

AD NONAM.

Antiphona. Ecce ancilla Domini.

Capitulum. *Isaiae vii. c.*

**E**CCE virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

¶. Angelus Domini nuntiavit Mariae. *R.* Et concepit de Spiritu sancto.

Kyrie eleison, etc. ut supra. clxxvii.

*Officium Parvum B. Mariae. clxxxvii.*

**POST NATIVITATEM**

Usque ad Purificationem inclusive, Officium B. Mariae dicitur ut ante Adventum, exceptis his quae sequuntur.

**AD LAUDES**

et per Horas, Añae.

1. O admirabile commercium ! \* Creátor generis humáni, animátum corpus sumens, de Virgine nasci dignátus est : et procedens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem.

Ps. Dóminus regnávít, cum reliquis. 19.

2. Quando natus es \* ineffábiliter ex Virgine, tunc implétae sunt Scriptúrae : sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum : te laudámus, Deus noster.

3. Rubum, quem víde-  
rat \* Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem : Dei Génitrix, intercède pro nobis.

4. Germinávit radix Jesse, \* orta est stella ex Jacob : Virgo péperit Salvátorem : te laudámus, Deus noster.

5. Ecce María genuit \* nobis Salvátorem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, alleluía.

Ad Bened. Aña Mirábile mysterium \* declarátur hó-

die : innovántur natúrae, Deus homo factus est : id quod fuit permánsit, et quod non erat assúmpsi : non commixtiónem passus, neque divisióem.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

V. Dóminus vobiscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, qui salútis aetérnae, beatae Mariae virginitáte foecúnda, humáno generi praemia praestítisti : tribue quaesumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam meruimus auctórem vitae suscépere, Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum. R. Amen.

Et dicitur ad omnes Horas, et in eis additur : Qui tecum vivit et regnat, etc.

Deinde pro Sanctis et reliquum Offic. in aliis Horis, ut supra extra Adventum.

**AD VESPERAS.**

Aña. O admirábile, ut supra in Laudibus. Psalmi consueti de B. V. Maria.

Ad Magnif., et ad Nunc dimittis. Aña. Magnum haereditátis mystériũ : templum Dei factus est úterus nesciéntis virum : non est pollútus ex ea carne assúmens : omnes Gentes vénient, dicéntes : Glória tibi, Dómine.



## Officium Defunctorum.



**I**NCITUR extra tempus Paschale prima ejusque mensis die, non impedita Festo novem Lectionum, alioquin alia sequenti die similiter non impedita. In Adventu autem et Quadragesima, Feria secunda cujuslibet Hebdomadae similiter non impedita, praeterquam in majori Hebdomada. In Choro dicitur post Officium diei, id est, Vesperae post Vesperas, et Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum: extra Chorum vero pro opportunitate temporis.

### AD VESPERAS

Absolute incipitur ab Añã. Placébo Dómino \* in regione vivórum.

Psalmus cxiv.



**I**LEXI, quóniam exáudiet Dóminus \* vocem oratiónis meae.

Quia inclinávit aurem suam mihi: \* et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: \* et pericula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni: \* et nomen Dómini invocávi.

O Dñe, líbera ánimam meam: \* miséricors Dñus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus: \* humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánimã meã in réquiem tuã: \* quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimã meã de morte: \* óculos meos a lácrymis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino \* in regione vivórum.

In fine omnium Psalmorum dicitur:

Réquiem aetérnam \* dona eis, Dómine.

Et lux perpétua \* luceat eis.

Añã. Placébo Dómino in regione vivórum.

Añã. Hei mihi, Dñe, \* quia incolátus meus prolongátus est.

Psalmus cxix.

**A**D Dóminum cum tribulárer clamávi: \* et exáudívit me.

Dómine, líbera ánimã meã a lábiis iníquis, \* et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi \* ad linguam dolosam ?

Sagittae poténtis acútae, \* cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : habitávi cum habitántibus Cedar : \* multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : \* cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem aetérnam, etc.

Añã. Hei mihi, Dómine, quia incolátus meus prolongátus est.

Añã. Dóminus custódit te \* ab omni malo : custódiat ánima tuam Dñs.

Psalmus cxx.

**L**EVAVI óculos meos in montes, \* unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dño, \* qui fecit coelum et terram.

Non det in commotió-nem pedem tuum : \* neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, \* qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te : \* neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : \* custódiat ánima tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum : \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Réquiem aetérnam.

Añã. Dóminus custódit te ab omni malo : custódiat ánima tuam Dóminus.

Añã. Si iniquitátes \* observáveris, Dómine : Dñe, quis sustinébit ?

Psalmus cxxix.

**D**E profúndis clamávi ad te, Dómine : \* Dómine, exáudi vocem meam :

Fiant aures tuae intendétes, \* in vocem deprecatiónis meae.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : \* Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem aetérnam.

Añã. Si iniquitátes observáveris, Dómine : Dómine, quis sustinébit ?

Añã. Opera \* mánuum tuárum, Dñe, ne despicias.

Psalmus cxxxvii.

**C**ONFITEBOR tibi, Dómine, in toto corde meo : \* quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : \* adorábo ad templum sanéctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua, et veritate tua : \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanéctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exaúdi me : \* multiplicábis in ánima mea virtútem.

Consteántur tibi, Dómine, omnes reges terrae : \* quia audierunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : \* quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília respicit : \* et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : \* et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dóminus retribuet pro me : \* Dómine, misericórdia tua in saeculum : ópera mánuum tuárum ne despicias.

Réquiem aetérnam.

Antiph. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne despicias.

**V.** Audívi vocem de caelo dicéntem mihi. **R.** Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

**Añá.** Omne, \* quod dat mihi Pater, ad me véniet : et eum qui venit ad me, non eijciam foras.

Canticum

Beatae Mariae Virginis.

Lucae i. e.

**M**AGNIFICAT \* ánima mea Dóminum : Et exultávit spíritus meus \* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillae suae : \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : \* et sanéctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies \* tímentibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : \* dispérsit superbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \* et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : \* et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israél púerum suum, \* recordátus misericórdiae suae.

Sicut locútus est ad patres nostros, \* Abraham, et sémini ejus in saecula.

Réquiem aetérnam.

**Añá.** Omne, quod dat mihi Pater, ad me véniet : et

eum qui venit ad me, non eijciam foras.

Preces infrascriptae dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Pater noster, secreto. *℣.* Et ne nos inducas in tentationem. *℞.* Sed libera nos a malo.

Psalmus cxlv.



AUDA ánima mea Dñum, laudábo Dñum in vita mea : \* psallam

Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confidere in princípibus : \* in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exibit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : \* in illa die peribunt omnes cogitationes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus : \* qui fecit coelum et terram, mare, et ómnia, quae in eis sunt.

Qui custódit veritátem in saeculum, facit júdicium injúriam patiéntibus : \* dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : \* Dñus illúminat caecos.

Dóminus érigit elisos, \* Dóminus diligit justos.

Dñus custódit ádvenas, pupillum, et víduam suscipiet : \* et vias peccatórum dispédet.

Regnábit Dñus in saecula, Deus tuus Sion, \* in generatióne et generatióne.

Cujus loco ad Laudes dicitur Psalmus De profúndis, ut supra. clxxxix.

Qui Psalmi non dicuntur in die obitus seu depositionis defuncti. Alias semper dicuntur.

In fine Psalmi Réquiem aetérnam \* dona eis, Dñe.

Et lux perpétua \* líceat eis.

Deinde *℣.* A porta inferi. *℞.* Erue, Dómine, ánimas eórum.

*℣.* Requíescant in pace. *℞.* Amen.

*℣.* Dómine, exáudi oratióne meam. *℞.* Et clamor meus ad te véniat.

*℣.* Dóminus vobíscum. *℞.* Et cum spíritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, qui inter apostólicos sacerdotes, fámulos tuos pontificáli, seu sacerdotáli fecisti dignitáte vigére : praesta quaesumus ; ut eórum quoque perpétuo aggégentur consórtio.

**D**EUS, véniae largítor, et humanae salutís amátor : quaesumus cleméntiam tuam : ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos, et benefactóres, qui ex hoc saeculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

**F**IDELIUM Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *R.* Amen.

In die vero Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quando dicitur haec ultima tantum Oratio, dicitur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

In die depositionis Defuncti, Oratio.

**A**BSOLVE, quaesumus Dñe, animam famuli tui *N.* ut defunctus saeculo tibi vivat: et quae per fragilitate carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Dominum.

Si fuerit femina, dicatur animam famulae tuae *N.* ut defuncta.

In anniversario die, Oratio.

**D**EUS indulgentiarum Dñe: da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerium

sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum.

Si pro uno tantum sit Anniversarium, dicatur in singulari numero.

Pro uno Episc. defuncto, Oratio.

**D**EUS, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum *N.* pontificali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

Si fuerit Sacerdos, dicitur sacerdotali fecisti, etc.

Pro fratribus vero, et familiaribus, vel benefactoribus, dicitur Oratio. Deus, veniae. *cxci.*

Pro patre et matre, Oratio.

**D**EUS, qui nos patrem et matrem honorare praecepisti: miserere clementer animabus patris ac matris meae, eorumque peccata dimitte: meque eos in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Dominum.

Si fit pro pluribus dicatur animabus parentum nostrorum, et ubi dicitur meque, dicatur nosque.

Si pro patre tantum, dicatur animae patris mei, vel nostri.

Si pro matre tantum, dicatur animae matris meae, vel nostrae.

Pro uno Defuncto,  
Oratio.

**I**NCLINA, Dñe, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur; ut animam famuli tui, quam de hoc saeculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dñum.

Pro una Defuncta,  
Oratio.

**Q**UAESUMUS Dñe, pro tua pietate miserere animae famulae tuae: et a contagiis mortalitatis exutam, in aeternae salvationis partem restitue. Per Dominum.

℣. Requiem aeternam dona eis, Domine. ℞. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace. ℞. Amen.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem, cui omnia vivunt, Venite adoramus.

Repet. Regem, cui omnia vivunt, venite adoramus.

Psalmus xciv.

**V**ENITE, exultemus Dño, jubilemus Deo salutari nostro: praecipemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Regem, cui omnia vivunt, venite adoramus.

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos: quoniam non repellit Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Venite adoremus.

Quoniam ipse est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus: venite, adoremus, et procidamus ante Deum: ploramus coram Domino qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, et oves pascuae ejus.

Regem, cui omnia vivunt, venite adoremus.

Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundo diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui omnia vivunt, venite adoremus.

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

Venite adoremus.

Regem, cui omnia vivunt,  
venite adorémus.

Hoc Invitatorium dicitur tantum in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et in die depositionis Defuncti, quibus diebus dicuntur tres infrascripti Nocturni, et Asiae duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Nocturnum cum Laudibus, hoc ordine: Feria ii. et v. primum Nocturnum: Feria iii. et vi. secundum Nocturnum: Feria iv. et Sabato tertium Nocturnum.

In primo Nocturno.

Pro Feria ii. et v.

Añs. Dirige, Dñe Deus meus, in conspectu tuo viam meam.

Psalmus v.



VERBA mea auribus percipe, Domine, \* intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meae, \* Rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo: \* Domine, mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo: \* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: \* neque permanent injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: \* per-

des omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus: \* ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: \* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in justitia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: \* cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, \* iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: \* quoniam irritaverunt te, Domine.

Et laetentur omnes, qui sperant in te, \* in aeternum exultabunt: et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: \* quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae \* coronasti nos.

Requiem aeternam.

Añs. Dirige, Dñe Deus meus, in conspectu tuo viam meam.

Añs. Convertere, Dñe, \* et eripe animam meam:

quóniam non est in morte  
qui memor sit tui.

Psalmus vi.

**D**OMINE, ne in furóre  
tuo árguas me, \* ne-  
que in ira tua corripas me.

Miserére mei, Dómine,  
quóniam infirmus sum : \*  
sana me, Dómine, quóniam  
conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta  
est valde : \* sed tu, Dñe,  
úsquequo ?

Convértere, Dómine, et  
éripe ánimam meam : \* sal-  
vum me fac propter miseri-  
córdiam tuam.

Quóniam non est in mor-  
te qui memor sit tui : \* in  
inférno autem quis confité-  
bitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo,  
lavábo per singulas noctes  
lectum meum : \* lácrymis  
meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre  
óculus meus : \* inveterávi  
inter omnes inimicos meos.

Discédite a me omnes,  
qui operámini iniquitatē : \*  
quóniam exaudivit Dñs  
vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus de-  
precatiónem meam, \* Dó-  
minus oratióem meam  
suscepit.

Erubéscant, et contur-  
béntur veheménter omnes  
inimici mei : \* convertántur,  
et erubéscant valde veló-  
citer.

Réquiem aetérnam.

*Añs.* Convértere, Dñe,  
et éripe ánimam meam :  
quóniam non est in morte  
qui memor sit tui.

*Añs.* Nequándo \* rápiat  
ut leo ánimam meam, dum  
non est qui rédimat, neque  
qui salvum fáciat.

Psalmus vii.

**D**OMINE Deus meus,  
in te sperávi : \* salvum  
me fac ex ómnibus perse-  
quéntibus me, et libera me.

Nequándo rápiat ut leo  
ánimam meam, \* dum non  
est qui rédimat, neque qui  
salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si  
feci istud, \* si est iniquitas  
in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus  
mihi mala, \* decídam mé-  
rito ab inimicis meis inánis.

Persequátur inimicus áni-  
mam meam, et comprehén-  
dat, et concúlcet in terra  
vitam meam, \* et glóriam  
meam in púlverem dedúcat.

Exúrge, Dómine, in ira  
tua : \* et exaltáre in finibus  
inimicórum meórum.

Et exúrge, Dómine Deus  
meus, in praecépto quod  
mandásti : \* et synagóga  
populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum  
regrédere : \* Dóminus jú-  
dicat pópulos.

Júdica me, Dómine, se-  
cúndum justítiam meam, \*  
et secúndum innocéntiam  
meam super me.



Consumétur nequítia peccatórum, et diriges iustum, \* scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, \* qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis, et pátiens : \* numquid iráscitur per singulos dies ?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : \* arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis, \* sagíttas suas ardentibus effécit.

Ecce partúriit iniustítiam : \* concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum : \* et incidit in foveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : \* et in vérticem ipsius iniquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : \* et psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem aetérnam.

Ana. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

V. A porta ínferi. R. Erue, Dñe, ánimas eórum.

Pater noster, totum secreto.

Lectíones leguntur sine Absolutione, Benediccionibus et Titulo.

Lectio i. *Job. vii. b.*



ARCE mihi, Dñe: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, o custos hóminum? Quare posuisti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non auferis iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam, et si mane me quaesieris, non subsístam.

Lectíones terminantur sine Tu autem, vel alia conclusione.

R. Credo quod Redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum: \* Et in carne mea videbo Deum Salvátorem meum. V. Quem visurus sum ego ipse, et non álius, et óculi mei conspécturi sunt. — Et in carne.

Lectio ii. *Job. x.*

GAEDET ánimam meam vitæ meae: dimíttam advérsum me elóquium meum: loquar in amaritúdine ánimæ meae. Dicam Deo: Noli me condemnáre: Indica mihi cur

me ita iudices. Numquid bonum tibi videtur, si calumniaris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scrutaris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruiere.

*R.* Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum: \* Tu eis, Dñe, dona requiem, et locum indulgentiae. *V.* Qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. — Tu eis.

LECTIO III. *Job. x. b.*

**Q**UAEVANS tuae fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu, et sic repente praecipitas me? Memoro, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me: vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

*R.* Dñe, quando veneris iudicare terram, ubi me abs-

condam a vultu irae tuae? Quia peccavi nimis in vita mea. *V.* Commissa mea pavesco, et ante te erubesco: dum veneris iudicare, noli me condemnare. — Quia peccavi. *V.* Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Quia peccavi.

Postea ad Laudes, ut infra. *ccv.* quando dicitur tantum tantum Nocturnum.

In secundo Nocturno.

Pro Feria iii. et vi.

*Añ.* In loco pascae \* ibi me collocavit.

Psalmus xxii.

**Q**UAEVANS regit me, et nihil mihi deerit: \* in loco pascae ibi me collocavit.

Super aquam refectiois educavit me: \* animam meam convertit.

Deduxit me super semitas iustitiae, \* propter nomen suum.

Nam, et si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala: \* quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus: \* ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, \* adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: \* et calix meus inebrians quam praeclearus est!

Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus diébus vitæ meæ :

Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in longitudínem diérum.

Réquiém aetérnam.

*Añsa.* In loco páscuæ ibi me collocávit.

*Antiphona.* Delícta \* iuventútis meæ, et ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

*Psalmus xxiv.*

**A**D te, Dómine, levávi ánimam meam : \* Deus meus, in te confido, non erubéscam.

Neque irrideant me inimíci mei : \* étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundéntur omnes iníqua agéntes \* supervácue.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi : \* et sémitas tuas édoce me.

Dirige me in veritaté tua, et doce me : \* quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, \* et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.

Delícta iuventútis meæ, \* et ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : \* propter bonitatém tuam, Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus : \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuétos in iudício : \* docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et veritas, \* requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dñe, propitiaberis peccáto meo : \* multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum ? \* legem státuit ei in via, quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur : \* et semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum : \* et testaméntum ipsius ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum : \* quóniam ipse evéllit de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei : \* quia únicus et pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : \* de necessitatibus meis érué me.

Vide humilitátem meam, et labórem meum : \* et dimíste univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos quóniam multiplicáti sunt : \* et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érué me : \* non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocentes et recti adhaeserunt mihi : \* quia sustinui te.

Libera, Deus, Israël, \* ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem aeternam.

Añã. Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne memineris, Dómine.

Añã. Credo videre bona Dómini in terra viventium.

Psalmus xxvi,

**D**OMINUS illuminatio mea, et salus mea, \* quem timebo?

Dóminus protector vitae meae : \* a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, \* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, \* ipsi infirmati sunt, et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, \* non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me praelium, \* in hoc ego sperabo.

Unam petii a Dómino, hanc requiram, \* ut inhabitem in domo Dñi omnibus diebus vitae meae :

Ut videam voluptatem Dómini, \* et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : \* in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : \* et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : \* cantabo, et psalmum dicam Dómino.

Exaudi, Dómine, vocem meam, qua clamavi ad te : \* miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea : \* faciem tuam, Dómine, requiram.

Ne avertas faciem tuam a me : \* ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto : \* ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : \* Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Dñe, in via tua : \* et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : \* quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Dñi \* in terra viventium.

Expecta Dóminus, viriliter age : \* et confortetur cor tuum, et sustine Dóminus.

Requiem aeternam.

Añã. Credo videre bona Dómini in terra viventium.

¶ Cóllocet eos Dóminus cum princípibus. *℣.* Cum princípibus pópuli sui.

Pater noster, totum secreto.

Lectio iv. *Job. xiii. d.*

**R**ESPONDE mihi: quantas hábeo iniquitates et peccáta, scélera mea et delicta osténde mihi. Cur faciém tuam abscondis, et arbitráris me inimicum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritudines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiae meae. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestigia pedum meórum considerásti. Qui quasi putredo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tínea.

*R.* Meménto mei, Deus, quia ventus est vita mea, \* Nec aspiciat me visus hóminis. *℣.* De profundis clamávi ad te, Dñe, Dómine, exáudi vocem meam. — Nec aspiciat.

Lectio v. *Job. xiv.*

**H**OMO natus de matre, brevi vivens tempore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egreditur et contéritur, et fugit velut umbra, et nunquam in

eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in iudícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, número mensium ejus apud te est: constituísti términos ejus, qui praeteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiescat, donec optata véniat, sicut mercenárii dies ejus.

*R.* Hei mihi, Dñe, quia peccávi nimis in vita mea. Quid faciám miser? ubi fúgiam, nisi ad te, Deus meus? \* Miserére mei, dum véneris in novíssimo die. *℣.* Anima mea turbáta est valde, sed tu, Dómine, succurre ei. — Miserére.

Lectio vi. *Job. xiv. c.*

**Q**UIS mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscondas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursus vivat? cunctis díebus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutatio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

R. Ne recordéris peccáta mea, Dómine, Dum véneris judicáre saeculum per ignem. V. Dirige, Dómine Deus meus, in conspéctu tuo viam meam.—Dum. V. Réquiem aetérnam. Dum.

Postea ad Laudes, ut infra. **ccv.** quando dicitur unum tantum Nocturnum.

In tertio Nocturno.  
Pro Feria iv. et Sabbato.

Añña. Compláceat tibi, Dñe, ut erípias me : Dñe, ad adjuvándum me respice.

Psalmus xxxix.



**XPECTANS**  
expectávi Dóminum, \* et inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas : \* et edúxit me de lacu misériae, et de luto faecis.

Et státuit super petram pedes meos : \* et diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, \* carmen Deo nostro.

Vidébunt multi et tímébunt : \* et sperábunt in Dño.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus : \* et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecisti tu, Dómine Deus meus, mirábilía tua : \* et cogitátionibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum : \* multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium et oblatiónem nolúisti : \* aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti : \* tunc dixi : Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : \* Deus meus volui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiá tuam in ecclésia magna, \* ecce lábia mea non prohibébo : Dómine, tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo : \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam \* a concílio multo.

Tu autem, Dñe, ne longe fácias miseratiónes tuas a me : \* misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : \* comprehendérunt me iniquitátes meae, et non pótui ut vidérem.

Multiplicatae sunt super capillos cápitis mei : \* et cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me : \* Dómine, ad adjuvándum me respice.

Confundántur et reverentur simul, qui quaerunt ánimam meam, \* ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum,  
et revereántur, \* qui volunt  
mihi mala.

Ferant conféstim confu-  
siónem suam, \* qui dicunt  
mihi : Euge, euge.

Exúltent, et laeténtur su-  
per te omnes quaeréntes  
te : \* et dicant semper : Ma-  
gnificétur Dóminus : qui dí-  
ligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus  
sum, et pauper : \* Dóminus  
sollícitus est mei.

Adjútor meus, et proté-  
ctor meus tu es : \* Deus  
meus, ne tardáveris.

Réquiem aetérnam.

*Añã.* Compláceat tibi,  
Dómine, ut erípias me : Dó-  
mine, ad adjuvándum me  
réspice.

*Añã.* Sana, Dómine, \*  
ánimam meam, quia pec-  
cávi tibi.

*Psalms xl.*

**B**EATUS, qui intélli-  
git super egénium et  
páuperem : \* in die mala  
liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum,  
et vivíficet eum, et beátum  
fáciat eum in terra : \* et  
non tradat eum in ánimam  
inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi  
super lectúm dolóris ejus : \*  
univérsam stratum ejus ver-  
sásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine, mise-  
rére mei : \* sana ánimam  
meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt ma-  
la mihi : \* quando moriétur,  
et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vi-  
déteret, vana loquebátur, \*  
cor ejus congregávit iniqui-  
tátem sibi.

Egrediebátur foras, \* et  
loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrá-  
bant omnes inimíci mei : \*  
advérsum me cogitábant  
mala mihi.

Verbum iníquum consti-  
tuérunt advérsum me : \*  
Numquid qui dormit, non  
adjiciet ut resúrgat ?

Etenim homo pacis meae,  
in quo sperávi : \* qui edé-  
bat panes meos, magnificá-  
vit super me supplantatió-  
nem.

Tu autem, Dómine, mi-  
serére mei, et resúscita me : \*  
et retribuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam  
voluísti me : \* quóniam non  
gaudébit inimícus meus su-  
per me.

Me autem propter inno-  
céntiam suscepísti : \* et  
confirmásti me in conspéctu  
tuo in aetérnum.

Benedíctus Dñus Deus  
Israél a saeculo, et usque  
in saeculum : \* fiat, fiat.

Réquiem aetérnam.

*Añã.* Sana, Dñe, ánimam  
meam, quia peccávi tibi.

*Añã.* Sitívit ánimá mea  
ad Deum vivum : quando  
véniam et apparebo ante  
fáciem Dómini ?

Psalms xlii.

**Q**UEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum : \* quando véniam, et apparebo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymae meae panes die ac nocte : \* dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

Haec recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : \* quóniam transibo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis et confessiósni : \* sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea ? \* et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsam ánima mea conturbáta est : \* proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abyssus abyssum ínvo-cat, \* in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui \* super me transiérunt.

In die mandávit Dñus misericórdiam suam : \* et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vi-tae meae, \* dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblitus es mei \* et quare contristátus incédo, dum affligit me inimicus ?

Dum confringúntur ossa mea, \* exprobravérunt mihi qui tribulant me iniúici mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus ? \* quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutare vultus mei, et Deus meus.

Réquiem actérnam.

*Ant.* Sitívit ánima mea ad Deum vivum : quando véniam, et apparebo ante fáciem Dómini ?

*V.* Ne tradas béstiis áni-mas confiténtes tibi. *R.* Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Pater noster, totum se-creto.

Leótió vii. *Job. xvii.*



**S**PIRITUS meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlchrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Libera me, Dómine, et pone me juxta te; et cújúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meae



dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem vertentur in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat?

R. Peccantem me quotidie, et non me poenitentem, timor mortis conturbat me: \* Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei, Deus, et salva me. V. Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me.—Quia.

Lectio viii. Job. xix. c.  
**P**ELLI meae, consumptis carnibus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circumda-

bor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspicienti sunt, et non alius: reposta est haec spes mea in sinu meo.

R. Domine, secundum actum meum noli me iudicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideo deprecor majestatem tuam, \* Ut tu, Deus, deleas iniquitatem meam. V. Amplius lava me, Domine, ab injustitia mea, et a delicto meo munda me.—Ut tu.

Lectio ix. Job. x. d.  
**Q**UARE de vulva educisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finiatur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebroram, et operam mortis caligine: terram miseriae et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

R. Libera me, Domine, de visis inferni, qui portas aereas confregisti: et visitasti infernum, et dedisti eis lumen, ut viderent te: \* Qui erant in poenis tenebrarum. V. Clamantes et

dicentes: Advenisti, Redemptor noster.—Qui. *V.* Requiem aeternam. Qui.

Sequens *R.*, dicitur solummodo in die Commem. omnium Defunctorum, et quodcumque pro Defunctis dicuntur *ix.* Lectiones.

*R.* Libera me, Domine, de morte aeterna in die illa tremenda: \* Quando coeli movendi sunt et terra: \* Dum veneris iudicare saeculum per ignem. *V.* Tremens factus sum ego, et timeo; dum discussio venerit, atque ventura ira.—Quando. *V.* Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde.—Dum veneris. *V.* Requiem aeternam.

Libera, usque ad *i.* *V.*

AD LAUDES

Absolute incipitur *Añs.* Exultabunt \* Domino ossa humiliata.

Psalmus *i.*



**I**SERERE mei Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: \* et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas: \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: \* et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: \* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus  
contribulatus : \* cor con-  
tritum, et humiliatum,  
Deus, non despicias.

Benigne fac, Dñe, in bona  
voluntate tua Sion: \* ut aedi-  
ficentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptabis sacrifi-  
cium justitiae, oblationes, et  
holocausta: \* tunc impónent  
super altare tuum vitulos.

Requiem aeternam.

Añã. Exultabunt Dómi-  
no ossa humiliata.

Añã. Exáudi, Dómine,  
orationem meam : ad te  
omnis caro veniet.

Psalmus lxiiv.

**G**E decet hymnus, Deus,  
in Sion : \* et tibi red-  
detur votum in Jerúsalem.

Exáudi orationem meam: \*  
ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prae-  
valuérunt super nos : \* et  
impietátibus nostris tu propi-  
tiaberis.

Beátus, quem elegisti, et  
assumpsisti : \* inhabitabit  
in atriis tuis.

Replebimur in bonis do-  
mus tuae : \* sanctum est  
templum tuum, mirabile in  
aequitate.

Exáudi nos, Deus salutá-  
ris noster, \* spes omnium fi-  
nium terrae, et in mari longe

Praeparans montes in  
virtute tua, accinctus po-  
téntia : \* qui contúrbas  
profundum maris sonum  
fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, et ti-  
mebunt qui habitant térmi-  
nosa signis tuis: \* éxitus ma-  
tutini, et vespere delectabis.

Visitasti terram et ine-  
briasti eam : \* multiplicasti  
locupletare eam.

Flumen Dei replétum est  
aquis, parasti cibum illó-  
rum : \* quóniam ita est  
praeparatio ejus.

Rivos ejus inebria, mul-  
típlica genimina ejus : \* in  
stillicidiis ejus laetabitur  
germinans.

Benedices coronae anni  
benignitatis tuae: \* et campi  
tui replebuntur ubertate.

Pinguéscent speciosa des-  
sérti: \* et exultatione colles  
accingentur.

Induti sunt ardetes óvium,  
et valles abundabunt fru-  
mento : \* clamabunt, et-  
enim hymnum dicent.

Requiem aeternam.

Añã. Exáudi, Dómine,  
orationem meam : ad te  
omnis caro veniet.

Añã. Me suscepit \* dé-  
xtera tua, Dómine.

Psalmus lxiij.

**D**EUS Deus meus, \*  
ad te de luce vigilo.  
Sitivit in te ánima mea, \*  
quam multipliciter tibi caro  
mea.

In terra desérta, et in via,  
et in aquosa : \* sic in sancto  
apparui tibi, ut vidérem  
virtutem tuam, et glóriam  
tuam.

Quóniam melior est misericórdia tua super vitas : \* lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea : \* et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : \* et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditabor in te : \* quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhaesit ánima mea post te : \* me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quaesierunt ánimam meam, introibunt in inferióra terrae : \* tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero laetábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo : \* quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Hic non dic. Réquiem.

*Psalmus lvi.*

**D**EUS misereátur nostri, et benedicat nobis : \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Laeténtur et exúltent gentes : \* quóniam júdicas pópulos in aequitáte, et gentes in terra dirígis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : confiteántur tibi pópuli omnes : \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : \* et métuant eum omnes fines terrae.

Réquiem aetérnam.

*Añs.* Me suscepit dextera tua, Dómine.

*Ana.* A porta inferi érué, Dñe, ánimam meam.

*Canticum Ezechiae.*

*Isaiae xxxviii. b.*

**E**GO dixi : In dimídio diérum meórum \* vadam ad portas inferi.

Quaesívi resíduum annórum meórum : \* dixi : Non vidébo Dñum Deum in terra vivéntium.

Non aspiciam hóminem ultra, \* et habitatórem quietis.

Generátio mea abláta est et convolúta est a me, \* quasi tabernáculum pastórum.

Praecisa est velut a texénte, vita mea : dum adhuc ordírer, succédit me : \* de mane usque ad vésperam fnies me.

Sperábam usque ad mane, \* quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea :

De mane usque ad vésperam fnies me : \* Sicut pullus

hirúndinis sic clamábo, medítabor ut colúmba :

Attenuáti sunt óculi mei, \* suspiciéntes in excélsum :

Dómine, vim pátiór, respónde pro me. \* Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit.

Recogitábo tibi omnes annos meos \* in amaritúdine ánimae meae.

Dómine, si sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei, corripies me, et vivificábis me. \* Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima :

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret : \* projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te : \* non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie : \* pater filiis notam fáciét veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac, \* et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitae nostrae in domo Dómini.

Réquiem aetérnam.

Añs. A porta inferi érué, Dómine, ánimam meam.

Añs. Omnis spíritus \* laudet Dóminum.

Psalmus cxlviii.

**L**AUDATE Dóminum de coelis : \* laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : \* laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : \* laudáte eum omnes stellae, et lumen.

Laudáte eum coeli coelórum : \* et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : \* ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in aetérnum, et in saeculum saeculi : \* praecéptum pósuit, et non praeteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : \* quae faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles : \* ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiae, et univérsa pécora : \* serpéntes, et volúcrés pennátae :

Reges terrae, et omnes pópuli : \* príncipes, et omnes júdices terrae.

Júvenes, et vírgines : senes cum junióribus laudent nomen Dñi : \* quia exaltátum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super coelum et terram : \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : \* filiis Israél, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dic. Réquiem.

Psalms exlix.

**Q**UANTATE Dño cánticum novum : \* laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Laetetur Israel in eo, qui fecit eum : \* et filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : \* in tympano, et psalterio psallant ei.

Quia benelacitum est Dño in populo suo : \* et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria : \* laetabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in guttore eorum : \* et gladii accipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : \* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : \* et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum : \* gloria haec est omnibus sanctis ejus.

Hic non dic. Réquiem.

Psalms cl.

**L**AUDATE Dñm in sanctis ejus : \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae : \* laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : \* laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : laudate eum in cymbalis jubilationis : \* omnis spiritus laudet Dñm.

Réquiem aeternam.

*Añ.* Omnis spiritus laudet Dñm.

*Y* Audiui vocem de caelo dicentem mihi. *R.* Beati mortui qui in Dño moriuntur.

Ad Benedic. *Añ.* Ego sum \* resurrectio, et vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet : et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Canticum Zachariae.

*Lucae i. g.*

**B**ENEDICTUS Dñminus Deus Israel, \* quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae :

Et erexit cornu salutis nobis : \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, \* qui a saeculo sunt, prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium, qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : \* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem

nostrum, \* datúrur se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, \* serviámus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, \* ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : \* prae-fbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus : \* in remissionem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiae

Dei nostri : \* in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his, qui in ténébris, et in umbra mortis sedent : \* ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem aetérnam.

Añs. Ego sum resurréctio et vita : qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet : et omnis qui vivit, et credit in me, non moriétur in aetérnum.

Deinde Pater noster. Ps. De profundis. clxxxix; cum Précibus et Orationibus, ut supra in Vesperis. exci.

## Psalmi Graduales.



**D**ICUNTUR in Quadregesima Feria quarta cujuslibet Hebdomadae, non impedita aliquo Festo ix. Lectionum, in Choro ante Matutinum diei : extra Chorum pro opportunitate temporis.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine Glória Patri, sed in fine ultimi dicitur : Réquiem aetérnam.

Incipiuntur absolute sine Añs Psalmi : Ad Dñum cum tribulárer. 140. Levávi. 140. Laetátus sum. 143. Ad te levávi. 143. Nisi quia. 144.

Réquiem aetérnam \* dona eis, Dómine.

Et lux perpétua \* líceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus : Pater noster, secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi. ℞. Erue, Dñe, ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

**A**BSOLVE, quaesumus Dñe, ánimas famulórum famularúmque

tuarum, et omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Post Orationem statim dicuntur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur; et in fine cujuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri.

Psalmi: Qui confidunt. 144. In convertendo. 144. Nisi Dominus. 145. Beati omnes. 146. Saepe expugnaverunt. 146.

Postea dicitur flexis genibus: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, secreto.

*V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Meménto congregatiónis tuae. *R.* Quam possedisti ab initio.

*V.* Dómine, exáudi oratióne meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram: ut nos, et omnes famulos tuos, quos

delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Post Orationem statim dicuntur alii Psalmi Graduales qui sequuntur; et in fine cujuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri.

Psalmi: De profundis. 146. Dómine, non est. 147. Meménto, Dñe, David. 147. Ecce quam bonum. 148. Ecce nunc benedicite. 163.

Deinde dicitur flexis genibus: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, secreto.

*V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Salvos fac servos tuos. *R.* Deus meus, sperantes in te.

*V.* Dómine, exáudi oratióne meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

**P**RAETENDE, Dñe, famulis et famulabus tuis dexteram coelestis auxilii: ut te toto corde perquirant et quae digne postulant, consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.



## Septem Psalmi Poenitentiales

CUM LITANIIS.



**D**ICUNTUR flexis genibus in omnibus sextis Feriis Quadrage. quando

Officium fit de Feria. Litanie autem, omissis septem Psalmis, dicuntur in Litanis majoribus in Festo S. Marci, et in tribus diebus Rogationum.

Dicuntur autem in Quadrage. in Choro post Matutinum et Laudes diei, dicto **Benedicamus Domino** : extra Chorum pro opportunitate temporis.

*Añsa. Ne reminiscaris.*

Psalmus vi.



**D**OMINE, ne in furore tuo arguas me, \* neque in ira tua corripas me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum : \* sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : \* sed tu, Domine, usquequo ?

Converte, Domine, et eripe animam meam : \* salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui : \*

in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum : \* lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : \* inveteravi inter omnes inimicos meos,

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem : \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, \* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : \* convertantur et erubescant valde velociter.

*Glória Patri, etc.*

Psalmus xxxi.

**B**EATI, quorum remissae sunt iniquitates : \* et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, \* nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, \* dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus

tua : \* convérsus sum in aerúmna mea, dum confígitur spina.

Delictum meum cóni-tum tibi feci, \* et injustítiam meam non abscondi.

Dixi : Confitébor advérsum me injustítiam meam Dómino : \* et tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, \* in témpore opportúno.

Verúntamen in dilúvio aquárum multárum, \* ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatione, quae circúmdedit me : \* exultátio mea éru me a circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris : \* firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus et mulus, \* quibus non est intelléctus.

In camo et fraeno máxillas eórum constrínge, \* qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris, \* sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Laetámini in Dómino, et exultáte, justí : \* et gloriámini omnes recti corde.

Glória Patri, etc.

Psalmus xxxvii.

**D**OMINE, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corripías me.

Quóniam sagíttae tuae infixae sunt mihi : \* et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie irae tuae : \* non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meae supergréssae sunt caput meum : \* et sicut onus grave gravatae sunt super me.

Putruérunt, et corrúptae sunt cicatríces meae, \* a fácie insipientiae meae.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem : \* tota die contristátus ingrediebar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus : \* et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis : \* rugiebam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum : \* et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est, dereliquit me virtus mea : \* et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei, et próximi mei \* advérsum me appropinquavérunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : \* et vim faciébant qui quaerébant ánimam meam.

Et qui inquirebát mala mihi, locúti sunt vanitá-

ccxiv. *Septem Psalmi Poenitentiales.*

tes : \* et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam : \* et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens : \* et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi : \* tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei : \* et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum : \* et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo : \* et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : \* et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : \* quóniam sequébar bonitátē.

Ne derelínquas me, Dómine Deus meus : \* ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, \* Dómine Deus salútis meae.

Glória Patri, etc.

Psalmus I.

**Q** I S E R E R E mei, Deus, \* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miseratióñũ tuárum, \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco : \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : \* ut iustificeris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : \* incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

Aspérget me hyssópo, et mundábor : \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et laetítiam : \* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne prócias me a faciē tua : \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetítiam salutáris tui, \* et spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, \* et impii ad te converténtur.

Libera me de sanguinibus  
Deus, Deus salutis meae : \*  
et exultabit lingua mea ius-  
titiam tuam.

Dómine, lábia mea apé-  
ries, \* et os meum annuntiá-  
bit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sac-  
rificium dedissem útique : \*  
holocáustis non delectá-  
beris.

Sacrificium Deo spíritus  
contribulátus : \* cor contri-  
tum et humiliátum, Deus,  
non despicias.

Benigne fac, Dñe, in bona  
voluntate tua Sion : \* ut ae-  
dificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifi-  
cium iustitiae, oblatiónes,  
et holocáusta : \* tunc im-  
pónent super altáre tuum  
vitulos.

Glória Patri, etc.

Psalmus cñ.

**D**OMINE, exáudi ora-  
tiónem meam : \* et  
clamor meus ad te veniat.

Non avértas fáciem tuam  
a me : \* in quacúmque die  
tribulor, inclina ad me au-  
rem tuam.

In quacúmque die invo-  
cávero te, \* velóciter exáu-  
di me.

Quia defecerunt sicut fu-  
mus dies mei : \* et ossa mea  
sicut crémium aruerunt.

Percússus sum ut foe-  
num, et áruit cor meum : \*  
quia oblitus sum comédere  
panem meum.

A voce gémitus mei \* ad-  
haesit os meum carni meae.

Símilis factus sum pelli-  
cáno solitúdinis : \* factus  
sum sicut nyctícorax in do-  
micílio.

Vigilávi, \* et factus sum  
sicut passer solitárius in  
tecto.

Tota die exprobrábant  
mihi inimíci mei : \* et qui  
laudábant me, advérsus me  
jurábant.

Quia cñerem tamquam  
panem manducábam, \* et  
potum meum cum fletu mi-  
scébam.

A fácie irae et indignatió-  
nis tuae : \* quia élevans  
allisisti me.

Dies mei sicut umbra de-  
clinavérunt : \* et ego sicut  
foenum áruí.

Tu autem, Dómine, in  
aetérnum pérmanes : \* et  
memoriále tuum in genera-  
tiónem et generatiómem.

Tu exúrgens miseréberis  
Sion : \* quia tempus mise-  
réndi ejus, quia venit tem-  
pus.

Quóniam placuerunt ser-  
vis tuis lápides ejus : \* et  
terrae ejus miserebúntur.

Et timébunt Gentes no-  
men tuum, Dñe, \* et omnes  
reges terrae glóriam tuam.

Quia aedificávit Dóminus  
Sion : \* et vidébitur in gló-  
ria sua.

Respexit in oratiómem  
humílium : \* et non sprevit  
prece[m] eórum.

Scribántur haec in generatióne áltera : \* et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

Quia prospéxit de excélsio sancto suo : \* Dóminus de coelo in terram aspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : \* ut sólveret filios interemptórum :

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : \* et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, \* et reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suae : \* Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídió diérum meórum : \* in generatiónem et generatiónem anni tui.

Iniúo tu, Dómine, terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt coeli.

Ipsi perfbunt, tu autem pérmanes : \* et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servórum tuórum habitábunt : \* et semen eórum in saeculum dirigétur.

Glória Patri, etc.

*Psalmus cxxix.*

**D**E profúndis clamávi ad te, Dómine : \* Dómine, exáudi vocem meam. Fiant aures tuae inten-

déntes, \* in vocem deprecatiónis meae.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : \* Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus : \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctém : \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri, etc.

*Psalmus cxlii.*

**D**OMINE, exáudi oratiónem meam : áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua : \* exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo : \* quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimicus ánimam meam : \* humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscuris sicut mórtuos saeculi : \* et anxíatus est super me spírítus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiqúorum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : \* in

factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : \* anima mea sicut terra sine aqua tibi :

Velociter exaudi me, Domine : \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me : \* et similis ero descendentibus in lacum.

Audiam fac mihi mane misericordiam tuam : \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : \* doce me facere voluntatem

tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : \* propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : \* et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam : \* quoniam ego servus tuus sum.

Glória Patri, etc  
Ana. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

## Litaniae.



YRIE elíson.  
Christe elíson.  
Kyrie elíson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.  
Pater de coelis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, ora.

Sancta Virgo virginum, ora.

Sancte Michaël, ora.

Sancte Gabriel, ora.

Sancte Raphaël, ora.

Omnes sancti Angeli et Archangeli, orate.

Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate pro nobis.

Sancte Joannes Baptista, ora pro nobis.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriarchae et Prophetae, orate pro nobis.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.

Sancte Jacobe, ora.

Sancte Joánes,	ora.	Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Thoma,	ora.	Sancte Bernárde,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Domínice,	ora.
Sancte Philippe,	ora.	Sancte Francisce,	ora.
Sancte Bartholomaeae,	ora.	Omnes sancti Sacerdotes et	
Sancte Matthaeae,	ora.	Levitae,	orate.
Sancte Simon,	ora.	Omnes sancti Mónachi et	
Sancte Thaddaeae,	ora.	Eremítas,	orate.
Sancte Mathía,	ora.	Sancta María Magdaléna,	
Sancte Bárnaba,	ora.	ora pro nobis.	
Sancte Luca,	ora.	Sancta Agatha,	ora.
Sancte Marce,	ora.	Sancta Lúcia,	ora.
Omnes sancti Apóstoli et		Sancta Agnes,	ora.
Evangelístae,	orate.	Sancta Caecilia,	ora.
Omnes sancti Discípuli		Sancta Catharina,	ora.
Dómini, orate pro nobis.		Sancta Anastasia,	ora.
Omnes sancti Innocétes,		Omnes sanctae Virgines et	
orate pro nobis.		Viduacae, orate pro nobis.	
Sancte Stéphane,	ora.	Omnes Sancti et Sanctae	
Sancte Lauréti,	ora.	Dei, intercédite pro no-	
Sancte Vincéti,	ora.	bis.	
Sancti Fabiáne et Seba-		Propítius esto, parce nobis,	
stiáne, orate pro nobis.		Dómine.	
Sancti Joánes et Paule,		Propítius esto, exáudi nos,	
orate pro nobis.		Dómine.	
Sancti Cosma et Damiáne,		Ab omni malo, libera nos,	
orate pro nobis.		Dómine.	
Sancti Gervási et Protási,		Ab omni peccáto, libera.	
orate pro nobis.		Ab ira tua, libera.	
Omnes sancti Mártyres,		A subitánea et improvisa	
orate pro nobis.		morte, libera.	
Sancte Silvéster,	ora.	Ab insidiis diaboli, libera.	
Sancte Gregóri,	ora.	Ab ira, et ódio, et omni mala	
Sancte Ambrósi,	ora.	voluntáte, libera.	
Sancte Augustíne,	ora.	A spiritu fornicationis, lí-	
Sancte Hierónyme,	ora.	bera nos, Dómine.	
Sancte Martíne,	ora.	A fulgúre et tempestáte, lí-	
Sancte Nicoláe,	ora.	bera nos, Dómine.	
Omnes sancti Pontífices et		A flagélló terraemótu, lí-	
Confessóres,	orate.	bera nos, Dómine,	
Omnes sancti Doctóres,		A peste, fame et bello, lí-	
orate pro nobis.		bera nos, Dómine,	
Sancte Antóni,	ora.	A morte perpétua, libera.	

Per mystérium sanctæ incarnationis tuæ, libera nos, Dómine.

Per advéntum tuum, libera.

Per nativitátem tuam, libera nos, Dómine.

Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, libera.

Per crucem et passiónem tuam, libera.

Per mortem et sepultúram tuam, libera.

Per sanctam resurrectiónem tuam, libera.

Per admirábilem ascensiónem tuam, libera.

Per advéntum Spíritus sancti Parácliti, libera.

In die júdicii, libera.

Peccatóres, te rogámus, audi nos.

Ut nobis parcas, te rogámus, audi nos.

Ut nobis indúlgeas, te rogámus, audi nos.

Ut ad veram poeniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut Ecclesiám tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus.

Ut domnum Apostólicum et omnes Ecclesiásticos órdenes in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut régibus et princípibus cristiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus.

Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut mentes nostras ad coeléstia desidéria érigas, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus.

Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab aetérna damnatióne erípias, te rogámus.

Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem aetérnam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus, audi nos.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Christe audi nos. Christe exáudi nos. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.



¶ Et ne nos indúcas in tentatióem. *R.* Sed libera nos a malo.

Psalmus lxxix.



**D**EUS, in adiutorium meum intende: \* Dómine, ad adiuvándum me festína.

Confundántur, et reverentúr, \* qui quaerunt ánimam meam :

Avertántur retrórsum, et erubéscant, \* qui volunt mihi mala :

Avertántur statim erubescéntes, \* qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exúltent et laeténtur in te omnes qui quaerunt te, \* et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui diligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et pauper sum : \* Deus, ádjuvame.

Adiutor meus, et liberátor meus es tu : \* Dómine, ne moréris.

Glória Patri. Sicut erat.

¶ Salvos fac servos tuos.

*R.* Deus meus, sperántes in te.

¶ Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis. *R.* A fácie inimíci.

¶ Nihil proficiat inimícus in nobis. *R.* Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

¶ Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias

nobis. *R.* Neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis.

¶ Orémus pro Pontífice nostro N. *R.* Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

¶ Orémus pro benefactóribus nostris. *R.* Retribúere dignáre, Dñe, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.

¶ Orémus pro fidélibus defúntis. *R.* Réquiem aeternam dona eis, Dñe, et lux perpétua líceat eis.

¶ Requíescant in pace. *R.* Amen.

¶ Pro frátribus nostris abséntibus. *R.* Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

¶ Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto. *R.* Et de Sion tuére eos.

¶ Dómine, exáudi oratióem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

¶ Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, cui próprium est miseréri semper, et párcere : súscipe deprecatióem nostram ; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuae pietátis cleménter absólvat.

**E**XAUDI, quaesumus  
Dñe, supplicum pre-  
ces, et confitentium tibi par-  
ce peccatis : ut pariter nobis  
indulgentiam tribuas benig-  
nus et pacem.

**I**NEFFABILEM no-  
bis, Dómine, mise-  
ricórdiam tuam cleméner  
osténde : ut simul nos et a  
peccatis ómnibus éxuas, et  
a poenis, quas pro his me-  
rémur, erípias.

**D**EUS, qui culpa offén-  
deris, poeniténtia placáris :  
preces pópuli tui  
supplicántis propítius respice ;  
et flagélla tuae iracúndiae,  
quae pro peccatis nostris  
merémur, avérte.

**O**MNIPOTENS sem-  
pitérne Deus, mise-  
rere famulo tuo Pontífici  
nostro N. et dirige eum se-  
cúndum tuam cleméntiã in  
viam salutis aetérnae : ut te  
donánte, tibi plácita cúpiat,  
et tota virtúte perficiat.

**D**EUS, a quo sancta  
desidéria, recta consil-  
lia, et justa sunt ópera :  
da servis tuis illam, quam  
mundus dare non potest,  
pacem ; ut et corda nostra  
mandátis tuis dédita, et  
hóstium subláta formidine,  
témpera sint tua protectió-  
ne tranquilla.

**A**RE igne sancti Spíri-  
tus renes nostros, et  
cor nostrum, Dñe : ut tibi  
casto corpore serviámus, et  
mundo corde placeámus.

**F**IDELIUM Deus  
ómnium Cónditor et  
Redémptor, animábus fa-  
mulórum famularúmque  
tuárum, remissionem cun-  
ctórum tribue peccatórum :  
ut indulgentiam, quam  
semper optaverunt, piis  
supplicatióibus conse-  
quántur.

**A**CTIONES nostras,  
quaesumus Dómine,  
aspirándo praeveni, et ad-  
juvándo proséquere : ut  
cuncta nostra oratio et ope-  
rátio a te semper incipiat,  
et per te coepta finiátur.

**O**MNIPOTENS sem-  
pitérne Deus, qui  
vivórum domináris simul et  
mortuórum, ómniumque  
miseréris, quos tuos fide et  
ópere futúros esse praenó-  
scis : te supplices exorá-  
mus : ut pro quibus effún-  
dere preces decrévimus,  
quosque vel praesens sae-  
culum adhuc in carne réti-  
net, vel futúrum jam exútos  
corpore suscepit, interce-  
déntibus ómnibus sanctis  
tuis, pietátis tuae cleméntia,  
ómnium delictórum suó-  
rum véniam consequántur.  
Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.  
℞. Et cum spíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omni-  
potens et miséricors Dómi-  
nus. ℞. Amen.

℣. Et fidélium ánimae per  
misericórdiam Dei requiescant  
in pace. ℞. Amen.

## Ordo Commendationis Animae.

Primum dicuntur Litaniae breves in hunc modum.



**K**YRIE elíson. Christe elíson. Kyrie elíson.  
 Sancta María, ora pro eo  
 Omnes sancti Angeli, et Archángeli, oráte pro eo.  
 Sancte Abel, ora.  
 Omnis chorus Justórum, ora pro eo.  
 Sancte Abraham, ora.  
 Sancte Joánnes Baptísta, ora pro eo.  
 Sancte Joseph, ora.  
 Omnes sancti Patriárchae et Prophétae, oráte.  
 Sancte Petre, ora.  
 Sancte Paule, ora.  
 Sancte Andréa, ora.  
 Sancte Joánnes, ora.  
 Omnes sancti Apóstoli et Evangelístae, oráte.  
 Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte pro eo.  
 Omnes sancti Innocétes, oráte pro eo.  
 Sancte Stéphané, ora.  
 Sancte Lauréti, ora.  
 Omnes sancti Mártýres, oráte pro eo.  
 Sancte Silvéster, ora.  
 Sancte Gregóri, ora.  
 Sancte Augustíne, ora.  
 Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.

Sancte Benedicte, ora.  
 Sancte Francisce, ora.  
 Omnes sancti Mónachi et Eremitae, oráte.  
 Sancta María Magdaléna, ora pro eo.  
 Sancta Lúcia, ora.  
 Omnes sanctae Vírgines et Víduae, oráte pro eo.  
 Omnes Sancti et Sanctae Dei, intercédite pro eo.  
 Propítius esto, parce ei, Dómine.  
 Propítius esto, libera eum, Dómine.  
 Propítius esto, libera.  
 Ab ira tua, libera.  
 A perículo mortis, libera.  
 A mala morte, libera.  
 A poenis inférni, libera.  
 Ab omni malo, libera.  
 A potestáte diaboli, libera.  
 Per nativitátem tuam, libera eum, Dómine.  
 Per crucem et passiónem tuam, libera.  
 Per mortem et sepultúram tuam, libera.  
 Per gloriósam resurrecciónem tuam, libera.  
 Per admirábilem ascensiónem tuam, libera.  
 Per grátiam Spíritus sancti Parácliti, libera.  
 In die judícii, libera.  
 Peccatóres, te rogámus, audi nos.  
 Ut ei parcas, te rogámus, audi nos.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Deinde cum in agone sui exitus anima anxietur, dicantur sequentes Orationes :

Oratio.

**P**ROFICISCERE, ánima christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit : in nómine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est : in nómine Spíritus sancti, qui in te effusus est : in nómine Angelórum et Archangelórum : in nómine Thronórum et Dominatiónum : in nómine Principátuum et Potestátum : in nómine Chérubim et Séraphim : in nómine Patriarchárum et Prophetárum : in nómine sanctórum Apostolórum et Evangelistárum : in nómine sanctórum Mártyrum et Confessorum : in nómine sanctórum Monachórum et Eremitárum : in nómine sanctárum Virginum, et ómnium Sanctórum et Sanctárum Dei : hódie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, *Rz.* Amen.

Oratio.

**D**EUS misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinē miseratiónum tuárum peccáta

poeniténtium deles, et prae-teritórum críminum culpas venia remissiónis evácuas : respice propítius super hunc fámulum tuum *N.* et remissióne ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem deprecátus exáudi. Rénova in eo, piissime Pater, quidquid terréna fragilitate corruptum, vel quidquid diabólica fraude violátum est : et unitati córporis Ecclesiáe membrum redemptiónis annécte. Miserére, Dñe, gemituum, miserére lacrymárum ejus : et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad tuae sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

*Rz.* Amen.

**C**OMMENDO te omnipoténti Deo, carissime frater, et ei, cujus es creatúra, committo : ut cum humanitátis débitum morte interveniéntem persólveris, ad auctórem tuum, qui te de limo terrae formáverat, revertáris. Egre-diénti itaque ánimae tuae de córpore spléndidus Angelórum coetus occúrrat : iudex Apostolórum tibi senátus advéniat : candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exercitus óbviet : iuliáta rutilántium te Confessorum turma circúmdet : jubilántium te Virginum chorus excépiat : et beátæ

quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astrín-gat : mitis atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assi-sténtes sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sá-tanas cum satellítibus suis : in advéntu tuo te, comitánti-bus Angelis, contremíscat, atque in aetérnae noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, et dissipén-tur inimíci ejus : et fúgiant, qui odérunt eum a fácie ejus. Sicut déficit fumus deficiant : sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant pec-catóres a fácie Dei : et justí epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei. Confundán-tur igitur et erubéscant omnes tartáreae legiónés, et ministri sátanae iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifíxus est. Líberet te ab aetérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constitúat te Christus Fílius Dei vivi in-tra paradísi sui semper amoena viréntia, et inter oves suas te verus ille Pa-stor agnóscat. Ille ab ómni-bus peccátis tuis te absól-vat, atque ad dexteram suam in electórum suórum te sorte constitúat. Redem-

ptórem tuum fácie ad fá-ciem védeas, et praesens semper assístens, manife-stíssimam beátis óculis aspi-cias veritátem. Constitútus igitur inter ágmina beatórum, contemplatiónis diví-nae dulcédine potiáris in saecula saeculórum. R. Amen.

Oratio.

**S**USCIPE, Dómine, servum tuum in lo-cum sperándaé sibi salva-tiόνis a misericórdia tua. R. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui ex ómnibus perí-culis inférni, et de láqueis poenárum, et ex ómnibus tribulatióibus. R. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti He-noch et Eliam de commúni morte mundi. R. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Noé de dilúvio. R. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldaeo-rum. R. Amen.

Líbera, Dñe, ánimam ser-vi tui, sicut liberásti Job de passiónibus suis. R. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ. R. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Lot

de Sódomis, et de flamma ignis. *R.* Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. *R.* Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. *R.* Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, et de manu regis iníqui. *R.* Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Susánnam de falso crímine. *R.* Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Gollae. *R.* Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Petrum et Paulum de cárceribus. *R.* Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam Virgínem et Mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam hujus servi tui, et tecum fácias in bonis congaudére coeléstibus. *R.* Amen.

*Oratio.*

**C**OMMENDAMUS tibi, Dñe, ánimam fámuli tui N. precamúrque

te, Dómine, Jesu Christe, Salvátor mundi ut propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce, Dómine, creatúram tuam, non a diis aliénis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est álius Deus praeter te, et non est secúndum ópera tua. Laetífica, Dómine, ánimam ejus in conspéctu tuo, et ne memineris iniquitátum ejus antiquárum, et ebrietátum, quas suscitávit furor, sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et Fílium, et Spiritum sanctum non negávit, sed crédidit, et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

*Oratio.*

**D**ELICTA juventúti, et ignorántias ejus, quaesumus, ne memíneris, Dñe: sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illius in glória claritátis tuae. Aperiántur ei coeli, collaeténtur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum súcipe. Suscípiat eum sanctus Michaél Archángelus Dei, qui militiae coeléstis méruit principátum. Véniant illi óbviám sancti Angeli Dei, et perdúcant eum

in civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo omnes sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo omnes sancti et electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt: ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni coelestis, praestante Domino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. *R.* Amen.

Sianxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet. *Confitemini Dño. 25.* et totus Ps. Beati immaculati, per Horas distributus. 26.

Egressa autem anima, dicitur hoc *R.* Subvenite, Sancti Dei, occurrите, Angeli Domini: \* Suscipientes animam ejus: \* Offerentes eam in conspectu

Altissimi. *V.* Suscipiat te Christus qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te.—Suscipientes.

*V.* Requiem aeternam dona ei, Dñe: et lux perpetua luceat ei.—Offerentes.

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Postea Pater noster, secreto, *V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Requiem aeternam dona ei, Domine. *R.* Et lux perpetua luceat ei.

*V.* A porta inferi. *R.* Erue, Dñe, animam ejus.

*V.* Requiescat in pace. *R.* Amen.

*V.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

**T**IBI, Domine, commendamus animam famuli tui N, ut defunctus saeculo tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

## Benedictio Mensae

## ANTE PRANDIUM

Sacerdos benedicturus  
mensam incipit :



**B**ENEDICITE, et alii repetunt, Benedicite. Deinde dicit *V.* Oculi omnium, et alii prosequuntur : In te sperant, Dómine, et tu das escam illórum in tempore opportúno. Aperis tu manum tuam, et imple omne animal benedictióne.

Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.

*V.* Et ne nos inducas in tentatióne. *R.* Sed libera nos a malo.

Postea Sacerdos dicit :  
Orémus.

**B**ENEDIC, Dñe nos, et haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumptúri. Per Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

Deinde Lector, Jube, domne, benedícere. Benedictio. Mensae coeléstis participes fáciat nos Rex aetérnae glóriæ. *R.* Amen.

## POST PRANDIUM

Aguntur gratiae hoc modo. Dicit a Lectore Tu au-

tem, Dñe, miserére nobis. *R.* Deo grátias, omnes surgunt.

Sacerdos incipit. *V.* Confiteántur tibi, Dómine, omnia ópera tua. *R.* Et Sancti tui benedícant tibi.

*V.* Glória Patri. *R.* Sicut erat.

Postea Sacerdos absolute dicat :

**A**GIMUS tibi grátias, omnipotens Deus, pro univérsis beneficiis tuis: Qui vivis et regnas in saecula saeculórum. *R.* Amen.

Deinde alternatim dicitur Psal. Miserére mei. 62. vel

## Psalmus cxvi.



**A**UDATE Dñum omnes Gentes : \* laudáte eum, omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : \* et véritas Dómini manet in aetérnum.

Glória Patri. Sicut erat.

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Sacerdos dicit, Pater noster, secreto.

*V.* Et ne nos inducas in tentatióne. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Dispérsit, dedit pauperibus. *R.* Justítia ejus



manet in saeculum saeculi.

¶ Benedicam Dóminum in omni témpore. R. Semper laus ejus in ore meo.

¶ In Dómino laudábitur ánima mea. R. Audiant mansuéti, et laeténtur.

¶ Magnificáte Dóminum mecum. R. Et exaltémus nomen ejus in idípsum.

¶ Sit nomen Dómini benedíctum. R. Ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Deinde sine Orémus.

**B**ETRIBUERE dignáre, Dñe, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam aetérnam. R. Amen.

¶ Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

¶ Fidélium ánimaè per misericórdiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Pater noster, secreto. Quo finito, dicit Sacerdos: Deus det nobis suam pacem. R. Amen.

#### ANTE COENAM

Sacerdos benedícturus mensam incipit, **Benedícite**, et alii repetunt **Benedícite**.

Deinde Sacerdos incipit ¶. et alii prosequuntur:

**A**DENT páuperes, et saturabúntur, et laudábunt Dóminum, qui requirunt eum: vivent corda eórum in saeculum saeculi.

Glória Patri. Sicut erat.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.

¶ Et ne nos indúcas in tentatiónem. R. Sed libera nos a malo.

Orémus. Bénedic, Dómine, ut supra in prandio. **Jube, domne, benedícere.** Benedíct. Ad coenam vitae aetérnae perdúcat nos Rex aetérnae glóriæ. R. Amen.

#### IN FINE COENAE

Dicitur ¶. Memóriam fecit mirabílium suórum misericors et miserátor Dñus: escam dedit timéntibus se.

Glória Patri. Sicut erat.

Sacerdos dicat:

**B**ENEDICTUS Deus in donis suis, et sanctus in ómnibus opéribus suis: Qui vivit et regnat in saecula saeculórum. R. Amen.

Deinde alternatim dicitur Ps. **Laudáte Dóminum**, et reliqua ut supra. **ccxiii.**

Quando semel comeditur, omnia dicantur ut in coena.

Prædictus modus benedícendi mensam, et agendi grátias, servatur omni témpore hujus Partis Hiemalis, præterquam diebus infrascriptis, quibus ¶¶. et Psalmi tantum variantur.

In Nativitate Dñi usque ad coenam Vigiliae Epiphaniae exclusive dicitur:

¶ Verbum caro factum est, alleluia. R. Et habitá-

vit in nobis, allelúia. Glória Patri. Sicut erat.

In fine dicitur *V.* Notum fecit Dóminus, allelúia. *R.* Salutare suum, allelúia.

Alia ut supra. Psalmus Cantáte. 118. vel Laudáte Dñm omnes Gentes. ccxiii. Qui Psalmus semper ad beneplacitum dici potest etiam in aliis solemnitatibus.

In Epiphania, et per totam Octavam, *V.* Reges Tharsis, et insulae múnera offerent, allelúia. *R.* Reges Arabum et Saba dona addúcent, allelúia. Glória Patri.

In fine dicitur *V.* Omnes de Saba vénient, allelúia. *R.* Aurum et thus deferentes, allelúia. Glória Patri. Psalmus Deus júdicium. 93.

## Itinerarium.



**I**NERICUS in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quae sequuntur in singulari: si cum sociis, in plurali.

Añã. In viam pacis.

Canticum. Benedíctus Dóminus Deus Israël. 23.

In fine Glória Patri.

Añã. In viam pacis et prosperitátis dirígat nos omnipotens et miséricors Dóminus: et Angelus Raphaël comitétur nobíscum in via, ut cum pace, salute, et gáudio revertámur ad própria.

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.

*V.* Et ne nos indúcas in tentatiónem. *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Salvos fac servos tuos. *R.* Deus meus, sperántes in te.

*V.* Mitte nobis, Dómine, auxiliúm de sancto. *R.* Et de Sion tuere nos.

*V.* Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis. *R.* A fácie inimíci.

*V.* Nihil proficiat inimícus in nobis. *R.* Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

*V.* Benedíctus Dóminus die quotidie. *R.* Prósperum iter faciát nobis Deus salutárium nostrórum.

*V.* Vias tuas, Dómine, demónstra nobis. *R.* Et sémitas tuas édoce nos.

*V.* Utinam dirigántur viae nostrae. *R.* Ad custodiéndas justificatiónes tuas.

*V.* Erunt prava in dirécta. *R.* Et áspera in vias planas.

*V.* Angelis suis Deus mandávit de te. *R.* Ut custodiát te in ómnibus viis tuis.

*V.* Dómine, exáudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

*V.* Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

**D**EUS, qui filios Israël per maris médium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce, pandísti: tribue nobis, quaesumus, iter próspere, tempúsque tranquillum: ut, Angelo tuo sancto cómite, ad eum quo pèrgimus locum, ac demum ad aetérnae salútis portum pervenire feliciter valeámus.

**D**EUS, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldaeorum edúctum, per omnes suae peregrinaciónis vias illaesum custodísti: quaesumus, ut nos fámulos tuos custodire digneris: esto nobis, Dómine, in prociñctu suffrágium, in via so-

látium, in aestu umbráculum, in plúvia et frigore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitate praesídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut, te duce, quo téndimus, próspere perveniámus, et demum incólumes ad própria redeámus.

**A**DESTO, quaesumus Dñe, supplicaciónibus nostris: et viam famulorum tuorum in salútis tuae prosperitate dispone; ut inter omnes viae et vitae hujus varietates tuo semper protegámur auxilio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus, ut familia tua per viam salútis incédát: et beáti Joánnis Praecursóris hortaménta sectándo, ad eum quem praedíxit, securá perveniat, Dñum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per ómnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

*V.* Procedámus in pace. *R.* In nómine Dñi. Amen.

## Lectori Monitum.

*Quae adnotantur Officia, utpote universalem non respiciant Ecclesiam, sed pro aliquibus tantum indulta sint locis, extra ordinem aliorum hic in fine posita sunt pro majori Psallentium commoditate.*

### DIE XXVIII. NOVEMB.

In festo S. Gregorii III.  
Papae et Confessoris  
Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Comm. Conf.  
Pontificis. Ixi. praeter sequentia.

Oratio. Da, quaesumus,  
omnipotens Deus. Ixii.

Lectiones primi Nocturni  
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.



**REGORIUS,**  
hujus nominis tertius,  
natione Syrus, patre Joanne, Gregorio secundo vita functo, unanimes Cleri et populi consensu, nec non divino quodam instinctu, cum dignissimus omnium esset, subrogatus est, anno Christi septingentesimo trigésimo primo. Vir singulari doctrina, et virtute, latina et graeca lingua eruditus, mirabili dicendi facundia, at-

que adeo felici memoria ut totum Psalterium memoriter recitaret; is demum, quem praedecessori suo Gregorio, doctrina et prudentia sapientissimi homines aequiparandum esse duxerunt.

R. Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocet ei.—Manus.

LECTIO V.

**C**ATHOLICAE fidei propugnator acerrimus, Leonem Isaurum imperatorem iconoclastam paternis monitis, et litteris ad sanio rem mentem reducere conatus est. Sed cum nihil proficeret, convocato Romae nonaginta quinque Episcoporum Concilio, sacrarum imaginum cultum Apostolico decreto firmavit et diro anathemate feriit Iconomachos. Quae cum ad Leonis aures pervenisent, altius rugire coepit,

misitque adversus Gregórium florentissimam classem cum potentissimo exercitu, sed haec, volente, ac vindice Deo, in Adriático saeva tempestáte agitáta, foedo naufrágio périit.

℞. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. ∇. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.—Manus.

Lectio vi.

**Q**U<sup>o</sup>LT<sup>a</sup> quoque a Luitprándo Longobardórum rege inque passus est, qui et Urbem longa obsidióne cinxit, et sancti Petri Basilicam sacrilega manu dirípuit. In his angústiiis sanctíssimus Póntifex ad Cárolum Martéllum, antecessóris exémplo, legáto cum sacris munéribus destinávit. Munívit Urbis moenia, largas in egénos eleemósynas erogávit, novas basilicas a fundaméntis extrúxit, antiqúas ornávit, ac restaurávit, Vaticanam praesértim, intra quam Oratórium auro, argéto, gemmis, omníque pretiósí óperis géneré ditátum eréxit, in quo sanctórum Apostolórum, et Mártyrum reliquias, summa cura, et diligéntia toto Christiáni orbis ámbitu conquisítas repósuit, et coléndas expósuit,

eo máxime témpore, quo illas hagiómachi diabólico furóre proculcábant. Multa Monastéria restituit, et sanctis légibus instrúxit, statuítque, ut Presbyteri, et Mónachi altérnis noctu, diúque divinas laudes celebrárent. Fractus demum labóribus, méritis licet, atque virtútibus ínclytus, anno sui pontificátus undécimo nondum perácto, quarto Kaléndas Decémbris pie óbiit in Dño, et in praedicto Oratório Vaticanó sepúltus est.

℞. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta: \* Ipse intercedát pro peccátis ómnium populórum. ∇. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna.—Ipse. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia super Evangelium: Homo pégre. lxx.

In Vesperis, Oratio. Exáudi. lxxii.

DIE XXIX. NOVEMB.

In festo sancti Gelasii I.

Papae et Confessoris.

Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Comm. Conf. Pontif. lxi. praeter sequentia, quae hic propria adnotantur.

Oratio. Da quaesumus.  
Lectiões primi Nocturni de Scriptura occurrente,  
In secundo Nocturno.

Lectio iv.



ELASIVS, gente Africānus, patre Valerio, in Felicis tertii locum subrogatus, Pontificatum gessit annos quatuor, menses octo, duodeviginti dies. Creavit in duplici Ordinatione Diaconos duos, Presbyteros triginta et duos, sexaginta septem per diversa loca Episcopos. Vir sane singulari fidei propagandae, ac servandae zelo ardentissimus, omni litteratura, praesertim sacra instructissimus, et intrépido pectoris robore, tum ad vindicandam Ecclesiae, et Sedis Apostolicae jura, tum ad retundendam haereticorum, et schismaticorum proterviam armatus.

R. Inveni David. ccxxxi.

Lectio v.

ÆJUS cura et studio, non Clerus modo plurimum auctus est, verum etiam universa Ecclesia magnis incrementis adolevit. In quo certe illius prudentia mirabilis fuit, cum eo tempore Anastasius Imperator haereticus, et Theodoricus Arianus rerum utriusque imperii potirentur. Imminente famis pe-

riculo, ubere annonā Urbem recreavit. Lupercalia, aliaque gentiliū spectacula, quae ad haec usque tempora, post tam multa Imperatorum edicta adversus idololatriam lata, et Romanorum Pontificum studia ad eam extirpandam adhibita, viguisse constat, Andromacho Senatore, aliisque Romanis, frustra licet refragantibus, penitus abolēvit.

R. Pôsui. ccxxxii.

Lectio vi.

ALIA quamplurima ad dignitatem et disciplinam Ecclesiae spectantia praestitit, sancivit, et scripsit. Defensores Acacii, Euphemium praesertim Constantinopolitanum damnavit; scriptisque ad diversos nervosissimis juxta atque doctissimis litteris, vel eos in officio continuit, vel aberrantes reduxit. Pelagianos, Manichaeos, et alios haereticos coercuit, eorumque libros publicis flammis tradi curavit. Praeter Decretales, et Hymnos ecclesiasticos, egregia scripsit Opuscula contra Nestorium, Arium, Pelagium, et Eutycheten. Sed illud praeceteris memorandum, quod libros canonicos ab aliis, et probatos ab apocryphis in Romana Synodo septuaginta Episcoporum, singulari decreto distinxit. Post

multos demum labores in regenda universali Ecclesia exantlatus, sanctissimus et doctissimus Pontifex pie obiit in Domino undécimo Kalendas Decembris anno Christi quadringentesimo nonagesimo sexto, et sepultus est in Vaticano.

R. Iste est. ccxxxii.

In tertio Nocturno, Homilia super Evangelium: **Homo peregre. lxx.**

In Laudibus fit Commemoratio Feriae et S. Saturnini, Martyris.

#### DIE IX. DECEMBRIS.

In festo S. Eutychiani,

Papae et Martyris.

Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi unius Martyris. xxvii. praeter sequentia.

Oratio. Deus qui. xxviii.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**EUTYCHIANUS** natione Tuscus, patria Lunensis, Marino patre, post beati Felicis sacerdotium, Romanae Ecclesiae Episcopatum suscepit. Constituit fruges, fabas, et uvas super altari benedici: itemque a fidelibus nullatenus martyrem sepeliri sine dal-

matica, aut purpurato colobio. Qui cum per diversa loca trecentos sexaginta duos martyres sua manu sepelisset, illis et ipse sociatus, sub Numeriano imperatore martyrio coronatus est sexto Idus Decembris, sepultusque in coemetério Callisti via Appia. Quinque Ordinationibus mense Decembri creavit Presbyteros quatuordecim, Diaconos quinque, Episcopos per diversa loca novem. Vixit in pontificatu annos octo, menses quinque, et dies aliquot.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. V. Descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit eum. — Et dedit.

Sermo sancti Máximi Episcopi.

*De S. Cypriano Homil. ii.*

Lectio v.

**I**N martyrio beatissimi Eutychiani, fratres charissimi, universa nobiscum Christi exultat Ecclesia, quam in omne gaudium, et coelestis eruditione sermonis instruxit, et munere triumphalis sanguinis decoravit. Fuit enim in eo, sicut compertum habemus, et contra errores diaboli

spirituális sapiéntiæ plenitúdo, et adversum persecutiónes mundi, Christiáni pectoris mitigáta constántia. Quis non hujúsmodi virum quantis valet præcóniis prosequátur, cujus eloquéntia inspiráta divínitus et Ecclésiás dócuit, et sæculum confutávit?

*R.* Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei, Dómine: \* Et voluntáte labiórú ejus non fraudásti eum. *V.* Quóniam prævenísti eum in benedictiúnibus dulcedinis: posuísti in cápite ejus coronám de lápide pretiósos. — Et voluntáte.

*Lectio vi.*

**U**ERE hic mirábilis, atque ómnium ubique stúdiis celebrándus, quem sánctitas sacerdotem, perítia doctórem, fides mártirem consecrávit. Pretiósas, inquit David, in conspéctu Dñi mors Sanctorum ejus. Vidéte carissimi, in quantum venerábilis Eutychiánus étiam prophéticam supergréssus est laudem, cujus in conspéctu Dñi non solum mors, sed et vita éxtitit pretiósas. Moriéndó namque próprium Christo sánguinem dedit: vivéndó nihilóminus cohortatióne fortíssima innúmeros coelo mártires acquisívit.

*R.* Stola jucunditátis induit eum Dóminus: \* Et

coronám pulchritúdinis pósuit super caput ejus. *V.* Cibávit illum Dñus pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. — Et coronám. Glória Patri. Et coronám.

In tertio Nocturno, Homilia super Evangelium: Si quis vult. xli.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ Immaculatæ Conceptionis et Feriæ.

**DIE X. DECEMBRIS.**

In festo Translationis Almae Domus Lauretanæ. Duplex.

**AD VESPERAS.**

*Añs.* Domum tuam, cum reliquis de Laudibus. ccxli. *Psalmus.* Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Festis B. M. V. clviii.

*Capitulum.* *Eccli.* xxiv.



**N** omnibus réquiem quaesívi, et in hæreditáte Dñi morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Créator ómnium: et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

*Hymnus.* Ave maris. clx.

*V.* Hæc est domus Dómini firmiter aedificáta. *R.* Bene fundáta est supra firmam petram.

*Ad Magnif.* *Añs.* Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est



domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est : Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

Oratio.

**D**EUS, qui beátæ Mariæ Virgínis domum per incarnáti Verbi mysterium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabíliter collocásti : concéde, ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres domus sanctæ tuæ. Per eúmdem Dñm.

Fit comm. Feriæ, et S. Melchiadis Papæ et Mart. (ubi fit Simplex), non autem Octavæ Imm. Concept.

Ad Completorium et alias Horas in fine Hymnorum dicitur : Jesu tibi sit glória.

AD MATUTINUM.

Invitat. Salvatórem mundi in domo Virgínis de Spíritu sancto concéptum, Veníte, adorémus. Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus. Coeléstis urbs, de Communi Dedicatiónis Ecclesiæ, cxxxi.

In primo Nocturno.

Añs. Eleváta est magnificéntia tua super coelos. Psalmus. Dómine Dóminus noster, cum reliquis ut in Festis B. M. V. clxi.

Añs. In sole pósuit tabernáculum suum, et ipse

tamquam sponsus procedens de thálamo suo.

Añs. Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus? innocens mánibus, et mundo corde.

V. Hic domus Dei est, et porta coeli.

R. Et vocábitur aula Dei.

De libro tertio Regum.

Lectio i.

Cap. viii.



**S**TETIT autem Sálomon ante altáre Dómini in conspéctu ecclesiæ Israël, et expándit manus suas in coelum, et ait : Ergone putándum est, quod vere Deus hábitet super terram? Si enim coelum, et coeli coelórum te cápere non possunt, quanto magis domus haec, quam aedificávi? Sed respice ad oratióem servi tui, et ad preces ejus, Dñe Deus meus : audi hymnum et oratióem, quam servus tuus orat coram te hódie : ut sint óculi tui apérti super domum hanc nocte ac die : super domum, de qua dixisti : Erit nomen meum ibi : ut exáudias deprecationem servi tui, et pópuli tui Israël, quodcúmque oráverint in loco isto, et exáudies in loco habitáculi tui in coelo, et cum exáuderis, propítius eris.

R̄. Vidi speciósam sicut columbam, ascendentē desuper rivos aquarum : ejus inaestimábilis odor erat nimis in vestimētis ejus : \* Et sicut dies verni circúmdabant eam flores rosárum, et lília convállium.

V. Quae est ista, quae ascendit per desértum, sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhae, et thuris? — Et sicut.

Lectio ii.

**S**I fúgerit pópulus tuus Israël inimícos suos (quia peccatúrus est tibi), et agéntes poeniténtiam, et confiténtes nómini tuo, vénerint, et oráverint, et deprecáti te fúerint in domo hac : exáudi in coelo, et dimítte peccátum pópuli tui Israël, et reduces eos in terram, quam dedisti pátribus eórum. Si clausum fúerit coelum, et non plúerit propter peccáta eórum ; et orántes in loco isto poeniténtiam égerint nómini tuo, et a peccátis suis convérsi fúerint propter afflictiónem suam : exáudi eos in coelo, et dimítte peccáta servórum tuórum, et pópuli tui Israël : et osténde eis viam bonam, per quam ámbulent, et da plúviam super terram tuam, quam dedisti pópulo tuo in possessionem.

R̄. Quae est ista, quae ascendit sicut auróra con-

surgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, Terribilis ut castrórum ácies ordináta ?

V. Filia Sion, tota formósa et suávis es, pulchra ut luna, elécta ut sol. — Terribilis.

Lectio iii.

**S**I quis cognóverit plagam cordis sui, et expándit manus suas in domo hac, tu exáudies in coelo in loco habitatiónis tuae, et repropitiáberis, et fácies ut des unicuique secúndum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor ómnium filiórum hóminum) ut tímeant te cunctis diébus, quibus vivunt super faciém terrae, quam dedisti pátribus nostris. Insuper et alienígena, qui non est de pópulo tuo Israël, cum vénerit de terra longínqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et bráchium tuum exténtum ubique) cum vénerit ergo, et oráverit in hoc loco, tu exáudies in coelo, in firmaménto habitáculi tui, et fácies ómnia, pro quibus invocáverit te alienígena : ut discant univérsi pópuli terrárum nomen tuum tímere, sicut pópulus tuus Israël, et probent quia nomen tuum invocátum est super domum hanc.

R̄. Quae est ista, quae processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem? \* Vidērunt eam filiae Sion, et beatam dixerunt, et Reginae laudaverunt eam. V̄. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium.—Vidērunt. Glória Patri. Vidērunt.

In secundo Nocturno.

Añã. Diffusa est grãtia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum: et in saeculum saeculi.

Antiphona. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Añã. Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

V̄. Dómine, dilexi decorem domus tuae. R̄. Et locum habitatiõnis glóriæ tuae.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Serm. lii. de Divers.

Lectio iv.



APIENTIA, quae Dei erat, et Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, aedificavit sibi domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi

ipsam dignum sibi habitaculum fide, et operibus praeparare? nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quod autem in beata Maria sancta Trinitas fuerit, fuerit dico per praesentiam majestatis; ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur Nuntius coelestis, qui ei arcana mysteria reserans, ait: Ave, gratia plena, Dominus tecum; et post pauca: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum sanctum, habes Patrem, Filium, et Spiritum sanctum.

R̄. O quam metuendus est locus iste! \* Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli. V̄. Haec est domus Domini firmiter aedificata, bene fundata est supra firmam petram. — Vere non est.

Lectio v.

UTRUM autem et quatuor principales virtutes, tamquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primum ergo videamus, an fortitudinem habuerit. Quae

nimirum virtus quomodo illi abesse potuit, quae abjectis saecularibus pompis, spreisque voluptatibus carnis, soli Deo in virginitate vivere proposuit? Ni fallor, haec Virgo est, quae apud Salomonem legitur: Mulierem fortem quis inveniet? procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Porro quod temperans et justa fuerit, ex Angeli collocutione, et sui ipsius responsione, luce clarius comprobamus. Salutata quippe tam venerabiliter ab Angelo: Ave, gratia plena, Dominus tecum, non se extulit, quasi quae ex singulari gratiae privilegio benediceretur, sed siluit, et qualis esset insolita haec salutatio secum cogitavit. Qua in re, quid nisi temperans fuit? at vero cum de coelestibus mysteriis ab eodem Angelo doceretur, diligenter quaesivit, quomodo conciperet et pareret, quae virum utique non cognosceret, et in hoc sine dubio prudens extitit.

R7. Fundata est domus Dñi supra verticem montium, et exaltata est super omnes colles: \* Et venient ad eam omnes gentes, et dicent: Gloria tibi, Dñe. V. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.— Et venient.

Lectio vi.

JUSTITIAE autem prae se fert insigne, ubi se ancillam Dñi confitetur; nam quod justorum sit confessio, testatur qui ait: Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo. Fuit igitur beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaque quatuor morum columnis, et tribus fidei praedictis extruxit in ea sibi domum Sapientia coelestis, quae a deo mentem ejus replavit, ut de plenitudine mentis foecundaretur et caro. Ipsius autem Virginis natalis domus divinis mysteriis consecrata Angelorum ministerio ab infidelium potestate in Dalmatiam prius, deinde in Agrum Lauretanum Picenae Provinciae translata fuit, sedente sancto Coelestino quinto: eandemque ipsam esse, in qua Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, tum pontificiis diplomatum, et celeberrima totius orbis veneratione, tum continua miraculorum virtute et coelestium beneficiorum gratia comprobatur. Quibus permotus Innocentius duodecimus, quo ferventius erga Matris amantissimae cultum fidelium memoria excitaretur,

ejúsdem sanctae Domus Translationem anniversaria solemnitate in tota Piceni Provincia veneratam, Missa etiam et Officio proprio celebrari praecipit.

R. Domus mea domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit, et qui quaerit, invenit: \* Et pulsanti aperiatur. V. Petite, et accipietis: quaerite, et invenietis.—Et pulsanti. Glória Patri. Et pulsanti.

In tertio Nocturno.

Añã. Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Añã. Vidérunt omnes pó-puli glóriam ejus.

Añã. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit Dóminus, alle-lúia.

V. Domum tuam, Dó-mine, decet sanctitúdo. R. In longitudínem diérum.

Lectio sancti Evangelii se-cúndum Lucam.

Lectio vii. Cap. i.

**I**N illo tempore: Mis-sus est Angelus Gá-briél a Deo in civitátem Galilaeae, cui nomen Ná-zareth, ad virginem des-ponsátam viro cui nomen erat Joseph, de domo Da-vid, et nomen vírginis Ma-ria. Et réliqua.

Homília sancti Bernardi Abbátis.

Ex Homil. i. super Missus.

**Q**UAE est haec Virgo tam venerábilis, ut salutetur ab Angelo; tam húmilis, ut desponsáta sit fabro? Pulchra permíxtio virginitátis, et humilitátis: nec mediócritér placet Deo illa ánima, in qua et humilitas comméndat virginitátem, et virginitas ex-órnat humilitátem. Sed quanta, putas, veneratióne digna est, in qua humilitátem exáltat foecúnditas, et partus cónsecrat virginitátem? Audis vírginem? au-dis húmílem? Laudábilis virtus virginitas, sed magis necessária humilitas; illa consúlitur, ista praeci-pitur.

R. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: \* Propterea benedíxit te Deus in aetérnum. V. Myrrha, et gutta, et cá-sia a vestiméntis tuis, a dó-mibus ebúrneis, ex quibus te delectavérunt filiae Re-gum in honóre tuo. Pro-pterea. Benedictio. Cujus festum cólimus, ipsa Virgo virginum.

Ex Homilia secunda super eodem loco.

Lectio viii.

**M**ISSUS est, inquit, An-gelus ad Virginem, vírginem carne, vírginem

mente, virginem professione, virginem denique, qualem describit Apóstolus, mente et corpore sanctam, nec noviter, nec fortuito inventam, sed a saeculo electam, ab Altissimo praecognitam, et sibi praeparatam, ab Angelis servatam, a Patribus praefiguratam, a Prophetis promissam; ut pauca loquar de pluribus, quam sibi aliam praedixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait: Inimicitias ponam inter te et mulierem? Et si adhuc dubitas, an de Maria dixerit, audi quod sequitur: Ipsa conteret caput tuum: cui haec servata victoria est, nisi Mariae?

R7. Beata es, Virgo Maria, Dei Genitrix, quae credidisti Domino, perfecta sunt in te, quae dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelorum: \* Intercede pro nobis ad Dñm Deum nostrum. V. Ave, Maria, gratia plena: Dominus tecum. — Intercede. Gloria Patri. Intercede.

*Ex Homilia tertia super eodem loco.*

LECTIO IX.

**E**T ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum. Quo ingressus ad eam? Puto in sacrarium pudici cubiculi, ubi illa fortassis, clauso super se ostio,

orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli adstare orantibus, et delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum sanctae devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. Mariae autem orationes, quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit.

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas. Añae.

1. Domum tuam, \* Domine, decet sanctitudo in longitudinem dierum. Ps. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. 19.

2. Domus mea \* domus orationis vocabitur: in ea omnis qui petit accipit, et qui quaerit invenit: et pulsanti aperiatur.

3. Propter domum Domini \* Dei nostri quaesivi bona tibi.

4. Domine Deus, exaltasti super terram habitationem meam.

5. Domum majestatis meae, \* et locum pedum meorum glorificabo.

Capitulum. Eccli. xxiv.

**I**N omnibus requiem quaesivi, et in haereditate Domini morabor. Tunc praecipit, et dixit mihi Creator omnium: et

qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Hymnus. Alto ex Olympi, de Communi Dedicatiónis. cxlii.

¶ Introibimus in tabernáculum ejus. *R.* Adorá-  
bimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Ad Bened. Añs. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis : et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

Oratio.

**D**EUS, qui beátae Mariae Virginis Domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclesiae tuae mirabiliter collocásti : concéde ; ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres Domus sanctae tuae. Per eúndem Dñum.

Et fit comm. Feriae, et S. Melchiadis, Papae Mart. (ubi fit Simplex.) ccxliii.

Ad Primam, In *R.* br. dicitur *V.* Qui natus es de Maria Virgine.

AD TERTIAM.

Añs. Domus mea.

Capitulum. In ómnibus, ut supra.

*R.* br. Hic domus Dei est, \* Et porta coeli. Hic. *V.* Et vocábitur aula Dei. Et porta. Glória Patri. Hic domus.

¶ Dñe, diléxi decórem domus tuae. *R.* Et locum habitatiónis glóriae tuae.

AD SEXTAM.

Antiphona. Propter domum Dómini.

Capitulum. *Eccli.* xxiv. b.

**E**T sic in Sion firmáta sum, et in civítate sanctificáta similiter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea : Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei haeréditas illus, et in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

*R.* br. Dómine, \* Diléxi decórem domus tuae. Dñe.

¶ Et locum habitatiónis glóriae tuae. Diléxi. Glória Patri. Dómine.

¶ Domum tuam, Dñe, decet sanctitúdo. *R.* In longitudinem diérum.

AD NONAM.

Añs. Domum majestátis meae.

Capitulum. *Eccli.* xxiv. b.

**I**N platéis, sicut cinnamómum et balsamum aromatizans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

*R.* br. Domum tuam, Dómine, \* Decet sanctitúdo. Domum. *V.* In longitudinem diérum. Decet. Glória Patri. Domum.

¶ Hic domus Dei est, et porta coeli. *R.* Et vocábitur aula Dei.

In secundis Vesperis omnia ut in primis, praeter Añam ad Magnificat.

Ad Magnif. Aña. O quam metuendus est locus iste ! vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.

Oratio ut supra, et commemoratio Feriae.

DIE XII. DECEMBRIS.

In festo S. Melchiadis Papae Martyris. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia ut in Communi unius Martyris. xxvii. praeter sequentia.

Oratio. **Infirmi**tatem.

Lectiões primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**MELCHIADES**

Afer post Eusebium Románam tenuit Ecclesiám.

Qui cum adhuc Présbyter esset, misit Diáconos cum litteris Maxéntii imperatoris et litteris praefécti Praetórii, ad Urbis praeféctum, ut ea loca reciperet quae fuerant Christiánis, témpore persecutiónis ablata. Réddita autem Ecclesiis pace, Constantinum Augústum adivére Donatístae, ut in eórum contra Caeciliánum Carthaginensem Episcopum causa júdices daret. Quibus Con-

stantínus respóndit: Petistis a me in saeculo júdicium, cum ego ipse Christi júdicium expéctem. Attamen dati sunt júdices Episcopi tres, missique Romam ad Melchíadem Pontificem, ut ibi pro fratrum concórdia, et unitate synodus cogérétur.

R7. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritatem aetérnam. V. Descendítque cum illo in fóveam: et in vinculis non dereliquit eum. — Et dedit.

Lectio v.

**I**N Urbem itaque hi tres profécti convenérunt cum aliis quindecim Episcopis, ipsóque Melchíade in domum Faustae in Lateránis, ubi causa discússa, Caeciliánus ómnium Episcopórum sentétiis innocens est pronuntiátus, et ejúsdem Melchíadis decreto júdicium est clausum. Ut autem Donatístae Cathólicae uniréntur Ecclesiæ, Melchíades (prout scribit sanctus Augustínus) tamquam vir óptimus, filius Christiánae pacis, et pater Christiánae plebis ádmódu laborávit, oblata étiam conditióne, ut quibuscúmque in locis duo essent contrariárum factiόνum Epí-



scopi, is confirmarétur qui prior fuisset ordinátus, et alteri plebs alia regénda providerétur.

*R.* Desidérium ánimae ejus tribuisti ei, Dómine : Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. *V.* Quóniam praevenisti eum in benedictiónibus dulcedinis : posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretioso.—Et voluntáte.

LECTIO VI.

**S**ANXIT, ne ulla ratione die Dominico, aut quinta feria, quis fidelium jejunaret, quia eos dies quasi sacro jejunio deputatos pagani celebrabant. Item statuit, ut oblationes consecratae per Episcopum, quae dicebantur Fermentum, per Ecclesias dirigerentur, ne Presbyteri in suis titulis una cum suis plebibus celebrantes, se ab Episcopi communione separatos judicarent. Qui cum in persecutíone Maximiani multa passus esset, tandem sub Constantino quíevit in Dómino quarto Idus Decémbris, sepultusque est in coemetério Callisti via Appia. Una Ordinatione creávit Presbyteros sex, Diaconos quinque, Episcopos per diversa loca undecim.

*R.* Stola jucunditátis induit cum Dóminus : Et

corónam pulchritudinis posuit super caput ejus. *V.* Cibavit illum Dñs pane vitae et intellectu : et aqua sapientiae salutáris potavit illum.—Et, Glória. Et.

In tertio Nocturno, Homilia super Evangelium : Si quis venit. xxxvi.

*R.* viii. Dñe, praevenisti.

DIE XVIII. DECEMBR.

In Festo Expectationis Partus B. M. V.

Duplex.

*Pro statu Ecclesiastico et alibi.*

AD VESPERAS.

*Ant.* Missus est, cum reliquis de Laudibus. ccli. Ps. Dixit Dñs, cum reliquis ut in Festis B. M. V. clviii.

Capitulum. *Isaiae xi.*

**G**REDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

*Hymnus.* Creátor alme, ut in Dom. i. Adventus. 167.

*V.* Ave, María, grátia plena. *R.* Dóminus tecum.

*Ad Magnif. Ant.* Spíritus sanctus in te descendet, María : ne timeas : habébis in útero Filium Dei, allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui de beatae Maríae Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo

nuntiante, carnem suscipere voluisti : praesta supplicibus tuis ; ut, qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum.

Et fit comm. Adventus, Aña. O. 204.

Ad Completorium, et alias Horas, in fine Hymnorum dicitur :

Virtus, honor, laus, glória Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paráclito, In saeculorum saecula.

Amen.

AD MATUTINUM.

Invitat. Ave, María, grátia plena : \* Dñs tecum. Ps. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus. Verbum supernum, ut in Dominica prima Adventus.

In primo Nocturno

Aña. Ecce Dominus noster cum virtute veniet, et illuminabit oculos servorum suorum, allelúia. Psalmus. Domine Dominus noster, cum reliquis de Communi Virginum cvii.

Aña. Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum : aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Aña. Ecce nomen Dñi de longinquo : et claritas ejus replet orbem terrarum.

℟. Ex Sion species decóris ejus. ℞. Deus noster manifeste veniet.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. vii. b.



Tadjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit : Audite ergo domus David : Numquid parum vobis est, moléstos esse hominibus, quia molésti estis et Deo meo ? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.

℞. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est : \* Et ipse erit expectatio Gentium. ℞. Pulchriores sunt oculi ejus vino : et dentes ejus lacte candidiores.—Et ipse erit.

Lectio ii. Cap. xi.

EGredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dñi ; spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis : et replébit eum spiritus

timóris Dómini. Non secúndum visiónem oculórum iudicábit, neque secúndum audítu áurium árguet : sed iudicábit in iustítia páuperes, et árguet in aequítate pro mansuétis terrae : et percútiet terram virga oris sui : et spíritu labiórum suórum interficiet ímpium. Et erit iustítia cingulum lumbórum ejus : et fides cinctórium renum ejus.

R̄. Oriétur stella ex Jacob, et consúrget homo de Israël, et confringet omnes duces alienigenárum : \* Et erit omnis terra possessio ejus. V̄. De Jacob erit qui dominábitur, et perdet reliquias civitátis. — Et erit.

Lectio iii. Cap. xxxv.

**L**ÆTÁBITUR desérta et ínvia, et exultábit solitúdo, et florébit quasi lílium. Gérminans germínábit, et exultábit laetábúnda et laudans, glória Líbani data est ei : decor Carméli et Saron : ipsi vidébunt glóriam Dómini, et decórem Dei nostri. Confortáte manus dissolútas, et gēna debília roboráte. Dícite pusillánimis : Confortámini, et nolíte timére : ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis : Deus ipse véniet, et salvábit vos. Tunc aperiéntur óculi caecórum, et aures surdórum patébunt. Tunc sáliet sicut

cervus claudus, et apérta erit lingua mutórum : quia scissae sunt in desérto aquae, et torrētes in solitúdine. Et quae erat árida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquárum.

R̄. Descéndet Dóminus sicut plúvia in vellus : oriétur in diébus ejus iustítia. Et abundántia pacis. V̄. Et adorábunt eum omnes reges : omnes gentes sérvient ei. — Et. Glória. Et.

In secundo Nocturno.

Añs. De Sion exsibit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem Psalm. Eructávit, cum reliquis de Communi Virginum. cx.

Añs. Ecce Deus noster, expectávimus eum, et salvábit nos, allelúia.

Añs. Dóminus véniet, occúrrite illi, dicētes : Magnum princípium, et regni ejus non erit finis : Deus, Fortis, Dominátor, Princeps pacis, allelúia.

V̄. Egrediétur virga de radíce Jesse. R̄. Et flos de radíce ejus ascéndet.

Sermo sancti Ildephónsi Archiepiscopi Toletáni. Ex libro de Virginitate Beatæ Mariæ.

Lectio iv.



**D**OMINA mea atque dominátrix mea, dómians mihi, mater Dómini mei, ancilla Filii tui,

génitrix factóris mundi, te rogo, te oro, te quaeso, ut hábeam spíritum Dómini tui, spíritumque Filii tui; necnon et spíritum Redemptóris mei, ut de te vera et digna sápiam, vera et digna loquar, vera et digna quaecúmque sunt, diligam. Tu enim es elécta a Deo, assúpta a Deo, advocata a Deo, próxima Deo, adhaerens Deo, conjúcta Deo: visitata ab Angelo, salutata ab Angelo, benedicta ab Angelo, beatificata ab Angelo; turbata in sermone, attónita in cogitatione, stupefacta in salutatione, admirata in dictórum annuntiatione.

℞. Ecce Virgo concipiet, et páriet fílium, dicit Dñus. Et vocábitur nomen ejus Admirábilis, Deus, Fortis.

℥. Super sólium David, et super regnum ejus sedébit in aetérnum.—Et vocábitur.

Lectio v.

**I**NVENISSE te apud Deum grátiam audis, et ne tímeas jubéris. Unde et tui fidúcia roboráris, cognitione miraculórum instrúeris, ad novitatem inauditae glóriæ provéheris. De prole ab Angelo nuntiata es; et post foetum integra et pudíca manes. Certa virginitas nobis proponitur, et nascitúrum ex te sanctum Dei Fílium tibi

ab Angelo evangelizátur; et quae sit nascéntis Regis poténtia, mirabiliter intímatur. Quómodo fiat, quacris; de origine intérogas, de ratióne perscrutáris, de experiéntia requiris, de órđine sciscitáris. Audi inauditum oráculum, considera inusitatum opus, animadvérte incógnitum arcánium, atténde invísium factum: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

℞. Roráte coeli désuper, et nubes pluant justum: Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. ℥. Emítte Agnum, Dñe, Dominatórem terrae, de petra déserti ad montem filiae Sion.—Aperiátur.

Lectio vi.

**T**OTA invisibíliter Trínitas conceptionem operábitur in te: sola persóna Filii Dei in corpore tuo nascitúra carnem assúmet de te. Ideoque quod concipiétur ex te, quod nascétur ex te, quod pródiet ex te, quod germinábitur ex te, quod parturiétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Erit enim hic magnus, hic Deus virtútum, hic Rex ómnium saeculórum, hic factór ómnium rerum. Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puéperas, Dómina inter ancillas,

Regina inter sorores. Ecce, ex hoc beatam te dicent omnes generationes, beatam te novērunt omnes coelēstes Virtutes, beatam te praedicant omnes Vates, beatam te celebrant omnes nationes. Beata tu fidei nostrae, beata tu animae nostrae, beata dilectioni nostrae, beata praecōniis et praedicationibus meis.

*R.* Docēbit nos Dñs vias suas, et ambulābimus in sēmitis ejus : \* Quia de Sion exhibet lex, et verbum Dñi de Jerūsalem. *V.* Venite, ascendāmus ad montem Dñi, et ad domum Dei Jacob.— Quia. Glōria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Añā Dōminus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.

Psalmus lxxxiv.



**B**ENEDIXISTI, Dñe, terram tuam : \* avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae : \* operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam : \* avertisti ab ira indignationis tuae.

Converte nos, Deus salutaris noster : \* et averte iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum irascēris nobis? \* aut extēdes iram tuam a generatione in generationem.

Deus, tu conversus vivificabis nos : \* et plebs tua laetabitur in te.

Ostēde nobis, Dōmine, misericordiam tuam : \* et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dōminus Deus : \* quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : \* et in eos, qui convertuntur ad cor.

Verūtamen prope timētes eum salutare ipsius : \* ut inhābitet glōria in terra nostra.

Misericordia, et veritas obviaverunt sibi : \* justitia, et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est : \* et justitia de coelo prospexit.

Etenim Dōminus dabit benignitatem : \* et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit : \* et ponet in viam gressus suos.

Añā. Dōminus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.

Antiphona. Ecce venit Deus et homo de domo David sedere in throno, alleluia.

Psalmus lxxxvi.

**F**UNDAMENTA ejus in montibus sanctis : \* diligit Dōminus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis \* scientium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum, \* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea : \* et ipse fundavit eam Altissimus ?

Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum : \* horum, qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium, \* habitatio est in te.

Añã. Veniet Deus et homo de domo David sedere in throno, alleluia.

Añã. Annuntiãte populis, et dicite : Ecce Deus Salvator noster veniet.

Psalms xcy.

**C**ANTATE Dõmino canticum novum : \* cantate Dño omnis terra.

Cantate Dõmino, et benedicite nomini ejus : \* annuntiãte de die in diem salutãre ejus.

Annuntiãte inter Gentes glõriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.

Quõniam magnus Dñus, et laudabilis nimis : \* terribilis est super omnes deos.

Quõniam omnes dii Gõntium daemõnia : \* Dñus autem coelos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : \* sancti-

mõnia et magnificẽtia in sanctificatiõne ejus.

Afferre Dõmino patriae Gõntium, afferte Dño glõriam et honorem : \* afferte Dõmino glõriam nomini ejus.

Tollite hostias et introite in atria ejus : \* adorãte Dñum in atrio sancto ejus.

Commovẽatur a facie ejus univẽrsa terra : \* dicite in Gõntibus quia Dõminus regnavit.

Etenim correxerit orbem terrae qui non commovẽbitur : \* judicabit populos in aequitate.

Laetentur coeli, et exultet terra, commovẽatur mare, et plenitudo ejus : \* gaudẽbunt campi et omnia : quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Dñi, quia venit : \* quõniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrae in aequitate, \* et populos in veritate sua.

Añã. Annuntiãte populis et dicite : Ecce Deus Salvator noster veniet.

¶ Egrediẽtur Dñus de loco sancto suo. R. Veniet ut salvet populum suum.

Si hoc Festum venerit in Feria iv. Quatuor Temporũ Adventus, loco sequentis Homiliae leguntur tres Lectiõnes Homiliae ejusdem Feriae iv. cum R. quae hic assignantur.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i. c.

**I**N illo tempore : Misus est Angelus Gabriël a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

*In Evangel. Lucae cap. 1. et in Homiliis hiemalibus de tempore, Feria quarta Q. T. mensis Decembris.*



**A**D Mariam Virginem Gabriël mittitur, qui Dei fortitudo nominatur : illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur : Dominus fortis, et potens, Dominus potens in praelio. Et rursus : Dominus virtutum ipse est Rex gloriae. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus, et potens in praelio, contra potestates aereas ad bella veniebat. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave, gratia plena, Dominus tecum : Benedicta tu in mulieribus. Bene gratia plena vocatur, quae nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat,

asséquitur : ut ipsum videlicet gratiae concipiat, et generet auctorem.

**R.** Ave, Maria, gratia plena : Dominus tecum : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. **V.** Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ? Et respondens Angelus, dixit ei. — Spiritus. *Bened.* Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viii.

**E**CCE concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus, Jesum. Jesus, Salvator, si ve salutaris interpretatur : cujus sacramentum nominis alloquens Joseph Angelus exposuit : Ipse enim (inquiens) salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Non ait, populum Israel, sed populum suum : hoc est, in unitatem fidei ex praepitio et circumcissione vocatum : quibus ex diversa parte vocatis, fieret unus pastor et unum ovile. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus. Idem ergo Filius Altissimi, qui in utero virginali conceptus et natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus

est ante tempora natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est, omittat Nestorius hominem tantum dicere ex Virgine natum.

℞. Suscipe verbum, Virgo María, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est: concipies et paries Deum pariter et hominem.\* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. V. Paries quidem filium, et virginitatis non patieris detrimendum: efficieris grávida, et eris mater semper intacta.—Ut benedicta. Glória Patri. Ut benedicta.

Lectio ix.

**I**DEOQUE et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Ad distinctionem nostrae sanctitatis, Jesus sanctus singulariter nasciturus asserritur. Nos quippe, etsi sancti efficimur, non tamen nascimur: quia ipsa naturae corruptionis conditione constringimur, ut merito eum Propheta gementes singuli dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturae corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulae conceptus non est. Sanctum, inquit, vocabitur

Filius Dei. Quid hic dicis, Nestoriane, qui beatam Mariam Dei negans esse Genitricem, aperte niteris impugnare veritatem? Ecce Deum dixit superventurum, Dei Filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei Filius Deus non est, aut quae Deum edidit, quomodo Theotocos, id est, Dei genitrix, non esse potest?

Te Deum laudamus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Missus est Gabriel,\* Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. 19.

2. Ave, María,\* grátia plena: Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, allelúia.

3. Ne timeas, María,\* invenisti grátiam apud Dominum: ecce concipies, et paries filium, allelúia.

4. Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnabit in aeternum.

5. Ecce ancilla Dñi:\* fiat mihi secundum verbum tuum.

Capitulum. *Isaiae xi.*

**E**GREDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini.



Hymnus. En clara vox,  
ut in Dom. i. Adv. 174.

¶ Spiritus sanctus super-  
veniet in te. R. Et virtus  
Altissimi obumbrabit tibi.

Ad Benedictus, Aña. Su-  
per solium David, et super  
regnum ejus sedebit in  
aeternum.

Oratio.

**D**EUS, qui de beatae  
Mariae Virginis ute-  
ro, Verbum tuum, Angelo  
nuntiante, carnem suscipere  
voluisti: praesta supplicibus  
tuis; ut, qui vere eam Ge-  
nitricem Dei credimus, ejus  
apud te intercessionibus  
adjuvemur. Per eundem  
Dominum.

Deinde fit Commemoratio.  
Feriae.

Ad Primam in R. brevi  
dicitur: ¶. Qui venturus  
es in mundum.

AD TERTIAM.

Aña. Ave Maria.

Capitulum. Egrediatur,  
ut supra, ccli.

R. br. Tu exurgens, Dñe, \*  
Miserereberis Sion. Tu ex-  
urgens. ¶. Quia tempus  
miserendi ejus, quia venit  
tempus. Miserereberis. Gló-  
ria Patri. Tu exurgens.

¶. Rorate coeli desuper,  
et nubes pluant justum.  
R. Aperiatur terra, et ger-  
minet Salvatorem.

AD SEXTAM.

Aña. Ne timeas Maria.

Capitulum. *Isaiae vii.*

**E**CCE Virgo concipiet  
et pariet filium, et  
vocabitur nomen ejus Em-  
manuel. Butyrum et mel  
comedet, ut sciat reprobare  
malum, et eligere bonum.

R. br. Rorate coeli desu-  
per, \* Et nubes pluant ju-  
stum. Rorate. ¶. Aperiatur  
terra, et germinet Salva-  
torem. Et nubes. Glória  
Patri. Rorate.

¶. Emitte Agnum, Dñe,  
dominatorem terrae. R.  
De petra deserti, ad mon-  
tem filiae Sion.

AD NONAM.

Aña. Ecce ancilla.

Capitulum. *Isaiae xlv.*

**R**ORATE coeli desu-  
per, et nubes pluant  
justum: aperiatur terra,  
et germinet Salvatorem, et  
justitia oriatur simul. Ego  
Dominus creavi eum.

R. br. Emitte Agnum,  
Domine, \* Dominatorem  
terrae. Emitte. ¶. De pe-  
tra deserti ad montem fi-  
liae Sion. Dominatorem.  
Glória Patri. Emitte.

¶. Spiritus sanctus su-  
perveniet in te. R. Et  
virtus Altissimi obumbrá-  
bit tibi.

IN II. VESPERIS.

Aña. I. Missus est Gá-  
briel Angelus ad Mariam  
Virginem desponsatam Jo-  
seph. Ps. Dixit Dñus. clviii.

2. Ave, María, grátia plena : Dñs tecum : Benedícta tu in mulieribus, allelúia. *Psalmus.* Laudáte púeri. clviii.

3. Ne tímeas, María, invenísti grátiam apud Dóminum : ecce concípies, et páries filium, allelúia. *Ps.* Laetátus sum. clix.

4. Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnabit in aetérnum. *Ps.* Nisi Dóminus. clx.

5. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Psalmus.* Meménto, Dñe, David. lxxiii.

*Capitulum.* Hymnus, et *V.* ut in primis *Vesp.* cexliv.

Ad Magnif. Aña O Virgo virginum, quómodo fiet istud ? quia nec primam símilem visa est, nec habére sequéntem. Fíliae Jerúsalem, quid me admirámini ? Divínus est mystérium hoc quod cernitis.

*Oratio.* Deus, ut supra.

*Pro commem. Adventus.*  
*Antiphona.* O. 204.

## DIE XIX. DECEMBRIS.

In festo Beati Urbanī V.

*Pap. et Conf.* Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

*Omnia de Comm. Conf.*  
*Pont. lxi.* praetersequentia.

*Oratio.*

**D**EUS, qui ad tuénda fórtiter Sedis Apostólicae jura, fidémque ca-

thólicá late propagándam, Beátum Urbanum Confessórem tuum atque Pontificem constantia roborásti, fac nos ipsius praesidiis adjútos ita militánti Ecclesiae servíre, ut triumphánti consociári mereámur. Per Dóminum.

*Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*



**URBANUS** quintus, Póntifex Máximus, nobíli Grimoardórum gente natus, in Castro Grisaco Dioecésis Mimaténsis, quum innocénti adolescéntia floréret, monásticum hábitum sub régula Sancti Benedícti induit, ac in Massiliénse coenóbium Sancti Victóris cooptándus, vota nuncupávit. In Theologiae ac Juris disciplinis ita excélluit, ut per plures annos Tolósae, Parisiis, Aveniône, in Monte Pessuláno, decreta summa cum laude interpretarétur. Abbas dein Sancti Germani Antisiodorénsis a Cleménte Sexto, póstmódum ab Innocéntio Sexto Sancti Victóris Massiliénsis praeses renuntiátus, tam império, quam obediéntia summus et exímus, ad májora jam parátus, dum árduis negotiis et legatióibus pro

Ecclēsia fungeretur, in Petri Sedem assumptus, Ave-  
nitione ritu solēmi coronatus est.

℞. Inveni David ser-  
vum meum, oleo sancto  
meo unxi eum: Manus  
enim mea auxiliabitur ei.  
℣. Nihil proficiet inimicus  
in eo, et filius iniqui-  
tatis non nocēbit ei.—Ma-  
nus enim.

Lectio v.

**U**IX into pontificatu,  
ánimum admóvit ad  
Sedem Apostólicam in Ur-  
bem reducendam, ad mo-  
res fidélium emendandos,  
ad clericórum restaurán-  
dam disciplinam, ad clau-  
stra reformanda, ad Cathó-  
licam fidem propagandam.  
Apostólicas enim Missio-  
nes, Frátribus Minóribus  
commissas promovit usque  
ad Tártaros et últimos Ori-  
entales; multosque Haeré-  
ticos ex Albánia, Valáchia  
et Bulgária ad Ecclēsiam  
Cathólicam reduxit. Nihil  
étiam omisit ut Graecó-  
rum contumáciam vinceret,  
recepta semel et iterum  
ab Imperátore Joanne fidei  
professione. Sacrum bel-  
lum contra infidéles indixit,  
ac rege Cypri cópiis prae-  
fecto, Alexandriam Ægypti  
feliciter expugnavit.

℞. Pósui adjutórium su-  
per poténtem, et exaltávi  
eléctum de plebe mea: \*

Manus enim mea auxiliá-  
bitur ei. ℣. Inveni David  
servum meum: oleo sancto  
meo unxi eum.—Manus  
enim.

Lectio vi.

**I**NTERIM civilem Se-  
dis Apostólicae prin-  
cipátum pene evēsum,  
Ægídio cardinále Alborno-  
tio egrégiam orem confe-  
rente, ita restituit, ut sibi  
et successoribus suis neces-  
saria tandem libertate par-  
ta, lubens et ovans, in  
almam Urbem, cum ingéni  
Romanórum gaudio, redie-  
rit. Basilicas Petri et Pauli  
instauravit ac sacrosanctam  
Lateranensem Ecclēsiam  
incendio pénitus absúm-  
ptam magnis sumpibus re-  
stituit. In qua cápita  
Principum Apostolórum,  
retroáctis temporibus in sa-  
célum Sancti Laurentii  
transláta, recognóvit; éa-  
que solémniter pópulo Ro-  
máno osténsa et in thecas  
insérta auro et gemmis di-  
stincta, fidélibus colenda  
propósuit. Monastérium  
in Monte Pessuláno insti-  
tuit; praeterea Montis Cás-  
sini coenóbium in priscum  
decus, alter quasi conditor,  
redintegravit. Dum ab  
Urbe cum ánimo iterum  
reverténdi, ob Ecclēsiae  
negótia discéssit, et Ave-  
nionem pervénit, ubi letháli  
morbo correptus, pretiosam

*Die 25 Dec. Pro Comm. Sancti Martyrum. cclv.*

mortem oppetiit anno milésimo tercentésimo septuagésimo. Miráculis post óbitum clarus, depósitus est in Sancti Victóris ecclésia, ubi adhuc vivens sepúlchrum sibi statúerat. Cultum, ab immemorábili témpore eidem exhibitum, post quintum ab óbitu revólutum saeculum Pius Nonus Póntifex Máximus, praevio Sacrórum Rítuum Congregatiónis consilio approbávit et confirmávit; ejúsque Offícium et Missam sub ritu dúplici a clero Románo et a plúribus dioecésibus recitari celebrarique benigne indúlsit.

R. Iste est. lxviii.

In tertio Nocturno. Lectiões de Homilia in Evangelium: Vigilate, ut in Comuni li. loco. lxxv.

**DIE XXVI. DECEMBR.**

Pro Commem. Sanctórum Martyrum.

In utrisque Vesperis et Laudibus Festi S. Stephani Protomartyris, Añna et V. de Comuni. xlii.

Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua sanctórum Mátyrum tuórum commemora-tiõe laeticas: concède propitijs; ut quorum gaudémus méritis accendámur exémpis. Per Dóminum.

Ubi concessa est, fit sequens Commemoratio.

IN I. VESPERIS.

Añna. Isti sunt sancti, quos elégit Dóminus in charitate non ficta; et dedit illis glóriam sempitérnam.

V. Justi epuléntur et exúltent in conspéctu Dei.

R. Et delecténtur in laetitia.

Oratio.

**D**EUS, qui glorificáris in concilio sanctórum Mátyrum tuórum, respice ad preces humilitatis nostrae; ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Añna. Sancti tui, Dómine, semper benedicant te, et glóriam regni tui dicant.

V. Mirábilis Deus in Sanctis suis. R. In Sanctis ejus laudáte Deum.

Oratio ut supra.

IN II. VESPERIS.

Añna. Dico autem vobis amicis meis, ne terreámini ab iis qui occidunt corpus, ánimam autem non possunt occidere.

V. Justi autem in perpétuum vivent. R. Et apud Dñum est merces eórum.

Oratio ut supra.

**DIE XXIII. JANUARI.**

In festo desponsat.

B. M. V. cum S. Joseph. Duplex.

*Pro statu Ecclesiastico,  
et alibi.*

AD VESPERAS.

Añã. Desponsatio gloriõsae, cum reliquis de Laudibus. cclx. Psalmus. Dixit Dõminus, cum reliquis ut in Festis Beatae Mariae Virginis. clviii.

Capitul. Ab infitio. Hymnus. Ave maris stella. clx.

¶ Desponsatio est hõdie sanctae Mariae Virginis. R. Cujus vita inçlyta cunctas illústrat Ecclesiã.

Ad Magnif. Añã. Gloriõsae Virginis Mariae Desponsationem dignissimam recolamus, quae et genitricis dignitatem obtinuit, et virginalem pudicitiam non amisit.

Oratio.

**E**AMULIS tuis, quaesumus Dñe, coelõstis gratiae munus impertire; ut, quibus beatae Virginis partus extitit salutis exordium, Desponsationis ejus votiva solõmnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dõminum nostrum.

Ubi concessa est, ante alias fiat sequens commemoratio S. Joseph.

Antiphona. Exurgens Joseph a somno fecit sicut praecipit ei Angelus Dõmini, et accepit conjugem suam.

¶ Constituit eum dõminum domus suae. R.

Et principem omnis possessionis suae.

Oratio.

**S**ANCTISSIMAE Genitricis tuae sponsi, quaesumus Dõmine, mõritis adjuvemur; ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

Deinde fit commemorat. SS. Vincentii et Anastasii Martyrum ut supra in Breviario. 565.

Postea S. Emerentianae Virg. et Mart. ut supra in Breviario. 568.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Desponsationem Virginis Mariae celebramus, Christum ejus Filium adoremus Dõminum. Psalmus. Venite, exultemus. 2.

Hymnus. Quem terra, Antiphonae, Psalmi et Versiculi Nocturnorum ut in Festis Beatae Mariae Virginis. clxi.

In primo Nocturno. Incipiunt Cantica Canticorum.

Lectio i. Cap. i.



**S**CULETUR me osculo oris sui: quia meliõra sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulae dilexerunt te. Trahe me:

post te currémus in odórem unguentórum tuórum. Intradúxit me Rex in cellária sua : exultábimus, et laetábimur in te, mémores úberum tuórum super vinum : recti díligunt te. Nigri sum, sed formósa, filiae Jerúsalem, sicut tabernácula Cedar, sicut pelles Salomónis.

R̄. Hódie desponsáta est beáta Virgo María ex progénie David : Per quam salus mundi credéntibus apparuit, cujus vita gloriósa lucem dedit saeculo. V̄. Desponsatióem beátæ Mariæ Virginis cum gáudio celebrémus. — Per quam.

Lectio ii.

**D**OLITE me considerare quod fusca sim, quia decolorávit me sol : filii matris meae pugnáverunt contra me, posuérunť me custódem in vineis : vineam meam non custodívi. Indica mihi, quem díligit ánima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagári incípiam post greges sodálium tuórum. Si ignóras te, o pulchérissima inter mulieres, egrédere et abi post vestígia gregum, et pasce haedos tuos juxta tabernácula pastórum. Equitátui meo in curríbus Pharaónis assimilávi te amíca mea. Pulchrae sunt genae tuae

sicut túrturis : collum tuum sicut monília.

R̄. Beatíssimae Virginis Mariæ Desponsatióem devotíssime celebrémus : \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. V̄. Cum jucunditate Desponsatióem beátæ Mariæ Virginis devotíssime celebrémus. — Ut ipsa.

Lectio iii.

**Q**URENULAS aureas faciémus tibi, vermiculátas argénto. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suum. Fascículus myrrhae dílectus meus mihi, inter úbera mea commorábitur. Botrus Cypri dílectus meus mihi, in vineis Engáddi. Ecce tu pulchra es amíca mea, ecce tu pulchra es, óculi tui columbárum. Ecce tu pulcher es, dílecte mi, et decórus. Lécťulus noster flóridus, tigna domórum nostrárum cedrina, laqueária nostra cypressina.

R̄. Gloriósaе Virginis Mariæ Desponsatióem digníssimam recolámus : \* Cujus Dóminus humilitátem respéxit, quae, Angelo nuntiánte, concépit Salvatórem mundi. V̄. Beatíssimae Virginis Desponsatióem devotíssime celebrémus. — Cujus. Glória Patri. Cujus.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.  
Ex Homilia secunda super Missus.

Lectio iv.



**PORTEBAT** a principe mundi aliquandiu celari divini consilii sacramentum: non quod Deus, si palam opus suum facere vellet, impediri posse ab illo metueret: sed quia ipse, qui non solum potenter, sed etiam sapienter, quaecumque voluit, fecit, sicut in omnibus operibus suis quasdam rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare consuevit: ita in hoc quoque tam magnifico opere suo, nostrae videlicet reparacionis, non tantum potentiam suam, sed et prudentiam ostendere voluit.

**R.** Desponsatio glorio-  
sae Virginis Mariae ex se-  
mine Abrahae, ortae de  
tribu Juda, clara ex stirpe  
David, \* Cujus vita in-  
cuncta illustrat Ecclesias.  
**V.** Hodie desponsata est  
beata Virgo Maria ex pro-  
genie David. — Cujus.

Lectio v.

**CONVENIENS** ergo  
erat, ut suaviter quo-  
que omnia, coelestia scilicet  
et terrena, disponeret:

quatenus et illinc dejiciens  
inquietum, reliquos in pace  
firmaret: et hic debellaturus  
invidum, nobis prius  
suae humilitatis et mansuetu-  
dinis valde necessarium  
exemplum relinqueret: sic-  
que mirabili fieret moderamine  
sapientiae, ut et suis  
suavis, et hostibus fortis  
appareret.

**R.** Cum jucunditate De-  
sponsationem beatae Ma-  
riae celebramus: \* Ut ipsa  
pro nobis intercedat ad  
Dominum Jesum Christum.

**V.** Corde et animo Christo  
canamus gloriam in hac sa-  
cra solemnitate praecelsae  
Genitricis Dei Mariae. —  
Ut ipsa.

Lectio vi.

**Q**UID enim prodesset  
diabolum a Deo  
vinci, nobis manentibus su-  
perbis? Necessario igitur  
desponsata est Maria Jo-  
seph, quando pro hoc et a  
canibus Sanctum abscōn-  
ditur, et a sponso virginitas  
comprobatur, et Virginis  
tam verecundiae parcitur,  
quam famae providetur.  
Quid sapientius, quid di-  
gnius divina providentia?  
Uno tali consilio secretis  
coelestibus et admittitur tes-  
tis, et excluditur hostis, et  
integra servatur fama Vir-  
ginis Matris.

**R.** Desponsatio tua, Dei  
Genitrix Virgo, gaudium

annuntiavit universo mundo : \* Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster : \* Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem : et confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. *¶* Benedicte tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Ex te. Gloria Patri. Qui solvens.

In tertio Nocturno.


Lectio sancti Evangelii secundum Matthaëum.

Lectio vii. *Cap. i. c.*

**Q**UM esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. i. *Comment. in cap. i. Matthæi.*

UARE non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur: secundo, ne lapidaretur a Judæis ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fugiens, haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit: Ut partus, inquam, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non

de virgine sed de uxore generatum.

*¶* Beátam me dicent omnes generationes : \* Quia fecit mihi Dóminus magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus. *¶* Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum. — Quia. *Bened.* Cujus festum cólimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viii.

**A**NTEQUAM convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est, nisi a Joseph, qui pene licentia maritali futuræ uxóris omnia nóverat. Quod autem dicitur: Antequam convenirent: non sequitur ut postea convenirent; sed Scriptúra quod factum non sit, osténdit.

*¶* Felix namque es, sacra Virgo María, et omni laude digníssima : \* Quia ex te ortus est sol justitiæ, \* Christus Deus noster. *¶* Ora pro pópulo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Desponsationem. — Quia ex te. Gloria Patri. Christus Deus.

Pro S. Emerentiana, Virgine et Mart. Lectio nona ut supra in Breviario. 570.



AD LAUDES  
et per Horas, Añae.

1. Desponsatio gloriósae\*  
Virginis Mariae ex semine  
Abrahae, ortae de tribu Ju-  
da, clara ex stirpe David.  
Ps. Dóminus regnávít, cum  
reliquis de Dominica. 19.

2. Desponsatio est hódie\*  
sanctae Mariae Virginis,  
cujus vita inlyta cunctas  
illústrat Eccléasias.

3. Regáli ex progénie\*  
María exórta refúlget : cu-  
jus precibus nos adjuvári  
mente et spírítu devotíssi-  
me póscimus.

4. Corde et ánimo Chri-  
sto canámus glóriam in hac  
sacra solemnitate praecél-  
sae Genitricis Dei Mariae.

5. Cum juciditate\* Des-  
ponsationem beatae Ma-  
riae celebrémus, ut ipsa pro  
nobis intercédât ad Dñum  
Jesum Christum.

Capitulum et Hymnus  
ut in Festis B. M. clxxi.

¶ Desponsatio est hódie  
sanctae Mariae Virginis.  
R. Cujus vita inlyta cun-  
ctas illústrat Eccléasias.

Ad Benedictus, Añae. De-  
sponsationem hodiernam  
perpétuae Virginis Genitri-  
cis Dei Mariae solémniter  
celebrémus, qua celsitúdo  
throni procéssit, allelúia.

Oratio.

**F**AMULIS tuis, quae-  
sumus Dñe, coeléstis  
grátiae munus impertíre :

ut, quibus beatae Virginis  
partus éxitit salútis exór-  
dium, Desponsationis ejus  
votiva solémnitas, pacis  
tribuat increméntum. Per  
Dóminum.

Deinde fit comm. S. Io-  
seph, Añae. Ipse Jesus erat  
incipiens quasi annórum  
triginta, ut putabátur filius  
Joseph.

¶ Os justí meditábitur  
sapiéntiam. R. Et lingua  
ejus loquétur júdicium.

Oratio.

**S**ANCTISSIMAE Ge-  
nitricis tuae sponsi,  
quaesumus Dómine, méritis  
adjuvémur : ut, quod  
possibilitas nostra non ób-  
tinet, ejus nobis interces-  
sione donétur.

Ac tandem commemo-  
ratio S. Emerentianae ut in  
Breviario. 568.

Ad Horas Añae sumun-  
tur ex Laudibus. Capi-  
tula, et R. R. brevia, ut in  
Festis B. M. V. clxxii.

In ii. Vesp. Añae, Psalmi,  
Capitul., Hymnus et ¶. ut  
in primis. celvi.

Ad Magnificat, Añae. De-  
sponsatio tua, Dei Génitrix  
Virgo, gáudium annuntiá-  
vit unívérso mundo : ex te  
enim ortus est sol justítiae,  
Christus Deus noster, qui  
solvens maledictiónem, de-  
dit benedictiónem : et con-  
fúndens mortem, donávit  
nobis vitam sempitérnam.

Deinde fit commemoratio Sancti Joseph, Antiphona. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

V. Glória et divítiae in domo ejus. R. Et justítia ejus manet in saeculum saeculi.

Oratio. Sanctíssimae Genitricis, ut supra, ac tandem sancti Timothei ut in Breviario. 571.

## DIE XXVII. JANUARIJ.

In festo S. Vitaliani  
Papae Confess. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi Confessoris Pontif. Ii, praeter haec quae propria adnotantur.

Oratio. Da quaesumus.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



ITALIANUS, patria Signiënsis, natione Campanus, Anastasio patre, duobus fere mensibus ab Eugëni hujus nominis primi obitu, non sine publica bonorum omnium gratulatione, in ejus locum subrogatus fuit, vir sanae disciplinae, ac regulae ecclesiasticae amantissimus, et retinentissimus. Illam

in vigore suo, ut a praecessore laetus accepérat, ita sedulus successori reliquit, et nihil unquam omisit, quod ad illius splendorem servandum pertinéret.

R. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

NULLI labori, nulli pepercit industriae, ut Orientalem Ecclesiam, jam diuturno schismate a Romana separatum, et Constantium Imperatorem Heraclii nepotem Monothelitarum fauorem, impiusque auctorem Typi, ad meliorem frugem reduceret. Eodem animo et fine Petrum Patriarcham Constantinopolitanum, scriptis ad eum litteris, hortatus est ad reddendam Ecclesiae pacem, et fidem catholicam amplectendam.

R. Posui. lxviii.

Lectio vi.

ARIAS scripsit epistolas, ut sacrorum canonum indemnitati, et divinae fidei propagationi consuleret. In id praesertim pastoralis illius cura incubuit, non sine prospero eventu: Religionem enim in Anglia collabentem restituit: et cum ibi esset sacrorum ministrorum penuria, magnum Theodorum Tharsensem, et Adrianum Abbatem eo misit: illum

quidem, ut Ecclesiae Anglicanae primas esset; hunc vero ut monasticam disciplinam restauraret. Cum demum illius pietas multum, diuque refuisisset, ac sedisset annos quatuordecim, et menses quinque, ex hac vita ad Deum migravit, anno Christi sexcentesimo sexagesimo nono, et in Vaticano sepultus est.

Ry. Iste est. lxxiii

In tertio Nocturno, Homilia super Evangelium: Homo peregre, de Comuni. lxx.

DIE XXX. JANUARI.

In festo S. Felicis IV. Papae Confess. Duplex. Pro Clero Urbis, et alibi.

Omnia de Comuni Confessoris Pontif. lxi. praeter sequentia.

Oratio. Exaudi.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**F**ELIX quartus Samnitis, Caestoris filius, divina gratia copiose instructus, beato Joanne Papa in Theodorici regis Italiae ariani carcere defuncto, ob humilem pietatem, atque simplicitatem caeteris praelatus, celsum Romani Episcopatus locum

promeruit. Per id tempus Athalaricus Theodorici successor, quamquam et ipse arianus, Apostolicae tamen Sedis honori consulens, instantisque Romani cleri desiderii favens, suo decreto constituit, quod juxta praeae consuetudinis tenorem (ne clerus forensibus litibus profanatus saecularibus implicetur) si quis aliquem ad Romanum clerus pertinentem in quolibet causa probabili crederet actione pulsandum, ad beatissimi Papae judicium prius veniret audiendus; ut, aut ipse inter utrosque more suae sanctitatis cogresceret, aut causam deligeret aequitatis studio terminandam. Qui vero reverentiam tantae sedi exhibere contemneret, decem librarum auri dispendio mulctari jusset, per manus memorati Antistitis erogandum.

Ry. Inveni David. lxxii.

Lectio v.

**P**ORRO Felix nefariam damnavit praesumptionem eorum, qui sacerdotali Ordinatione suscepta, ad saecularis vitae mores demigrant. Erexit in Urbe Basilicam sanctorum Cosmae, et Damiani eo loco, qui appellatur Via Sacra, juxta templum Urbis Romae, consumptaque incendio sancti martyris

Saturnini Basilicam via Salaria a solo refecit. Idem pauperibus largus, et miseris solatia praebens, cum crescere fecisset opes Apostolicae Sedis, aerumnosam hanc cum beata vita commutavit, sepultus in Basilica sancti Petri, quarto Idus Octobris, Justiniano Imperatore, et Athalarico Italiae rege. Duabus Ordinationibus mense Februarii, et Martio creavit Presbyteros quinquaginta quinque, Diaconos quatuor, Episcopos per diversa loca viginti novem. Sedit in Pontificatu annos quatuor, menses duos, dies decem et octo.

*R.* Pósuí. lxxviii.

Sermo S. Gregorii Papae.

Lección vi. ii. *Par. Past. c. i.*

**T**ANTUM debet actionem populi actionem transcendere Praesulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Oportet namque, ut metiri se sollicite studeat, quanta tenendae rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius aestimatione populus grex vocatur. Sit ergo (necesse est) cogitatione mundus, actione praecipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassionem proximus, praecunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra

delinquentium vitia per zelum justitiae erectus, interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens.

*R.* Iste est. lxxviii.

**FERIA TERTIA**

POST DOM. SEPTUAGES.

Orationis D. N. J. C. in monte Oliveti. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

AD VESPERAS.

Antiphona. Venit Jesus, cum reliquis de Laudibus. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis ut in primis Vesperis de Communi Apostolorum. ii.

Capitulum. *Matth. xxvi.*



**V**ENIT Jesus ad discipulos suos, et invenit eos dormientes, et dicit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ut non intratis in tentationem.

Hymnus.

**A**SPICE ut verbum Patris a supernis Sedibus, clemens et amore flagrans, Perditis culpa genitis merderi Pergit Adami. Flabilem mundi miserans ruina,

Et volens nostros reparare  
casus,  
Orat, et prona veniam pre-  
catur

Fronte Magister.

Fluctuat secum tot acer-  
ba volvens :  
Hunc, ait supplex, cálicem  
dolóris,  
Mi Pater, transfer ; tua sed  
volúntas,  
Non mea fiat.

Cum premat tristis pavor  
ima cordis,  
Déficit languens Dóminus :  
per artus  
Sanguinis sudor fluit, atque  
guttis  
Terra madéscit.

At celer summo véniens  
Olympo  
Angelus Jesum récreat ja-  
céntem :  
Córporis vires rédeunt, no-  
vóque  
Róbore surgit.

Laus, honor Patri, geni-  
taeque Proli,  
Cui datum nomen super  
omne nomen  
Et Paracléto decus, atque  
virtus  
Omne per aevum.  
Amen.

¶ Tristis est ánima mea.  
R̄. Usque ad mortem.

Ad Magníf. Añá. Pósisit  
génibus orábat dicens : Pa-  
ter, si vis, transfer cálicem  
istum a me ; verúmtamen  
non mea volúntas, sed tua  
fiat.

Oratio.

**D**OMINE Jesu Chri-  
ste qui in horto ver-  
to, et exémplo nos orare  
docuisti ad tentatiónum  
perícula superánda : concé-  
de propítius ; ut nos ora-  
tióni semper intéti, ejus  
copiósum fructum cónse-  
qui mereámur : Qui vivis  
et regnas.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum  
Jesum in monte Olivárum  
orántem \* Veníte, adoré-  
mus. Psalm. Veníte. 2.

Hymnus. Aspice, ut su-  
pra in Vesperis. cclxiii.

In primo Nocturno.

Añá. Ante oratióne praec-  
para ánimam tuam, et noli  
esse quasi homo qui tentat  
Deum. Ps. Exáudi. 12.

Añá. Non impediáris  
orare semper, et ne vereáris  
usque ad mortem justificá-  
ri. Psalm. Ad te. 52.

Añá. Omnia quaecúmque  
petiéritis in oratióne cre-  
déntes, accipiétis. Psalm.  
Voce mea. 154.

¶ Tristis est ánima mea.  
R̄. Usque ad mortem.

De libro Tobíae.

Lectio i. Cap. xii.



**B**ONA est oratio  
cum jejúnio, et  
eleemósyna ma-  
gis quam thesau-  
ros auri recóndere ; quó-  
niam eleemósyna a morte

liberat, et ipsa est quae purgat peccata, et facit venire misericordiam et vitam aeternam. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animae suae. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, et sepeliabas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliabas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

*R.* In omnibus gratias agite: \* Sine intermissione orate. *V.* Haec est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. — Sine intermissione.

De Epistola beati Jacobi Apóstoli.

*Lectio ii. Cap. v.*

**O**RATE pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio justis assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis, et oratione oravit, ut non plueret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rursus oravit, et coelum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire

debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

*R.* Cum stabitis ad orandum, \* Dimittite si quid habetis adversus aliquem. *V.* Ut et Pater vester, qui in coelis est, dimittat vobis peccata vestra. — Dimittite.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Hebraeos.

*Lectio iii. Cap. v.*

**C**HRISTUS non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suae preces, supplicationesque ad eum qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido, et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quae passus est, obedientiam; et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech.

*R.* Exaudivit Dominus deprecationem meam: \* Dominus orationem meam suscepit. *V.* Clamavi in toto corde

meo, exáudi me, Dómine. —  
Dñus. Glória Patri. Dñus.

In secundo Nocturno.

Aña. Cum orátis, non éritis sicut hypócritae, qui amant in synagógis, et in ángulis plateárum stantes oráre, ut videántur ab homínibus. Ps. Júdica. 76.

Aña. Tu autem cum oráveris intra in cubiculum tuum, et clauso óstio, ora Patrem tuum in abscón-dito. Psalm. Exáudi, Deus, oratió-nem meam. 79.

Aña. Factum est autem in illis diébus, éxiit Jesus in montem oráre, et erat pernóctans in oratióne Dei. Ps. Levávi óculos. 140.

℣. Pater mi, si possibile est. ℞. Tránseat a me calix iste.

Ex Tractátu S. Cypriáni  
Episcopi et Mátyris.

*De Oratione Dominica.*

Lectio iv.



EC verbis tantum, sed et factis Dóminus oráre nos dócuit, ipse orans frequé-ter et déprecans, et quid fácere nos oportéret exémp-li sui contestatióne démonstrans, sicut scriptum est : ipse autem fuit secédens in solitudinem, et adorans. Et iterum: Exívit in montem oráre, et fuit pernóctans in oratióne Dei. Quod si ille orábat, qui sine

peccáto erat, quanto magis peccatóres opórtet oráre? Et si ille per totam noctem júgiter vígilans continuis préci-bus orábat, quanto nos magis in frequentánda oratióne debémus nocte vigi-láre! Orábat autem Dñus, et rogábat non pro se : quid enim pro se innocens pre-carétur? Sed pro deliécis nostris, sicut et ipse declárat cum dicit ad Petrum: Ecce Sátanas expetívit ut vos vexáret quómodo tríticum ; ego autem rogávi pro te ne deficiat fides tua. Et póstmodum pro ómnibus Patrem deprecá-tur dicens : Non pro his autem rogo solis, sed et pro illis, qui creditúri sunt per verbum ipsórum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.

℞. Simon, Simon, ecce Sátanas expetívit vos ut cribráret sicut tríticum ; Ego autem rogávi pro te ut non deficiat fides tua. ℣. Et tu aliquándo convérsus confírma fratres tuos.—Ego.

Ex Commentáriis sancti Ansémi Episcopi in Epístolam ad Hebraeos.

Lectio v. Cap. v.

SICUT verus Póntifex óbtulit preces ; nam in Evángélio saepe légitur orá-ssé, et máxime apud Lucam, qui sacerdotís in eo

descripsit personam. Sed et quidquid ipse egit in carne, preces et supplicationes fuerunt pro hominibus. Tota vita sua Patrem oravit de resurrectione carnis suae, ac de nostra salute, et instante jam passione, obtulit supplicationes, id est humillimas et instantissimas orationes cum summa devotione cordis, et affectione, quando factus in agonia prolixius orabat, et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et has preces, supplicationesque obtulit, id est obviam tulit Patri per exauditionem sibi obvianti. Obtulit eas ad eum, qui posset illum a morte salvum facere, id est resuscitare, ad eum, quem scivit esse sufficientem ut salvaret eum, id est immortalem et impassibilem faceret, eripiendo a morte: ut nec anima remaneret in inferno, nec caro putresceret in sepulchro.

*R.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit; *⁂* Et donec propinquet, non consolabitur. *V.* Et non discedet, donec Altissimus aspiciat. —Et donec.

*Lectio vi.*

**E**T obtulit has cum clamore valido, id est cum intentione pia devotionis vehementissima

et efficacissima, ut quando prolixius orabat, et etiam cum lacrymis; quia in illa prolixa oratione credendus est lacrymas effudisse, cum et guttae sanguinis pro sudore decurrerent ab ejus corpore: et exauditus est, quia, quod quaeserat, accipit in resurrectione. Exauditus est, id est, extra numerum aliorum omnium auditus est, quoniam super omnem creaturam, post laborem sui militiam, a Patre sublimatus est, et hoc pro sui reverentia, id est secundum hoc, quod ipse sicut Dei Filius dignus est reverentia et veneratione. Vel pro sua reverentia in Deum, id est propter quod ipse super omnia Patrem reveritus est, et honoravit. Sive pro sua reverentia, id est sicut sua religio meruit. Sanguinis quoque ejus effusio potest intelligi clamor validus, in quo exauditus est pro reverentia ejusdem passionis. Reverentia est, quod sine peccato passus est sola charitate.

*R.* Fiant aures tuae auscultantes, et oculi tui aperti, *⁂* Ut audias orationem servi tui. *V.* Quam ego oro coram te hodie, nocte ac die. —Ut. Gloria. Ut.

*In tertio Nocturno.*

*Añã. Tribulatio et angustia invenérunt me, mandata*



tua meditatio mea est. Ps  
Dómine, quid. 4.

Añs. Sustinui qui simul  
contristarétur, et non fuit,  
et qui consolarétur, et non  
inveni. Psalm. Usquequo,  
Dñe, oblivisceris me. 9.

Añs. Adhaesit pavimén-  
to ánima mea, vivífica me  
secúndum verbum tuum.  
Psalmus. Dómine Deus sa-  
lútis. 110.

V. Vigilate et oráte. R.  
Ut non intrétis in tentatió-  
nem.

Lectio sancti Evangelii se-  
cúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap. xxii.*

**I**N illo témpore: Egrés-  
sus Jesus ibat secúndum  
consuetúdinem in  
montem Olivárum. Secúti  
sunt autem illum et disci-  
puli. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

L. 10. *Comm. in Luc. c. xxii.*



**R**ANSFER a me  
cálicem istum :  
quasi homo mor-  
tem recusans,  
quasi Deus senténtiam suam  
servans. Opórtet enim  
mori nos saeculo, ut resur-  
gámus Deo : ut juxta divi-  
nam senténtiam lex maledic-  
tiónis resoluta in terrae  
limum natúrae fine solvá-  
tur. Quod autem ait: Non  
mea volúntas, sed tua fiat ;  
suam ad hóminem rétulit,  
Patris ad Divinitátem. Vo-

lúntas enim hóminis tempo-  
rális, volúntas Divinitátis  
actérna. Non ália volúntas  
Patris, ália Filii. Una enim  
volúntas, ubi una Divinitas.  
Disce tamen Deo esse sub-  
jéctus, ut non quod ipse vis  
éligas, sed quod Deo scias  
esse placitúrum.

R. Veni in altitúdinem  
maris, Et tempéstatas de-  
mérsit me. V. Salvum me  
fac, Deus, quóniam intra-  
verunt aquae usque ad  
ánimam meam.— Et tem-  
péstatas. *Benedictio.* Divi-  
num auxilium.

Lectio viii

**D**EINDE verbórum  
ipsórum proprietá-  
tem considerémus. Tristis  
est, inquit, ánima mea. Et  
álibi : Nunc ánima mea tur-  
bata est valde. Non ergo  
suscipiens, sed suscépta tur-  
bátur. Anima enim obnoxia  
passiónibus, Divinitas libe-  
ra. Dénique spíritus prom-  
ptus, caro autem infirma.  
Tristis autem est non ipse,  
sed ánima. Non est tristis  
sapiéntia, non divina sub-  
stántia, sed ánima. Suscé-  
pit enim ánimam meam, sus-  
cépit corpus meum. Non  
me feféllit, ut áliud esset,  
et áliud viderétur. Tristis  
videbátur, et tristis erat,  
non pro sua passióne, sed  
pro nostra dispersióne.

R. Intret in conspéctu  
tuo oratio mea ; Inclína

aurem tuam ad precem meam. V. Quia repléta est malis ánima mea, et vita mea inférno appropinquávit. — Inclína aurem. Glória Patri. Inclína aurem.

Lectio ix.

**D**ENIQUE ait: Percútiám pastórem, et dispergéntur oves gregis. Tristis erat quia nos párvulos relinquébat. Caeterum quam constánter se morti obtúlerit consequéntia declárant : quandóquidem quaeréntibus occúrrit, turbátos confirmávit, trépidos provocávit. Proditórem ósculi dignatióne suscepit. Nec illud distat a vero si tristis erat pro persecutóribus suis, quos sciébat immánis sacrilégii poenas datúros. Et ideo dixit : Transfer hunc cálicem a me. Non quia Deus, Dei Fílius, mortem timébat : sed quia nec malos pro se perire volébat.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Venit Jesus \* cum discípulis suis in villam, quae dicitur Gethsémani, et dixit illis : Sedéte hic, donec vadam illuc et orem. Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis. 19.

2. Et assúmpo Petro, \*et duóbus filiis Zebedaei, coepit contristári et moestus esse.

3. Tunc ait illis : \* Tristis est ánima mea usque ad mortem : sustinéte hic, et vigiláte mecum.

4. Et progréssus pusillum, prócidit in fáciem suam, orans et dicens : Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste.

5. Pater mi, \* si non potest hic calix transíre nisi bibam illum, fiat volúntas tua.

Capitulum. *Matth. xxvi.*

**V**ENIT Jesus ad discípulos suos, et invénit eos dormiéntes, et dicit Petro : Sic non potuistis una hora vigiláre mecum ? Vigiláte et oráte, ut non in-trétiis in tentatiónem.

Hymnus.

**V**ENIT e coelo Mediátor alto,  
Quem sacri dudum cecinére Vates :

Parce moeróri, lacrymis-  
que amáris,  
Fília Sion.

Attulit mortem vetus  
hortus unde  
Culpa prodívit : novus iste  
vitam

Hortus en affert, ubi nocte  
Jesus  
Pérmanet orans.

Índicem placat Geni-  
tóriis iram :

Réprimit forti jaciénda  
dextra

Fúlmina : occúrrit scéleri  
expiándo  
Sponte Redémptor.

Sic teret duros láqueos  
avérni,  
Et diu clausam reserábit  
aulam,  
Nos ad aetérna révocans  
beáti

Gáudia regni.  
Laus, honor Patri, geni-  
taeque Proli,  
Cui datum nomen super  
omne nomen,  
Et Paracléto decus atque  
virtus,  
Omne per aevum.

Amen.

V. Doce nos oráre. R.  
Sic ergo vos orábitis.

Ad Benedictus, Antiphona. Factus in agonia prolixius orábat. Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurréntis in terram.

Oratio.

**D**OMINE Jesu Christe, qui in horto verbo et exémplo nos oráre docuisti ad tentatiónum pericula superánda: concede propitius; ut nos oratióni semper intéti, ejus copiósum fructum consequi mereámur: Qui vivis.

AD TERTIAM.

Añá. Et assúpto Petro.

Capitulum. Venit Jesus, ut supra.

R. br. Tristis est \* Anima mea. Tristis. V. Usque ad mortem. Anima. Glória Patri. Tristis.

V. Pater mi, si possibile est. R. Tránseat a me calix iste.

AD SEXTAM.

Añá. Tunc ait illis.

Capitulum. Luc. xxi.

**VIGILATE** itaque omni témpore orántes, ut digni habeámini fúgere ista ómnia quae futúra sunt, et stare ante Filium hóminis.

R. br. Pater mi, \* Si possibile est. Pater. V. Tránseat a me calix iste. Si. Glória Patri. Pater.

V. Vigiláte, et oráte. R. Ut non intréti in tentatiónem.

AD NONAM.

Añá. Pater mi.

Capitulum. Matth. v.

**ORATE** pro persecúentibus, et calumniántibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui in coelis est.

R. br. Vigiláte, \* Et oráte. Vigiláte. V. Ut non intréti in tentatiónem. Et oráte. Glória. Vigiláte.

V. Factus est sudor ejus. R. Sicut guttae sanguinis.

In secundis Vesperis omnia ut in primis: et loco ultimi. Ps. Crédidí. 140.

V. Factus est sudor ejus. R. Sicut guttae sanguinis.

Ad Magnif. Añá. Ecce appropinquávit hora, et Filius hóminis tradétur in manus peccatórum.

Oratio ut supra.

FERIA TERTIA  
POST DOM. SEXAGESIMAE.

Commemoratio Passio-  
nis D. N. J. C. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

AD VESPERAS.

Añae. 1. Cálicem salutá-  
ris accípiam : et nomen Dó-  
mini invocábo. Psalmus.  
Crédidi. 140.

2. Cum his, qui odérunt  
pacem, eram pacíficus ;  
dum loquébar illis, impu-  
gnábant me gratis. Psalm.  
Ad Dóminum. 140.

3. Ab homínibus iníquis  
libera me, Dómine. Psalm.  
Eripe me. 153.

4. Custódi me a láqueo,  
quem statuérunt mihi, et  
a scándalis operántium ini-  
quitátem. Psalm. Dómine,  
clamávi. 154.

5. Considerábam ad dé-  
xteram, et vidébam, et non  
erat qui cognósceret me.  
Psalmus. Voce mea. 154.

Capitulum. *Philip. c. ii.*



RATRES : Hoc  
enim sentíte in  
vobis, quod et in  
Christo Jesu, qui,  
cum in forma Dei esset,  
non rapínam arbitrátus est,  
esse se aequálem Deo : sed  
semetípsam exinanívit, for-  
mam servi accípiens, in  
similitúdinem hóminum  
factus, et hábitu invéntus  
ut homo. Humiliávit se-  
metípsam factus obédiens

usque ad mortem, mortem  
autem crucis.

Hymnus.

**O** CÉRENTES óculi,  
spárgite lácrymas,  
Et luctu résonent íntima  
córdium :

Illátas réfero Númini ab  
impiis

Poenas, et fera vúlnera.

Accíncta heu ! gládiis  
turba satéllitum

Arréptum Dóminum fústi-  
bus impetit :

Nunc caedit cólaphis, nunc  
quatit hórridis

Divínium caput íctibus.

Haud finis scéleri : trádi-  
tur ímprobo

Christus carnífici ; nec mo-  
ra, bárbarus

In Regem Súperum non  
timet, ímpio

Ausu vérttere déxteram.

Audíte, o pópuli, Nu-  
men amábile,

Manánte ex húmeris úndi-  
que sángvine,

Líctóris rábidi sústinet ím-  
petum,

Et vocem premit ínnocens.

Quis non illácrymet !  
Jam nova cóndidit

Torménta indómitae gen-  
tis iníquitas ;

Inffigit cérebro, proh dolor !  
éfferis

Sertum vépribus áspérum.

Heu crimen ! tráhitur fú-  
nibus ímprobis

Funésti Dóminus supplicii  
ad locum,

Illic oppétiit fúnere, spíri-  
tum

Patri restituens suo.

Passo pro míseris tam  
fera vúlnera

In terris résonet débita  
glória ;

Sacrúmque assídue nomen  
in aethera

Humánum genus éfferat.

Amen.

℣. Oblátus est, quia ipse  
vóluit. ℞. Et livóre ejus  
sanáti sumus.

Ad Magníf. Añã O vos  
omnes, qui transítis per  
viam, attendite, et vidéte, si  
est dolor sicut dolor meus.

Oratio

**O**MNIPOTENS  
sempitérne Deus, qui  
humáno géneri, ad imitán-  
dum humilitátis exéplum,  
Salvatóre nostrum carnem  
súmere, et crucem subíre  
fecísti : concéde propítius ;  
ut, sicut solénnem commemo-  
ratióne Passióne ejus  
celebrámus, ita et patien-  
tia ipsius habére docu-  
ménta, et resurrectiósne  
consórtia mereámur. Per  
eúndem Dóminum

Ad Completorium et per  
Horas diei in fine Hymno-  
rum dicitur :

Sit laus Patri, ac Pará-  
clito,

Natóque Patris único,  
Nostrae dedit qui pródigus  
Prétium salutis sánguinem.

Amen.

AD MATUTINUM.

Invitat. Christum Regem  
crucifixum, Veníte, ado-  
rémus. Psalmus. Veníte,  
exultémus. 2.

Hymnus.

**A**SPICE, infámi Deus  
ipse ligno

Pendet, effúso mádidus  
cruóre :

Aspice, immitti manus alma  
clavo

Fínditur alte.

Hunc, velut pravi scéleris  
ministрум,

Inter indignos médium la-  
trónes

Cerne : crudélis fuit ista  
gentis

Dira volúntas.

Pallet: heu! vultus; caput  
ecce lassum

Fléctitur: clausis óculis, Re-  
démptor

Spíritum sacro méritis onú-  
stum

Fundit ab ore.

O cor, aes durum súperas,  
geméndo

Ni scelus tergas, tua culpa  
Christum

Stípiti affixit, tua culpa  
morti

Súbdidit atrae.

Sit Deo aetérnum decus  
omne in aevum,

Qui pius nostri géneris Re-  
démptor,

Criminis labem míseris no-  
céntem

Sáanguine tersit.

Amen.

In primo Nocturno.

*Añs.* Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus. *Psalmus.* Quare fremuerunt Gentes. 4.

*Añs.* Multiplicati sunt, qui tribulant me; multi insurgunt adversum me. *Psalm.* Domine, quid multiplicati. 4.

*Añs.* Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

*Ps.* Deus Deus meus. 35.

*V.* Oblatus est, quia ipse voluit. *R.* Et livore ejus sanati sumus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio i. *Cap. v. et vi.*

**C**OMMENDAT charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus: multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliacionem accepimus. Si enim

unius delicto, mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiae, et donacionis, et justitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

*R.* Vinea mea electa, ego te plantavi, dicit Dominus; et tu facta es mihi nimis amara, \* Quia parasti crucem Salvatori tuo. *V.* Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? Responde mihi.—Quia.

Lectio ii.

**I**GITUR, sicut per unius delictum in omnes homines in condemnacionem; sic et per unius justitiam, in omnes homines in justificacionem vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam, justii constituentur multi. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam aeternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

*R.* Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in Mare rubrum, et ante te praevi in columna nubis: \* Et tu me tradidisti principibus sacerdotum, et me duxisti ad praetorium Pilati.

℣. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? respónde mihi.—Et tu me tradidísti.

Lectio iii. *Cap. vi.*

**Q**UID ergo dicémus? Permanébit in peccáto, ut grátia abúndet? Absit. Qui enim mórtui sumus peccáto, quómodo adhuc vivémus in illo? An ignorátis quia quicúmque baptizáti sumus in Christo Jesu, in morte ipsíus baptizáti sumus? Consepúlti enim sumus cum illo, per baptísmum in mortem: ut quómodo Christus surréxit a mórtuis per glóriam Patris, ita et nos in novitáte vitæ ambulémus. Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis ejus, simul et resurrectiónis érimus: hoc sciéntes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruátur corpus peccáti, et ultra non serviámus peccáto. Qui enim mórtuus est, justificátus est a peccáto. Si autem mórtui sumus cum Christo, crédimus quia simul étiam vivémus cum Christo.

℞. Ego propter te flagellávi Ægyptum cum primogénitis suis; \* Et tu me flagellátum tradidísti, \* Qui tamquam agnus coram tondénte se obmútui, et non aperuí os meum. ℣. Pópule meus, quid feci ti-

bi, aut in quo contristávi te? respónde mihi.—Et tu me. Glória Patri. Qui tamquam.

In secundo Nocturno.

*Añia.* Inimíci mei dixerunt mala mihi: quando moriétur et peribit nomen ejus? *Psalmus.* Beátus qui intélligit. 69.

*Antiphona.* Aliéni insurrexerunt in me, et fortes quaesierunt ánimam meam. *Psalmus.* Deus in nómine tuo. 24.

*Antiphona.* Conculcáverunt me inimíci mei tota die; advérsus me omnes cogitátiones eórum in malum. *Psalmus.* Misérére mei Deus, quóniam. 80.

℣. Próprio Filio suo non pepércit Deus. ℞. Sed pro nobis ómnibus tradidit illum.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. xli. Dominica in Palmis, de Pass. Domini.*

Lectio iv.



**A**DMONET nos, fratres caríssimi, ad solemnitátem dominicæ Passiónis dies ipse, in quo eam nec muta eleménta tacué-runt. Célebret eam lux fidei linguis hóminum, quam conclamavérunt étiam siléntia tenebrarum. Hódie Dóminus noster in statéra crucis pretium nostræ sa-

lútis appéndit, et una morte univérsū mundum, sicut ómnium Cónditor, ita ómnium Reparátor absólvit. Indubitánte enim credámus, quod totum mundum redémit, qui plus dedit quam totus mundus valéret. Méritū enim Redéptae mercédis dignitas insignis prétii supergréssa est. Inter redéptum et rediméntē dispensátio fuit, compensátio non fuit. Qui ergo non habébat péccata própria, digne delévit aliéna. Solus hic pia víctima pro ómnibus cécidit, ut omnes leváret; et quia débitum solus non hábuit, recte foenus misericórdiae pro debitóribus erogávit.

R̄. Ego propter te Chanaanéorum reges percússi, et dedi tibi sceptrum regále; \* Et tu dedísti cápiti meo spíneam corónam, et percussísti arúndine caput meum. V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? respónde mihi.—Et tu.

Lectio v.

**P**ERPENDERE inter haec, qui talem pro nobis dedit pecúniam, qualem a nobis sit exactúrus usúram. In hac itaque die fides prophetícae annuntiátionis impléta est, ita dicéntis: Corpus meum dedi percutiéntibus, et genas meas

velléntibus: faciém meam non avérti a foeditáte sputórum. Suscépit mala nostra, ut tribúeret bona sua. Hinc intelligámus quantum hóminem diligere dignátus sit ante culpam, quem sic dligit post ruínam. Agnósce, homo, quantum váleas, et quantum débeas: et dum tantam redemptiόνis tuae pérspicis dignitátem, ipse tibi indicito peccánda pudórem. Ecce, pro impio píetas flagellátur, pro stulto sapiéntia illúditur, pro mendáce véritas necátur, damnátur justítia pro iniquo, misericórdia afficitur pro crudéli, pro mísero replétur sinceritas acéto, inebriátur felle dulcédo, addícitur innocéntia pro reo, móritur vita pro mórtuo.

R̄. Ego duxi te per désértum, quadragínta annis, et manna cibávi te; \* Et tu me cecidísti álapis et flagéllis. V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? respónde mihi.—Et tu.

Lectio vi.

**E**XPAVIT scelus hóminū natúra rerum, et quem creatúra rebéllis non agnóscit, eum mundi Dñm tremens terra testátur, et coeli regem sol fúgiens confitétur. Chlámyde coccínea indúitur, quia sanguíne Mártyrum suórum



Ecclésiæ corpus ornatur. Coróna spinea cápiti ejus impónitur, quia púnctio peccatorũ nostrórum, quorum remissióne Redemptóris glória strúitur, áridis tríbulis comparatur. Studeámus nunc e dívérso, ut membrórum vita cápitis sit coróna. Quod vero sitíre se in cruce pósitus dicit, fidem incredúlae gentis concupíscit: sed e contra acétum malítiae pórrigunt, quia vinum sapiéntiae, quod a Deo accéperant, peccádo corrúperant. Velum templi scínditur, quia Synagóga honóre nudatur, observátio antiqva dissólvitur, Ecclésiæ únitas præmonstratur. Monumenta aperiúntur, quia mortis jura, jure superántur.

*R.* Ego exaltávi te magna virtúte; \* Et tu me suspendísti in patíbulo crucis, \* In qua expándi manus meas ad pópulum non credéntem et contradicéntem. *V.* Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? respónde mihi. — Et tu. Glória Patri. In qua expándi.

In tertio Nocturno.

*Añ.* Filii hóminum dentes eórum arma, et sagittae, et lingua eórum gládus acútus. *Psalmus.* Miserére mei, Deus, miserére. 80.

*Añ.* Intendérunt arcum rem amáram, ut sagittent

in occúltis immaculátum. *Psalm.* Exáudi, Deus, oratiónem meam. 84.

*Añ.* Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber. *Psalmus.* Dómine Deus salútis. 110.

*V.* Factus est obédiens usque ad mortem. *R.* Mortem autem crucis.

Lectio sancti Evangelii secundum Joánnem.

Lectio vii. *Cap. xix.*

**I**N illo témpore: Sciens Jesus quia ómnia consummata sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit: Sítio. Et reliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

*Homil. lxxxiv. in cap. xix. Joánnis ante médium.*



**S**CIENS Jesus ómnia consummata, ait: Sítio: étiam hoc verbo prophetám implens. Tu autem adstantium pravitaté intéllige: nam licet innúmeros habeámus inimicos, qui nos gravíssime persecúti sint, cum tamen intérimi eos vidémus, fléctimur misericórdia. Hi vero nil móti, magis efferántur, et irrident, acetúmque in spóngia pórrigunt, ut bibat tamquam reus: nam propter hoc hyssópum ádditur, quo gustáto, mórtuus est. Vides quam non perturbáte, et quam poténter ómnia

transigéntem? Quod et prósequens osténdit : cum enim ómnia consummáta essent, inclináto cápite, quod affixum non erat, trádidit spíritum, hoc est, expirávit.

Ry. Ego te potávi aqua salutis de petra : \* Et tu me potásti felle et acéto. V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? respónde mihi—Et tu. Benedictio. Divínium auxiliúm.

Lectio viii.

**A**TQUI non post inclinátum caput expirátur; sed post expiratió-nem caput inclinátur. Hic autem contra áccidit, per quod osténdit eum Evangelista esse ómnium Dñum. Judaei autem camélum devorántes, et cúllicem excolántes, tantum nefas ausi, de die consúltant: Quóniam Parasécve erat, ut non remanérent in cruce córpora Sábbato, rogavérunt Pilátum ut frangeréntur eórum crura. Vides quanti sit véritas? Per ea, quae illi faciunt, prophetía implétur, ália enim ex hoc manifestáta est. Venérunt ergo mílites, et aliórum fregérunt crura, non Christi; sed ad Judaeórum grátiam conciliándam latus ejus lancea aperuérunt, et mórtuo adhuc insúltant. O péssi-

mam voluntátem, ac scelestissimam!

Ry. Ego ante te aperuí mare : Et tu aperuísti lancea latus Salvatóri tuo. Qui redémit mundum in sáanguine suo. V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? Respónde mihi.—Et tu. Gló-ria Patri. Qui redémit.

Lectio ix.

**N**OLI tamen perturbári, dilectíssime, quae enim malo illi ánimo patrárunt, veritáti consentiébant. Prophetía hinc impléta est, inquires, vidébunt in quem transfixérunt. Neque hoc tantum, sed non creditúris fuit fidei arguméntum, ut Thomae, et qui cum eo erant. Ad haec et arcánium mystérium consummátum est, exívit enim sanguis et aqua; non casu, et simpliciter hi fontes scaturiérunt, sed quóniam ex ambóbus Ecclesiá constitúta est. Sciunt hoc initiáti, per aquam enim regeneráti, sáanguine, et carne nutríti sunt. Hinc mystéria ortum habent, ut quóties ad admirándū cálicem accedis, tamquam ab ipso látere háuriens accédas.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES

et per Horas. Añae.

1. Fui flagellátus \* tota die, et castigatio mea in

matutinis. Psalm. Dñus regnavit, cum reliquis de Dominica. 19.

2. Veni ad montem myrrhae, et ad collem thuris; tamquam agnus ad occisionem ductus, obmūtui. et non aperui os meum.

3. Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.

4. Consolantem me quaesivi, et non inveni: dedērunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me acetum.

5. Cum accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est; et inclinato capite, emisit spiritum.

Capitulum. *Philip. ii.*

**F**RATRES: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui, cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus; et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Hymnus.

**S**AEVO dolorum turbine,  
Jactatur atris obrutus  
Poenis, acerba sustinens  
Redemptor affixus cruci.

Pedes, manusque horribili

Clavi cruentant vulnere;  
Cor, vultus, artus, pectora  
Sacro redundant sanguine.

Flet, orat, et clamans  
obit:

Cor Matris ictum concidit:  
Heu Mater! Heu Fili! dolor  
Ingrata frangat pectora.

Montes, sepulchra, saxaque

Scinduntur: arva, flumina,  
Rupes, et aequor contremunt,

Templique velum scinditur.

Sol, luna, coelum, sidera  
Plangunt, et orbis ingemit:  
O vos viri, vos parvuli,  
Nuptae, puellae, plangite.

Adstate moerentes cruci,

Pedes beatos ungit,  
Lavate fletu, tergit

Comis, et ore lambite.

Tu charitatis victima,  
Ut nostra tollas crimina,  
Nobis salubri perficis  
Adoptionem sanguine.

Nostra ergo pax et gaudium

Sis vita, Jesu, et praemium;

Sis ductor, et lux in via,  
Merces, corona in Patria.

Amen.

¶ Ipse vulneratus est  
propter iniquitates nostras.  
R. Et attritus est propter  
scelera nostra.

Ad Bened. Añã. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregērunt ejus crura; sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui húmano géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórē nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecisti : concéde propítius ; ut sicut solénnem commemoratiónem Passi6nis ejus celebrámus, ita et paciéntiae ipsius habére documénta, et resurrecti6nis cons6rtia mereámur. Per eúndem D6minum.

Ad Primam, in R. br. V. Qui pro nobis pati dignátus es.

AD TERTIAM.

Añã. Veni ad montem myrrhae.

Capitulum. Fratres: Hoc enim, ut supra.

R. br. Oblátus est. \* Quia ipse vóluit. Oblátus. V. Et livóre ejus sanáti sumus. Quia. Glória Patri. Oblátus.

V. Pr6prio Filio suo non pepércit Deus. R. Sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

AD SEXTAM.

Antiphona. Foderunt manus meas.

Capitulum. Zach. xiii. c.

**Q**UID sunt plagae istae in médio mánuum tuárum? Et dicet: His plagátus sum in domo e6rum, qui diligébant me.

R. br. Pr6prio Filio suo \* Non pepércit Deus. Pr6prio. V. Sed pro nobis ómnibus trádidit illum. Non. Glória. Pr6prio.

V. Factus est obédiens usque ad mortem. R. Mortem autem crucis.

AD NONAM.

Antiphona. Cum accepisset Jesus.

Capitulum. *Isaiae liii.*

**G**ENERATIONEM ejus quis enarrábit? Quia abscessus est de terra vivéntium : propter scelus p6puli mei percússi eum.

R. br. Factus est obédiens \* Usque ad mortem. Factus. V. Mortem autem crucis. Usque. Glória Patri. Factus est.

V. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras. R. Et attrítus est propter scélera nostra.

In secundis Vesperis omnia ut in primis. cclxxi. praeter sequentia.

V. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras. R. Et attrítus est propter scélera nostra.

Ad Magnificat. Añã Depónens Joseph corpus Jesu invólvit síndone, et pósuit eum in monumento exciso. Fuit planctus magnus in illa die : mulieres autem sedéntes contra sepúlchrum dolébant, sicut doléri solet in morte primogéniti.

Oratio. Omnipotens, ut supra. cclxxix.

FESTA FEBRUARII.

DIE III. FEBRUARII.

In Festo S. Dionysii  
Papae Confess. Duplex.  
*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi Confess. Pontificis. lxi. praeter sequentia.

In Hymno mutatur tertius Versus.

Oratio. Da quaesumus.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**D**IONYSIUS ex monacho, post beatum Xistum Secundum, Romanae Ecclesiae Episcopus est constitutus. Is contra Sabellianos scripsit, et adversus eos, qui Filium Dei opus aut creaturam asseverabant, plura volumina edidit. Dionysii Alexandrini Episcopi apud se accusati, quasi qui Filium Dei factum, et non substantialem Patri diceret, in Romana Synodo causam discussit, ad quem ejusdem Synodi, id indigne ferentis sententiam perscripsit. Sed cum Alexandrinus Antistes iterum, atque iterum, missis Romam suis scriptis, se pur-

gasset, atque defendisset, maturo demum consilio est absolutus. Presbyteris Ecclesias in Urbe Dionysii distribuit, et Coemetaria, Parochias, atque Dioeceses divisit. Denique multis pro Ecclesia perfunctus laboribus, ac fidei documentis clarus, Aureliano Imperatore, migravit ad Dominum, sepultusque est in coemeterio Callisti, via Appia, sexto Kalendas Januarii. Habuit mense Decembri Ordinationes duas, quibus creavit Presbyteros duodecim, Diaconos sex, Episcopos per diversa loca septem. Sedit annos undecim, menses tres, dies quatuordecim.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. † Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocet ei. — Manus.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

*In Epist. ad Rom. cap. xi. serm. xxix. circa finem.*

Lectio v.

**Q**UOD CHRISTUM diligens, et gregem illius utique diligit: et Moysen tum primum super populum Judaeorum posuit, quando, qua esset in illum benevolentia, re ipsa jam declaraverat. David quoque simili

modo regno inauguratus est, posteaquam apparuerat, quam amico esset in populum affectu: ita quippe juvenis adhuc populi causa doluit, ac zelavit, ut et animam suam exponeret, cum videlicet barbarum illum e medio tolleret. Quod vero dicebat; quid dabitur ei, qui alienigenam hunc interfecerit? non ideo dicebat, quod mercedem exigeret, sed quo sibi crederetur, et in pugnam cum illo committeretur: nam cum adpta jam victoria, ad regem esset ingressus, nihil de mercede meminit.

℞. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. √. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi meum.—Manus.

Lectio vi.

**E**T Samuel quoque benignus erat, et amator populi ut et dicebat: Absit autem hoc a me peccatum, ut cessem pro vobis orare Dominum. Ita et Paulus, immo non ita, sed multo plus omnibus ardebat erga subditos. Unde et discipulos ita erga se animavit, ut diceret: si possibile fuisset, oculos vestros eruissetis, mihi que dississetis. Et Christus optimi pastoris regulam profe-

rens dixit: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus: sunt enim Sanctorum anime vehementer mites, et hominum amantes, non solum erga domesticos, sed alienos, ita ut hanc suam mansuetudinem etiam ad animantia bruta extendant. Propterea et sapiens quispiam dixit: Justus miseretur animarum jumentorum suorum: si jumentorum, multo magis hominum.

℞. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: Ipse intercédât pro peccatis omnium populorum. √. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna.—Ipse intercédât. Gloria Patri. Ipse intercédât.

In tertio Nocturno, Homilia super Evangelium: Homo peregre proficiscens, de Comuni. lxx. Nona Lectio S. Blasii Episcopi et Mart. ut in Breviario. 601. et de eo fit commemorat. in Laudibus.

DIE V. FEBRUARIL.

In festo SS. viginti sex Mart. Japonensium, Duplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum. xlv. praeter sequentia.

Oratio.

**D**OMINE Jesu Christe, qui ad tui imitationem per crucis supplicium primitias fidei apud Japoniae gentes in sanctorum Martyrum Petri Baptistae, Pauli et sociorum sanguine dedicasti: concede, quaesumus; ut quorum hodie solemnia colimus, excitemur exemplis: Qui vivis et regnas.

Lectiones primi Nocturni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**E**MOTISSIMAE Japoniae regioni extremis orientalis Asiae finibus sitae, quae diu in tenebris et in umbra mortis sederat, sextodecimo salutis humanae reparatae saeculo Catholicae veritatis lumen affulsit. Magnus siquidem illuc Indiarum Apostolus sanctus Franciscus Xaverius Christum praedicans crucifixum, adeo insignem fidelium fundavit Ecclesiam, ut hisce in terris Apostolorum tempora reddisse viderentur. Non illi etiam defuere Martyres, qui fidei primitias sanguine consecrarent. Eodem enim labente saeculo, cum Taicosama Japonensium Imperator, pluries minitatus

fuisset se Philippinas insulas in suam ditionem redacturum, censuit Catholicus Hispaniarum Rex aliquos suae nationis religiosos viros in Japoniam mittere, regio legatorum munere ornatos, ad pacem Taicosamae suadendam. Huic operi delictus est Frater Petrus Baptista, sacerdos ex Ordine Minorum sancti Francisci strictioris observantiae disceptatorum, morum sanctitate et doctrina insignis; cui alii dati sunt socii ex eodem Ordine. Qui omnes legationem hanc eo suscepunt animo, ut inde occasionem arriperent Evangelium illis gentibus praedicandi, quia Apostolica pollabant auctoritate ad fidem Catholicam apud Indos, et Sinica regna disseminandam. Hi ad littora Japoniae appulsi et suo munere feliciter functi, ad religionis incrementum, in partem laboris alii sociis adscitis, animum suum converterunt.

**R.** Sancti tui, Domine, mirabile consecuti sunt iter, servientes praecipis tuis, ut invenirentur illaesi in aquis validis: \* Terra apparuit arida: et in Mari rubro via sine impedimento.  
**V.** Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquae, et torrentes inundaverunt.— Terra apparuit.

Lectio v.

**Q**UANTIS profunde xenodochiis, coenobiis et ecclesiis per diversa loca christiano ritu excitatis, ibique per triennium praedicationi, jejuniis, vigiliis, precibus jugiter instando, atque egenorum et languentium aerumnis miro charitatis ardore subveniendo, et fideles plurimos in via salutis confirmarunt, et gentes innumeras perducere ad fidem. Qua de re graviter commoti inanium decorum sacerdotum, Imperatorem conveniunt eique persuadent imperium diu incolumem non futurum, nisi Christianam religionem undique gliscentem a suis finibus propulsandam curarent. Vano illo timore percussus Imperator, statim jussit religiosos viros tamquam majestatis reos detineri, dixitque in eos sententiam crucis. Praeter Petrum Baptistam et quinque socios comprehensi fuere Paulus Michi cum duobus sociis Japonensibus ex Societate Jesu, nec non Tertiarium quindecim ex eodem Ordine Minorum Japonenses, quorum alii catechismo, alii sacris officiiis inserviebant, quibus duo in vinculis ministrantes adacti sunt; proindeque sex et viginti explētus est numerus.

R. Verbera carnificum non timuerunt sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut haeredes fierent in domo Domini. V. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia.— Ut haeredes.

Lectio vi.

**P**OST diuturnum carceris squalorem, fortissimi Christi athletae, extrema sinistrae auris parte in Meacensi foro publice multati, revinctis post tergum manibus, vili in plastro per vias primum hujus metropolis, tum aliarum Japoniae urbium sexcentorum milliariorum itinere terrestri, quo ignominia et terror latius spargerentur, summa hieme circumducuntur praeeunte lictore, ac sententiam crucis in eos praeferente, quod vetitam a tyranno Christi legem praedicassent. Illud memoria dignum in itinere accidit, ut adolescenti Japonensi Antonio alteri ex Tertiariis parentes occurrissent, eumque blanditiis et lacrymis conarentur adducere ut Christo fidem falleret, quibus constantissime obstiterit, affirmans se, terrenis omnibus ac transitoriis despectis, unice Christo adhaesurum, qui sibi aeterna et coelestia remisit; dein vestem qua



operiebatur eis restituit. Tandem Nangasáquium perdúcti crúribus affiguntur, quae jam in quodam colle quasi in Calvário paratae erant; postea in altum elati, Christi fidem haud praedicare cessabant. Enituit quidem Paulus Michi, qui e triumpháli illa crucis cáthedra ad circumfúsam multitudinem pro Christiána religióne perorávit, illud palam sibi gratulátus quod in cruce ut Christus Dóminus, eadémque, atque ille, aetate, suprémum expleret diem. Postrémo sínguli ab imis latéribus ad húmeros binis lanceis transfixi víctrices ánimas coelo inserendas emisére. Suórum mílitem gloriósum certámen váriis Deus condecoráre vóluit signis; quibus rite probátis, Sacrórum Rítuum Congregátio ad eórum Canonizatiónem quandocúmque deveniri posse decrevit. Interim Urbánus Octávus Póntifex Máximus, hábita hujus decreti relatióne, de eisdem Martyribus útpote in Beatórum fastis adscriptis Officium et Missam quotánnis recitári et celebrári indúlsit. Tandem divínae Providéntiae consilio factum est, ut Pius Nonus Póntifex Máximus hújusmodi júdicium ad éxitum perdúceret. Quare sacro

Pentecóstes die anni millésimi octingentésimi sexagésimi secúndi, magna et illustri Purpuratórum Patrum et Episcopórum, qui ex ómnibus Orbis Cathólici pártibus ad protuéndam Ecclesiáe et Sedis Apostólicae jura convéniant coróna circúmdatus, eósdem Mártires Sanctórum albo recénsuit.

*R.* Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, et quasi holocausti hóstiam accepit illos: et in témpore erit respectus illórum: \* Quóniam donum et pax est eléctis Dei. *V.* Qui confidunt in illum, intélligent veritátem: et fideles in dilectiône acquiescent illi.—Quóniam.

In tertio Nocturno, Lectiões de Homilia S. Ambrosii Episcopi in Evang. Descéndens Jesus, de Comuni plurimórum Martyrum secúndo loco. lviij.

## DIE VI. FEBRUARII.

In festo S. Hyacinthae de Mariscottis. Virg. Duplex.

*Pro statu Ecclesiastico, et alibi.*

Omnia de Comuni Virginum. cii. praeter sequent.

Oratio.

**D**EUS, qui beatam Hyacintham, Virginem tuam, jugis mortificationis et charitatis victimam

effecisti: ejus nobis exemplo et intercessione concede; ut peccata nostra desistere, et te semper diligere valeamus. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**YACINTHA**, nobilis virgo Romana, Marci Antonii de Mariscottis, Vignanelli Comitis, quo in oppido nata est, et Octaviae Ursinae filia, a prima aetate divinae protectionis argumenta experiri coepit, cum septennis jamjam in puteum prolapsura, praesenti Dei beneficio servata est. Viterbium missa ad Moniales sancti Bernardini, ut ab iis educaretur, ibi tertii Ordinis sancti Francisci institutum adolescens suscepit, non ita tamen, ut sacra cum veste religiosos mores indueret; pompis enim ac deliciis aliquandiu indulset, donec ex febre decumbens, acciti ad se confessarii opportuna commonitione percussa, omni vanitati nuntium remisit. Itaque anteactae vitae maculis poenitentiae Sacramento expiatis, in communi triclinio in genua humillime provoluta, lacrymis se proluens, ac flagello in se ipsam animadvertens, veniam a

sororibus deprecata est: tum annuam pecuniam, ac splendidam, atque superfluam supellectilem, mundi ac sui contemptrix abdicavit; deinceps vero nudis pedibus, vel, cum morbus coegeret, subjecta solea obtectis, ac unica tantummodo tunica contenta, eaque rudi, obsoleta, et in elemosynam accepta, ac fune praecincta, quoad vixit, incessit.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua, et pulchritudine tua intendente, prospere procede, et regna. -- Et deducet te.

Lectio v.

**P**RAETER asperum vestitum, cilicio, vigiliis, laboribus fracta, assiduisque jejuniis extenuata, corpus etiam crebris verberebus, ac spinarum manibus lacerabat, adhibito interdum alterius quoque monialis brachio ad majorem sui corporis afflictationem; quod ut magis magisque atterreret, lectulo ex asserebus, soloque vili stragulo instructo utebatur, ac pro pulvillo saxum adhibebat, quod in stramen ex obedientia commutavit, in quo alterutro pede ad crucem, in conspectu positam, catena alligato, brevissimum somnum capiebat.

Ad haec absinthium, herbásque amaríssimas mándere, moniálium úlcera, ac pannicula sánie madéntia exosculári non rénuít : scalas monastérii onústa ingénti cruce, génibus ascéndere aliquándo consuévit ; nunc quoque urtícas, nunc ceras liquátas, modo nivem et gláciem, modo álveos rigéntium aquárum ad maceratióem adhibuit. Christi Dómini PassiÓnem, quam summópere venerabátur, apte a se excogitáta atrocissimárum poenárum série imitári, in majóri hebdómada, singulísque sextis féris sólita fuit. Patiéntia in perferéndis injúriis, christiána humilitas, virginális verecúndia, ac summa sedúlitas in novítiis, quibus praeerat, ad perfectióné provehéndis, in ea mirífice eluxérunt. Animárum quoque zelo incénsa, plures inimicitias sústulit ; periclitántes puéllas in tuto collocávit, plúrimis ad meliórē frugem tradúctis, in proximórū salúte procuránda, qua oratiÓnibus, qua voluntáriis córporis cruciátibus, omni déni que conátu júgiter incúbuit.

R. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : \* Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo laetítiae. V. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam. — Proptérea.

## Lectio vi.

**M**GRORUM in nocómiis ac páuperum patrocínium, quamquam inops, omni stúdio suscepit, et ut iisdem succurreret, non solum própriis ipsa mánibus laborábat, et quotidiánium sibi victum subtrahébat, frústulis panis conténta : sed moniáles étiam ac matrónas civitátis, virósque dívites ad id óperis alliciébat, atque, undequaque póterat, subsidia corrogábat : quinímmo, ut quam pro egénis et inválidis sollicitúdinem osténderat, perpetuo firmáret ; duas Sodalitátes, quae eorúmdem curam gérent, instítui curávit. Erga sanctíssimum Eucharístiae Sacraméntum fuit veheménte affécta : cujus cultum ut in álíis quoque promovéret, ad illud frequénte per annum cum solénni pompa, quam Deo gratam fuisse nonnúlla prodigia comprobárun, públicae veneratiÓni exponéndū omnem óperam adhibuit. Deíparam Virginem tam impénse cóluit, ut digna hábita fúerit, quae ejus apparitiÓne recrearéetur. Prophetíae, contemplatiÓnis, lacrymárum dono, aliisque charismátibus flóruit. Anno déni que millésimo sexcentésimo quadragésimo, aetátis suae quinquagésimo quinto

inchoato, in coelum evocata est, cujus corpus in ecclesia sancti Bernardini Viterbii colitur, eamque Benedictus decimus tertius meritis et miraculis claram in beatorum, Pius vero Septimus in sanctarum Virginum numerum retulerunt.

℞. Afferentur Regi virgines post eam, proxima ejus \* Afferentur tibi in laetitia et exultatione. ℥. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.—Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno, De Homilia sancti Gregorii in Evangelium: Simile erit regnum coelorum decem virginibus; de Communi. cxv.

Nona Lectio S. Dorotheae Virginis et Martyris ut in Breviario. 616. et de ea fit commemoratio in Laudibus.

#### DIE IX. FEBRUARII.

In festo S. Zosimi Papae Confessoris. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Comm. Conf. Pontif. lx. praeter sequent. In Hymno mutatur tertius versus.

Oratio. Da quaesumus.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadragesima: Fidelis sermo, de Comm. lxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**Z**OSIMUS Graecus Abrahami filius post sanctum Innocentium Romanae Ecclesiae episcopatum suscepit. Is Africanorum Conciliorum decretis adversus Pelagianam haeresim sententiae suae robur adnexuit, et ad impiorum excidium gladio Petri dexteris omnium armavit Antistitum; iis namque ab ipso probatis, per totum mundum haeresis Pelagiana damnata est. Damnavit et Pelagium ipsum una cum Coelestio, datis hac de re litteris ad universam Ecclesiam.

℞. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. ℥. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocet ei.—Manus.

Lectio v.

**E**CCLESIASTICAE disciplinae tenacissimus fuit, compluribus ad eam ubique sive servandam sive restituendam destinatis gravibus epistolis. Definit juxta probatum Ecclesiae morem, ut si quis ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dedisset, inter Lectores usque ad vigesimum aetatis annum continuata

observatióne duráret. Si vero major jam et grandaeus post Baptísmum, sive inter Lectóres, sive inter Exorcistas, quinquénnio tenerétur, et inde Acólythus, vel Subdiáconus, quátuor annis, et sic ad Diaconátū ( si mererétur ) accéderet, in quo órđine quinque annis haerére debéret, et inde, suffragántibus votis, Sacerdótium promeréri posset.

R̄. Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea, \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.—Manus.

## Lectio vi.

**S**ANCIVIT, ut Diáconi laevas linóstimis pallis tégerent, potestátéque fecit, ut per Paróchias Paschális Céreus benedicerétur. Cavit praeterea, ne Clérico póculum propinarétur in público, praetérquam in fidélium cellis, et máxime Clericórum. Qui cum sanctíssime rexisset Ecclesiám annum unum, menses quátuor dies septem, quíevit in pace, sepultúsque est juxta corpus sancti Laurentii mártiris via Tiburtína, séptimo Kalédas Januárii, Honório, et Theodósio Junióre imperántibus. Una Ordinatióne mense Decémbri, creávit Presby-

teros decem, Diáconos tres, Episcopos per diversa loca octo.

R̄. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operátus est, et omnis terra doctína ejus repléta est: \* Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna. — Ipse. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno. Homo pégre, lxx. et in Quadrag. nona Lectio Feriae occurrentis.

## DIE XI. FEBRUARII.

In festo S. Antheri Papae Martyris. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi unius Martyris. xxvii. praeter sequentiá.

## Oratio. Infirmítatem.

Lectiões primi Nocturni de Scriptura occurrente, et in Quadagesima: A Miléto, de Communi. xxx.

In secundo Nocturno.

## Lectio iv.

**A**NTHERUS, natione Graecus, patre Rómulo, post sanctum Pontianum Romae ordinátus est Episcopus. Is gesta Mártirum diligénter a Notáriis conquisívit, ac in Ecclesiá recóndidit. Propter eam

causam a Máximo Praefécto martyrio coronátus est tertio Nonas Januárii, sepultusque in Coemetério Callisti via Appia, Maximino Príncipe. Unica Ordinatio mense Decémbri ordinávit Episcopū Fundanae civitátis in Campánia. Sedit in Pontificátu mensem unum, dies duódecim.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis et a seductóribus tutávit illum: Et dedit illi claritátem aetérnam. V. Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non dereliquit eum.—Et dedit.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*De Verbis Domini. 1.*

Lectio v.

PASTOR bonus Christus. Quid Petrus? Nonne bonus pastor? Nonne et ipse animam suam pro ovibus posuit? Quid Paulus? Quid caeteri Apóstoli? Quid eorum tempora consequentes beati Episcopi mártires? Quid etiam iste sanctus Anthérus? Nonne omnes pastores boni, non mercenarii, de quibus dicitur: Amen dico vobis perciperunt mercédem suam? Omnes ergo illi Pastores boni, non solum, quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ovibus fuderunt. Non

enim fuderunt elatione, sed charitate

R. Desiderium animae ejus tribuisti ei, Dñe, Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.—Et.

Lectio vi.

DAM et apud haereticos, qui propter iniquitates, et errores suos aliquid molestiarum perpessi fuerunt, nomine martyrii se jactant: ut hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sunt. Si autem vultis scire, in quo numero habendi sunt, pastorem bonum Paulum Apóstolum audite: quoniam non omnes, qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt, aestimandi sunt sanguinem fuisse pro ovibus, sed potius contra oves. Si distribuero, inquit, omnia mea pauperibus, et tradidero corpus meum, ut ardeam: Jam ipsi sunt. Sed vide quid sequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce venit ad passionem, ecce venit ad sanguinis effusionem, venit ad corporum incensionem, et tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem, prosunt

omnia: détrahe charitátem, nihil prosunt caetera.

℞. Stola jucunditátis induit eum Dóminus: \* Et coronam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. V. Cibávit illum Dñus pane vitae, et intelléctus: et aqua sapiéntiae salutáris potávit illum.—Et coronam. Glória Patri. Et coronam.

In iii. Noct. de Homil. in Evang. Si quis venit. xxxvi. et in Quadrag. nona Lect. de Homil. Feriae occurrunt.

**DIE XII. FEBRUARII.**

In festo S. Telesphori Papae Mart. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Comuni unius Martyris. xxvii. praeter haec propria.

Oratio. Deus qui nos.

Lectioes primi Nocturni, de Scriptura occurrente.

In Quadagesima: A Miléto, de Comuni. xxx.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**ELESPHORUS,** natione Graecus, patria Thuriensis in magna Graecia, ex Presbytero Romanae Ecclesiae (cujus dignum ministrum egerat) Pontifex Maximus creatus est. Hoc supremum munus ita obiit, ut eximius Petri successor lectus esse videretur. In ejus Cathedra sedit

sub Imperatore Antonino Pio, fervente persecutionis aestu. Qui tamen non obstitit, ne sedulam operam regendae Christi Ecclesiae sollicitus navaret.

℞. Honestum. cclxxxix.

Lectio v.

**H**INC novis decretis multa illum egregie sancivisse legimus, quae ad fidelium mores, Ecclesiasticorum libertatem, et sacros ritus attinent; scilicet Quadragesimale jejunium, jam olim ab Apostolis traditum, novo edicto restaurasse, ac mandasse ut in Natali Domini sanctum Missae Sacrificium ter celebraretur, media nocte, illucescente aurora, hora demum tertia post solis ortum, et constituisse, ut sacrae Liturgiae Hymnus angelicus, Gloria in excelsis Deo, adderetur.

℞. Desiderium. cclxxxix.

Lectio vi.

**E**DIXISSE quoque, ne Sacerdotes a populo arguerentur, ut sublimis Ordinis dignitati consuleret. Ordinatione quadruplici, mense Decembri, creavit Presbyteros duodecim, Diaconos octo, Episcopos tresdecim per diversa loca. Cum autem in propaganda fide ardentissimus esset, ac proinde idolorum sacerdotibus invisus, captus tandem, capitis abscissione

martyrium consummavit Nonis Januarii, et ejus corpus in Vaticano sepultum est.

R. Stola. ccxc.

In tertio Nocturno, de Homilia in Evangelium: Si quis vult post me venire, de Communi. xli. et in Quadragesima nona Lectio de Homilia Feriae occurrit.

DIE XIII. FEBRUARII.

In festo S. Gregorii II.

Papae Confessoris.

Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi Confessoris Pontificis. lxi. praeter haec propria.

Oratio. Da quaesumus.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadrag. vero Fidelis sermo, de Comm. lxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



REGORIUS hujus nominis secundus, natione Romanus, patre Marcello, anno Christi septingentesimo decimo quarto, mirabili totius cleri et populi concordia ad supremum Ecclesiae Catholicae Pontificatum evectus est. Hic a pueritia divino cultui addictus in Lateranensi Patriarchio sub beati Sergii oculis, et disciplina vixerat,

Subdiaconi primum, tum Sacellarii munere functus. Mox Bibliothecae cura illi credita, ad Diaconatus tandem ordinem promotus, in regiam urbem, una cum sanctissimo Papa Constantino profectus est. Ibi ab Imperatore de nonnullis capitibus interrogatus, cum sacrarum litterarum peritissimus esset, et constantissimus rerum Ecclesiasticarum defensor, optima, et catholica responsione, Principi satisfecit.

R. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

URBIS moenia contra Longobardorum excursions, aliqua ex parte reparavit. Aliquot Basilicas temporum injuria collapsas restituit. Urbana monasteria fere deserta, et monachos in pristinam formam, et disciplinam redexit. Imo post mortem Honestae matris, paternam domum in ecclesiam, et monasterium commutavit, quod multis praediis instructum reliquit. Corbinianum et Bonifacium viros Apostolico spiritu plenos, in Germaniam misit, ad praedicandum Gentilibus Christi Evangelium, eosque sacris Episcopatus insulis decoravit, postquam innumeram Paganorum multitudinem, ab iis ad Christi



fidem conversam fuisse accepisset. Ut omnes optimi Pastóris partes impleret, óptimis légibus ecclesiásticam disciplinam, et christianórum mores instrúxit. Géminam Synodum Romae hábuit, álteram advérsus illícita conjúgia, álteram advérsus Iconoclástas.

℞. Pósui. lxxiii.

Lectio vi.

**L** EONEM Isáurum sacrárum imáginum destructórem váriis epístolis ab illa haeresi removére, omnique illum officiórum género sibi demeréri stúduit; cum tamen hic ad scéleris cúmulum, óptimum Pontificem neci tradere ferro séxies, semel auro, et munéribus corrumpere, quamvis frustra, tentásset. Luitprándo, cum Exárcho ad excídium Urbis prope-ránti, sanctíssimus Póntifex, Dei fretus praesídio, ad prata Nerónis occúrrit, et piis mónitis regis ánimam ita mollívit, ut non jam hostis, sed pius adorátor ensem, et corónam Príncipi Apostolórum obtúlerit. Cum autem Imperátor destructiónem machinarétur, eúmdem diro anathémate percúlit, et iníto cum Francis foedere ab ímpio molímine deterruit. Rebus demum praecláre gestis, quibus máximis qui-

búsque Praedecessórum suórum aequiparátur pie óbiit in Dómino, sexto Pontificátus anno, et in Basílica Vaticaná conditus est.

℞. Iste est, qui. lxxiii.

In iii. Noct. Lect. de Homilia in Evang. Homo peregre, de Communi. lxx.

In Quadrag. Lectio ix. de Hom. Ferae occurrentis.

In secundis Vesperis. Oratio. Exáudi. lxxii.

DIE XIV. FEBRUARII.

In festo S. Agathonis.

PP. Conf. Dupl.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi Confessoris Pontif. lxi. praeter haec propria.

In Hymno mutatur tertius versus.

Oratio. Da quaesumus.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadragesima: Fidelis sermo, de Comm. lxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**A** GATHO, natione Sículus, ex doctíssimo, ac sanctíssimo monacho Románus Póntifex creátus est, anno Christi sexcentésimo septuagésimo octávo. Vir summa humanitáte, exímio ánimo candóre, singulári morum suavitate, et comitate prae-

ditus, cunctórum amans, cunctisamabilissimus. Ita demum a natúra, et grátia comparátus, ut ad suprémam illam dignitátem geréndam, natus, seu factus esse viderétur.

R. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

**A**CCEPTIS a Constantino Pogonato litteris ad Donum praecessórem scriptis, pro convocádo Concílio Oecuménico, ad diutúrnum schisma tolléndum, quo laborábat Ecclesiá, et definiédas fidei controversias, quae toto fere Oriénte máximas tempestátes, atque ruínas excitárant, provinciáles Synodos in Occidénte habéri curávit, in quibus Monothelitárum causa discuterétur, et damnaréntur errores.

R. Pósui. lxviii.

Lectio vi.

**H**IS praemíssis, legátos suos, et Concílii Románi, misit Constantínopolim cum binis litteris ad Imperatórem, in quibus praedícta haeresi docte, fuse, ac sólíde refutáta, damnátisque primáriis illius sectatóribus, Sér gio scilicet, Cyro, Paulo, Pyrrho, Petro, et áliis, antecessóres suos ab omni erroris labe immunes hucúsque fuisse, expréssis verbis declarávit. Aga-

thónis igitur auctoritáte, sexta Synodus universális congregáta est, in qua iidem errores, iidémque errátes damnáti fuérunt. Demum cum tres annos, et quinque circiter menses sedisset, pie obiit in Dómino, et in basilica Principis Apostolórum sepultúrae mandátus est.

R. Iste est, qui, lxviii.

In tertio Nocturno, de Homilia in Evangelium: Homo pégre, de Comuni, lxx.

In Quadragesima nona Lectio de Homilia occurrente.

#### DIE XVI. FEBRUARII.

In festo B. Gregorii X. Papae Confess. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Comm. Conf. Pontificis. lxi. praeter haec propria.

Oratio.

**D**EUS, qui Ecclesiám tuam beáti Gregórii Confessóris, atque Pontificis religiónis zelo, et apostólicis curis amplificásti; ejus méritis, et intercessióne concéde, ut fidei, et sanctitátis nova semper incrementa suscipiat. Per Dñm.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadrages. vero: Laudémus viros gloriósos, de Comuni. lxxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**G**REGORIUS Decimus Thealdus, seu Theobaldus, antea nuncupatus, Placentiae ad Aemiliae fines nobili Vicecomitum genere natus est. Adolescens ecclesiasticae militiae adscriptus singulari nstituit honestate morum, vitaeque munditia, nulla unquam, ut creditur, criminis contagione polluta. In Galliam cum Jacobo Cardinali Pecorario Gregorii noni Legato profectus, archidiaconus Leodiensis renunciatus est. Eo in Italiam redeunte, Theologiae Parisiis operam dedit, ac Magistri munus adeptus, verbo, et exemplo fideles, ac principes ad Terrae Sanctae recuperationem vehementer accendit. In Syriam deinde peregrinatus, dum ibi sacram expeditionem urgere, a Cardinalibus, Viterbii Pontificis electionem in annum fere tertium protrahentibus, in Petri Sedem evectus est anno millésimo ducentésimo septuagésimo primo.

R. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

**A**CCEPTO Ptolemaide electionis decreto, in Italiam navigavit, ac Viterbium se contulit,

deinde Romam, ubi anno insequente sollemniter inauguratus est. Ab ipso Pontificatus exordio ad generalem Concilii celebrationem curas, et cogitationes omnes adjecit. Eo Lugdunum Galliarum indico, Michaellem Palaeologum Graecorum imperatorem, tum alios Christianos Principes, et Graecae, Latinaeque Ecclesiae praesules litteris amantissimis invitavit, accersitis etiam eximii doctrina, et sanctitate viris, uti sancto Thoma Aquinate in ipso itinere vita functo, sancto Bonaventura, sancto Philippo Benitio, beato Alberto Magno, Petro de Tarantasia Ordinis Praedicatorum, qui eidem in Pontificatu successit. Igitur Oecumenicam Synodum Patrum numero omnium frequentissimam cui praefuit Pontifex ipse, Graecis, ejurato schismate, ad Ecclesiae unitatem receptis, decretis pro sacra expeditione subsidiis, editisque pluribus sanctissimis legibus trimestri spatio feliciter celebravit.

R. Posui. lxviii.

Lectio vi.

**D**E pace in Ecclesia firmanda cum primis sollicitus, praelatorum dissidia, regum inimicitias, provinciarum odia,

populorum factiones composuit, dirēmit, extinxit. Ecclesiae jura etiam adversus reges, et principes severe, ac fortiter vindicavit, nullam esse praedicans solidiorem regnorum basim, quam tutelam ecclesiasticae libertatis. Pauperum amantissimus, primus omnium in Apostolico Palatio piarum in illos largitionum praesidem constituit, iisque propriis manibus pedes quotidie abluēbat. In Italiam a Concilio redux, dum profectiōnem in Palaestina meditatū, pluraque alia Christianae Reipublicae bono molirētur, Arēti in Etruria morte intercēptus est quarto ab electiōne sua anno, mense quarto, die decima. Fuit vir animi plane invicti, et apostolici, terrenorum contemptu, cultus divini studio, fidei zelo, disciplinae, et morum restauratiōne, rerum gerendarum prudentia, fortitū line, magnanimitate, aliisque virtutibus prorsus eximius. Miraculis post mortem claruisse Ecclesiae Aretinae monumenta testantur.

R. Iste est, qui. lxxviii.

In tertio Nocturno, de Homilia in Evangelium: Homo peregre, de Communi. lxx.

In Quadrage. tamen nona Lectio de Homilia Ferae occurrentis.

DIE XVII. FEBRUAR.

In festo S. Hygini Papae Martyris. Duplex. Pro Clero Urbis, et alibi.

Omnia de Communi unius Martyris. xxvii. praeter haec propria.

Oratio. Infirmiorem.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadragesima vero: A Milēto, de Communi. xxx.

In secundo Nocturno

Lectio iv.



YGINUS Atheniensis, Philosopho patre, cum jam Romanae Ecclesiae presbyter esset, Cleri suffragiis, Telésphoro suffectus est. Sedit in sancta Petri Sede, imperatore Antonino Pio Augusto, annos tres, menses undecim, dies viginti octo. Ubi primum Pontifex renunciatus est, Clericorum Ordines in suos gradus distinxit, ac fecit, ut in iis Ecclesiis, quas Titulos vocant, tum primarii Ministri, tum alii eidem subiecti adessent, qui fidelibus, cum res postularet, sacra ministrarent.

R. Honestum. cclxxxix.

Lectio v.

INSTITUIT etiam, ne absque celebratione Missae, templa, vel oratoria sacro ritu consecrarentur; ne inconsulto

Episcopo, vel nova construerentur, vel jam constructa destruerentur, et ne materies ad sacrum illum usum congesta, et destinata, in profanos usus converteretur. Edixit praeterea, ut Patris baptismi adessent, qui de sacro fonte infantes levarent, ne quis Episcopus reus criminis damnaretur, nisi a comprovinciabilibus Episcopis ejus causa probe discussa fuisset. Cuncta haec ejus titulo, ac nomine sancta extant. Tres ordinationes habuit mense Decembri, in quibus creavit Episcopos sex. Presbyteros quindecim, Diaconos quinque.

R. Desiderium. cclxxxix.

Lectio vi.

**A**UM autem paulo ante Justinus clarissimus philosophus, et Christi martyr scripsisset apologiam pro religione Christiana ad imperatorem Antoninum Pium Augustum, obtinuit, ut persecutio desaeviret. Hinc a Christianorum caede, non quidem omnino, plurimum tamen, publico principis edicto, temperatum est. Sanctissimo tamen pastori, cujus cura dominico gregi consulum fuerat, parcitum non fuit; nempe hic glorioso martyrio, ne antecessoribus dissimilis esset, innocentissimam

vitam terminavit, die undecima Januarii, et sepultus est in Vaticano.

R. Stola. ccxc.

In tertio Nocturno, de Homilia in Evang. Si quis venit. xxxvi.

In Quadrag. nona Lectio de Homilia Feriae occurrit.

**DIE XXIII. FEBRUAR.**

In festo S. Margaritae Cortonensis poenitentis. Semiduplex.

*Pro aliquibus locis.*

Omnia de Comuni nec Virginum nec Mart. cxxiii. praeter sequentia.

Oratio.

**D**EUS, qui famulam tuam Margaritam, de perditionis via ad salutis tramitem misericorditer reduxisti; eadem nobis miseratione concede; ut, quam prius errantem sectari non erubuerimus, mox poenitentem impigre sequi gloriamur. Per Dominum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente;

In Quadregesima vero: Mulierem fortem, de Comuni. cxxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**M**ARGARITA, a loco dormitionis Cortonensis appellata Laviani, in Tuscia ortum habuit.

Primis adolescentiae suae annis mundi voluptatibus capta, in montis Politiani civitate vanam et lubricam vitam duxit; sed cum amasium ab hostibus foede transfossus, indicio canis in fovea sub strue lignorum tumultum fortuito reperisset, illico facta est manus Domini super eam, quae magno culpae suarum moerore tacta, exiit foras, et flevit amare. Itaque Lavianum reversa, crine detonso, neglecto capite, pullaque veste contacta, erroribus suis, mundi que illecebris nuntium misit; inque aedibus Deo sacris, fune ad collum alligato, humi procumbens, ab omnibus, quos antea moribus suis palam offenderat, veniam exoravit. Mox Cortonam profecta, in cinere et cilicio a se laesam Dei majestatem placare studuit; donec post triennale virtutum experimentum a fratribus Minoribus spiritualis vitae ducibus Tertii ordinis habitum impetravit. Uberes exinde lacrymae ei familiares fuerunt, atque ima suspiria tanta animi contritione ducta, ut diu elinguis consisteret. Lectulus nuda humus, cervical lapis, aut lignum porrexit, atque ita noctes insomnes in coelestium meditatione trahere consuevit, nullum amplius pravum desiderium

perpessa, dum bonus spiritus promptior infirmam carnem ad subeundos labores erigebat.

R<sup>7</sup>. Propter. cxxv.

Lectio v.

**A** DAEMONE insidiis, funestisque conatibus lacessita, mulier fortis hostem ex verbis detectum semel atque iterum invicta repulit. Ad eludendum vanae gloriae lenocinium, quo a malo spiritu petebatur, praeteritos mores suos per vicos, et plateas alta voce accusare non destitit, omni supplicio se ream inclamans: nec nisi a confessorio deterrita, in speciosam faciem, olim impuri amoris causam, saevire abstulit, aegre ferens suam formam longa carnis maceratione non aboleri. Quibus aliisque magnae poenitentiae argumentis suorum criminum labe expiata, atque ita de se triumphatrix, ut sensus plane omnes a mundi illecebris custodiret, digna facta est, quae saepe Domini consuetudine frueretur. Ejusdem quoque Christi, et Virginis Matris dolorum, quod ipsa ardentem expecterat, particeps facta, cunctis sensibus destituta, et fere mortua interdum visa est. Ad eam proinde, veluti ad perfectionis magistram, ex dissitis etiam

regiónibus plúrimi conve-  
niebant : ipsa vero coelésti,  
quo erat perfúsa, lúmíne,  
córdium secréta, conscién-  
tias hóminum imo et pec-  
cáta in remótiis licet párti-  
bus Deum offendéntiũ cum  
dolóre, et lácrymis déte-  
gens, summáque in Deum,  
et próximum charitáte fer-  
vens, ingéntem animárum  
fructum operáta est. Ægris  
ad se veniéntibus salutem,  
obséssis a daemone libera-  
tionem impetrávit. Púe-  
rum defúnctum, lugénte  
matre, ad vitam redúxit.  
Imminéntes bellórum tu-  
múltus assídus oratióibus  
sedávit. Dénique summae  
pietátis opéribus vivos et  
mórtuos sibi demérnit.

R̄. Dilexisti. cxxvi.

Lectio vi.

**T**OT sanctis opéribus  
occupáta, de rigóre  
quo assidue corpus suum  
exercébat, nihil remisit ne-  
que a stúdio coeléstia me-  
ditándi se avélli passa  
est, in utróque vitae génere  
plane admiránda, utrám-  
que sorórem Magdalénam,  
et Martham réferens. Tan-  
dem pro se Dñum orans,  
ut ex hac valle lacrymárum  
sursum in coeléstem pá-  
triam evocarétur, exaudita  
est oratio ejus, die, atque  
hora dormitiónis ei patefá-  
ctis. Méritis itaque et labó-  
ribus plena, ac coeléstibus

donis cumuláta, coepit cór-  
poris víribus destitui, per-  
que dies decem et septem  
nullo cibo, sed divinis tan-  
tum collóquiis refécta est :  
tum sanctíssimis Ecclésiæ  
Sacraméntis rite susceptis,  
vultu hílari, atque óculis in  
coelum convérsis, octávo  
Kaléndas Mártias anno  
aetátis quinquagésimo, su-  
ae conversiósni vigésimo  
tértio, humanae vero salutis  
millésimo ducentésimo non-  
agésimo séptimo, felix mi-  
grávit ad Sponsum. Cor-  
pus in hanc usque diem  
végetum, incorruptum, il-  
laesum, et suáriter olens  
summa religióne cólitur in  
ecclésiá Fratrum Minó-  
rum, quae jam ab eádem  
Margarita appellátur. Mi-  
ráculis continuo flóruit,  
quibus permóti Románi  
Pontífices ad augéndum  
ejus cultum plúrima libe-  
ráliter indulserunt. Bened-  
ictus vero decimus tértius  
in festo Pentecóstes, die  
sexta décima Maii anni  
millésimi septingentésimi  
vigésimi octávi, solémnem  
ejus canonizationem reli-  
giosíssime celebrávit.

R̄. Fallax grátia. cxxvi.

In tertio Nocturno, Le-  
ctiões de Homilia in Evan-  
gelium : *Simile est regnum*  
*coelórum thesauro de Com-*  
*muni. cxxvi.*

In Quadrages. ix. Lectio  
de Feria occurrente.

Ad Bened. Añã. Ut cognóvit, respuit Seráphici Ordinis Magdaléna : dimissa sunt ei peccáta multa, quia diléxit multum.

IN II. VESPERIS.

Ad Magnificat, Añã. Ego dilécto meo, et ad me conversio ejus : invéni quem diligit ánima mea, ténui eum, nec dimittam.

DIE XXV. vel XXVI.  
FEBRUARII.

In festo S. Felicis III.  
Papae Confess. Duplex.  
*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Comm. Conf. Pontificis. Ixi. praeter sequentia.

Oratio. Da quaesumus. Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadrag. Fidélis sermo, de Comuni. Ixiv.

In secundo Nocturno

Lectio iv.



ELIX tértius pátria Románus, natus ex nobilissima domo Anicia, et divi Gregórii Magni átavus, post Simplícium Papam ad summi Pontificátus ápicem est evéctus. Hic mira ánimi constántia, tamétsi Roma sub Hérulis Ariánis propemodum captiva viderétur, aliique Patriarchae conciliatiónem Zenónis Imperatérís appro-

bássent, solus illi non com-municávit. Ejúsdem de fide edíctum promulgántis, audáciam fórtiter représsit, Petrum Fullónem Patriarchátu Antiochéno dejécit. Acácium Constantinopolitánum Episcopum Romam veníre coégit, ut contra eum objéctis, in Apostólicae Sedis júdício respónderet ac in eúndem senténtia excommunicatiónis animadvértit.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et fílius iniquitátis non nocébit ei. — Manus.

Lectio v.

CONSTITUIT, ut Ecclésiæ nonnisi ab Episcopis consecraréntur ; semel baptizátos, iterum rebaptizári sub grávis poenis prohibuit. Basílicam sancti Agapíti constrúxit. Anno ejus Pontificátus tértio, sanctus Bárnabas Apóstolus, cum sancti Matthæi Evangélio, in Cypro Anthémio Episcopo Salamínae apparuit ; sicque praevia trina revelatióne, corpus sancti Bárnabae cum Evangélio supradícto est invéntum. Duas fecit Ordinatiónes mense Decémbri, quibus creávit Romae Presbyteros viginti



novem, Diáconos quinque, Episcopos per diversa loca triginta. Quinto Kalendas Mártii e terris excédens ad Súperos evolávit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea. \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Sermo sancti Gregórii Papae.

Ex Hom. xxxviii. in Evang.

Lectio vi.

**Q**UIA nonnunquam mentes audiéntium plus exémpla fidélium, quam docéntium verba convértunt, volo vobis áliquid de próximo dicere, quod corda vestra tanto formidolósius áudiant, quanto eis hoc de propínquo sonat. Neque enim res longe ante gestas dicimus, sed eas, de quibus testes existunt, eisque interfuisse se réferunt, memorámus. Tres pater meus soróres hábuit, quae cunctae tres sacrae virgines fuérunt; quarum una Tarsilla, ália Gordiána, ália Æmiliána dicebátur. Quadam vero nocte huic Tarsillae (quae inter soróres suas virtúte continuae oratiónis, afflictiónis stúdio, abstinéntiae singularis, gravitate vitae venerábilis, in honóre, et cúlmine san-

ctitátis excreverat) sicut ipsa narrávit, per visiónem átavus meus Felix hujus Románae Ecclesiæ Antistes apparuit, eíque mansiónem perpétuae claritátis osténdit dicens: Veni, quia in hac te lucis mansiónem suscipio. Quae subsequénti mox febre corrépta ad diem pervénit extrémum, et sicut nobilibus féminis, virisque moriéntibus multi convéniunt, qui eórum próximos consoléntur, eadem hora ejus éxitus multi viri, ac féminae ejus léctulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque ádfuit; cum rursus illa respiciens Jesum veniéntem vidit, et cum magna animadversióne coepit circumstántibus clamáre, dicens, recédite, recédite, Jesus venit. Cumque in eum inténderet, quem vidébat, sancta illa ánima a carne solúta est: tantaque súbito fragrántia miri odóris aspérsa est, ut ipsa quoque suávitatis cunctis osténderet, illuc auctórem suavitatis venisse.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctérna ejus repléta est: \* Ipse intercédatur pro peccátis ómnium populórum. V. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad coeléstia regna. — Ipse. Glória Patri. Ipse.

*Sacrae Spinae Coronae D. N. J. C. ccci.*

In tertio Nocturno de  
Homilia in Evangel. Homo  
peregre, de Communi. lxx.  
et in Quadrag. nona Lectio  
erit de Homilia Ferae oc-  
currentis.

FERIA SEXTA  
POST CINERES.

Sacrae Spinae Coronae  
Domini Nostri J. C.  
Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

AD VESPERAS.

Añã. Dilèctus meus, cum  
reliquis de Laudibus. cccvi.  
Psalm. Dixit Dóminus, cum  
reliquis de Dominica. 135.  
et loco ultimi, Psalm. Lau-  
dáte Dóminum omnes Gen-  
tes. 140.

Capitulum.

*Cant. iii.*



**S**GREDIMINI, et  
vidète filiae Sion  
regem Salomó-  
nem in diadema-  
te, quo coronávit illum  
mater sua.

Hymnus.

**E**XITE, Sion filiae,  
Regis pudicae vir-  
gines,

Christi coronam cernite,  
Quam mater ipsa texit.

Horret revulsis crinibus  
Spinis cruentatum caput :  
Et vultus ille decolor  
Mortem propinquam respicit.

Quae terra sulcis invia,  
Dumis rigens et sentibus,

Lugubre munus protulit,  
Quae saeva messuit manus?

Christi rubescens san-  
guine

Aculeos mutat rosis,  
Palmamque vincens fructi-  
bus,

Spina est triumphis aptior.

Culpis satae mortali-  
um  
Te, Christe, spinae vulne-  
rant,

Evélle nostras, cordibus

Tuasque nostris insere.

Virtus, honor, laus, glória

Deo Patri cum Filio,

Sancto simul Paraclito,

In saeculorum saecula.

Amen.

V. Plectentes coronam  
de spinis. R. Posuerunt  
super caput ejus.

Ad Magnif. Añã. Egre-  
dini et videte, filiae Sion,  
regem Salomómem in dia-  
demate quo coronavit eum  
mater sua, parans crucem  
Salvatoris suo.

Oratio.

**P**RAESTA quaesu-  
mus, omnipotens  
Deus : ut qui in memoriam  
Passionis Dñi nostri Jesu  
Christi Coronam ejus spi-  
neam veneramur in terris ab  
ipso glória, et honore coro-  
nari mereamur in coelis :  
Qui tecum vivit, et regnat.

Et sit commemoratio. Ferae.

AD MATUTINUM.

Invitat. Christum Regem  
spinis coronatum Venite,  
adoramus. Ps. Venite. 2.

Hymnus. Exíte, Sion, ut supra ad Vesperas. cccii.

In primo Nocturno.

Añã. Erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, et fructum suum dabit in tempore suo. Psalmus. Beatus vir. 3.

Añã. Convenérunt in unum adversus Dóminum et adversus Christum ejus. Ps. Quare fremuerunt. 4.

Añã. In tribulatione dilatásti mihi. Psalmi Cum invocárem. 162.

¶ Glória et honore coronásti eum, Dómine. R̄. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

De Isaia Prophéta.

Lectio i.

Cap. liii.

**Q**UIS crédidit auditui nostro? et bráchium Dñi cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, et sicut radix de terra sitiénti. Non est species ei, neque decor: et vídimus eum, et non erat aspéctus, et desiderávimus eum: despéctum, et novíssimum virórum, virum dolórum, et scientem infirmitátem: et quasi absconditus vultus ejus et despéctus, unde nec reputávimus eum. Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit: et nos putávimus eum quasi leprósum, et percús-

sum a Deo, et humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra, disciplina pacis nostrae super eum, et livóre ejus sanáti sumus.

R̄. Maledícta terra in ópere hóminis, \* Spinæ et tribulos germinábit Christo. ¶. Quia comédit Adam de ligno, ex quo præcéperat Deus ne coméderet. — Spinæ et tribulos.

Lectio ii.

**O**MNES nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit: et pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrum. Oblátus est, quia ipse voluit, et non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur, et quasi agnus coram tondénte se obmutéscet, et non apériet os suum. De angústia et de judício sublátus est: generatióem ejus quis enarrábit? Quia abscessus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum.

R̄. Apparuit Móysi Dóminus in flamma ignis de médio rubi: \* Et vidébat quod rubus ardéret, et non comburerétur. ¶. Dixit ergo Móyses: Vadam et vidébo visióem hanc magnam. — Et vidébat quod rubus.

Lectio iii.

**E**T dabit impios pro sepultura, et divitem pro morte sua : eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit contemere eum in infirmitate : si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur : in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit.

**R.** Ecce ignis, et ligna, Deus providēbit sibi Victimam holocausti. **V.** Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres haerentem.—Victimam holocausti. Glória Patri. Victimam holocausti.

In secundo Nocturno.

**Añ.** Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum. **Psalm.** Verba mea. 63.

**Añ.** Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum. **Psalm.** Domine Dominus noster. 6.

**Añ.** Peccatores intendē runt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent justum. **Psalm.** In Domino confido. 8.

**V.** Posuisti, Domine, super caput ejus. **R.** Coronam de lapide pretioso.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

*Serm. ii. in Epiph. Domini.*

Lectio iv.



**G**REDIMINI, filiae Sion : vobis dicimus, filiae Sion, animae saeculares, debiles, delicatae. filiae et non filii, in quibus nihil est fortitudinis, nihil est virilis animi. Egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis, de servitute carnalis concupiscentiae ad libertatem spirituales intelligentiae. Egredimini de terra vestra, et de cognatione vestra, et de domo patris vestri, et videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, in corona paupertatis, in corona miseriae : siquidem coronatus est et a noverca sua corona spinea, corona miseriae, coronandus a familia sua corona justitiae, quando exibunt Angeli, et tollent de regno ejus omnia scandala, quando veniet ad iudicium cum senioribus populi sui, cum pugnabit pro eo orbis terrarum adversus insensatos. Coronat eum et Pater corona gloriae, sicut ait Psalmista : Gloria et honore coronasti eum,

Dómine. Vidéte eum, filiae Sion, in diadémate, quo coronávit eum mater sua.

*R.* Cum apparuerit Princeps pastórum, quo percússio, dispérsae sunt oves gregis, \* Percipiémus immarcescibilē glóriæ coronam. *V.* Cum fécerit grande convívium, ut osténdat divítias glóriæ regni sui.— Percipiémus.

*Serm. xlii. in Cantic.*

*Lectio v.*

**E**GO, fratres, ab inéunte mea conversi-  
óne, pro acérvo meritórum,  
quæ mihi deesse sciébam,  
mihi fasciculum colléctum  
ex ómnibus anxietátibus, et  
amaritudínibus Dómini mei  
colligáre, et inter úbera mea  
collocáre curávi. Memó-  
riam abundántiæ suavítatis  
horum eructábo quoad ví-  
xero: in aetérnum non obli-  
vísca miseratiónes istas,  
quia in ipsis vivificátus sum.  
Mihi hic salutáris fasciculum  
servátus est: nemo tollet  
eum a me, inter úbera mea  
commorábitur. Haec medi-  
tári dixi sapiéntiam, in his  
justítiae mihi perfecti-  
ónem constítui; in his plenitú-  
dem sciéntiæ, in his divítias  
salútis in his cópias meri-  
tórum. Ex his mihi intérdum  
potus salutáris amaritú-  
dinis, ex his rursus  
suávis únctio consolati-  
ónis. Haec me érigunt in advér-

sis, in próseris réprimunt,  
et inter laeta tristítiae vitæ  
praeséntis via régia incedé-  
nti tutum praebent utro-  
bique ducátum, hinc inde  
mala imminéntia propul-  
sándo. Haec mihi concil-  
iant mundi Júdicem, dum  
treméndum potestátibus,  
mitem humilémque figúrant  
dum non solum placábilem,  
sed et imitábilem repraesén-  
tant eum, qui inaccessibilis  
est principátibus, terríbilis  
apud reges terræ.

*R.* Accépit regnum decó-  
ris: \* Et diadéma speciéi.  
*V.* Deus exaltávit illum, et  
dedit illi nomen, quod est  
super omne nomen.— Et  
diadéma.

*Lectio vi.*

**H**AEC propterea mihi  
in ore frequé-  
ter, sicut vos scitis: haec in  
corde semper, sicut Deus  
scit; haec stylo meo ád-  
modum familiária, sicut  
appáret: haec mea subli-  
mior ínterim philosophía,  
scire Jesum, et hunc cruci-  
fixum. Non requiro, sicut  
sponsa, ubi cubet in meri-  
die, quem laetus ampléctor  
mea inter úbera commorán-  
tem. Non requiro, ubi pas-  
cat in merídie, quem intúeor  
Salvatórem in cruce. Illud  
sublímius, istud suávius:  
panis illud, hoc lac: hoc  
víscera réficit parvulórum;  
hoc replet úbera matrum,

et ideo inter ubera mea commorabitur. Hunc et vos, dilectissimi, tam dilectum fasciculum colligite vobis, hunc medullis inserite cordis, hoc munite aditum peccatoris, ut et vobis inter ubera commoretur. Si enim ante oculos habueritis quem portatis, pro certo videntes angustias Domini, levius vestras portabitis, ipso auxiliante Ecclesiae sponso, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

*R.* Arcam de lignis Setim deaurabis auro mundissimo intus et foris: \* Faciesque supra coronam auream per circuitum. *V.* Pones in arca testamentionem, quam dabo tibi.—Faciesque. Gloria Patri. Faciesque.

In tertio Nocturno.

*A.* Ingressus sine macula, et operatus justitiam, coronatus est in monte sancto tuo. *Psalmus.* Domine, quis habitabit. 10.

*A.* Super caput ejus coronam de lapide pretioso posuisti, Domine. *Psalm.* Dñe, in virtute tua. 17.

*A.* Adversus eos, qui tribulant me impingasti in oleo caput meum. *Psalm.* Dominus regit me. 34.

*V.* Corona aurea super caput ejus. *R.* Expressa signo sanctitatis.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. xix.*

**I**N illo tempore: Apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

*Ex Serm. l. de diversis.*



**I**DETE, filiae Sion, Regem Salomonem. Non dicit Ecclesiastè, aut Ididam. Nam et his nominibus appellatus est rex ille, et significat Jesum Christum, nostrum verum Salomonem, qui est Salomon, id est, pacificus in exilio: Ecclesiastes, id est, concionator in judicio: Idida, id est, dilectus Domini in regno, ubique rex. In exilio mansuetus, in judicio justus, in regno gloriosus. In exilio amabilis, in judicio terribilis, in regno admirabilis. In diademate, quo coronavit eum mater sua. Est autem haec corona misericordiae, et in hac imitabilis. Coronavit eum et noverca sua corona miseriae, et in hac contemptibilis. Synagogam loquor, quae se ei non matrem exhibuit, sed novercam.

*R.* Facies altare ad adolendum thymiama de lignis

Setim: \*Faciésque ei coronam auréolam per gyrum. *V.* Ponésque altáre contra velum coram propitiatório.—Faciésque ei. Bened. Divinum auxiliúm.

Lectio viii.

**C**ORONABIT eum familia sua corona justitiae, et in hac terribilis: coronat eum Pater suus corona glóriæ, et in hac desiderabilis. Videant ergo eum peccatóres in corona miseriae, id est spinea, et compungantur: videant eum filiae Sion, animae affectuosae, in corona misericórdiae, et imitentur. Vidébunt eum impii in corona justitiae, et peribunt: vidébunt eum Sancti in corona glóriæ, et perpetuáliter gaudébunt. Coronántur quidem et alii imitatóres ipsius, sed hoc ex indústria adjúti per grátiam. Solus iste a matre coronátus est, quia solus cum ordinátis affectiónibus tamquam sponsus e thálamo processit ex útero matris.

*R.* Christus sciens dolórem et infirmitátem, spinis coronátus: \* Ipse est, qui coronat vos in misericórdia et miseratióibus. *V.* Vulnerátus propter iniquitates nostras, attrítus est propter scélera nostra, cujus livóre sanáti sumus.—Ipse. Glória Patri. Ipse.

Lectio nona dicitur de Homilia Feriae.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES  
et per Horas, Añae.

1. Diléctus meus cándidus \* et rubicúndus, comae cápitis ejus sicut púrpura regis vincta canálibus. *Ps.* Dóminus regnávít, eum reliquis de *Dominica.* 19.

2. Requiévit super eum \* spíritus timóris Dómini: corona sapiéntiae, et exultatiónis decorávit illum.

3. Induit eum \* Dñs vestiméntis salutis, et indumento justitiae quasi sponsum decorátum corona.

4. Fasciculus myrrhae diléctus meus mihi, inter úbera mea commorábitur.

5. Rex aetérnae glóriæ \* pro nobis coronátus, benedíctet coronae anni benignitátis suae.

Capitulum. *Cant.* iii.

**E**GGREDIMINI et vidéte, filiae Sion, regem Salomónem in diadémate, quo coronávit illum mater sua.

Hymnus.

**L**EGIS figuris píngitur Christi corona nóbilis:  
Impléxa spinis víctima,  
Ardénsque testátur rubus.  
Arcam corona cinxerat,  
Mensaeque sacrum círculum,

*Sacrae Spineae Coronae D. N. J. C. cccvii.*

Arámque thure fúmídam  
Coróna necítit ámbiens.

Christi dolórum cónscia,  
Salve, coróna glóriæ,  
Gemmis et auro púlchrior,  
Vincens corónas síderum.

Virtus, honor, laus, gló-  
ria,

Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculórum saecula.

Amen.

V. Eris coróna glóriæ  
in manu Dómini. R. Et  
diadéma regni in manu  
Dei tui.

Ad Bened. Añs. Exsítit  
Jesus portans spíneam co-  
rónam et purpúream vesti-  
méntum.

Oratio.

**P**RAESTA, quæsu-  
mus omnipotens  
Deus, ut qui in memóriam  
passiónis Dómini nostri  
Jesu Christi Corónam ejus  
spíneam venerámur in ter-  
ris, ab ipso glória et honó-  
re coronári mereámur in  
coelis: Qui tecum.

Et fit Commem. Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona. Requiévit su-  
per eum.

Capitulum. Egredímini,  
ut supra.

R. br. Eris coróna gló-  
riæ. In manu Dómini.  
Eris. V. Et diadéma regni  
in manu Dei tui. In manu  
Dómini. Glória Patri. Eris  
coróna.

V. Glória et honóre co-  
ronásti eum, Dómine. R.  
Et constituísti eum super  
ópera mánuum tuárum.

AD SEXTAM.

Añs. Induit eum.

Capitulum. *Apoc. vi.*

**U**IDI, et ecce equus  
albus, et qui sedébat  
super illum, habébat ar-  
cum, et data est ei coróna,  
et exívit vincens, ut vín-  
ceret.

R. br. Glória et honóre.  
Coronásti eum, Dómine.  
Glória. V. Et constituísti  
eum super ópera mánuum  
tuárum. Coronásti. Glória  
Patri. Glória et honóre.

V. Tuam corónam ado-  
rámus, Dómine. R. Tuam  
gloriósam recólimus Passi-  
ónem.

AD NONAM.

Antiphona. Rex actér-  
nae glóriæ.

Capitulum. *Isaiæ xxviii.*

**I**N die illa erit Dó-  
minus exercítuum  
coróna glóriæ, et sertum  
exultatiónis resíduo pópli  
sui.

R. br. Tuam corónam  
Adorámus, Dómine. Tuam  
corónam. V. Tuam glorió-  
sam recólimus Passi-  
ónem. Adorámus. Glória Patri.  
Tuam corónam.

V. Plecténtes corónam  
de spinis. R. Posuerunt  
super caput ejus.



In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

Ad Magnif. Añā Et genuflexo ante eum, illudēbant ei, dicētes: Ave Rex Judaeorum: et expuētes in eum, acceperunt arūdinem, et percutiēbant caput ejus.

Oratio. Praesta quaesumus, ut supra.

Deinde fit Comm. Feriae.

## FESTA MARTII.

### DIE II. MARTII.

In festo S. Simplicii Papae Confess. Duplex.  
*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi Confessoris Pontif. lxī. praeter sequentia.

Oratio. Da quaesumus.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadrag. vero: Fidelis sermo, de Communi. lxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**S**IMPLICIUS tiburinus, patre Castorio, proxime post sanctum Hilarum Romānae Ecclesiae principatū suscepit, ac difficillimis temporibus (cum magna ex parte Christiani orbis catholica fides, ob cunctos fere principes haeresi infectos, nutaret) summa vigilantia gubernā-

vit. Leōni Imperatori petenti, ut rata haberentur concessa ab episcopis Synodi Chalcedonensis ecclesiae Constantinopolitanae privilegia vehementius restitit, misso etiam eam ob causam Constantinopolim suo legato. Eadem pastorali sollicitudine plurimum laboravit, ut Timotheus Aelurus Alexandrinae Ecclesiae invasor, qui Constantinopoli libere degens, adnibatur quam maxime propagare haeresim, novumque Zenonis imperatoris opera cogi concilium, pelleretur in exilium, sicque integritati suae Alexandrina redderetur Ecclesia. Reliquorum item perduellium pro nona Synodo indicenda conatibus fortiter obstitit, asserens, nova Concilia non facile convocanda, nisi cum aliquid in pravis sensibus novum, aut in assertionem dogmatum emersisset ambiguum.

R. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

**D**AMNAVIT iterum Petrum Moggum, alterum Alexandrinae sedis invasorem, curavitque, ut ex urbe pelleretur, ne aliquos modicae fidei inficeret, et ad perversitatis suae factionem pertraheret. Timotheo Solofaciolo, legitimo ejusdem ecclesiae antfstiti, juxta pristinum

institutum, per suos Legatos erroris sui condonationem expetenti, idcirco quod timore perterritus Dioscorum ad altare nominasset, veniam impertiit. Antiocheni Episcopi electionem ad seditiones vitandas Constantinopoli in Concilii Nicaeni praedictum peractam, ea lege ratam habuit, ut deinceps, secundum Patrum definitiones, Orientali Comprovincialium Episcoporum Synodo, creatio Antiocheni Pontificis reservaretur. Oblationes Ecclesiae ita partiendas esse praecipit, ut una dumtaxat portio Episcopo, una item Clero, duae vero in Ecclesiae fabricam, et peregrinos, ac pauperes erogarentur. Zenonem Episcopum Hispalensem vicaria Sedis Apostolicae auctoritate fulcivit, ne Apostolicae institutionis decreta, et sanctorum terminos Patrum in Hispaniis transcendere permitteret.

R. Posui adiutorium. ccc.

Leccio vi.

**S**TATUIT in Urbe hebdomadas, ut propter baptismum, et poenitentiam petentes, Presbyteri quidem de regione prima apud sanctum Paulum, de tertia apud sanctum Laurentium, et de septima apud sanctum Petrum ma-

nerent. Dedicavit Basilicas sancti Stephani in Coelio Monte, sancti Andree Apostoli juxta sanctam Mariam, item aliam sancti Stephani juxta sanctum Laurentium, ac postremo sanctae Bibianae martyris aliam intra Urbem juxta palatium Licinianum; itemque vasa complura tum argentea, tum aurea Romanae contulit Ecclesiae. Demum Zenone imperatore, et Odoacre Italiae rege, migravit ad Dominum. Habuit Ordinationes tres mense Decembri, quibus creavit Presbyteros quinquaginta octo, Diaconos undecim, Episcopos per diversa loca triginta sex. Sacerdotium administravit annos quindecim, menses quinque, et dies decem.

R. Iste est. ccc.

In tertio Noct. de Homilia in Evangel. Homo peregre, de Communi. lxx et in Quadrag. nona Lectio de Homilia Feriae occurrentis.

#### DIE IV. MARTII.

In festo S. Lucii I. Papae Martyris. Duplex.

*Pro Clero Urbis, et alibi.*

Omnia de Communi unius Martyris. xxvii.

Oratio. Deus qui nos.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In Quadrages. vero: A Miléto, de Communi. xxx.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**L**UCIUS Románus patre Porphyrio, post sancti Cornelii consummationem, Románae ecclesiae episcopátum tenuit. Sanxit, ut duo Presbyteri, ac tres Diáconi, ecclesiastici causa testimonii, quovis loco Episcopum non desererent. Pacem lapsis dandam, et poenitentia acta, communicationis fructum negándum non esse, Spiritu Dei plenus (ut sanctus Cypriánus scripsit) litteris suis significávit. Ob Christi fidem exilio relegátus, et postmodum ad ecclesiam suam incólumis redire permíssus, tandem omni ecclesiae facultate archidiácono suo Stéphano prius tradita, cápite truncátus est quarto Nonas Mártii, Gallo, et Volusiáno príncípibus. Duas hábit ordinatiónes mense Decémbri, quibus Presbyteros quátuor, Episcopos per diversa loca septem creávit. Ejus corpus primo via Appia ad sanctum Xystum, in Coemetério Callisti sepúltum, inde a Pascháli Papa in sanctae Caeciliae titulú, una cum ejúsdem vírginis, et sociórum corpóribus translátum, ibi sub sancto altári collocátum fuit.

R. Honéstum. xxxiii.

De Epístola sancti Cypriáni Episcopi, et Mátyris, et Collegárum ejus ad sanctum Lúcium Papam, et Mátyrem.

Lectio v.

**N**UPER quidem tibi, frater caríssime, gratuláti sumus, cum te honóre gemínato in Ecclesiae suae administratióne confessorém páriter, et sacerdotem constituit divína dignatio. Sed et nunc non minus tibi, et comítibus tuis, atque univérsae fraternitati gratulámur, quod cum eádem glória, et láudibus vestris, réduces vos dénuo ad suos fécerit benígna Dómini, et larga protéctio; ut pascéndo gregi pastor, et gubernándaev navi gubernátor, et plebi regéndaev rector redderétur: et appareret relegatiónev vestram sic divinitus esse dispósitam, non ut Episcopus relegátus, et pulsus Ecclesiae deéset, sed ut ad Ecclesiam major redíret. Neque enim in tribus púeris minor fuit mátyrii dignitas, quia, morte frustráta, de camíno ignis incólumes exiérunt; aut non consummátus Dániel éxitit in suis láudibus, quia, qui leónibus missus fúerat ad praedam: protéctus a Dómino vixit ad glóriam. In Confessoribus

Christi dilata martyria non mérita confessiónis mñuunt, sed magnalia divinae protectiónis osténdunt.

R. Desidérium. xxxiv.

LECTIO VI.

**R**EPRÆSENTA-  
TUM vidémus in vobis, quod apud regem fortes, atque illústrés púeri prædicavérunt, ipsos quidem parátos esse ardère flammis, ne diis ejus servírent, aut imáginem, quam fécerat, adorárent; Deum tamen, quem colébant, quemque et nos cólimus, poténtem esse, ut eos de camino ignis eximeret, et de regis mánibus, ac de poenis præsentibus liberáret; quod invenimus in confessiónis vestrae fide, et in Dómini circa vos protectióne nunc gestum: ut cum vos paráti fuéritis, et prompti omne subíre supplicium, Dóminus tamen vos poenae subtráheret et Ecclésiæ reserváret. Regrediéntibus vobis, breviáta non est in Epíscopo confessiónis suae dignitas, sed magis crevit sacerdotális auctóritas, ut altári Dci assístat antístes, qui ad confessiónis arma suménda, et faciéndá martyria, non verbis plebem, sed factis cohortétur et imminénte antichrísto, paret ad prælium milites, non so-

lum sermónis, et vocis inci-taménto, sed fidei, et virtú-tis exémpló.

R. Stola. xxxiv.

In tertio Nocturno, Ho-milia super Evang. *Si quis vult post me venire,* de Communi. xli.

In Quadrag. nona Lectio et Commem. Ferae.

### OFFICIUM

#### DE SS. SACRAMENTO.

Ex Indulto Clementis Papæ XI. dato Romæ 17. Augusti 1715. recitandum in Germania, sub ritu Semiduplici omnibus Feriis quintis, non impeditis Festo novem Lectionum, etiam translato, excepto Adventu, Quadragesima, Vigiliis, ac etiam Feria illa, in qua secundum Rubricas Officium Dominicæ aliquando erit apponendum, etc. juxta tenorem Decreti 20. Martii 1709.

Si in Feria iv. vel vi. occurrerit aliquod Festum ix. Lect. Vesperæ ordinandæ erunt juxta Rubricas de Concurrentia Officii.

Ad Completor. Feria iv. dicitur in fine Hymni:

**Jesu, tibi sit glória,**

**Qui natus es de Virgine.**

Etiam si in Vesp. facta sit tantum commemoratio de SS. Sacramento, nisi Hymni illius Festi, quod Feria iv. celebratum est, aliter

concludendi sint, ut in Transfiguratione Domini. Eodem modo terminantur Hymni per Horas. Feria v. usque ad Completorium inclusive, dummodo in Vesperis fiat de SS. Sacramento comm. et Hymn. Vesp. sit ejusdem metri, nec habeat Festum sequens conclusionem propriam.

## AD VESPERAS.

V. Deus in adiutorium, etc. Glória Patri. Alleluia.

Añae. 1. Sacerdos in aeternum \* Christus Dñs secundum ordinem Melchisedech, panem et vinum obtulit. Psalm. Dixit Dominus. 135.

2. Miserator Dñs \* escam dedit timéntibus se in memóram suórum mirabílium. Ps. Confitebor. 136.

3. Cálicem \* salutáris accípiam, et sacrificábo hóstiám laudis. Psalm. Credidi. 140.

4. Sicut novellae olivárum, \* Ecclesíae filii sint in circúitu mensae Dómini. Psalm. Beati omnes. 146.

5. Qui pacem \* ponit fines Ecclesíae, fruménti ádipe sátiat nos Dñs. Ps. Lauda Jérusalem Dóminum. 158.

Capitulum. 1. Cor. xi. e



RATRES: Ego enim accépi a Dómino quod et tradidi vobis, quóniã Dñs Jesus, in qua nocte

tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accipite et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem.

## Hymnus.

PANGELINGUA gloriósi  
Córporis mystérium,  
Sanguinisque pretiósí,  
Quem in mundi pretium  
Fructus ventris generósi  
Rex effúdit géntium.

Nobis datus, nobis natus  
Ex intácta Vírgine,  
Et in mundo conversátus,  
Sparsó verbi sémine,  
Sui moras incolátus  
Miro clausit ordine.

In suprémac nocte coe-  
nae,

Recúbens cum frátribus,  
Observáta lege plene  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodénae  
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem ve-  
rum

Verbo carnem efficit,  
Fitque sanguis Christi me-  
rum,

Et si sensus déficit,  
Ad firmándú cor sincérum  
Sola fides súfficit.

Si expositum fuerit SS.  
Sacramentum, genuflecti-  
tur in Choro, dum dicitur  
Versus sequens.

Tantum ergo Sacramén-  
tum

Venerémur cernui:

Et antiquum documentum  
Novo cedat ritui :

Praestet fides supplementum

Sensuum defectui.

Genitori, Genitrici

Laus et jubilatio,

Salus, honor, virtus quoque

Sit et benedictio ;

Procedenti ab utroque

Compar sit laudatio.

Amen.

V. Panem de coelo praestitisti eis. R. Omne delectamentum in se habentem.

Ad Magnificat, Añ. O quam suavis est, \* Domine, spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavissimo de coelo praestito, esuriētes reple bonis, fastidiosos divites dimittens inanes !

Oratio.

**D**EUS, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti : tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari ; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus : Qui vivis et regnas.

Si occurrat aliquod Festum Simplex, fit de eo commemoratio.

Deinde fiunt Commem. communes, seu Suffragia, ut in Psalterio. 159. si faciēda sint.

Ad Compl., et per Horas, in fine Hymnorum dicitur :

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine.

Et dicuntur Preces Dominicales, ut in Psalterio. 29. si dicendae sint.

AD MATUTINUM.

Invitat. Christum Regem adorēmus dominantē Gentibus : \* Qui se manducantibus dat spiritus pinguēdinem. Ps. Venite. 2.

Hymnus.

**S**ACRIS solēnniis juncta sint gaudia,  
Et ex praecordiis sonent praecōnia :

Recēdant vētera, nova sint omnia,

Corda, voces, et ōpera.

Noctis recōlitur coena novissima,

Qua Christus creditur agnum et āzyna

Dedisse fratribus, juxta legitima

Priscis indulta pātribus.

Post agnum typicum, expletis epulis,

Corpus Dominicum datum discipulis,

Sic totum omnibus, quod totum singulis,

Ejus fatēmur manibus.

Dedit fragilibus cōporis fereulum,

Dedit et tristibus sanguinis poculum,

Dicens, Accipite quod trado vasculum.

Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,  
Cujus officium committi voluit  
Solis Presbyteris, quibus  
sic congruit,  
Ut sumant, et dent caeteris.

Panis Angelicus fit panis hominum;  
Dat panis coelicus figuris terminum:  
O res mirabilis, manducat Dominum  
Pauper, servus, et humilis.  
Te trina Deitas unaque poscimus,  
Sic nos tu visita, sicut te colimus,  
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,  
Ad lucem, quam inhabitas.  
A. Ien.

In primo Nocturno.

Añs. Fructum salutiferum. Psalm. Beatus vir, qui non abiit. 3.

Añs. Fructum salutiferum gustandum dedit Dominus mortis suae tempore.

Añs. A fructu frumenti. Ps. Cum invocarem. 162.

Añs. A fructu frumenti et vini multiplicati fideles, in pace Christi requiescunt.

Añs. Communionem calicis. Ps. Conserva me, Domine. 11.

Añs. Communionem calicis, quo Deus ipse sumitur, non vitulorum sanguine, congregavit nos Dominus.

¶ Panem coeli dedit eis. R. Panem angelorum manducavit homo.

Pater noster. Absolutio. Exaudi, Domine. ¶ Jube, domne. Benedictio. Benedictio perpetua.

Lectiones primi Nocturni semper leguntur de Scriptura occurrente, cum Responsorii positus infra.

R. i. Immolabit haedum multitudo filiorum Israel ad vesperam Paschae: \* Et edent carnes, et azymos panes. ¶ Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis sinceritatis, et veritatis. — Et. Bened. Unigenitus.

R. ii. Comeditis carnes, et saturabimini panibus: \* Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum. ¶ Non Moyses dedit vobis panem de coelo, sed Pater meus dat vobis panem de coelo verum. — Iste. Bened. Spiritus sancti gratia.

R. iii. Respexit Elias ad caput suum subcinericium panem: qui surgens comedit, et bibit: \* Et ambulavit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei. ¶ Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. — Et ambulavit. Gloria Patri. Et ambulavit.

In secundo Nocturno.

Añs. Memor sit Dominus. Psalm. Exaudi te. 16.

Aña. Memor sit Dóminus sacrificii nostri, et holocáustum nostrum pingue fiat.

Aña. Parátur. Psalmus. Dóminus régit me. 34.

Aña. Parátur nobis mensa Dómini advérsus omnes qui tríbulant nos.

Aña. In voce exultatiónis. Ps. Quemádmódum desiderat. 69.

Aña. In voce exultatiónis résonent epulánte in mensa Dómini.

V. Cibávit illos ex ádipe fruménti. R. Et de petra, melle saturávit eos.

Pater noster. Absolutio. Ipsius pietas. V. Jube, domne. Benedictio. Deus pater omnipotens.

Lectiones secundi Nocturni ponuntur inferius post Officium ordine mensium cum suis Responsoriis.

In tertio Nocturno.

Aña. Introibo. Psalmus. Júdica me, Deus. 76.

Aña. Introibo ad altáre Dei, sumam Christum, qui rénovat juventútem meam.

Aña. Cibávit nos Dñus. Psalm. Exultáte Deo adjutori. 106.

Aña. Cibávit nos Dóminus ex ádipe fruménti : et de petra, melle saturávit nos.

Aña. Ex altári tuo. Ps. Quam dilécta. 107.

Aña. Ex altári tuo, Dómine, Christum súmimus :

in quem cor et caro nostra exultant.

V. Edúcas panem de terra. R. Et vinum laetíficet cor hóminis.

Pater noster. Absolutio. A vinculis. V. Jube, domne. Bened. Evangélica lectio.

Lectiones tertii Nocturni cum suis Responsoriis ponuntur inferius post Lectiones secundi Nocturni, ordine mensium.

AD LAUDES

et per Horas, Añae.

1. Sapiéntia \* aedificávit sibi domum, míscuit vinum, et pósuit mensam. Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis. 19.

2. Angelórum esca \* nutritísti pópulum tuum ; et panem de coelo praestitisti eis.

3. Pinguis est panis \* Christi, et praebébit delicias régibus.

4. Sacerdótes sancti \* incensum et panes offerunt Deo.

5. Vincénti \* dabo manna absconditum, et nomen novum.

Capitulum. 1. Cor. xi. e.

**F**RATRES : Ego enim accépi a Dño, quod et trádidi vobis, quóniam Dñus Jesus in qua nocte tradebátur accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accépite, et mandu-



cate: hoc est corpus meum,  
quod pro vobis tradetur :  
hoc facite in meam com-  
memorationem.

Hymnus.

**U**ERBUM supernum  
pródiens,  
Nec patris linquens dexte-  
ram,

Ad opus suum exiens,  
Venit ad vitæ vésperam.

In mortem a discípulo  
Suis tradendus aemulis,  
Prius in vitæ férculo  
Se tradidit discípulis.

Quibus sub bina spécie  
Carnem dedit et Sangui-  
nem :

Ut dúplici substántiae  
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,  
Convésens in edúlium,  
Se móriens in prétium,  
Se regnans dat in prae-  
mium.

O salutáris hóstia,  
Quae coeli pandis óstium :  
Bella premunt hostília,  
Da robur, fer auxílium.

Uni trinóque Dómino  
Sit sempitérna glória :  
Qui vitam sine término  
Nobis donet in pátria.

Amen.

V. Pósuit fines tuos pa-  
cem. R. Et ádipe fru-  
menti sátiat te.

Ad Benedict. Aña. Ego  
sum \* panis vivus, qui de  
coelo descéndi : si quis  
manducáverit ex hoc pane,  
vivet in aetérnum.

Oratio.

**D**EUS, qui nobis sub  
Sacraménto mirábili  
passiónis tuae memóriam  
reliquisti : tribue, quaesu-  
mus ; ita nos Córporis et  
Sanguinis tui sacra mysté-  
ria venerári, ut redemptió-  
nis tuae fructum in nobis  
júgiter sentiámus : Qui  
vivis et regnas.

AD PRIMAM.

R. br. Christe Fili. V.  
Qui natus es de María  
Virgine.

Et dicuntur Preces Do-  
minicales ut in Psalt. 29.

AD TERTIAM.

Aña. Angelórum esca.  
Capitul. Fratres : Ego  
enim, ut supra. cccxv.

R. br. Panem coeli \*  
Dedit eis. Panem. V. Pa-  
nem Angelórum manducá-  
vit homo. Dedit. Glória  
Patri. Panem.

V. Cibávit illos ex ádipe  
fruménti. R. Et de petra,  
melle saturávit eos.

AD SEXTAM.

Aña. Pinguis est panis.  
Capitulum. 1. Cor. xi. f.

**Q**UOTIESCUMQUE  
enim manducábitis  
panem hunc, et cálicem  
bibétiis : mortem Dómini  
annuntiábitis donec véniat.

R. br. Cibávit illos \* Ex  
ádipe fruménti. Cibávit.  
V. Et de petra, melle satu-

ravit eos. Ex ádipe. Glória Patri. Cibávit.

℣. Edúcas panem de terra. ℞. Et vinum laetíficet cor hóminis.

AD NONAM.

Aña. Vincénti.

Capitulum. I. Cor. xi. f.

**Q**UICUMQUE manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indigne: reus erit Córporis et Sanguinis Dómini.

℞. br. Edúcas panem \* De terra. Edúcas. ℣. Et vinum laetíficet cor hóminis. De terra. Glória Patri. Edúcas.

℣. Pósuit fines tuos pacem. ℞. Et ádipe fruménti sátiat te.

IN II. VESPERIS.

Omnia dicuntur sicut in primis Vesperis.

Ad Magnif. Aña. O sacram \* convivium, in quo Christus súmitur: recólitur memória passiónis ejus: mens implétur grátia, et futúrae glóriæ nobis pignus datur.

Oratio. Deus, qui nobis sub Sacraménto. cccxvi.

MENSE FEBRUARIO.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Ex Homilia lxi. ad popul. Antiochenum.

Lectio iv.



**E**CCESSARIUM est, dilectíssimi, mysteriórum díscere miraculum, quodnam sit, et quare sit datum, et quae ejus rei utilitas. Unum corpus effícimur: membra, inquit, ex carne ejus, et ex óssibus ejus: sequámur autem initiáti, quae dicúntur. Ut itaque non tantum per charitátem hoc síamus, verum étiam ipsa re in illam misceámur carnem: hoc namque per escam efficitur, quam largítus est nobis, volens osténdere desiderium, quod erga nos habet. Proptérea semetípsum nobis immiscuit, et corpus suum in nos temperávit, ut unum quid simus tamquam corpus cápiti coaptátum: ardénter enim amántium hoc est.

℞. Coenántibus illis accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, deditque discípulis suis, et ait: \* Accípíte, et comédíte, hoc est corpus meum. ℣. Dixérunt viri tabernáculi mei: Quis det de cárnibus ejus ut saturémur? — Accípíte. Bened. Christus perpétuae.

Lectio v.

**T**AMQUAM leónes igitur ignem spirántes ab illa mensa recedámus, facti diabolo terri-

biles et caput nostrum mente revolvéntes, et charitátem, quam erga nos osténdit. Nam paréntes quidem áliis saepe filios tradunt aléndonos : ego autem, inquit, non ita, sed cárnibus meis alo, et meípsum vobis appóno, vos omnes generósonos esse volens, et spem bonam de futúris vobis praebens : quippe qui vobis hic meípsum trádidit, multo magis id in futúro fáciat. Vólui frater vester fieri, carni propter vos et sánguini communicávi : vobis vicíssim ipsam carnem et sánguinem, per quae cognátus vester factus sum, trado.

*R.* Accépit Jesus cálicem, postquam coenávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo ságuine : \* Hoc fácite in meam commemoratiónem. *V.* Memoria memor ero, et tabéscet in me ánima mea. — Hoc fácite. *Bened.* Ignem sui amóris.

*Lectio vi.*

**A**TENDAMUS itaque nobis ipsis dilectíssimi, tálibus fruéntes bonis : et cum áliquíd turpe dicere voluérimus, vel nos ab ira córripi vidérimus, vel álio quópiam hujúsmodi vítio, considerémus quibus facti sumus digni : talisque cogitatio nobis irrationabílium mótuum sit corréctio.

Quotquot igitur hujus participes córporis efficimur, quotquot sánguinem degustámus, cogitémus, quod illum sursum sedéntem, qui ab Angelis adorátur, incorruptíbili vicinus virtúti, hunc degustámus. Hei mihi, quot ad salútem nobis viae ! Nos corpus suum effécit, nobis suum comunicávit corpus : et horum nos nihil a malis avértit.

*R.* Ego sum panis vitae : patres vestri manducáverunt manna in desérto, et mórtui sunt ; \* Hic est panis de coelo descéndens, ut si quis ex ipso mandúcet, non moriátur. *V.* Ego sum panis vivus, qui de coelo descénde : si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in aetérnum. — Hic. Glória Patri. Hic.

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Joánnem.*

*Lectio vii. Cap. vi. f.*

**I**N illo tótempore : Dixit Jesus turbis Judaeórum : Caro mea vere est cibus : et sanguis meus vere est potus. Et reliqua.

Homília sancti Augustíni Episcopi.

*Tract. xxvii. in Joannem.*

**Q**UAE ERBA Dómini ex Evangelio, quae sermónem pristinum consequuntur, audívimus. Hinc sermo

debétur áuribus et méntibus vestris, et hodiérna die non importúnus est. Est enim de corpore Dómini, quod dicébat se dare ad manducándum propter aetérnam vitam. Expósuit autem modum attributionis hujus, et doni sui, quómodo daret carnem suam manducáre, dicens : Qui manducat carnem meam, et bibit sánguinem meum, in me manet, et ego in illo. Signum quia manducávit et bibit, hoc est, si manet, et manétur : si hábitat, et inhabitátur : si haeret, ut non deserátur.

℞. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sánguinem, In me manet, et ego in eo. V. Non est ália nátio tam grandis, quae hábeat deos appropinquántes sibi, sicut Deus noster adest nobis.—In me manet. Bened. Divinum auxilium.

Lectio viii.

**H**OC ergo nos dócuit et admónuit mysticis verbis, ut simus in ejus corpore sub ipso cápite in membris ejus, edéntes carnem ejus, non relinquentes unitátem ejus. Sed qui áderant, plures non intelligéndo scandalizáti sunt : non enim cogitábant, haec audiéndo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apóstolus autem dicit, et verum dicit :

Sápere secúndum carnem, mors est. Carnem suam dat nobis Dóminus manducáre : et sápere secúndum carnem mors est. Cum de carne sua dicat, quia ibi est vita aetérna : ergo nec carnem debémus sápere secúndum carnem, sicut in his verbis : Multi itaque audiéntes, non ex inimícis, sed ex discipulis ejus, dixérunt : Durus est hic sermo, et quis potest eum audíre?

℞. Misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem : Et qui manducat me, vivet propter me. V. Cibávit illum Dóminus pane vitae et intelléctus.—Et qui. Glória Patri. Et qui. Benedicção. Ad societátem.

Nona Lectio de S. Simplicio, si occurrat ; alias :

Lectio ix.

**S**I discipuli durum habuérent istum sermónem, quid inimíci? Et tamen sic oportébat ut dicerétur, quod non ab ómnibus intelligerétur. Secretum Dei inténtos debet fácere, non advérsos : isti autem cito defecerunt, tália loquente Dño Jesu Christo. Non credidérunt áliquid magnum dicéntem, et verbis illis áliquam grátiam cooperiéntem : sed prout voluerunt, ita intellexerunt, et more hóminum : quia póterat Jesus, aut hoc dis-

ponébat Jesus, carnem, qua indútum erat Verbum, véluti concisam distribuere credéntibus in se. Durus est, inquit, hic sermo : quis potest eum audire?

Te Deum laudámus. 18.

MENSE MARTIO

ante Quadragesimam.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joánnis  
Chrysóstomi.

*Ex Homil. lx. ad pop. Ant.*

Lectio iv.



QUONIAM Verbum dicit : Hoc est corpus meum : et assentiámur, et credámus, et intellectuális ipsum óculis intueámur. Nihil enim sensibile nobis Christus trádidit, sed sensibílibus quidem rebus, at ómnia intelligibília. Itidem et in baptísmate : per rem, nempe sensibilem aquam, donum confértur : intelligíbile vero quod perficitur, generátio et renovátio. Si enim incorpóreus esses, nuda et incorpórea tibi dedisset ipse dona : sed quóniam ánima corpóri consérta est, in sensibílibus intelligibília tibi praebet. Quot nunc dicunt : Vellem ipsius formam aspícere, figúram, vestiménta, calceaménta : Ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum mandúcas. Et tu quidem vestiménta cupis

vidére : ipse vero tibi concédit non tantum vidére, verum et manducáre, et tángere, et intra te súmere.

*R.* Coenántibus. cccxvii.

*Bened.* Christus perpétuae.

Lectio v.

IGITUR accédát nemo cum náusea, nemo resolutus, omnes accénsi, omnes fervéntes et excitáti. Nam si Judaei stantes, et calceaménta in pédibus habéntes, et báculos máni-bus gestántes, agnum cum festinátione comedébant ; te multo magis opórtet esse solértem. Nam illi quidem in Palaestínam erant profectúri, et proptérea viatórum figúram habébant : tu vero debes in coelum migráre. Quaprópter in ómnibus opórtet te vigiláre : nec enim parva poena propónitur indígne suméntibus. Cógita quantum advérsus proditóre indignáris, et contra eos qui illum crucifixerunt : itaque consídera, ne tu quoque sis reus corpóris et sánguinis Christi. Illi sanctíssimum corpus occidérunt, tu vero pollúta súscipis ánima, post tot benefícia. Neque enim illi satis fuit hóminem fieri, cólaphis caedi, et crucifigi : verum et semetípsum nobis commíscet : et non fide tantum, verum et ipsa re nos suum effícit corpus.

*R.* Accépit. cccxviii.

Benedictio. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

**Q**UO non oportet igitur esse puriorem tali fruentem sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc dividentem? os quod igne spiritali replatur, linguam quae tremendo nimis sanguine rubescit? Cogita qualis sis insignitus honore, quali mensa fruaris. Quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem; hoc nos pascimur, huic nos unimur, et facti sumus unum Christi corpus, et una caro. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? Quis pastor oves proprio pascit cruore? Et quid dico, pastor? Matres multae sunt quae post partus dolores, filios aliis tradunt nutricibus. Hoc autem ipse non est passus: sed ipse nos proprio sanguine pascit, et per omnia nos sibi coagmentat.

R. Ego sum. cccxviii.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. vi. f.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus turbis Judaeorum: Caro mea vere est

cibus: et sanguis meus vere est potus. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. xxvii. in Joannem, circa medium.



**G**IXIMUS, fratres, hoc Dñum commendasse in manducatione carnis suae, et potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, et ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra ejus: manet autem ipse in nobis, cum sumus templum ejus. Ut autem simus membra ejus, unitas nos compaginat: ut compagnet unitas, quae facit, nisi charitas? Et charitas Dei unde? Apóstolum interrogat. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

R. Qui manducat meam carnem. cccxix.

Benedictio. Divinum auxilium.

Lectio viii.

**E**RGO spiritus est, qui vivificat: spiritus enim facit viva membra: nec viva membra spiritus facit nisi quae in corpore, quod vegetat ipse spiritus, invenerit. Nam spiritus qui est in te, o homo, quo constas ut homo sis, numquid vivificat membrum quod separatum invenerit

a carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non vivificat, nisi membra quae sunt in carne tua: unum si tollas, jam non vivificatur ex anima tua, quia unitati corporis tui non copulatur.

R. Misit me. cccxix.

Bened. Ad societatem.

Nona Lectio de S. Simplicii, si occurrat; alias:

Lectio ix.

**H**AEC dicuntur, ut amemus unitatem, et timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum ejus: si non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. Quisquis autem, inquit Apostolus, Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Spiritus ergo est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Quid est, Spiritus et vita sunt? Spiritu aliter intelligenda sunt. Intellexisti spiritually? Spiritus et vita sunt. Intellexisti carnally? Etiam sic illa spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt.

Te Deum laudamus. 18.

OFFICIUM  
IMM. CONCEPT. BEATAE  
MARIAE VIRGINIS;

Ex Indulto S. R. C. aliquibus in locis recitandum sub ritu semiduplici, quolibet Sabbato, non impedito Festo novem Lectionum, etiam translato; excepto Adventu, Quadragesima, Vigilia, ac etiam Feria illa, in qua, secundum Rubricas, Officium Dominicae aliquando erit apponendum, etc. juxta tenorem Decreti 20. Martii 1706.

Si in Feria VI. occurrerit aliquod Festum ix. Lectionum, Vesperae ordinandae erunt juxta Rubricam de Concurrentia Officii.

Notandum, quod ad Completorium Ferae sextae in fine Hymni dicitur.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine, etiam si in Vesperis facta sit tantum commemor. de Immaculata Conceptione. Officium fit ut in die festo. In utrisque Vesperis et Laudibus, omisso V. Immaculata est hodie, ejus loco dicitur V. Immaculata Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo. R. Gaudium annuntiavit universo mundo.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente. In secundo et tertio Noct. ut in secunda die infra Oct.

*Offic. Immac. Concept. B. M. V. cccxxiii.*

In secundis Vesperis omnia ut in primis, sed ad Magnificat dicitur sequens Añã. Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes refove flébiles, ora pro pópulo intérveni pro

Clero, intercède pro devoto foemíneo sexu, séntiant omnes tuum juvámén, quicumque célebrant tuam sanctam Immaculatã Conceptionem.

---



# Kalendarium Festorum

PRO ALIQUIBUS LOCIS.

## November.

- XXVIII. Gregorii III. Papae et Confessoris, duplex. ccxxxj.  
XXIX. Gelasii I. Papae et Confessoris, duplex. ccxxxij.

## December.

- IX. Eutychiani Papae et Martyris, duplex. ccxxxiv.  
X. TRANSLATIONIS ALMAE DOMUS LAURETANAE, duplex. ccxxxv.  
XII. Melchiadis Papae et Martyris, duplex. ccxliij.  
XVIII. Expectationis Partus B. M. V., duplex. ccxlv.  
XIX. Beati Urbani Papae et Confessoris, duplex. cclij.  
XXVI. Commemoratio omnium SS. Martyrum. cclv.

## Januarius.

- XXIII. Desponsationis B. M. V. cum S. Joseph, duplex. cclv.  
XXVII. Vitaliani Papae et Confessoris, duplex. cclxj.  
XXX. Felicis IV. Papae et Confessoris, duplex. cclxij.  
Feria iii. post Dominicam Septuagesimae Orationis D. N. J. C. cclxij.  
in monte Oliveti, duplex.  
Feria iii. post Dominicam Sexagesimae Commemoratio Pas-  
sionis D. N. J. C., duplex. cclxxj.

## Februarius.

- III. Dionysii Papae et Confessoris, duplex. cclxxx.  
V. Viginti sex Martyrum Japonensium, duplex. cclxxxj.  
VI. Hyacinthae de Mariscottis Virginis, duplex. cclxxxiv.  
IX. Zosimi Papae et Confessoris, duplex. cclxxxvij.  
XI. Antheri Papae et Martyris, duplex. cclxxxvij.  
XII. Telesphori Papae et Martyris, duplex. ccxc.  
XIII. Gregorii II. Papae et Confessoris, duplex. ccxcj.  
XIV. Agathonis Papae et Confessoris, duplex. ccxcij.  
XVI. Gregorii X. Papae et Confessoris, duplex. ccxcij.  
XVII. Hygini Papae et Confessoris, duplex. ccxcv.  
XXIII. vel } Margaritae Cortonensis Poenitentis, semid. ccxcvj.  
XXV. }  
XXVI. vel } Felicis III. Papae et Confessoris, duplex. ccxcix.  
XXVII. }  
Feria vi. post Cineres Sacrae Spinae Coronae D. N. J. C.,  
duplex. cccj.

## Martius.

- II. Simplicii Papae et Confessoris, duplex. cccvij.  
IV. Lucii I. Papae et Martyris, duplex. cccix.

Officium votivum de Sanctissimo Sacramento. cccxj.  
Officium votivum Immaculae Conceptionis B. M. V. cccxxij.

*Officium S. Ildefonsi, Episc. et Confess.*

DIE XXIII. JANUAR.

Officium S. Ildefonsi, Episcopi et Conf. Semiduplex.

*Pro omnibus Hispaniae regis subiectis celebrandum.*

Omnia de Comm. Conf. Pont. lxi. praeter sequentia.

Oratio. **Exáudi** quaesumus, ut in Communi Confess. Pont., vel haec alia.

Oratio.

**D**EUS, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem beátum Ildefónsum Confessórem atque Pontíficem misso de thesauris coeléstibus múnere decorásti : concéde propítius ; ut per ejus preces et mérita múnera capiámus aetérna. Per eúndem Dóminum nostrum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

*Ex Surio tom. I. et aliunde.*

Lectio iv.

**I**LDEFONSUS, qui et Alfónsus dicitur, natione Hispanus, Toléti nobilíssimis Stéphano et Lúcia parentibus ortus omnique cura nutritus, liberalibus disciplinis instrúctus est. Primum hábuit praeceptórem Eugénium Toletánum Antístitem, a quo miram ob índolem Híspalim ad Isidórum, mira tunc eruditiónem polléntem,

est missus. Duódecim apud Isidórum commorátus annos, tandem fruge bona doctrínáque sana imbútus, Tolétum remeávit ad Eugénium. Postquam vero factus est ob vitae candórem, peritiámque non vulgárem, ab Eugénio Ecclesiae Toletánae Archidiaconus, mundi cúpiens láqueos declináre ; in Agaliénsi monastério, quod sanctis Martyribus Cosmae et Damiáno tunc erat dicátum, insigne pietátis cucúllum índuit. Cui neque paréntes, jam prece, jam vi, ómnia tentántes, obsistere valuérunt, quin constánter in propósito permanéret.

Ry. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

**Q**ONACHI non multo post Ildefónsum in demórtui Abbátis locum subrogárunť : suspiciébant síquidem in eo (praeter virtútes réliquis) aequitátem, morum facilitátem, prudéntiam, raram sanctitúdinem. Tantus itaque fulgor, tanta verae pietátis lux (quod ipse timébat) latere non pótuit. Eugénio namque vita functo, Cleri, Senátus totiúsque pópuli decreto Toletánus Archiepiscopus est creátus. In quo quidem Praesulátu, quantum verbo Ildefónsus profecerit, quae mirácula edíderit, quam multis fúerit nomínibus de

*Officium S. Ildefonsi, Episc. et Confess.*

Virgine Matre bene méritus, non fácele quis explicáre quíverit. Coenóbium virgínum in Deilfénsi villula aedificávit, ac magnis muneribus auxit. Haeréticos quosdam, qui in Hispánia haeresim Helvidiánam, tolléntem perpétuam Mariæ Dei Genitricis virginitátem, disseminábant, doctíssime confutávit, ab Hispaniáque depulit: quam disputatió-nem explicávit libro, quem scripsit de beátæ Mariæ virginitáte, rem miraculo confirmánte. Cum enim Ildefónsus ad preces matutinas Expectatiónis beátæ Mariæ in ecclésiám nocte descénderet, cómites ejus in ecclésiæ lsmine, fulgóre quodam repentinó detérriti retrocessérunt. Ille vero intrépídus ad aram progrésus, Virgíne ipsam vidit, et adorávit: ab eadémque vestem, qua in sacrificiis uterétur, accépit.

*R.* Pósui. lxviii.

*Lectio vi.*

**A**UM étiam dies sanctæ Leocádiæ festus agerétur, et clerus frequénsque pópulus convenisset, Ildefónsus ad sepúlchrum virgínis Leocádiæ accédens, flexis suppliciter gé-nibus precabátur. Et ecce reseráto repén-te sarcóphago, Leocádia sanctíssima pródiit: videntibusque cunctis et audiéntibus, Ildefónsi

méríta de Virgíne Mariá commendávit, dicens: O Ildefónse, per te vivit Dómina mea, quæ coeli cúlmina tenet. Et Praesule collaudáto redibat. Ildefónsus, ne res sine téstibus tanta pósteris referretur, arrépto Recesvinthi regis, qui forte tunc áderat, gládulo, veláminis partem, quo caput Leocádiæ tegebátur, resécuit; eámque cum régio simul cultro célebrí pompa in sacrárium íntulit, ubi usque hódie servátur. Scripsit multa luculentíori sermóne, quorum, váriis molestiárum occupatió-nibus impeditus, áliqua coepta, áliqua semipléna reliquit. Obit tandem divus Ildefónsus feliciter ac sancte, cum sedísset in episcopátu annos novem, menses duos sepultusque est in basílica Leocádiæ circa annum Dómini sexcentésimum septuagésimum séptimum, Recesvintho in Hispánia regnánte. Cujus corpus in generali a Saracénis Hispaniárum occupatió-ne in civitátem Zamorénsis translátum est et in ecclésiá beáti Petri honorífice quiescens, magna illius pópuli religióne cólitur.

*R.* Iste est. lxviii.

In tertio Nocturno. Homília S. Augustini Episc. in Evang. Vos estis sal terræ, ut in Comuni Doct. lxxx.

*Officium S. Juliani, Episc. et Confess.*

DIE XXVIII. JANUAR.

Officium S. Juliani, Episcopi  
Confess. Semiduplex.

*Pro omnibus Hispaniae regis  
subjectis celebrandum.*

Omnia de Communi Confessoris Pontificis. lxi. prae-  
ter sequentia.

Oratio.

**Q**UAE SCITA, quaesumus  
Dómine, in pópulo  
tuo spíritum charitátis, quo  
beátum Juliánum Confes-  
sórem tuum atque Pontifi-  
cem replére dignátus es : et  
concede ; ut cujus festivi-  
tátem celebrámus, per ejus  
ad te exémpa gradiámur.  
Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemora-  
tio S. Agnetis secundo, ut  
supra in Breviario. 583.

Lectioes primi Noctur-  
ni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**JULIANUS**, Ec-  
clesiae Conchén-  
sis Episcopus,  
Burgis piis et ho-  
néstis paréntibus natus est.  
Ejus ortum praeclára illius  
sanctitátis et episcopális  
dignitátis signa divínitus  
data nobilitárunť. Nam  
ádeo formósus et pulcher  
in lucem éditus est, ut omnes  
intuéntes os ejus, coelésti  
quodam fulgóre perfúsum  
admiraréntur. Multo ma-  
gis vero, cum puer grándior

palam super fontem baptis-  
málem tándiu visus est  
mitra et báculo episcopá-  
libus insígnibus ornátus,  
dum astántes admónuit, ut  
infánti Juliáni nomen im-  
pónerent. Póstea pie san-  
ctéque educátus, liberali-  
búsque disciplinis appríme  
erudítus, theológiæ ópe-  
ram dedit ; in qua plúrimum  
profecit. Itaque probátæ  
vitæ exémplo, et divíni  
verbi praedicatíone toti  
Hispaniae mirándum in  
modum prófuit. Quare ab  
Alfónso nono Castellae rege  
episcopále munus suscipere  
coáctus est : quod summa  
cum laude obívit.

R. Inveni David. lxvii.

Lectio v.

**U**ERE pater páuperum  
fuit : quippe qui egén-  
tium, viduárum et pupil-  
lórum inópíam pecúnia, et  
áliis pietátis officiis suble-  
vávít. Rédditus ecclésiae  
suae tum sublevándis mí-  
seris, tum instaurándis  
ornandisque templis insúm-  
psit, ipse tenui victu con-  
téntus, quem labóre má-  
nuum suárum comparábat.  
In oratíone assíduus erat :  
cujus vi, patérna charitáte  
ardens, multa et magna  
pro salute pópuli a Deo  
impetrávít. Quorum illa  
in primis illústria. Cum  
aliquándó tota provincia  
rei frumentariae laboraret  
inópía, nec quidquam ám-

*Officium S. Juliani, Episc. et Confess.*

plius in episcopátus hórreis superéset, pópuli calamitátem miserátus, preces cum lácrymis ad Deum fudit. Tunc plúrimum tritici ad aedes sancti Episcopi a permúltis juméntis comportátum est, quae depósito ónere evanuérent. Cumque item dira in pópulum lues grassaréret, sancti Episcopi oratióne sedáta est. Multos quoque, váriis insanabilium morborum genéribus afféctos, in sanitátem restítuit.

R. Pósi, lxviii.

Lectio vi.

**S**UPER gregem suum tamquam bonus et sédulus pastor diligentissime vigilávit : lupos arcens ab óvibus, et oves pascens verbo vitae, cibum cuique tribuens pro captu congruéntem. Corpus suum jejúniis assidue castígans, seípsum bonórum óperum exémples omnibus prae-buit. Dénique, cum annos fere octoginta máxima cum sanctitáte vixisset, plenus diérum atque virtútum, in senectúte bona migrávit ad Dóminum quinto Kaléndas Februárii, anno millésimo ducentésimo octávo; et honorífice in ecclésia sua sepúltus, post mortem quoque miraculórum glória clarus, magna pópuli veneratióne cólitur. Anno póst-

modum millésimo quingentésimo décimo octávo, Leóné décimo Pontífice máximo, corpus ejus e sacélló, ubi multos jacuérat annos, effóssum, ad locum prope aram máximam magnífice exornátum, tertio Idus Aprilis solémni pompa, ac máxima celebritáte translátum est. Commemoratiónis ejus quoque festívitatis Nonis Septémbris, ex Julii tertii summi Pontíficis concessióne recólitur.

R. Iste est. lxviii.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. vi.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo, et tineae demolitur, et ubi fures effodiunt, et furantur. Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrysólogi.

Sermone viii. de jejunio et eleemosyna, circa medium.



**H**ESAURUS coeli est manus páuperis : quod súscipit, ne in terra péreat, et repónit in coelum. Manus páuperis est gazophylácium Christi, quia quidquid pauper accipit, Christus accéptat. Da ergo, homo, páuperi terram, ut accipias coelum : da nummum, ut accipias

*Die 4 Feb., S. Joannae Valesiae, Viduae.*

regnum : da páuperi, ut des tibi : quidquid páuperi déderis, tu habébis : quod páuperi non déderis, habébit alter. Clamat Deus : Misericórdiam volo. Qui quod vult Deus, Deo negat, a Deo sibi, quod desiderat, vult negári. Homo, petit Deus, sed tibi, non sibi : humanam misericórdiam petit, ut largiátur divínam. Est in oculis misericórdia, ad quam per terrénas misericórdias perventur.

R̄. Amávit eum. lxx.

Lección viii.

**D**ICTURUS causam in iudicio Dei, patrónam tibi misericórdiam, per quam liberári possis, assúme. Qui de patrocínio misericórdiae certus est, de vénia sit secúrus, de absolutióne non dúbitet. Misericórdia non solum causam praevenit, anticipat cognitórem ; sed étiam senténtiam révocat, absolvit addíctos. Quod Ninivítæ probant, quos jam senténtiae subjéctos, poenae tráditos, ad víctimam stantes, morti déditos, misericórdia sic rápuit, sic tenuit, sic praevenit, ut malúerit Deus dedúci senténtiam, ne misericórdiae quid negáret. Fratres, per misericórdias páuperum misericórdiam parémus, ut possímus esse de poena liberi, de salute

secúri. Beáti, inquit, misericórdes, quia ipsi misericórdiam consequéntur. Grátis misericórdiam sperat ibi, qui hic non fécerit misericórdiam.

R̄. Sint lumbi. lxxi.

Pro S. Agnete Virgine et Martyre, Lección ix. et Commemoratio in Laudibus, ut supra in Breviario. 583.

**DIE IV. FEBRUARII.**

In festo S. Joannae Valesiae, Viduae. Duplex.

Oratio.

**D**EUS, qui ad imitándum beátae Virginitatis, Filii tui Genitricis, virtútes, novum per beátam Joánnam sacrárum virginum coetum instítui voluísti : ejus méritis precibúque concéde ; ut per eádem gradiámur virtútum exéempla. Per eúndem Dóminum.

Lecciónes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lección iv.



**A**NNA Valésia, Ludovici undécimi, Galliarum regis, filia, a teneris annis in omnem pietátem institúta ac propénsa, non obscuris futúrae sanctitátis indiciis continuo cláruit. Quinquénis, ferventíssimis precibus, Desparam Virginem, quam

semper mirifice coluit, exoranti, ut quo ei placere magis posset obsequio, significaret, praenuntiari sibi visa est fore aliquando ut novum sacrarum virginum ordinem in ejusdem Delparae honorem institueret. Ludovico, Aurelianensium duci, nupta, summam in prosperis moderationem exhibuit, atque in adversis constantiam. Ipso postea in Galliarum regem assumpto, ac nullo et irrita per apostolicam sedem eo declarato conjugio, id non solum aequissimo animo tulit, sed gravi se vinculo solutam praedicans, liberius deinceps uni Deo famulari posse gratulata est.

R. Propter. cxxv.

LECTIO V.

**BITURICENSIS** ducatus sibi a Ludovico rege assignatos redditus alienis pauperibus, curandis aegrotis aedificandisque monasteriis profuse erogabat. In eam vero curam praesertim incubuit, ut sacrarum virginum coetum sub nomine Annuntiationis beatae virginis Mariae, quibus ejusdem virtutes certis regulis ab Alexandro sexto approbatis, essent ad imitandum propositae, institueret ac promoveret: quod ei feliciter cessit. Egēnos ac miseros omnes ad se

confugiētes matēnae charitatis complectebatur visceribus, aegrotos in primis, quorum ulcera et saniem propriis manibus tergere et contrectare non refugiēbat, restituta non semel eo contactu iisdem sanitate.

R. Dilexisti. cxxvi.

LECTIO VI.

**SINGULARI** atque eximia erga sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pietate ferebatur: ad quod tanta accedebat lacrymarum vi, ut ejusdem charitatis ac devotionis sensus in adstantium animis excitaret. Dominicae quoque passionis mysteria pari recolēbat affectu: quare constructo intra domesticum hortum Christi sepulchro, ibi secedebat, identidem nudum pectus lapide tundens, atque in preces et lacrymas jugiter effusa. Vitae demum innocentissime actae finem quadragenaria praesentens, sacris omnibus christianae religionis mysteriis rite pieque susceptis, pridie Nonas Februarii, Biturici decēssit, anno millésimo quingentesimo quinto. Ejus corpus, quinquagesimo septimo post obitum anno, incorruptum repertum, dum ab haereticis militibus ad cremandum raperetur, gemitus edidisse, et mucrone transfixum,

*Die 12 Feb., S. Catharinae de Ricciis, Virg.*

copioso sanguine manasse perhibetur. Ejus cultum Benedictus decimus quartus apostolica auctoritate probavit, anno millésimo septingentésimo quadragésimo secundo. Tandem Pius sextus, ut in toto Galliae regno possit de beata Joánná Valésia, anniversaria ejus dormitiónis die, Officium recitari ac Missa celebrari de Communi nec Virginitatis nec Mátyris indulset, anno millésimo septingentésimo septuagésimo quinto, die vero Aprilis vigésima.

*R.* Fallax grátia. cxxvi.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. *Simile est, de Comm. primo loco. cxxvi.*

Vesperae a Capitulo de S. Agatha, Virgine et Martyre, ut in Brev. 604. cum Commemor. S. Joannae.

**DIE XII. FEBRUARII.**

In festo S. Catharinae de Ricciis, Virginitatis. Duplex.

*Pro aliquibus locis.*

Omnia de Comm. Virg. ciii. praeter haec propria.

Oratio.

**D**OMINE Jesu Christe, qui beatam Catharinam, Virginem, tui amore succensam, passiónis contemplatióne claréscere voluisti: ejus intercessióne concede; ut, passiónis mystéria devóte recolentes,

ejus fructum percipere mereamur: Qui vivis.

Et fit Commem. Feriae.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente. In Quadragesima vero: *De virginibus, de Communi. cix.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.



**C**ATHARINA, nobili familia de Ricciis Floréntiae nata, vel ab ineunte aetate piam indolem praematúre osténdit. In suburbáno monastério sancti Petri de Monticéllis, ubi morum disciplina imbueretur, collocata, quotidie ad Christi crucifixi imáginem orans, non sine lacrymis, horis étiam ánimi relaxatióni addictis, ejus passiónem meditabatur. Ad monastérium póstea sancti Vincéntii, órdis sancti Domínici, in civitate Prati translata, paternos lares ad tempus repétere, nisi certa spe réditus hábita, constanter recusávit. Tandem anno decimo tertio, saeculi delicias contéptis, ibidem religiósam institútú professá est.

*R.* Propter. cxliii.

Lectio v.

**C**HARITATE in Deum fervens, oratióni fere assidue vacabat, quidquid témporis necessariis occupationibus et módicae quieti supererat, in ea insú-



mens; utque corpus in servitūtem redigeret, fērea catēna et flagēllis illud macerābat. Cibi parcīssima, octo supra quadraginta annos cārnibus abstīnuit, leguminibus plerūmque et herbis vescens, interdum vero solo pane et aqua contenta. Proximorum aeternam salutem exoptans, ardentissimas ad Deum pro peccatorum conversione preces fundebat. Tanto etiam commiserationis sensu erga purgantem animam commota est, ut acerbissimos dolores sibi divinitus inflictos in poenarum illi debitaram expiationem pertulisse visa sit. Eximia prudentia et regularis observantiae zelo Moniales diu rexit, eas non minus exemplo, quam adhortationibus ad omnem sanctimoniam informans. Quo in officio humilitatem adeo coluit, ut abjectissima quaeque opera sponte obiret, ac infirmis praecipua charitate et summo studio inserviret.

R̄. Dilexisti. cxiii.

Lectio vi.

**S**UPERIORUM charismatum copia singularis in ea enluit, annulo desponsationis, sacrisque stigmatibus, quae non semel spectanda se exhibue-

runt, acceptis. Plurimum annorum spatio, quinta et sexta feria in altissimam contemplationem raptā, singulos Redemptoris cruciatus in passione toleratos ex ordine in corpore mirabiliter sentire consuevit. Prati degens, sanctum Philippum Nerium Romae commorantem videre promeruit, ejusque colloquio frui. Extasium, coelestium visionum, ac prophetici luminis dono illustris, futura praedixit, ac simul occulta revelavit. Graviter denique morbis decumbens, Ecclesiae Sacramentis munita, anno a Christo nato millesimo quingentesimo nonagesimo, aetatis sexagesimo nono, quarto Nonas Februarii, in coelum migravit. Eam subinde Clemens duodecimus beatarum Virginum numero, Benedictus vero decimusquartus, Pontifex maximus, solemniter sanctarum Virginum fastis adscripsit, anno salutis millesimo septingentesimo quadragesimo sexto.

R̄. Afferentur. ciii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. **Simile erit**, de Comm. primo loco. cxv.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Feriae, et S. Valentini, Presb. et Martyris ut in Breviario. 623.

Imprimatur: Tornaci, die xvii. Novembris 1876.

✠ EDMUNDUS JOS. EPUS TORNACEN.



## Praeparatio ad Missam

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

**Ant.** Ne reminiscáris, \*  
Dómine, delicta nostra, vel  
paréntum nostrórum; ne-  
que vindictam sumas de  
peccátis nostris.

Quae Antiphona in Festis  
duplicibus tantum duplica-  
tur.

Deinde dicuntur sequen-  
tes Psalmi.

Psalmus lxxxiii.



**Q**UAM dilécta  
tabernácula  
tua, Dómine  
virtutum: \*  
concupiscit  
et déficit áni-  
ma mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea \*  
exultavérunt in Deum vi-  
vum.

Etenim passer invénit sibi  
domum: \* et turtur nidum  
sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine vir-  
tutum: \* rex meus, et Deus  
meus.

Beáti, qui hábitant in  
domo tua, Dómine: \* in  
saecula saeculórum laudá-  
bunt te.

Beátus vir, cujus est au-  
xíllium abs te: \* ascensio-  
nes in corde suo dispósuit,  
in valle lacrymárum, in loco  
quem pósuit.

Etenim benedictiónem  
dabit legislátor, ibunt de  
virtúte in virtutem: \* vi-  
débitur Deus deórum in  
Sion.

Dómine Deus virtutum,  
exáudi oratióem meam: \*  
áuribus pércipe, Deus Ja-  
cob.

Protéctor noster aspice  
Deus: \* et respice in fá-  
ciem Christi tui:

Quia mélior est dies una  
in átriis tuis \* super millia.

Elégi abjéctus esse in do-  
mo Dei mei, \* magis quam  
habitáre in tabernáculis pec-  
catórum.

Quia misericórdiam et

veritatem diligit Deus : \*  
gratiam, et gloriam dabit  
Dóminus.

Non privabit bonis eos,  
qui ambulat in innocen-  
tia : \* Dómine virtutum,  
beatus homo, qui sperat in  
te.

Glória Patri, etc.

Psalmus lxxxiv.

**B**ENEDIXISTI, Dó-  
mine, terram tuam : \*  
avertisti captivitatem Ja-  
cob.

Remisisti iniquitatem ple-  
bis tuae : \* operuisti omnia  
peccata eorum.

Mitigasti omnem iram  
tuam : \* avertisti ab ira  
indignationis tuae.

Converte nos, Deus sal-  
utaris noster : \* et averte  
iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum  
irasceris nobis ? \* aut ex-  
tendes iram tuam a genera-  
tione in generationem ?

Deus, tu conversus vivi-  
ficabis nos : \* et plebs tua  
laetabitur in te.

Ostende nobis, Dómine,  
misericordiam tuam : \* et  
salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in  
me Dóminus Deus : \* quón-  
iam loquetur pacem in  
plebem suam.

Et super sanctos suos : \*  
et in eos, qui convertuntur  
ad cor.

Verúmtamen prope ti-  
menteseum salutare ipsius : \*

ut inhabitet glória in terra  
nostra.

Misericórdia et veritas  
obviaverunt sibi : \* justitia,  
et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est : \*  
et justitia de coelo prospé-  
xit.

Etenim Dóminus dabit  
benignitatem : \* et terra  
nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambu-  
labit : \* et ponet in via gres-  
sus suos.

Glória Patri, etc.

Psalmus lxxxv.

**I**NCLINA, Dómine,  
aurem tuam, et exaudi  
me : \* quóniam inops, et  
pauper sum ego.

Custodi animam meam,  
quóniam sanctus sum : \*  
salvum fac servum tuum,  
Deus meus, sperantem in  
te.

Miserere mei, Dómine,  
quóniam ad te clamavi tota  
die : \* laetifica ánima servi  
tui, quóniam ad te, Dñe,  
ánimam meam levavi.

Quóniam tu, Dómine,  
suavis et mitis : \* et multae  
misericordiae omnibus in-  
vocantibus te.

Auribus percipe, Dñe,  
orationem meam : \* et in-  
tende voci deprecationis  
meae.

In die tribulationis meae  
clamavi ad te : \* quia exau-  
disti me.

Non est similis tui in diis,

Dómine : \* et non est se-  
cúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúm-  
que fecísti, vénient, et ado-  
rábunt coram te, Dñe : \* et  
glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu,  
et fáciens mirabilia : \* tu  
es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in  
via tua, et ingrédia in veri-  
tate tua : \* laetétur cor  
meum ut tímeat nomen  
tuum.

Confitébor tibi, Dómine  
Deus meus, in toto corde  
meo, \* et glorificábo nomen  
tuum in aetérnum :

Quia misericórdia tua  
magna est super me : \* et  
eruísti ánimam meam ex in-  
férno inferióri.

Deus, iníqui insurrexé-  
runt super me, et synagóga  
poténtium quaesiérunt áni-  
mam meam : \* et non pro-  
posuérunt te in conspéctu  
suo.

Et tu, Dómine Deus  
miserátor et miséricors, \*  
pátiens, et multae miseri-  
córdiae, et verax,

Réspice in me, et mise-  
rere mei, \* da impérium  
tuum púero tuo : et saluum  
fac fílium ancillae tuae.

Fac mecum signum in  
bonum, ut vídeant qui odé-  
runt me, et confundántur : \*  
quóniam tu, Dómine, ad-  
juvísti me, et consolátus es  
me.

Glória Patri, etc.

Psalmus cxv.

**A**REDIDI, propter  
quod locútus sum : \*  
ego autem humiliátus sum  
nimis.

Ego dixi in excéssu meo : \*  
Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dño, \*  
pro ómnibus, quae retribuit  
mihi ?

Cálicem salutáris acci-  
piam : \* et nomen Dómini  
invocabó.

Vota mea Dómino red-  
dam coram omni pópulo  
ejus : \* pretiósá in conspéctu  
Dñi mors sanctorum ejus :

O Dómine, quia ego ser-  
vus tuus : \* ego servus tuus,  
et fílius ancillae tuae.

Dirupísti vincula mea : \*  
tibi sacrificábo hóstiam lau-  
dis, et nomen Dñi invocábo.

Vota mea Dómino red-  
dam in conspéctu omnis  
pópuli ejus : \* in átriis do-  
mus Dómini, in médio tui  
Jerúsalem.

Glória Patri, etc.

Psalmus cxxix.

**D**E profúndis clamávi  
ad te, Dómine : \*  
Dñe, exáudi vocem meam :

Fiant aures tuae inten-  
dentes, \* in vocem depreca-  
tiónis meae.

Si iniquitátes observáve-  
ris, Dómine : \* Dómine, quis  
sustinébit ?

Quia apud te propitiatio  
est : \* et propter legem  
tuam sustínui te, Dómine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : \* speret Israel in Domino.

Quia apud Deum misericordia : \* et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Glória Patri, etc.

Postea repetitur Añã. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum ; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Deinde Sacerdos dicit :

**K**YRIE eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

V. Ego dixi, Domine, miserere mei. R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

V. Convertere, Domine, aliquantulum. R. Et deprecare super servos tuos.

V. Fiat misericordia tua, Domine, super nos. R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Sacerdotes tui induantur justitiam. R. Et Sancti tui exultent.

V. Ab occultis meis munda me, Domine. R. Et ab alienis parce servo tuo.

V. Domine, exaudi ora-

tionem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**A**URES tuae pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris : et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum : ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

**D**EUS, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum : purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

**T**URE igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum, Domine, ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

**Q**UENTES nostras, quaesumus, Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet : et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

**A**DSIT nobis, quaesumus, Domine, virtus Spiritus sancti : quae et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur adversis.

**D**EUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da

nobis in eodem Spíritu re-  
cta sápere, et de ejus sem-  
per consolatióne gaudére.

**Q**UONSCIENTIAS nos-  
tras, quaesumus  
Dómine, visitádo purifica:  
ut véniens Dóminus noster

Jesus Christus Filius tuus,  
parátam sibi in nobis invé-  
niat mansiónem: Qui tecum  
vivit et regnat in unitáte  
Spíritus sancti Deus, per  
omnia saecula saeculórum.  
Amen.

## Orationes

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS ANTE CELEBRA-  
TIONEM, ET COMMUNIONEM DICENDAE.

Oratio sancti Ambrósii  
Episcopi.

DIE DOMINICA.

**S**UMME Sacerdos, et  
vere Póntifex Jesu  
Christe, qui te obtulisti Deo  
Patri hóstiam puram, et  
immaculátam in ara crucis  
pro nobis miseris et peccat-  
tóribus, et qui dedísti nobis  
carnem tuam ad mandu-  
cándum, et sánguine tuum  
ad bibéndum, et posuísti  
mystérium istud in virtúte  
Spíritus sancti tui, dicens:  
Haec quotiescúmque fecé-  
ritis, in mei memóriam faci-  
ciétis. Rogo per eúdem  
sánguinem tuum, magnum  
salútis nostrae prétium:  
rogo per hanc miram, et  
ineffábilem charitátem, qua  
nos miseros, et indignos sic  
amáre dignátus es; ut la-  
váres nos a peccátis nostris  
in sángvine tuo: doce me  
servum tuum indígnum,

quem inter caetera dona tua  
etiám ad officium sacerdo-  
tále vocáre dignátus es,  
nullis meis méritis, sed sola  
dignatióne misericórdiae  
tuae: doce me, quaeso, per  
Spíritum sanctum tuum,  
tantum tractáre mystérium  
ea reveréntia, et honóre, ea  
devotióne, et timóre, quibus  
opórtet, et decet. Fac me  
per grátiam tuam semper  
illud de tanto mystério cré-  
dere, et intelligere, sentíre,  
et firmiter tenére, dicere, et  
cogitáre quod tibi placet,  
et expedit ánimae meae.  
Intret spíritus tuus bonus  
in cor meum, qui sonet ibi  
sine sono, et sine strépitu  
verbórum loquátur omnem  
veritátem. Profúnda quip-  
pe sunt nimis, et sacro te-  
cta velámine. Propter ma-  
gnam cleméntiam tuam  
concede mihi missárum so-  
lémnia mundo corde, et  
pura mente celebráre. Li-

bera cor meum ab immúndis, et nefándis, vanis et nóxiis cogitátionibus. Muni me beatórum Angelórum pia et fida custódia, ac tutéla fortíssima, ut hostes ómnium bonórum confúsi discédant. Per virtútem tanti mystérii, et per manum sancti Angeli tui repélle a me, et a cunctis servis tuis duríssimum spíritum supérbiae, et caenodóxiae, invídiae, et blasphemíae, fornicatiónis, et immundítiae, dubietátis et diffidéntiae. Confundántur qui nos persequúntur : péreant illi qui nos pérdere festinant.

— — —  
FERIA SECUNDA.

**R**EX vírginum, et amátor castitátis et integritátis, coelésti rore benedictiónis tuae extingue in corpore meo sómitem ardéntis libídinis : ut máneat in me tenor castitátis corporis et ánimae. Mortífica in membris meis carnis stímulos, omnésque libidínosas commotiónes, et da mihi veram, et perpétuam castitatem, cum caeteris donis tuis, quae tibi placent in veritate : ut sacrificium laudis casto corpore, et mundo corde váleam tibi offerre. Quanta enim cordis contritióné, et lacrymárum fonte, quanta reveréntia et

tremóre, quanta córporis castitáte, et ánimae puritáte istud divinum, et coelésté sacrificiú est celebrándum, ubi caro tua in veritate súmitur, ubi sanguis tuus in veritate bíbitur, ubi ima summis, terréna divinis jungúntur, ubi adest sanctórum Angelórum praeséntia, ubi tu es sacrificium, et Sacerdos mirabiliter, et ineffabiliter constitútus !

— — —  
FERIA TERTIA.

**Q**UIS digne hoc celebráre póterit, nisi tu Deus omnipotens offeréntem féceris dignum? Scio, Dómine, et vere scio, et idípsum pietáti tuae confiteor, quia non sum dignus accédere ad tantum mystérium, propter nímia peccáta mea, et infínitas negligéntias meas. Sed scio, et veráciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me fácere dignum, qui solus potes fácere mundum de immúndo concéptum sémine, et de peccatóribus justos, et sanctos. Per hanc omnipoténtiam tuam te rogo, Deus meus, ut concédas mihi peccatóri hoc Sacrificium celebráre cum timóre et tremóre, cum cordis puritáte, et lacrymárum fonte, cum lactítia spiritali et coelésti gáudio. Séntiat mens mea dulcédi-

nem beatissimae praesentiae tuae et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

FERIA QUARTA.

**E**GO enim, Domine, memor venerandae Passionis tuae accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, et offerri praecepisti in commemoratione tua, pro salute nostra. Suscipe illud, quaeso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua, et pro populo, quem acquisisti Sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te, et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquod boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditae non recuses: nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse redemptio. Profero etiam, Domine, (si digneris propitius intuere) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miseriae orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

FERIA QUINTA.

**T**U enim misereris omnium, Domine: et nihil odisti eorum quae fecisti. Memorare, quae sit nostra substantia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer iniquitates nostras: et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra; et da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia praestolantem, aspiciere digneris: et ut nullus sit irritum votum, nullus vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse propitius audire, et exaudire delecteris.

FERIA SEXTA.

**R**OGAMUS etiam te, Domine sancte Pater, et pro spiritibus fidelium defunctorum: ut sit illis salus, sanitas, gaudium, et refrigerium, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine



Deus meus, sit illis hódie magnum, et plenum convivium de te pane vivo, qui de coelo descendisti, et das vitam mundo, de tua carne sancta, et benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollit peccata mundi, quae de sancto, et glorioso beatae virginis Mariae útero est assumpta, et de Spíritu sancto concepta : ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit, ut exinde refecti, et satiati, refrigerati, et consolati, exultent in laude, et glória tua. Peto clementiam tuam, Domine, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuae benedictionis, et sanctificatio tuae divinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spíritus tui invisibilis, incomprehensibilisque majestas, sicut quondam in Patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras Corpus, et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate, et lacrymarum devotione, cum reverentia, et tremore, ita ut placide, ac benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum, quam defunctorum.

## SABBATO.

**R**OGO etiam te, Dñe, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis, et Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pasce-mur, et potamur, abluimur, et sanctificamur, atque unius summae divinitatis participes efficimur : da mihi virtutes tuas sanctas, quibus replétus, bona conscientia ad Altare tuum accedam, ita ut haec coelestia sacramenta efficiantur mihi salus, et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto, et benedicto : Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus qui de coelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam praeter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum, et omnem saporem, qui nos semper reficis, et nunquam in te deficis : comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui replentur viscera animae meae. Manducat te Angelus ore pleno ; manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico.

Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de coelo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis, et spiritus. Intra in animam meam, sana, et munda me interius, et exterius. Esto tutamen, et continua salus animae, et corporis mei. Répelle a me insidiantes mihi hostes : recedant procul a praesentia potentiae tuae, ut foris, et intus per te munus, recto tramite ad tuum regnum perveniam : ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo, et Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in aeternum. Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu sancto vivis, et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

ALIA ORATIO  
ante Missam.

**A**D mensam dulcissimi convivii tui, pie Dñe Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia, et bonitate accedere vereor, et contremisco. Nam et corpus habeo multis crimini-

bus maculatum, mentem, et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda majestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio : et quem iudicem sustinere nequeo, salvatorem habere suspéro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo : tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae, Dñe Jesu Christe, Rex aeternae, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te : miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salve, salutaris victima, pro me, et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis et pretiose Sanguis de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creaturae tuae, quam tuo Sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea :

ut purificátus mente et corpore, digne degustáre mérear Sancta Sanctorum : et concéde, ut haec sancta praelibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus súmeré intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis, contra inimicorum meorum insidias, firmissima tutio. Amen.

Oratio S. Thomae  
de Aquino.

**O**MNIPOTENS sempiternae Deus, ecce accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, accedo tamquam infirmus ad medicum vitae, immundus ad fontem misericordiae, caecus ad lumen claritatis aeternae, pauper et egenus ad Dominum coeli et terrae. Rogo ergo immensae largitatis tuae abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare caecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem : ut panem Angelorum, Regem regum, et Dominum dominantium, tanta suscipiam

reverentia, et humilitate, tanta contritione, et devotione, tanta puritate, et fide, tali proposito, et intentione, sicut expedit saluti animae meae. Da mihi, quaeso, Domini Corporis, et Sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio.

Gregorius XIII. Pontifex Maximus concessit cuilibet dicenti quae sequuntur, 50 annorum Indulgentiam.

**E**GO volo celebrare Missam, et conficere Corpus et Sanguinem Dñi nostri Jesu Christi, juxta ritum sanctae Romanae Ecclesiae, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque Curiae triumphantis, ad utilitatem meam, totiusque Curiae militantis, pro omni-

bus, qui se commendaverunt orationibus meis in genere, et in specie, et pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae. Amen.

**G**AUDIUM cum pace, emendationem vitae, spatium verae poenitentiae, gratiam, et consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus, cor contritum et humiliatum, atque felicem vitae meae consummationem, tribuat mihi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Quia Sacerdos, aut tacita mentis cogitatione, aut submissa vocis expressione debet recitare singillatim nomina, pro quibus in illa celebratione vult singulariter orare (ut insinuat per illas litteras *N. N.* in Canone contentas) et ne hujusmodi determinatarum personarum nominatio, ob multitudinem, aut incertum ordinem, ingerat Sacerdoti celebranti confusionem, non inutile erit sequentem servare ordinem ex 20 quaest. Quodlibet. Doctoris Subtil. et ex aliorum gravissimorum Doctorum scriptis excerptum.

Meménto, Dómine, si tibi placet,  
Vivorum.

**Q**EI, Parentum, Cognatorum, Fratrum, Sororum, et amicorum meorum omnium.

- 2 Coetus Cardinalium, ac omnium Superiorum Ordinis, atque Sacerdotum, et sanctae Ecclesiae ministrorum.
- 3 Omnium meae curae subsectorum, tamquam spiritualium filiorum, et omnium fundatorum, patronorum, et benefactorum spiritualium, et temporalium.
- 4 Omnium Principum Christianorum, Dominatorum, et rerum publicarum temporalium.
- 5 Omnium peccantium, inimicorumque meorum, atque conversionis omnium haeticorum, et infidelium.
- 6 Et omnium, pro quibus scis, et vis me debere orare.

Mortuorum.

- 1 **A**NIMARUM Parentum, Fratrum, Sororum, Cognatorum, atque amicorum omnium.
- 2 Animarum omnium benefactorum, tam spiritualium, quam corporaliu.
- 3 Animarum omnium mihi in genere, et in specie commissarum.
- 4 Animarum Praelatorum, Sacerdotum, et omnium ministrorum sanctae Romanae Ecclesiae Dei, et Apostolicae.
- 5 Animarum morte impro-

visa corporibus exuta-  
rum, atque earum, qua-  
rum non est specialis  
memoria.

6 Animarum, quae mei oc-  
casione in Purgatorio

purgantur : earum quo-  
que miserrime in Purga-  
torio existentium.

7 Et earum omnium, pro  
quibus scis, et vis me de-  
bere orare.

## Gratiarum actio post Missam.

*Añã.* Trium puerorum \*  
cantemus hymnum, quem  
cantabant Sancti in camino  
ignis, benedicentes Dómi-  
num.

Quae Antiphona in Fe-  
stis duplicibus tantum du-  
plicatur.

Canticum trium puerorum.  
*Danielis iii. e.*



**B**ENEDICITE ó-  
mnia ópera Dó-  
mini Dómino : \*  
laudáte et super-  
exaltáte eum in saecula.

Benedícite Angeli Dñi  
Dómino : \* benedicite coeli  
Dómino.

Benedícite aquae omnes,  
quae super coelos sunt,  
Dño : \* benedicite omnes  
virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna  
Dómino : \* benedicite stel-  
lae coeli Dómino.

Benedícite omnis imber  
et ros Dómino : \* benedí-  
cite omnes spíritus Dei  
Dómino.

Benedícite ignis et aestus

Dómino : \* benedicite fri-  
gus et aestus Dómino.

Benedícite rores et pru-  
ina Dómino : \* benedicite  
gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et ni-  
ves Dómino : \* benedicite  
noctés et dies Dómino.

Benedícite lux et téne-  
brae Dómino : \* benedicite  
fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dñum : \*  
laudet et superexáltet eum  
in saecula.

Benedícite montes et col-  
les Dómino : \* benedicite  
univérsa germinántia in  
terra Dómino.

Benedícite fontes Dño : \*  
benedicite mária et flúmina  
Dómino.

Benedícite cete et ómnia,  
quae movéntur in aquis,  
Dño : \* benedicite omnes  
vólucres coeli Dómino.

Benedícite omnes béstiae  
et pécora Dómino : \* benedí-  
cite filii hóminum Dño.

Benedícat Israël Dómi-  
num : \* laudet et superex-  
áltet eum in saecula.

Benedícite sacerdótes  
Dómini Dómino : \* benedícite servi Dñi Dómino.

Benedícite spíritus, et ánimae justórum Dómino : \* benedícite sancti, et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísaél Dómino : \* laudáte et superexaltáte eum in saecula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu : \* laudémus et superexaltémus eum in saecula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto coeli : \* et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saecula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen.

Psalmus cl.

**L**AUDATE Dóminum in sanctis ejus : \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtúibus ejus : \* laudáte eum secúndum multitudinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubae : \* laudáte eum in psalterio, et cíthara.

Laudáte eum in tympano, et choro : \* laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus : laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : \* omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, etc.

Deinde repetitur Antiph.

Aña. Trium puerórum cantémus hymnum, quem cantábant Sancti in camíno ignis, benedicétes Dñum.

Postea Sacerdos dicit :

**K**YRIE eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster.

¶ Et ne nos indúcas in tentatióem. *R.* Sed libera nos a malo.

¶ Confíteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua. *R.* Et sancti tui benedícant tibi.

¶ Exultábunt sancti in glória. *R.* Laetabúntur in cubílibus suis.

¶ Non nobis, Dómine, non nobis. *R.* Sed nómini tuo da glóriam.

¶ Dómine, exáudi oratióem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

¶ Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**D**EUS, qui tribus púeris mitigásti flammam ignium : concéde propítius : ut nos sámulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

**A**CTIONES nostras quaesumus Dómine, aspirádo praeveni, et adjuvádo proséquare : ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te coepta finíatur.

**D**A nobis, quaesumus Dómine, vitiórum nostrórum flammam extingueré, qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## Orationes

POST CELEBRATIONEM, ET COMMUNIONEM DICENDAE.

Oratio S. Thomae de Aquino.

**G**RATIAS tibi ago, Dñe sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus, qui me peccatórem indignum fámulum tuum, nullis meis méritis sed sola dignatione misericórdiae tuae satiáre dignátus es pretiósó corpore, et ságuine Filii tui Dñi nostri Jesu Christi. Et precor, ut haec sancta Commúio non sit mihi reátus ad poenam, sed intercessió salutáris ad véniam. Sit mihi armatúra fidei, et scutum bonae voluntátis. Sit vitiórum meórum evacuátió: concupiscéntiae, et libidinis exterminátió; charitátis, et paciéntiae, humilitátis, et obediéntiae, omniumque virtútum augmentátió: contra insídias inimicórum ómnium, tam visibílium, quam invisibílium, firma defénsio: mórtuum meórum, tam carnálium, quam spirituálium, perfécta quietátió: in te uno, ac vero Deo firma adhaesio: atque finis mei

felix consummátió. Et precor te, ut ad illud ineffábile convívium me peccatórem perdúcere dignéris, ubi tu cum Filio tuo, et Spíritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satiétas plena, gáudium sempitérnum, jucúnditas consummáta, et felicitas perfécta. Per eúndem Christum.

Alia Oratio  
S. Bonaventurae.

**T**RANSFIGE, dulcissime Dómine Jesu, medúllas, et víscera ánimae meae suavíssimo, ac salubérrimo amoris tui vúlneré, vera, serenáque et Apostólica sanctíssima charitáte, ut lángueat, et liquefcat ánimá mea solo semper amore et desidério tui, te concupiscat, et deficiat in átria tua, cúpiat dissólvi, et esse tecum. Da, ut ánimá mea te esúriat, panem Angelórum, refectiõem animárum sanctárum, panem nostrum quotidíanium supersubstantiálem, habéntem omnem dulcédinem, et sapórem, et omne delectá-

méntum suavítatis : te, in quem desíderant Angeli prospícere, semper esúriat, et cómedat cor meum, et dulcédine sapóris tui repléantur víscera ánimae meae: te semper sítiat fontem vitae, fontem sapiéntiae et sciéntiae, fontem aetérni lúminis, torréntem voluptátis, ubertátem domus Dei : te semper ámbiat, te quae- rat, te invéniat, ad te tendat, ad te pervéniat, te meditétur, de te loquátur, et ómnia operétur in laudem, et glóriam nóminis tui, cum humilitáte et discretióné, cum dilectióné et delectatióne, cum facilitáte et afféctu, cum perseverántia usque in finem : et tu sis solus semper spes mea, tota fidúcia mea, divítiae meae, delectatió mea, jucúnditas mea, gáudium meum, quies et tranqúillitas mea, pax mea, suávitás mea, odor meus, dulcédó mea, cibus meus, reféctio mea, refúgium meum, auxílium meum, sapiéntia mea, pórtio mea, posséssio mea, thesáurus meus, in quo fixa, et firma, et immobiliter semper sit radicáta mens mea, et cor meum. Amen.

Oratio ad Beatissimam Virginem Mariam.

**O** SACRATISSIMA, o sereníssima, et ínclýta gloriósa virgo Ma-

ría, quae Creatórē ómni- um creaturárum in tuo sacratíssimo útero fuísti digna portáre, sólaque virgíneo úbere lactáre : cujus vera- císsimum, sacrumque corpus, et sánguinem ego indignus peccátor, modo súmere praesúmpsi : tuam humiliter déprecor misericórdiam, ut apud ipsum pro me peccátore intercédere dignéris ; ut, quidquid in hoc tam ineffábili, ac digníssimo Sacrificio, per me indignum ignoránte, vel negligénte, aut accidénte, seu irreverénte, scilicet in tractádo, et suméndo, ac ministrádo actum est, commissum, vel omíssum : tuis sacratíssimis précibus indulgére dignétur idem Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus, qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivit, et regnat in saecula saeculórum. Amen.

Rhythmus sancti Thomae ad sacram Eucharistiam.

**A**DORO te devóte, la- tens Déitas,  
Quae sub his figúris vere látitas :  
Tibi se cor meum totum súbjicit,  
Quia te contémpans, totum déficit.  
Visus, tactus, gustus in te fállitur  
Sed auditu solo tuto cré- ditur :



Credo quidquid dixit Dei  
Filius,  
Nil hoc verbo veritatis vé-  
rius.  
In cruce latébat sola Déi-  
tas,  
At hic latet simul et hu-  
mánitas :  
Ambo tamen credens, atque  
cónfitens,  
Peto quod petívit latro poe-  
nitens,  
Plagas, sicut Thomas,  
non intúeor,  
Deum tamen meum te con-  
fíteor :  
Fac me tibi semper magis  
crédere,  
In te spem habére, te dil-  
gere.  
O memoriále mortis Dñi,

Panis vivus vitam praestans  
hómni  
Praesta meae menti de te  
vivere,  
Et te illi semper dulce sá-  
pere,  
Pie pellicáne Jesu Dó-  
mine,  
Me immúndum manda tuo  
sánguine :  
Cujus una stilla salvum fá-  
cere  
Totum mundum quit ab  
omni scélere.  
Jesu, quem velátum nunc  
aspicio,  
Oro fiat illud, quod tam  
sítio :  
Ut te reveláta cernens fácie,  
Visu sim beátus tuae gló-  
riae. Amen.

## Oratio

A PAPA URBANO VIII. EDITA.



**A**NTE óculos tuos,  
Dómine, culpas  
nostras férimus,  
et plagas quas ac-  
cépimus, conférimus.  
Si pensámus malum quod  
fécimus, minus est quod  
pátimur, majus est quod  
merémur.  
Grávius est quod commisi-  
mus, lévius est quod to-  
lerámus.  
Peccáti poenam sentimus,  
et peccáandi pertináciam  
non vitámus.

In flagéllis tuis infirmitas  
nostra téritur, et iníqui-  
tas non mutátur.  
Mens aegra torquétur, et  
cervix non fléctitur.  
Vita in dolóre suspírat, et  
in ópere non se emén-  
dat.  
Si expéctas, non corrígi-  
mur : si víndicas, non  
durámus.  
Confitémur in correctiône  
quod égimus : oblivisci-  
mur post visitatióne  
quod flévimus.

Si exténderis manum, faciéndam promittimus : si suspénderis gládium, promissa non sólvimus.

Si férias, clamámus ut parcas : si pepérceris, íterum provocámus ut férias.

Habes, Dómine, confiténtes reos : nóvimus quod nisi dimittas, recte nos périmas.

Praesta Pater omnípotens sine mérito quod rogámus, qui fecisti ex nihilo qui te rogárent. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

℣. Gregem tuum, Pastor aetérne, non déseras. ℞. Sed per beátos Apóstolos tuos perpétua defénsione custódias.

℣. Prótege, Dñe, pópulum tuum ad te clamántem, et Apostolórum tuórum patrocínio confidéntem. ℞. Perpétua defénsione custódias.

℣. Oráte pro nobis, sancti Apóstoli Dei. ℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus . omnípotens Deus, ut nullis nos permít-

tas perturbatióibus concuti, quos in Apostólicae confessiōnis petra solidásti. Per Dóminum nostrum.

**I**MPLORÉTI, cleméntissime Dñe, nostris opportúnam necessitatibus opem devóte a nobis proláta meditátio, qua sanctus olim Joánes Chrysóstomus, in hac Basilica cónditus, te cum beatíssimis Apóstolis Petro et Paulo repraesentávit sic colloquéntem : Circúmdate hanc novam Sion, et circumvalláte eam : hoc est, custodíte, muníte, précibus firmáte : ut quando iráscor in témpore, et Orbem terrae concútio, aspiciens sepúlchrum vestrum nunquam desitúrum, et quae libénter propter me géritis stigmáta, iram misericórdia vincam, et ob hanc percípiam vestram intercessiōnem. Et enim quando Sacerdótium et Regnum video lacrymári, statim quasi compátiens ad commiseratiōnem flector, et illius meae vocis reminíscor : Prótegam Urbem hanc propter David servum meum, et Aaron sanctum meum. Dómine, fiat, fiat : Amen, Amen.

*Index.*

**Index**

**PSALMORUM, CANTICORUM ET HYMNORUM.**

**PSALMORUM.**

cxix.	AD DOMINUM cum tribularer clamavi.	140
xxvij.	Ad te, Domine, clamabo ; Deus meus, ne sileas a me.	52
xxiv.	Ad te, Domine, levavi animam meam.	33
cxxij.	Ad te levavi oculos meos.	143
xxvij.	Afferte Domino, filii Dei.	52
lxxvij.	Attendite popule meus legem meam.	98
xlviij.	Audite haec, omnes gentes.	73
cxviii.	BEATI immaculati in via.	26
cxviiij.	Beati omnes, qui timent Dominum.	146
xxxj.	Beati, quorum remissae sunt iniquitates.	54
xl.	Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem.	68
j.	Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.	3
cxj.	Beatus vir qui timet Dominum.	136
cij.	Benedic anima mea Domino. . . . . Benedic.	122
cij.	Benedic anima mea Domino. . . . Confessionem.	123
xxxiiij.	Benedicam Dominum in omni tempore.	56
cxliij.	Benedictus Dominus Deus meus.	155
lxxxiv.	Benedixisti, Domine, terram tuam.	108
xcj.	Bonum est confiteri Domino.	119
xcv.	CANTATE Domino. . . . . Cantate.	114
cxlix.	Cantate Domino. . . . . laus ejus.	22
xcvij.	Cantate Domino. . . . . quia mirabilia.	118
xviiij.	Coeli enarrant gloriam Dei.	15
lxxiv.	Confitebimur tibi, Deus.	96
cx.	Confitebor tibi, Domine. . . . in consilio.	136
ix.	Confitebor tibi, Domine. . . . narrabo.	6
cxviiij.	Confitebor tibi, Domine. . . . quoniam.	151
cvj.	Confitemini Domino quoniam bonus. . . . Dicant.	128
cxvij.	Confitemini Domino quoniam bonus. . . . Dicat.	25
civ.	Confitemini Domino. . . . et invocate.	124
cv.	Confitemini Domino quoniam bonus. . . . Quis.	126
cxv.	Confitemini Domino. . . . quoniam in aeternum.	149
xv.	Conserva me, Domine, quoniam speravi in te.	11
cxv.	Credidi, propter quod locutus sum.	140
iv.	Cum invocarem exaudivit me Deus justitiae meae.	162
cxix.	DE PROFUNDIS clamavi ad te, Domine.	65
xlviij.	Deus, auribus nostris audivimus.	70
xlx.	Deus deorum Dominus locutus est.	74
lxij.	Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.	19

## Index.

xxi.	Deus, Deus meus, respice in me.	35
lxix.	Deus, in adiutorium meum intende.	91
liij.	Deus, in nomine tuo salvum me fac.	24
lxxj.	Deus, iudicium tuum regi da.	93
cviij.	Deus, laudem meam ne taceris.	130
lxvj.	Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.	20
xlv.	Deus noster refugium, et virtus.	72
lxxxij.	Deus, quis similis erit tibi.	107
lix.	Deus, repulisti nos, et destruxisti nos.	82
lxxxj.	Deus stetit in synagoga deorum.	106
lxxviij.	Deus, venerunt Gentes in haereditatem.	101
xcij.	Deus ultionum Dominus.	113
cxiv.	Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.	139
xvij.	Diligam te, Domine, fortitudo mea.	13
xxxviij.	Dixi: Custodiam vias meas.	67
cix.	Dixit Dominus Domino meo.	135
xxxv.	Dixit injustus ut delinquat in semetipso.	58
lij.	Dixit insipiens in corde suo. . . . Deus.	78
xiiij.	Dixit insipiens in corde suo. . . . Dominus.	9
cxl.	Domine, clamavi ad te, exaudi me.	154
vij.	Domine Deus meus, in te speravi.	5
lxxxviij.	Domine Deus salutis meae.	110
viiij.	Domine Dominus noster.	6
cxlij.	Domine, exaudi. . . . auribus.	115
cj.	Domine, exaudi. . . . et clamor.	120
xx.	Domine, in virtute tua laetabitur rex.	17
vj.	Domine, ne in furore. . . . Miserere.	5
xxxviij.	Domine, ne in furore. . . . Quoniam.	60
cxxx.	Domine, non est exaltatum cor meum.	147
cxxxviij.	Domine, probasti me, et cognovisti me.	152
iiij.	Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me.	4
xiv.	Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo.	10
lxxxix.	Domine, refugium factus es nobis.	103
xxiiij.	Domini est terra, et plenitudo ejus.	32
xxvj.	Dominus illuminatio mea, et salus mea.	51
xxij.	Dominus regit me, et nihil mihi deerit.	34
xcij.	Dominus regnavit, decorem indutus est.	19
xcvj.	Dominus regnavit, exultet terra.	114
xcviij.	Dominus regnavit, irascantur populi.	118
cxxxiiij.	ECCE nunc benedicite Dominum.	163
cxxxij.	Ecce quam bonum et quam jucundum.	148
lvij.	Eripe me de inimicis meis, Deus meus.	81
cxxxix.	Eripe me, Domine, ab homine malo.	153
xliv.	Eructavit cor meum verbum bonum.	71
cxliv.	Exaltabo te, Deus meus Rex.	156
xxix.	Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me.	53
xix.	Exaudiat te Dominus in die tribulationis.	16
lxiiij.	Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor.	84
lx	Exaudi, Deus, deprecationem meam.	83

*Index.*

liv.	Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris.	79
xvj.	Exaudi, Domine, justitiam meam.	12
xxxix.	Expectans expectavi Dominum.	67
lxxx.	Exultate Deo adjutori nostro.	106
xxxij.	Exultate justi in Domino.	55
lxvij.	Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus.	85
lxxxvj.	FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis.	109
lxxxv.	INCLINA, Domine, aurem tuam, et exaudi me.	109
cxxv.	In convertendo Dominus captivitatem Sion.	144
x.	In Domino confido.	8
cxij.	In exitu Israël de Ægypto.	137
xxx.	In te, Domine, speravi. . . . libera me.	53
lxx.	In te, Domine, speravi. . . . et cripe.	92
lxv.	JUBILATE Deo. . . . psalmum.	84
xcix.	Jubilate Deo. . . . servite.	19
xxxiv.	Judica, Domine, nocentes me.	57
xlj.	Judica me, Deus, et discerne.	76
xxv.	Judica me, Domine, quoniam ego.	34
cxj.	LAETATUS sum in his, quae dicta sunt mihi.	143
cxl.	Lauda anima mea Dominum.	157
cxlvj.	Lauda Jerusalem Dominum.	158
cxlvij.	Laudate Dominum de coelis.	21
cl.	Laudate Dominum in sanctis ejus.	22
cxvj.	Laudate Dominum omnes Gentes.	140
cxlvj.	Laudate Dominum quoniam bonus.	157
cxxiv.	Laudate nomen Domini.	148
cxij.	Laudate pueri Dominum.	137
cxx.	Levavi oculos meos in montes.	140
xlvj.	MAGNUS Dominus, et laudabilis nimis.	73
cxxxj.	Memento, Domine, David.	147
lvj.	Miserere mei, Deus, miserere mei.	80
lv.	Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit.	80
l.	Miserere mei, Deus, secundum.	62
c.	Misericordiam, et judicium.	120
lxxxvij.	Misericordias Domini.	110
cxxvj.	NISI Dominus aedificaverit domum.	145
cxxij.	Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël.	144
xxxvj.	Noli aemulari in malignantibus.	59
lxj.	Nonne Deo subjecta erit anima mea.	83
lxxv.	Notus in Judaea Deus.	96
xlvj.	OMNES Gentes plaudite manibus.	72
cvj.	PARATUM cor meum, Deus paratum cor meum.	129
lxxij.	QUAM bonus Israël Deus.	94
lxxxij.	Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.	107
ij.	Quare fremuerunt Gentes.	4
cxxiv.	Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion.	144
xc.	Qui habitat in adjutorio Altissimi.	163

## *Index.*

lxxix.	Qui regis Israël, intende.	101
lj.	Quid gloriaris in malitia.	75
cxxvij.	SAEPE expugnaverunt me a juventute mea.	146
lxvij.	Salvum me fac, Deus.	90
xj.	Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.	9
lvij.	Si vere utique justitiam loquimini.	81
cxxxvj.	Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus.	150
lxiv.	TE DECET hymnus, Deus, in Sion.	87
xij.	USQUEQUO, Domine, oblivisceris me in finem.	9
lxxij.	Ut quid, Deus, repulisti in finem.	95
xciv.	VENITE, exultemus Domino.	2
v.	Verba mea auribus percipe, Domine.	63
cxlj.	Voce mea ad Dominum . . . . deprecatus.	154
lxxvj.	Voce mea ad Dominum . . . . et intendit.	97

---

### CANTICORUM.

	Canticum Moysis.	
Audite coeli quae loquor.		132
	Canticum trium puerorum.	
Benedicite omnia opera Domini Domino.		20
	Canticum Zachariae.	
Benedictus Dominus Deus Israël.		23
	Canticum Moysis.	
Cantemus Domino : gloriose.		104
	Canticum Isaiae.	
Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi.		63
	Canticum Habacuc.	
Domine, audivi auditionem tuam.		116
	Canticum Ezechiae.	
Ego dixi : In dimidio dierum meorum.		77
	Canticum Annae.	
Exultavit cor meum in Domino.		88
	Canticum B. M. V.	
Magnificat anima mea Dominum.		139
	Canticum Simeonis.	
Nunc dimittis servum tuum, Domine.		164
	Symbolum S. Athanasii.	
Quicumque vult salvus esse.		27
	Hymnus SS. Ambrosii et Augustini.	
Te Deum laudamus : te Dominum confitemur.		18

---

*Index.*

**HYMNORUM.**

<b>ÆTERNA</b> Christi munera . . . . Apostolorum.	v.
Æterna coeli gloria.	117
Æterne rerum conditor.	23
Ales diei nuntius.	77
Alto ex Olympi vertice.	cxlij.
A solis ortus cardine.	248
Aspice, infami Deus.	cclxxij.
Aspice, ut verbum.	cclxij.
Audi, benigne Conditor.	460
Audit tyrannus anxius.	266
Aurora jam spargit polum.	135
Ave, maris stella.	clx.
<b>BEATE</b> Pastor Petre.	550
<b>CHRISTO</b> profusum sanguinem.	xlv.
Coeli Deus sanctissime.	147
Coelestis Urbs, Jerusalem.	cxxxj.
Consors Paterni luminis.	66
Creator alme siderum.	167
Crudelis Herodes Deum.	325
<b>DEUS</b> , tuorum militum.	xxvij.
<b>EGREGIE</b> Doctor Paule.	573
En clara vox redarguit.	174
Exite, Sion Filiae.	cccj.
Exultet orbis gaudiis.	iv.
<b>FORTEM</b> virili pectore.	cxxij.
<b>HOMINIS</b> superne Conditor.	155
Hujus oratu, Deus alme, nobis.	cxxiv.
<b>IMMENSE</b> coeli Conditor.	141
Invicte Martyr unicum.	xxxvij.
Iste confessor Domini colentes.	lxj.
<b>JAM</b> lucis orto sidere.	24
Jam sol recedit igneus.	158
Jesu, corona celsior.	xciv.
Jesu, corona Virginum.	cv.
Jesu, decus Angelicum.	532
Jesu, dulcis memoria.	526
Jesu, Redemptor omnium, Perpes.	lxxij.
Jesu, Redemptor omnium, Quem.	233
Jesu Rex admirabilis.	526
<b>LEGIS</b> figuris.	cccvj.
Lucis Creator optime.	138
Lux ecce surgit.	105
<b>MAGNAE</b> Deus potentiae.	151
Martinae celebri.	587

## *Index.*

Memento rerum Conditor.	clxxviii.
Moerentes oculi.	cclxxj.
NOX atra rerum contegit.	89
Nox et tenebrae et nubila.	89
Nunc, Sancte, nobis Spiritus.	41
O GLORIOSA virginum.	clxxj.
O sola magnarum urbium.	337
PANGE lingua gloriosi Corporis.	cccxiij.
Præclara septem lumina.	486
Primo die quo Trinitas.	3
QUEM terra, pontus, sidera.	clxj.
Quodcumque in orbe.	544
RECTOR potens verax Deus.	44
Rerum Creator optime.	78
Rerum Deus, tenax virgo.	47
Rex gloriose martyrum.	lv.
SACRIS solemnibus.	cccxiij.
Saevo dolorum.	cclxxviiij.
Salvete, flores Martyrum.	273
Sanctorum meritis inclyta gaudia.	xliv.
Sommo refectis artubus.	50
Splendor paternae gloriae.	64
Summae Parens clementiae.	118
TE LUCIS ante terminum.	163
Telluris almae Conditor.	145
Tu natale solum.	589
Tu, Trinitatis unitas.	105
VENIT e coelo.	cclxix.
Verbum supernum prodiens. . . . . E Patris.	168
Verbum supernum prodiens. . . . . Nec Patris.	cccxvj.
Virginis proles Opifexque Matris. . . . . Haec.	cvj.
Virginis proles Opifexque Matris. . . . . Hujus.	cvj.

---



*Index.*

**Index**

FESTORUM ET OFFICIORUM D.N.J.C.,  
BEATAE MARIAE VIRGINIS, ET SANCTORUM,  
NECNON DOMINICARUM, OCTAVARUM  
ET VIGILIARUM,  
alphabetico ordine dispositus.

AGATHAE Virginis et Martyris.	5 Febr.	604
Agathonis Papae et Confessoris.	14 Febr.	ccxcij.
Agnetae Virginis et Martyris.	21 Jan.	556
Agnetae secundo.	28 Jan.	583
Ambrosii Episcopi, Confessoris et Doctoris.	7 Dec.	481
Andreae Apostoli.	30 Nov.	462
Andreae Corsini Episcopi et Confessoris.	4 Febr.	602
Antheri Papae et Martyris.	11 Febr. cclxxxviii	
Antonii Abbatis.	17 Jan.	542
Apolloniae Virginis et Martyris.	9 Febr.	621
BARBARAE Virginis et Mart. Commem.	4 Dec.	478
Bibianae Virginis et Martyris.	2 Dec.	469
Blasii Episcopi et Martyris.	3 Febr.	601
CANUTI Regis Martyris	19 Jan.	551
Casimiri Confessoris.	4 Mart.	637
Cathedra S. Petri Romae.	18 Jan.	544
Cathedra S. Petri Antiochiae.	22 Febr.	625
Circumcisio Domini Nostri Jesu Christi.	1 Jan.	294
Commem. Omnium Sanctorum Martyrum	26 Dec.	cclv.
Commem. Passionis D.N.J.C. feria iii. post Dom. Sexag. cclxxj.		
Conversio S. Pauli Apostoli.	25 Jan.	572
DAMASI Papae et Confessoris.	11 Dec.	500
Desponsationis B. M. V. cum S. Joseph.	23 Jan.	cclv.
Dionysii Papae et Confessoris.	3 Febr.	cclxxx.
Dominicae Adventus	I.	168
	II.	185
	III.	198
	IV.	216
Dominica infra Octavam Nativitatis Domini.		280
Dominica infra Octavam Epiphaniae.		355
Dominicae post Epiphaniam.	I.	364
	II.	370
	III.	380
	IV.	388
	V.	397
	VI.	406
Dominica in Septuagesima.		415

*Index.*

Dominica in Sexagesima.		533
Dominica in Quinquagesima.		445
Dorotheae Virginis et Mart. Commemoratio.	6 Febr.	613
EMERENTIANAE Virginis et Martyris.	23 Jan.	568
Epiphania Domini Nostri Jesu Christi.	6 Jan.	325
Eusebii Episcopi et Martyris.	16 Dec.	519
Eutychiani Papae et Martyris.	9 Dec.	ccxxxiv.
Expectationis Partus B. M. V.	18 Dec.	ccxliv.
FABIANI Papae, et Sebastiani Martyris.	20 Jan.	554
Faustini et Jovitae Martyrum.	15 Febr.	624
Felicis Presbyteri et Martyris.	14 Jan.	534
Felicis III. Papae et Confessoris.	25 Febr.	ccxcix.
Felicis IV. Papae et Confessoris.	30 Jan.	cclxij.
Feria IV. Cinerum.		453
Feria IV. Quatuor Temporum.		210
Feria VI. Quatuor Temporum.		212
Franciscae Viduae Romanae.	9 Mart.	645
Francisci Salesii Episcopi et Confessoris.	29 Jan.	584
Francisci Xaverii Confessoris.	3 Dec.	472
GELASII I. Papae et Confessoris.	29 Nov.	ccxxxij.
Gregorii I. Papae, Confessoris, et Doctoris.	12 Mart.	653
Gregorii II. Papae et Confessoris.	13 Febr.	ccxcj.
Gregorii III. Papae et Confessoris.	28 Nov.	ccxxxj.
Gregorii X. Papae et Confessoris.	16 Febr.	ccxciiij.
HILARII Episcopi et Confessoris.	14 Jan.	534
Hyacinthae de Mariscottis Virginis.	6 Febr.	cclxxxiv.
Hygini Papae et Martyris Commemoratio.	11 Jan.	525
Hygini Papae et Martyris.	17 Febr.	ccxcv.
IGNATII Episcopi et Martyris.	1 Febr.	591
Immaculata Conceptio B. M. V.	8 Dec.	485
Innocentium.	28 Dec.	266
JOANNIS Apostoli et Evangelistae.	27 Dec.	260
Joannis Chrysostomi Epis. Confess. et Doct.	27 Jan.	581
Joannis de Deo Confessoris.	8 Mart.	641
Joannis de Matha Confessoris.	8 Febr.	618
LUCIAE Virginis et Martyris.	13 Dec.	506
Lucii I. Papae et Martyris Commem.	4 Mart.	637
Lucii I. Papae et Martyris.	4 Mart.	cccix.
MARCELLI I. Papae et Martyris.	16 Jan.	541
Margaritae Cortonensis Poenit.	23 vel 25 Febr.	ccxcvj.
Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Martyrum Commemoratio.	19 Jan.	551
Martinae Virginis et Martyris.	30 Jan.	586
Mathiae Apostoli.	24 Febr.	634
Mauri Abbatis Commemoratio.	15 Jan.	540
Melchiadis I. Papae et Martyris Commem.	10 Dec.	500
Melchiadis I. Papae et Martyris.	12 Dec.	cclij.

*Index.*

NATIVITAS Domini Nostri Jesu Christi.	25 Dec.	233
Nicolai Episcopi et Confessoris.	6 Dec.	473
Nominis Jesu.—Dominica ii. post Epiphaniam.		525
OCTAVA Nativitatis Domini.	1 Jan.	294
	2 die.	340
	3 die.	343
	4 die.	346
Octava Epiphaniae.	5 die.	349
	6 die.	351
	Sabbato.	354
	Octava.	13 Jan. 361
	2 die.	cxliv.
	3 die.	cxlvj.
Octava Dedicationis Ecclesiae.	4 die.	cxlvij.
	5 die.	cl.
	6 die.	clij.
	7 die.	cliv.
	Octava.	clvj.
	9 Dec.	493
Octava Immaculatae	10 Dec.	497
Concept. B.M.V.	12 Dec.	502
	14 Dec.	511
	15 Dec.	515
Octava S. Joannis Apostoli.	3 Jan.	311
Octava SS. Innocentium.	4 Jan.	315
Octava S. Stephani.	2 Jan.	307
Officium de SS. Sacramento.		cccxj.
Officium de Immaculata Conceptione in Sabbato.		cccxxij.
Oratio D.N.J.C. in monte Oliveti feria iii. post Septuag.		cclxij.
PAULI I. Eremitae.	15 Jan.	538
Perpetuae et Felicitatis Martyrum Commem.	7 Mart.	639
Petri Chrysologi Episcopi, Confess. et Doctoris.	4 Dec.	475
Petri Damiani Episcopi, Confess. et Doctoris.	23 Febr.	631
Petri Nolasci Confessoris.	31 Jan.	589
Polycarpi Episcopi et Martyris.	26 Jan.	579
Priscae Virginis et Martyris Commemoratio.	18 Jan.	545
Purificatio Beatae Mariae Virginis.	2 Febr.	594
QUADRAGINTA Martyrum.	10 Mart.	648
RAYMUNDI de Pennafort Confessoris.	23 Jan.	568
Romualdi Abbatis.	7 Febr.	616
SABBAE Abbatis Commemoratio.	5 Dec.	478
Sabbato quatuor temporum.		214
Sacrae Spinae coronae D.N.J.C. feria iv. post Cineres.		cccj.
Saturnini Martyris Commemoratio.	29 Nov.	461
Scholasticae Virginis.	10 Febr.	621
Silvestri I. Papae et Confessoris.	31 Dec.	289
Simeonis Episcopi et Martyris.	18 Febr.	624

## *Index.*

Simplicii Papae et Confessoris.	2 Mart.	cccviii.
Stephani Protomartyris.	26 Dec.	253
<b>TELESPHORI</b> Papae et Mart. Commem.	4 Jan.	319
Telephori Papae et Martyris.	12 Febr.	ccxc.
Thomae Apostoli.	21 Dec.	521
Thomae Cantuariensis Episcopi et Martyris.	29 Dec.	276
Thomae de Aquino Confessoris et Doctōris.	7 Mart.	639
Timothei Episcopi et Martyris.	24 Jan.	571
Titi Episcopi et Confessoris.	6 Febr.	613
Translationis almae Domus Lauretanae.	10 Dec.	ccxxv.
<b>URBANI</b> Papae et Confessoris.	19 Dec.	ccli.
<b>VALENTINI</b> Presbyteri et Martyris.	14 Febr.	623
Vigilia Nativitatis Domini	24 Dec.	228
Vigilia Epiphaniae.	5 Jan.	320
Vigilia S. Andreae Apostoli.	29 Nov.	461
Vigilia S. Mathiae Apostoli.	23 Febr.	634
Viginti sex Martyrum Japonensium.	5 Febr.	cclxxxi.
Vincentii et Anastasii Martyrum.	22 Jan.	566
Vitaliani Papae et Confessoris.	27 Jan.	cclxi.
<b>ZOSIMI</b> Papae et Confessoris.	9 Febr.	cclxxvii.



Oratio

AD D. N. JESUM CHRISTUM  
CRUCIFIXUM.

*Quam qui ante quamcumque ipsius imaginem recita-  
verint, plenariam peccatorum remissionem lucrari pote-  
runt: cum facultate eamdem indulgentiam in suffragium  
defunctorum fidelium applicandi<sup>1</sup>.*



**E**N ego, o bone et dul-  
cissime Jesu, ante  
conspéctum tuum génibus  
me provólvo, ac máximo  
ánimi ardóre te oro, atque  
obtéstor, ut meum in cor  
vividus Fidei, Spei et Cha-  
ritátis sensus, atque veram  
erratórum meórum poeni-  
téntiam eáque emendánde  
firmíssimam voluntátem vel-  
lis imprimere; dum magno  
ánimi afféctu et dolore tua  
quinque vúlnera mecum  
ipse considero, ac mente  
contémplor, illud prae ócu-  
lis habens, quod jam in ore  
ponébat suo David prophéta

de te, o bone Jesu: Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeravérunt ómnia ossa mea.

*Pius Papa IX. ex decr. S. Congr. Indulg. 31 Julii  
1858 inhaerendo Decretis Praedecessorum suorum,  
eorumdemque concessionis confirmando, etiam quoad  
applicationem pro animabus in Purgatorio detentis,  
benigne declaravit praememoratam Indulg. plenariam  
lucrari ab iis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere  
poenitentes, confessi sacraque Communione refecti, dictam  
orationem En ego, etc. quocumque idiomate dummodo ver-  
sio sit fidelis, ante quamcumque SSmi. Crucifixi imagi-  
nem devote recitaverint, ac insuper per aliquod temporis  
spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint.*

<sup>1</sup> Decr. Congr. Indulg. 10 Apr. 1821, 17 Sept. 1825, 28 Sept. 1838, ad 2.

Preces.

Oratio

A SACERDOTIBUS POST MISSAM  
RECITANDA.

*Pius Papa IX. ex Decreto S. Cong. indulg. 11 Dec. 1846, revocata quacumque alia concessione, sacerdotibus qui sequentem orationem inter alias preces pro gratiarum actione post Missam recitaverint, indulgentiam trium annorum, fidelibus defunctis etiam applicabilem, benigne concessit.*

**O**BSEURO te, dulcissime Dómine Jesu Christe, ut Pássio tua sit mihi virtus, qua múníar, prótegar, atque deféndar. Vúlnera tua sint mihi cibus potúsque, quibus pascar, inébrier, atque delécter. Aspérsio Sánguínis tui sit mihi ablútio ómnium delictórum meórum. Mors tua sit mihi glória sempitérna. In his sit mihi reféctio, exultátio, sánitas, et dulcédo cordis mei. Qui vivis et regnas in saecula saeculórum. Amen.

Alia Oratio.

*Pius PP. IX. ex Decr. S. C. Indulg. die 9. Januarii 1854, revocata quacumque praecedenti concessione, indulget in perpetuum ut*

*omnes utriusque sexus Christi fideles, qui corde saltem contrito, ac devote sequentes invocationes recitaverint, tercentum dierum Indulgentiam pro qualibet recitatione lucrari valeant; ac Indulgentiam septem tantum annorum una dumtaxat vice in die acquirendam, si eas emisserint Sacerdotes post peractum Missae sacrificium, caeterique Fideles postquam fuerint sacra communione refecti; si vero per integrum mensem semel saltem in die enuntiatis invocationes corde ut supra contrito, ac devote effuderint, Indulgentiam Plenariam una die cujuslibet mensis uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes, confessi sacraque Synaxi refecti, aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem ejusdem Sanctitatis Suae pie oraverint, consequantur, facta insuper potestate eas omnes, Plenariam nempe et partiales Indulgentias, animabus in Purgatorio detentis applicandi.*

*Ritus Bened. Apostol.*

**A**NIMA Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salva me. Sanguis Christi, inebria me. Aqua láteris Christi, lava me. Pássio Christi, confórta me. O bone Jesu, exáudi me. Intra tua vúlnera abscondé me. Ne permíttas me separári a te. Ab hoste maligno defénde me. In hora mortis meae voca me. Et jube me venire ad te, ut cum Sanctís tuis laudem te in saecula saeculórum. Amen.

**RITUS**

**BENEDICTIONIS APOSTOLICAE**

In articulo mortis a Sacerdotibus ad id delegatis impertiendae.

Benedictio in articulo mortis, cum soleat impertiri post Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, et Extremae Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda hisdem est, etiamsi postea linguae, caeterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium, vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impoenitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.

Habens praedictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: *V. Pax huic dómui.* *R. Et ómnibus habitántibus in ea.*

Ac deinde aegrotum, cubiculum, et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: *Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me et super nivem dealbábor.*

Quod si aegrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictio- nis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda ac dolores in antea- ctuae vitae expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem poenarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinae munificentiae largitate eam poenarum remissionem, et vitam sit consecuturus aeternam.

Sacerdos dicat :

*V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.* *R. Qui fecit coelum et terram.*

*Ritus Bened. Apostol.*

Añs. Ne reminiscáris, Dómine, delicta famuli tui (vel ancillae tuae : neque vindictam sumas de peccá-tis ejus.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, etc.

V. Et ne nos indúcas in tentatióem. R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum, (vel ancillam tuam, et sic deinceps). R. Deus meus, sperántem in te.

V. Dómine, exáudi oratióem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**A**LEMENTISSIME Deus, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, qui néminem vis perire in te credéntem, atque sperántem : secundum multitudinem miserationum tuárum respice propítius famulum tuum quem tibi vera fides, et spes christiána comméndat. Visita eum in salutári tuo, et per Unigéniti tui passió-nem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissionem, et véniam clemé-nter indúlge : ut ejus ánima in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et in ságuine ejús-dem Filii tui ab omni má-cula ablúta, transíre ad

vitam mereátur perpétuam. Per eúdem Christum Dó-minum nostrum. R. Amen.

Tum dicto ab uno ex clericis astantibus Confiteor, etc. Sacerdos dicat : Misereátur, etc. deinde :

**D**OMINUS noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi, atque solvéndi : per suam piíssimam misericórdiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in baptísmate recepisti : et ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam, et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo, in nómine Patris, et Filii, et Spíritus sancti.

**P**ER sacrosánctae humanae reparatiónis mystéria, remíttat tibi omnipotens Deus omnes praeséntis, et futúrae vitae poenas, Paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. Amen.

Benedícat te omnipotens Deus, Pater, Filius, et Spíritus sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo mortí proximus, ut neque confessionis generalis faciendae, neque praemissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos Benedíctionem ei impertiatur.



*Benedictiones variae.*

## Benedictio Habitūs

AC RECEPTIO CONFRATRUM B. M. V. DE  
MONTE CARMELO.

Propria Ordinis Carmelitarum.

Sodalitati huic nomen daturus, ipso die ad poenitentiae atque Eucharistiae Sacramenta accedat, ut plenariam Indulg. a Paulo V. concessam lucrari valeat.

Si fieri potest, Scapulare benedicendum est ad Altare Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo, duobus cereis accensis.

Sacerdos superpellicem induat, una cum stola albi coloris.

Genuflexo qui habitum recipit, Sacerdos stans dicat:

**S**USCEPIMUS, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terrae: iustitia plena est dextera tua. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, *secreto*.

¶ Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo. *V.* Salvum fac servum tuum. *R.* Deus meus, sperantem in te. *V.* Mitte ei, Domine, auxilium de sancto. *R.* Et de Sion tuere eum. *V.* Nihil proficiat inimicus in eo. *R.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *V.* Dñe,

exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dñs vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**S**USCIPAT te Christus in número fidelium suorum, et nos, licet indigni, te suscipimus in orationibus nostris. Concedat tibi Deus per Unigenitum suum, mediatorum Dei et hominum, tempus bene vivendi, locum bene agendi, constantiam bene perseverandi, et ad aeternae vitae haereditatem feliciter perveniendi: et sicut nos hodie fraternae caritas spiritaliter jungit in terris, ita divina pietas, quae dilectionis est auctrix et amatrix, nos cum fidelibus suis conjungere dignetur in coelis. Per eundem Christum Dñm nostrum. *R.* Amen.

¶ Adjutorium nostrum in nomine Dñi. *R.* Qui fecit coelum et terram. *V.* Sit nomen Domini benedictum. *R.* Ex hoc nunc, et usque in saeculum. *V.* Dñe, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dñs vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Benedictiones variae.*

Orémus.

**TERNE** Pater et omnipotens Deus, qui Unigenitum tuum vestem nostrae mortalitatis induere voluisti, obsecramus immensam tuae largitatis bene  $\dagger$  dictiōnem in hoc genus effluere vestimenti, quod sancti Patres ad innocentiae et humilitatis iudicium, a renuntiandis saeculo gestari sanxerunt; et sic ipsum bene  $\dagger$  dicere digneris, ut quicumque eo usus fuerit, induere mereatur ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

Orémus.

**SUPPLICITER** te, Domine, rogamus, ut super hunc habitum servo tuo (vel ancillae tuae) imponendum bene  $\dagger$  dictio tua benigna descendat: ut sit bene  $\dagger$  dictus, atque divina virtute procul pellantur hostium nostrorum visibilibus et invisibilibus tela nequissima. *R.* Amen.

Aspergat habitum aqua benedicta, et imponendo dicat: **Accipe vir devote** (vel devota mulier) hunc habitum benedictum: precantes sanctissimam Virginem, ut ejus meritis illum perferas sine macula, et te ab omni adversitate defendat, atque

ad vitam perducat aeternam. *R.* Amen.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et hunc famulum tuum (vel hanc ancillam tuam), quem (vel quam) Sodalitati sanctae Religionis Carmelitarum sociamus, perpetua tribue firmitate corroborari, ut, perseveranti proposito, in omni sanctitate tibi valeat famulari.

Protege, Domine, famulum tuum (vel ancillam tuam), subsidiis pacis et Beatae Mariae semper Virginis patrocinii confidentem a cunctis hostibus redde securum (vel securam).

Bene  $\dagger$  dicat te Conditor coeli et terrae, Deus omnipotens, qui te eligere dignatus est ad Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo Societatem et Confraternitatem: quam precamur, ut in hora obitus tui conterat caput serpentis, qui tibi est adversarius, et tandem, tamquam victor palmam, et coronam sempiternae haereditatis consequaris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si autem habitus solum sit benedicens, incipitur a **V.** **Adjutorium nostrum**, usque ad orationem **Suppliciter**, inclusive. Deinde aspergat confratrem aqua benedicta et subiungat:

Ego auctoritate, qua fungor, et mihi concessa, reci-

## Benedictiones variae.

pio te ad Confraternitatem sacrae Religionis Carmelitarum, et investio, ac participem te facio omnium bonorum spiritualium ejusdem Ordinis. In nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti. Amen.

His expletis, describatur Confratris nomen in codice

Confraternitatis, et paucis, sed efficacioribus verbis Sacerdos eum adhortetur ad caute, pie, sancteque vivendum, ne Deiparam offendat, quam in posterum peculiari devotionis obsequio et affectu colere, ac veluti singularem ac dulcissimam matrem prosequi fas erit.

## Benedictio Rosariorum B. G. U.

Propria Ordinis Praedicatorum.

V. Adjutorium nostrum, in nomine Domini. R. Qui fecit coelum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**O**MNIPOTENS et misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dñm nostrum Jesum Christum, de coelis in terram descendere, et de Beatissimae Virginis Mariae Dñae nostrae útero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque ac mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam; ut haec signa Rosarii, in honorem, et lau-

dem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fidelicam bene dicas, et sancti fices, eisque tantam infundas virtutem Spiritus sancti, ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, et in eis ad te, secundum hujus sanctae Societatis instituta, divina contemplando mysteria devote oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet, sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiarum, et indulgentiarum, quae eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc saeculo liberetur, et in exitu suo ab ipsa Beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Per eundem

*Benedictiones variae.*

Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. *R.* Amen. | Deinde aspergantur aqua benedicta.

**Benedictio Domorum**

EXTRA SABBATUM SANCTUM.

Parochus, seu alii Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domos fidelium alio tempore infra annum aspergere aqua benedicta, ingredientes domum dicant: Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea.

Deinde loca aspergendo, dicant Añam *Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.*

Psalmus *Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.* *V.* Glória Patri, etc.

Et repetitur Añam *Aspérge me, etc.*

*V.* Dómine, exáudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**E**X A U D I nos, Dñe sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelú tuum de coelis, qui custódiat fóveat, prótegat, visitet, atque deféndat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

**BENEDICTIO  
AD OMNIA.**

Haec benedictionis formula adhiberi potest, a quovis sacerdote, pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur in Rituali Romano.

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit coelum et terram.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**D**E U S, cujus verbo sanctificántur ómnia, benedictiónem tuam effúnde super creatúram istam (vel creatúras istas): et praesta, ut quisquis ea (vel eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fúerit, per invocatiónem sanctíssimi Nóminis tui, córporis sanitátē, et ánimae tutelám, te auctóre, percipiat. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Deinde illam (vel illas) Sacerdos aspergit aqua benedicta.



**E**xPLICIT Pars Hiemalis Breuarii  
 Romani impressa in aedibus  
 Soc. S. Joannis Evang., Cornaci  
 Perbivorum vi. kal. Junii mdccclxxvi.

S

EC

A S

EX O

OFFICIA PROPRIA.

# SANCTORUM


ECCLÆSIÆ CATHEDRALIS, CIVITATIS ET  
DIOECESIS

## RURÆMUNDENSIS,

A SACRA RITUM CONGREGATIONE APPROBATA, ET  
EDITA JUSSU

ILL<sup>MI</sup> ET R<sup>MI</sup> DOMINI JOANNIS AUGUSTINI,  
EPISCOPI RURÆMUNDENSIS, ETC.

PARS HIEMALIS.



RURÆMUNDÆ,

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA DIOECESIS RURÆMUNDENSIS  
APUD VIDUAM A. WELSCH.

MDCCLXXXV.

JO

F

SSm

P

st

Dilec

Dic

pore

m., l

ipsiu

Magi

celeb

sto g

vel g

quac

Lind

pran

organ

S. S.

Anin

Qu

nien

Cons

subje

incer

Hen

resect

(4)

prov.

XVI.

Kuip

(5)

Bulla

Com

# JOANNES AUGUSTINUS,

MISERATIONE DIVINA ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA

## EPISCOPUS RURÆMUNDENSIS,

SSm̃i Domini Nostri Pii divina Providentia Papæ IX  
Prælati domesticus ac Solio Pontificio Assi-  
stens, etc.

Dilecto Clero Nostro salutem et benedictionem in  
Domino.

Diœcesis Ruræmundensis, etsi ab incunabulis, a tem-  
pore scilicet Wilhelmi Lindani, Prædecessoris Nostri p.  
m., Breviario Romano usa fuit (1), simul tamen, juxta  
ipsius Ecclesiæ Romanæ, cæterarum omnium Matris ac  
Magistræ, consuetudinem, Festa quædam propria semper  
celebravit in honorem illorum Sanctorum per quos Chri-  
sto genita, quorumque virtutibus et beneficiis illustrata,  
vel gloriosis exuviis ditata fuerat (2). Inter illa celebriora  
quædam erant « *Festa, quæ*, » inquit prælaudatus Wilh.  
Lindanus in Constit. Synod. Ruræm a. 1570, « *usque ad  
prædium inviolabiliter, cum summo Sacro, solemnī cantu,  
organis, et concione præcipimus omnibus observanda :  
S. Servatii, Petri Apostoli ad vincula, Lamberti, Dionysii,  
Animarum* (3). »

Quum autem, anno 1607, Synodus Provinciæ Mechli-  
niensis (4), cui tunc temporis diœcesis Nostra, ex  
Constitutione sa: mem: Pauli IV, metropolitico jure erat  
subjecta (5), mandasset, ut officia ecclesiarum propria ab  
incertis et apocryphis purgarentur ac corrigerentur,  
Henricus Cuyckius p. m., item Prædecessor Noster,  
resectis iis quæ in propriorum Sanctorum officiis incerta,

(1) Lindani Oratio Synodica a. 1570 p. 15. et *Synod.  
prov. Mechlin.* a. 1570 Tit. de officio et cultu div. cap.  
XVI. — (2) Cuyckius in Præf. ad *Festa Ruræm.* apud  
Knippenbergh in *Hist. eccles. duc. Geldr.* p. 211.

(3) Tit. V. Cap. XV. — (4) Tit. XII. cap. V. — (5) Pauli IV.  
*Bulla Super universi orbis* 12 Maji 1559 apud *Hævens.* in  
*Comment. de erect. nov. in Belgio episc.* p. 18.



apocrypha aut minus congrua videbantur, redintegrata et correctæ ea officia ac ad normam Romani Breviarii redacta edidit anno 1609 (1); quorum officiorum usus exinde (addito postea, juxta præscriptum primæ Synodi prov. Mechl. (2), festo S. Christophori, in cujus Sancti templum episcopalis cathedra fuerat translata) in hac Nostra diœcesi perseveravit donec, Gallis hanc patriam nostram invadentibus, ipsa diœcesis extincta, ejusque præcipua pars Leodiensi fuit addita.

Revixit quidem, « Auspice Deo, » Ecclesia Ruræmundensis, primum sub titulo vicariatus Apostolici, ac dein proprio suo insignita nomine, quum scilicet anno 1855, Summi Pontificis Pii IX. nunquam obliterando beneficio, Hierarchia episcopalis in Neerlandia restituta est; sed mutata quamplurimum erant tempora rerumque adjuncta: pars antiquæ diœcesis erat distracta, pars nova addita, et, quod summopere dolendum! ecclesiæ plures collegiata, in quibus plurimi olim colebantur Sancti, qui eas aut fundaverant aut quorum ibi corpora in pace quiescebant, spoliata non tantum fuerant piis per multa sæcula, fidelium devotione, congestis muneribus, sed et ipsa, sublatis canonicorum et canonissarum venerandis Collegiis, *desolata sicut solitudo, dies festi earum conversi in luctum, sabbata in opprobrium, honores in nihilum.* I. Mach. I. 41.

Tristem ejusmodi Nos dolentes rerum exitum, ruinasque ab impiis in hæreditate Domini factas pro viribus instaurare satagentes, jam anno 1842, ex benigna concessione sa: mem: Gregorii XVI, veteri proprio Ruræmundensi officia quædam adjunximus; ast nec sic votis Nostris factum erat satis, nec ipsa res omnimode absoluta.

Desiderabantur enim adhuc perplurium festa Sanctorum, qui, sive prædicatione Evangelii et eximia vitæ sanctimonia variis hujus Diœcesis locis præluserant, sive ob singularia beneficia et insignes Reliquias in quibusdam olim ecclesiis solemniter colebantur, quorum vero officia initio hujus sæculi, privata auctoritate, fuerant omissa: hæc igitur videbantur restituenda.

Occurrebant quoque in Sanctorum Legendis historicis quædam contradictioni obnoxia seu desumpta ex scriptis, de quibus inter eruditos nunc convenit ea esse apocrypha: et hæc ex probatis fontibus erant corrigenda.

Officia insuper quædam spoliata erant forma sua antiqua, propriis scilicet Hymnis, Antiphonis, Responsoriis, etc., quum tamen eorum plura venerandæ antiquitatis

(1) *Cuyck*, l. c. — (2) Tit. de Fest. c. IV.

exstarentem :

His n. ordinati venerab. dum ex dario p. speciale patria e. foverem semidup. mus exp. diorum qua die aliquibus retinens sæculis consuev. festo SS.

Opus labore desider. illustri et illud Sanctis humilit. tum Pr. Aposto. bus vo. Dominu. dato h.

RESTITUTIO  
Do. Rmus munde riam n. oppidis celebra. lendar. Ecclesi. posita a. hibere.

BIE

exstarent monumenta, miramque simul exhalarent suavitatem : et hæc judicavimus redintegrandæ.

His nixi rationibus, ad novam Proprii Ruræmundensis ordinationem adjecimus animum, et habito consilio cum venerabili Capitulo Nostro, novum curavimus conficiendum exemplar Officiorum et Missarum una cum Calendario perpetuo Festorum pro diœcesi Nostra. Ut autem specialem devotionem, qua a diebus antiquis hæc Nostra patria erga SS. Eucharistiam enim et magis ac magis foveremus, pro officio votivo SS. Sacramenti, sub ritu semiduplici jam olim concesso, ritum duplicem censuimus expostulandum. Neque ornittenda duximus festa Gaudiorum B. M. V. et Divisionis SS. Apostolorum, in antiqua diœcesi celebrari solita. Illa etiam officia, quæ, *aliquibus locis concessa*, apud nos obtinent, curavimus retinenda, prout et Cœlitum illorum, quos a vetustis sæculis fideles ipsi singulares ad Deum patronos habere consueverunt, adjuncto, ad aliarum ecclesiarum exemplum, festo SS. Reliquiarum quæ in diœcesi asservantur.

Opus a viris, per Nos ad id deputatis, omni studio et labore compositum, et, ne quid curæ in re tanti momenti desideraretur, ab iis e Societate Jesu Patribus, qui, sub illustri Bollandianorum nomine, Sanctorum vitis edendis et illustrandis navant operam, revisum et approbatum. Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ IX. supremo judicio humiliter submisimus, supplicantes ut, tum Calendarium, tum Proprium Officiorum ac Missarum, auctoritate sua Apostolica dignaretur approbare et confirmare. Supplicibus votis benignitate Apostolica annuit Sanctissimus Dominus, responso a Sacra Rituum Congregatione ad Nos dato hisce verbis :

## RURÆMUNDEN.

RESTITUTA feliciter anno 1833 in Hollandia, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX, Ecclesiastica Hierarchia, Rm. Dominus Joannes Augustinus Paredis, cui Ruræmundensis Diœcesis commissa fuit, ad recolendam memoriam nonnullorum Cœlitum, qui in diversis urbibus et oppidis Diœceseos suæ solemnî cultu ab antiqua ætate celebrari consueverunt, sui muneris esse duxit, tum Calendarium, tum Proprium Officiorum atque Missarum pro Ecclesia Cathedrali et Diœcesi Ruræmundensi, a se disposita et ordinata, eidem Sanctissimo Domino Nostro exhibere, humillimis votis ab eo postulans, ut illa de ben-

RIEM. RURÆMUND.

gnitate Apostolica approbare, sibi que commisso Clero concedere dignaretur.

Hujus autem exemplaris, typis cusi, examen placuit Sanctitati Suae Congregationi Sacrorum Rituum committere, quae, omnibus mature accurateque perpensis, tum Kalendarium tum Proprium Officiorum atque Missarum probari posse censuit, sub modo et forma in ipso Exemplari cura Sacrae Congregationis adnotatis.

Quam porro Sacrae Congregationis sententiam, referente infrascripto Substituto Secretariae Sacrorum Rituum Congregationis, quum Sanctissimus idem Dominus in omnibus ratam habuerit et confirmaverit, clementer indulsit, ut idem Kalendarium et Proprium, sub modo et forma praedictis, ab universo Clero Dioeceseos Ruræmundensis, tam in Horis Canonicis persolvendis, quam in Sacrosanctae Missae Sacrificio celebrando, perpetuo serventur: injuncto tamen onere eidem Rmo Episcopo Ruræmundensi, ut postquam idem Proprium cum Kalendario, juxta in eis adnotatas correctiones, iterum fuerit prælo commissum, duplex authenticum Exemplar ad Sacram Rituum Congregationem transmittatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 5 Septembris 1867.

C. Episcopus Portuen. et S. Rufinae CARD. PATRIZI,  
S. R. C. Praef.

(L. †S.)

Pro R. P. D. DOMINICO BARTOLINI, Secretario.

JOSEPHUS CICCOLINI, Substitutus.

**H**æc igitur nova Officia propria Missasque proprias, cum Kalendario perpetuo, approbatione Apostolica rite munita et auctoritate Nostra typis mandata, publicamus et ad vos, Dilecti in Christo Fratres, transmittimus, hortantes in Domino ac præcipientes, ut iis deinceps, a Kalendis scilicet Januarii anni 1868, in recitandis Horis Canonicis ac Missis celebrandis utamini.

Grata itaque mente erga fontem omnis sanctitatis Deum hæc Festa celebremus. Neque enim dubitandum quin ipsi illi Sancti, qui majores nostros singulari charitate sunt persecuti, nobis etiam, quasi suis, apud Deum, continuata in cælis charitate, sint patrocinaturi; ut cum scæine eorum permaneant bona, ut sint hæreditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stet semen eorum: ut filii eorum propter illos usque in æternum mancant, et

semen ac gloria eorum non derelinquatur. In terra nostra visi sunt ut essent exemplo, in caelum levati sunt ut sint patrocinio (1). *Lætetur igitur et exultemus, quia caelestis illa Curia ex nobis habet tot Sanctos, quibus sit cura nostri (2), quorum intuentes exitum conversationis, imitemur fidem (3), imitemur charitatem: ut sobrie, et juste, et pie viventes in hoc saeculo, eorumque multiplici patrocinio suffulti, multitudinem etiam miserationum Domini inveniamus, et cum fiducia expectemus beatam spem, et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi (4), cui honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Datum Ruræmundæ, hac 31 mensis Decembris 1867.

J. A. PAREDIS, EPISC. RURÆMUND.

(L. † S.)

D: mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini,

G. T. C. VAN MEJEL, Secret.

(1) S. Bernard. Serm. 2 de S. Victore. — (2) S. Bern. in Festo S. Malachiae. — (3) Hebr. XIII, 7. — (4) Tit. II, 12, 15 et I. Tim. I. 17.

## APPROBATIO.

PER præsentis Archidiocesis Mechliniensis typographo P. H. Dessain Officiorum Proprium, Nobis a SS. Domino nostro Pio IX, Decreto S. R. C. 5 Septembris 1867 benigne concessum, reimprimendi ad normas beneplacitas atque evulgandi licentiam, in quantum opus est, libenter concedimus, modo debita Ordinarii loci adprobatio accesserit. Ruræmundæ, hac 12 mensis Octobris 1875.

(L. † S.)

† J. A. PAREDIS, EPISC. RURÆMUND.

HÆC Officia propria Diocesis Ruræmundensis, quum omnino cum Originalibus a S. R. C. revisis et approbatis concordent, imprimi possunt. Mechliniæ, 15 Novembris 1875.

† VICTOR AUGUSTUS CARD. DECHAMPS,  
ARCH. MECHLIN.

# KALENDARIUM

DIOECESIS RUREMUNDENSIS PROPRIUM.

---

## JANUARIUS.

47. S. Antonii abbatis, duplex. Com. S. Supplicii episc. et conf.
25. Desponsatio B. M. V. duplex majus. Com. S. Josephi Sponsi, et S. Emerentianæ virg. et mart.
28. S. Juliani episc. et conf. semid. Com. S. Agnetis secundo.
50. S. Martinæ virg. et mart. semid. Com. S. Aldegundis virg.

## FEBRUARIUS.

3. S. Hadelini conf. semid. Com. S. Blasii episc. et mart.
6. S. Amandi episc. et conf. duplex. Com. S. Dorotheæ virg. et mart.
9. S. Titi episc. et conf. duplex. (Dies fixa ex 4 Januarii.) Com. S. Apolloniæ virg. et mart.
11. S. Gerlaci conf. duplex. (Dies fixa ex 5 Januarii.)
12. S. Raymundi de Pennafort conf. semid. (Dies fixa ex 25 Januarii.)

## MARTIUS.

1. S. Switherti episc. et conf. semid.
17. S. Gertrudis virginis, duplex.
18. S. Gabrielis Archangeli, duplex majus.
19. S. Josephi Sponsi B. M. V. Patroni Patræ. dupl. 1. cl.
20. S. Patritii episc. et conf. duplex. (Dies fixa ex 17 hujus.)
22. SS. Landoaldi et Soc. conf. dupl. (Dies fixa ex 19 hujus.)
26. S. Ludgeri episc. et conf. semiduplex.

## FESTA MOBILIA.

- Feria iij. post Dom. Septuag. Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti. duplex majus.
- Feria iij. post Dom. Sexag. Com. Passionis D. N. J. C. duplex majus.
- Feria vj. post Cineres. Sacræ Spinæ Coronæ D. N. J. C. duplex majus.

Feria vj. post Dom. j. Quadr. **Lanceæ et Clavorum D. N. J. C.** duplex majus.

Feria vj. post Dom. ij. Quadr. **Sacratissimæ Sindonis D. N. J. C.** duplex majus.

Feria vj. post Dom. iij. Quadr. **Sacrorum Quinque Vulnerum D. N. J. C.** duplex majus.

Feria vj. post Dom. iij. Quadr. **Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.** duplex majus.

**Septem Officia Mysteriorum et Instrumentorum Dominicæ Passionis superius adnotata, ex benigna S. Sedis concessione, poterunt ad primas insequentis dies litteras transferri, non tamen extra Quadragesimam, quando designatæ sedes impeditæ occurrerint.**

## APRILIS.

6. **S. Julianæ virg.** semid. (Dies fixa ex 5 hujus.)

26. **SS. Cleli et Marcellini pontif. mart.** semiduplex. **Com. S. Floriberti episc. et conf.**

## MAJUS.

7. **S. Domitiani episc. et conf.** duplex.

11. **S. Stanislai episc. et mart.** dupl. (Dies assignata ex 7 hujus.)

13. **S. Servatii episc. et conf.** duplex.

14. **S. Wironis episc. et conf.** dupl. (Dies fixa ex 8 hujus.) **Com. S. Bonifacii mart.**

15. **S. Aufridi episc. et conf.** semid. (Dies fixa ex 5 hujus.)

16. **S. Joannis Nepomuceni mart.** duplex.

21. **S. Ubaldi episc. et conf.** semid. (Dies fixa ex 16 hujus.)

24. **B. M. V. titulo Auxilium Christianorum,** dupl. majus.

30. **S. Ferdinandi conf.** duplex. **Com. S. Felicis papæ et mart.**

## FESTA MOBILIA.

Feria iij. post Festum **SS. Trinitatis. Inventionis et Eleuationis Ossium SS. Wironis, Plechelmi et Otgeri,** duplex ij. classis.

Dom. j. post Oct. Corp. Christi non impedita Festo pariteris. **Omnium SS. Pontificum Mosæ-Trajectensium,** duplex ij. classis.

## JUNIUS.

2. SS. Marcellini et Petri mart. duplex. Com. S. Erasmi episc. et mart.  
 7. Translatio S. Servatii ep. et conf. duplex.  
 8. SS. Valentini et Candidi episc. et conf. duplex. (Dies fixa ex 7 hujus.)  
 21. S. Martini episc. et conf. duplex.  
 22. S. Aloysii Gonzagæ conf. dupl. (Dies fixa ex heri.) Com. S. Paulini episc. et conf. et SS. Galeni et Valeni mart.  
 29. SS. Petri et Pauli Apost. duplex 1 cl. cum Oct. Com. omnium SS. Apostolorum.

## JULIUS.

3. S. Rumoldi episc. et mart. semid. (Dies fixa ex 4 hujus.) Com. Oct.  
 4. Divisio SS. Apostolorum, duplex.  
 9. SS. Martyrum Gorcomiensium, duplex.  
 13. S. Plehelmi episc. et conf. duplex.  
 21. SS. Monulphi et Gondulphi, episc. et conf. dupl. (Dies fixa ex 16 hujus.) Com. S. Praxedis, virg. Trajecti vero in ecclesia. S. Servatii, die 16 duplex 2. cl. cum Oct.  
 24. S. Henrici Imper. conf. duplex. (Dies fixa ex 15 hujus.) Com. Vig. et S. Christinæ virg. et mart.  
 25. In Civitate Ruramundensi, S. Christophori mart. Patroni præcipui Civitatis, duplex 1 cl. cum Octava. (In Diocesi die 27 sub ritu semid.)  
 27. In Civitate Ruramundensi, S. Jacobi Apost. duplex 2 cl. (Dies fixa ex 25 hujus.) Com. S. Pantaleonis mart.

## AUGUSTUS.

4. In Civitate Ruramundensi, Dies octava S. Christophori mart. duplex. Com. SS. Machabæorum mart.  
 9. In Civitate Ruram. S. Petri ad Vincula, duplex majus. (Dies fixa ex 4 hujus.) Com. Vig. et S. Romani mart.  
 11. Translatio SS. Monulphi et Gondulphi episc. et conf. semid. (Dies fixa ex 10 hujus. Com. Oct. S. Laurentii mart. et SS. Tiburtii et Susannæ mart.  
 16. S. Rochi conf. duplex. Com. Oct. Assumpt. B. M. V. et S. Laurentii mart.  
 18. S. Hyacinthi conf. duplex. (Dies fixa ex 16 hujus.) Com. Oct. Assumpt. et S. Agapiti mart.

25. S. Gregorii *episc. et conf.* duplex.  
 26. S. Ludovici *conf.* semid. (Dies fixa ex heri.) Com. S. Zephyrini papæ et mart.

## SEPTEMBER.

- Dom. j. Sept. SS. Angelorum Custodum, duplex 2 cl. cum Octava.  
 3. S. Remacli *episc. et conf.* semid.  
 4. S. Rosaliæ *virg.* semiduplex.  
 Dom. ij. Sept. Dies octava SS. Angelorum Custodum, duplex.  
 10. S. Theodardi *episc. et mart.* duplex. Com. Oct. Nativ. B. M. V.  
 11. S. Otgeri *conf.* duplex. (Dies fixa ex 10 hujus.) Com. Oct. et SS. Proti et Hyacinthi mart.  
 12. S. Nicolai de Tolentino *conf.* duplex. (Dies fixa ex 10 hujus.) Com. Oct.  
 17. S. Lamberti *episc. et mart.* duplex. (Trajecti et in S. Petro, duplex 2 cl.)  
 22. SS. Mauritii et Sociorum *mart.* duplex.  
 25. S. Materni *episc. et conf.* dupl. (Dies fixa ex 14 hujus.)  
 26. Impressio Stigmatum in corpore S. Francisc. Assisien. duplex. (Dies fixa ex 17 hujus.) Com. SS. Cypriani et Justinæ mart.

## OCTOBER.

2. S. Thomæ a Villanova *episc. et conf.* duplex. (Dies fixa ex 22 Septembris.)  
 3. B. Mariæ de Socos *virg.* duplex. (Dies fixa ex 22 Sept.)  
 Dom. ij. Oct. Gaudiorum B. M. V. duplex majus.  
 8. S. Birgittæ *viduæ*, duplex. Com. S. Amoris *conf.*  
 9. SS. Dionysii et Sociorum *mart.* duplex.  
 10. S. Francisci Borgiæ *conf.* duplex 2 cl.  
 11. S. Ludovici Bertrandi *conf.* duplex. (Dies fixa ex 10 hujus.)  
 21. SS. Ursulæ et Sociarum *virg. et mart.* duplex. Com. S. Hilarionis *abb.*  
 Dom. iv. Oct. Festum SS. Reliquiarum, dupl. majus.  
 25. S. Severini *episc. et conf.* simplex.  
 24. S. Raphaelis Archangeli, duplex.  
 31. S. Wolfgangi *episc. et conf.* duplex. Com. Vigilæ.



## NOVEMBER.

- Dom. j. Nov. **Patrocinii B. M. V.** duplex majus.
3. **S. Huberti episc. et conf.** duplex. **Com. Oct. omnium Sanctorum.**
5. **S. Perpetui episc. et conf.** semid. (Dies fixa ex 4 hujus.) **Com. Oct.**
7. **S. Willibrordi episc. et conf.** duplex. **Com. Oct.**  
Dom. post Oct. om. Sanct. **Anniversarium Dedicat. omnium Ecclesiarum,** duplex 1 cl. cum Octava.
14. **S. Albrici episc. et conf.** duplex.
16. **S. Cuniberti episc. et conf.** semid. (Dies fixa ex 12 hujus.)
21. **Præsentatio B. M. V.** duplex majus. **Com. S. Alberti episc. et mart.**
26. **S. Amelbergæ virg.** duplex. (Dies fixa ex 21 hujus.)  
**Com. S. Petri Alexandrini episc. et mart.**
27. **S. Trudonis conf.** semid. (Dies fixa ex 25 hujus.)
28. **S. Odæ virginis,** semiduplex.

## DECEMBER.

4. **S. Barbaræ virg. et mart.** duplex.
5. **S. Petri Chrysologi episc. et conf.** duplex. (Dies fixa ex 4 hujus.) **Com. S. Sabbæ abbatis.**
8. **Immac. Conceptionis B. M. V. Patronæ præcipuæ Dioceseos,** duplex 1 cl. cum Octava.
18. **Expectatio Partus B. M. V.** duplex majus.
26. **S. Stephani Protomartyris,** duplex 2 cl. cum Octava.  
**Com. omnium SS. Martyrum et Oct. Nativ.**

## OFFICIA VOTIVA.

- Qualibet Feria V intra annum, non impedita Officio IX Lectionum etiam translato, extra tamen Adv., Quadrage., Ferias, Vigilias, Octavasque privilegatas, Officium votivum SS. Sacramenti, sub ritu duplici.
- Qualibet Sabbato, ut supra non impedito, et sub ritu duplici minori, Officium votivum Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, die 25 Septembris anno 1863 approbatum.

## OFFICIA PROPRIA SANCTORUM

ECCLESIE CATHEDRALIS, CIVITATIS ET DIOECESIS

# RURÆMUNDENSIS.

### PARS HIEMALIS.

**FESTA NOVEMBRIS. DIE XXVI. NOVEMBR.** mine, precatio sancta  
In Festo S. Amelbergæ, tueatur: ut, quod con-  
Virginis. Duplex. sciencia nostra non me-  
Ad Vesperas, Oratio. retur, nobis ejus, qui tibi  
placuit, oratione donetur.

**L**ÆTIFICET nos, quæsumus Dômine, beatæ Amelbergæ Virginis tuæ gloriôsa festivitàs: ut quæ tibi suis placuit méritis, pro nostris étiam véniam impleret offénsis. Per Dôminum.

### DIE XXVII. NOVEMBR.

In Festo S. Trudonis,  
Conf. Semid.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. præter sequentia.

In Hymno. **Bte Confessor,** mutatur tertius versus.

Oratio.

**S**ANCTI Trudonis Confessoris tui nos, Dô-

Per Dôminum.

In j. Noël. Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

*Ex vita per Donatum diaconum, apud Ghesquierum, in Actis SS. Belgii.*

**T**RUDO, nobilibus et rerum còpia christianaque religione clarissimis paréntibus in Hasbània natus, cum ab ipsa pueritia divini obséquii amore flagraret, ardentioréque sacrarum litterarum ad discendarum desiderio admodum adhuc juvenis æstuaret, vovit, si earum

sciéntiam, Deo favénte, rátus órđini initiátur. Cumque ibídem Deo et assequerétur, se de patrimoníi bonis monastérium constructúrum, ubi Christo desérviens, quoscúmque posset, secum perseveratúros sibi associáret. Nec vana fuit adolescentúli p̄etas et devótio: nam non ita diu post, paréntibus defúctis, cum larga manu eleemósynas de bonis sibi relictis erogáret, Angeli apparitíone monétur, ut sanctum Remáclum, Trajecténsem episcopum, pro voti desidério, ejus ópera et consiliis erudiendus ádeat.

ŕ. Honéstum fecit.

Lectio v.

**P**ARET mónitis Trudo, et Remácli, cœlitis etiám horum cónscii, patérne illum excipiéntis, instructióne primum imbutus, dein, ipso suadénte, ad beátum Clodúlpum, Meténsem episcopum, digréssus est, a quo sacris litteris instrúctus, demum doctrína, suæ tanta pietáte ac sanmóribus ac pietáte conspicuus, sacro presbytero-

sancto Protomártyri Stéphano patrimoníi partem oblatióne consecrasset, ad Remáclum episcopum revérsus, et ab eo ad prædicándum Christi Evangélium assumptus, hoc munus ita præcláre exércuit ut paganismum per Hasbániam necdum plane extirpátum studiosissime profligáverit, et adolescentés plúrimos, aliósque suo exémplo ad sæculi contéptum induxerit.

ŕ. Amávit eum.

Lectio vj.

**M**ONASTERIUM dénique, quod adolescentulus Deo vóverat, in Hasbániæ vico Sarchinio, próprii ad rivulum Cislindriam patrimoníi prædio, magnificum constrúxit, et amplissime dotávit; ubi plúribus ex illis quos Christo sacris conciónibus lucrifécerat, sibi associátis, réliquam vitæ suæ tanta pietáte ac sanctimónia, rigidus síncórporis dómitor, perégit,

ut e  
veræ  
nem  
sem  
et vi  
post  
racu  
Dóm  
rit.  
anno  
cent  
térti  
simo  
hono  
vico  
in  
et a  
nis  
plia  
ŕ. I  
Eva  
mus  
DIE  
In  
C  
pra  
D  
be  
nat  
nu  
et

ut et omnibus, quos ad  
veræ religionis perfectio-  
nem informabat, vivo  
semper exemplo fuerit,  
et vivens, moriensque, ac  
post obitum stupenda mi-  
raculorum multitudinem a  
Dōmino decorari meruerit.  
Vita cessit Sarchinii,  
anno Christi circiter sex-  
centesimo nonagesimo  
tertio, ætatis suæ sexagē-  
simo quinto, ibidemque  
honorifice requiescit :  
insigne oppidum, quod  
et ab ipso Sancti Trudō-  
nis nomen obtinet, am-  
pliato.

℞. Iste homo.

In iij. Noct. Homilia in  
Evang. Ecce nos relinqui-  
mus, de Comm. Abb.

**DIE XXVIII. NOVEMBR.**

In Festo S. Odæ, Virg.

Semiduplex.

Omnia de Comm. Virg.  
præter sequentia.

Oratio.

**D**A, quæsumus, omni-  
potens Deus, ut qui  
beatæ Odæ Virginis tuæ  
natalitia cōlimus, et ân-  
nua solemnitate lætémur,  
et tantæ virtutis proficiā-

mus exemplo. Per Dō-  
minum.

In j. Noct. Lectiones  
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

*Ex vita per anonymum in  
Actis Sanctorum Belgii,  
et vita S. Lamberti per  
Godeschalcum coævum.*

**O**DA virgo, Scotōrum re-  
gis filia, cum esset  
cæcitate corrēpta, fama  
signōrum quæ tum tém-  
poris per intercessionem  
sancti Lamberti fiēbant,  
in has partes fuit evocata.  
Ad locum igitur martyrii  
hujus Sancti, ubi Leō-  
dium nunc est, appropin-  
quans et de eo a comitibus  
edocta, Oda intercessiō-  
nem sancti Mārtyris in-  
vocavit, ut, si Dōmino  
placēret, suæque salutī  
conduceret, lumen oculō-  
rum sibi restitueretur,  
quod continuo est conse-  
cuta. At illa, grātius  
agens Deo, ad locum de-  
sideratum perrexit, sanctū-  
que Lambertum mū-  
nerum suōrum oblatiōni-  
bus magnificavit.

℞. Propter veritatem.

## Lectio v.

**I**N pátriam redux Oda, ecclesiæ llimina studiósius frequentáre, carnem jejúniis castigáre, vigiliis producere, seque ipsam totaliter Christi obsequio mancipáre cœpit. Verum cum pater eam ad sæculáres nuptias incitáret, virgo, cœlesti jam Sponso per votum castitátis obligáta, noluit acquiescere, sed, divino usa consilio, inscio patre, cum fidéli cómite et duábus pedisequis, natále solum reliquit. Itaque primum ad pia in Itália loca et Romam peregrinationem instituit, qua peracta in Taxándriam venit, ubi, váriis locis peragrátis, mansiónem fixit in território Rodénsi, illúdque sanctitáte sua condecorávit. Die autem éxitus sui appropinquánte, Oda gravi infirmitáte corrépta est, susceptisque sacris Ecclesiæ Sacraméntis, laudans Deum eúmque benedicens, dulciter in Dómino obdormívit, circa annum septin-

gentésimum vigésimum sextum, ætátis suæ, ut putátur, trigésimo sexto. R. Dilexisti justitiam.

## Lectio vj.

**I**AMA miraculorum crebrescénte, in loco ubi vixerat et sepulta erat, ligneum et módicum oratorium fuit extructum, et postea collegiále templum erectum. Circa annum millésimum et centésimum, virginis sanctæ corpus ab Otbérto Leodiénsi episcopo fuit de terra elevátum. Collegium quidem canonicorum, sæculo décimo sexto ad éxitum vergénte, hæreticorum pravitate et vi fuit extinctum, sed templum pene collápsum, felicióre tempore redeunte, ab incolis loci reædificátum in ecclesiám parochiálem fuit convérsus. Reliquiæ vero quædam ex incéndio, creptæ in ecclesiá parochiáli ejusdem loci, qui ab eo nomen suum desumpsit, religiöse servantur. Cólitur jam dudum sancta Oda in hac

diœc  
rádiu  
in lo  
ráta  
Roda  
ret.

R. A

fu

lia i

regn

ro, d

ginu

FES

DIE

In

O

Virg

quen

I NT

Do

Virg

nos

éxit

pœn

con

san

tum

Dóc

sti

Qui

I

de S

diceſi, ſpeciãtim Ven-  
radii et Weertæ, quibus  
in locis aliquãdiu mo-  
rãta fuerat, antequam  
Rodæ manſionem ſige-  
ret.

¶ Afferentur regi.

In iij. Nocturno Homi-  
lia in Evang. S. ſimile est  
regnum celorum theſau-  
ro, de Communi non Vir-  
ginum.

FESTA DECEMBRIS.  
DIE IV. DECEMBRIS.

In Feſto S. Barbaræ,  
Virg. et Mart.  
Duplex.

Omnia de Communi  
Virginum, præter ſe-  
quentia.

Oratio.

**I**NTERCEſſIO, quæſumus  
Dõmine, beãtæ Barbaræ  
Virginis et Mãrtiris tuæ  
nos adjuvet; ut ante diem  
ẽxitus noſtri, per veram  
pœnitẽtiam et puram  
confeffionem præparãti,  
ſanctiſſimum Sacramẽn-  
tum Cõrporis et Sãnguiniſ  
Dõmini noſtri Jeſu Chri-  
ſti percipere mereãmur.  
Qui tecum vivit.

In j. Noct. Lectiones  
de Scriptura occurrente.

In ſecundo Nocturno.

Lectio iv.

*Ex monum. apud Baro-  
nium, Officio S. Barba-  
ræ a Sede Apost. die 7  
Nov. 1748 approbato,  
et Bulla Canoniz. S.  
Stanislai Kostkæ.*

**B**ARBARA virgo Nicomẽ-  
diæ, in perſecutione  
Jũlii Maximini paſſa eſt.  
A patre ſiquidem hiõſco-  
ro, viro nõbili ſed gen-  
tili, in alta et munita  
turri ob egrẽgiam pul-  
chritudinem cuſtodiẽda  
inclũditur, ubi bãlneum  
et duas fenẽſtras, quibus  
lumen exciperẽtur, in eo  
fieri jubet. Bárbara vero,  
abſente patre, tẽrtiam  
addi fenẽſtram et labri  
pavimẽtum crucis imã-  
gine ornãri juffit. Revẽ-  
ſus pater de tẽrtia fenẽ-  
ſtra quærit. Virgo occa-  
ſionem nacta, de ſacro-  
ſanctæ Trinitãtis myſtẽrio  
multa aperte et divine  
diſſeruit, ac plũribus  
verbis ad ſalutãrem Chri-  
ſti fidem patrem eſt co-  
hortãta. At iſte non ſo-  
lum ſuæ impietãtis ſtĩ-  
mulis, ſed etiãm mãximo

Cæsaris timóre adductus, qui fidem Christi immániter persequébatur, filiam modis ómnibus nítitur ad idololatriam revocáre.

R̄. Propter veritátem.

Lectio v.

**CUM** pater id cónsequi non posset, provinciæ Præsidi eam tradit : qui primum vírginem blanditiis aggréssus, ubi se nihil vidit efficere, ipsam nervis búbulis crudéliter cædi, deínde præacútis téstulis vulnere perfricári jubet. Post hæc in cárcerem tráditur, ubi claríssima luce et Christi Dómini præsentia ad réliqua subeúnda cértamina mirífice confirmáture. Sed cum iterum Præsidi sisterétur et constántior in fidei confessiône persisteret, férreis úngulis dilaniáture, latéribus ardéntes faces admovéntur, caput férreis málleis contúnditur, atque, ignominia causa, per publica loca perdúctur : quibus tormentis fortiter et invicté superáture, tandem a

patre impietátis furóre aménate, capite truncáta, gloriósum martyrii agónem consummávit. Ab Origine sacris litteris imbúta fuisse tráditur.

R̄. Dilexisti justitiam.

Lectio vj.

**A** MULTIS retro sæculis invocáture a fidélibus sancta Bárbara ut moriéntium Patróna, præcipue autem ad rite percipiéndam in último morbo Ecclesiæ Sacraménta. Placére sibi hanc pietátem miráculo non uno Deus testátum vóluit. Célebre est illud de sancto Stanisláo Kostka. Hic dum Viennæ in Austria ad ædes hóminis heterodóxi divértere coactus esset, ibique grávitè decumbens impedirétur a suscipiéndam sanctissimæ Eucharistiæ Sacraménto, quod únice desiderábat, ad Bárbaræ opem implorándam confúgit, et voti sui compos, cibo Eucharístico reféctus est : exínde étiam tam animæ quam córporis víribus mirífice confirmáture, de

grávitè  
bátur  
phá  
R̄.

Léc  
se

N  
par  
erit  
cen  
cip  
exi  
et  
Ho

Q  
psc  
pr  
ru  
cu  
ól  
gn  
no  
qu  
qu  
te  
ha  
gl  
ré  
vi

grävibus quibus preme-  
batur vexationibus trium-  
phavit.

R. Afferentur regi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

In illo tempore : Dixit  
Jesus discipulis suis  
parabolam hanc : Simile  
erit regnum cælorum de-  
cem virginibus, quæ ac-  
cipientes lampades suas,  
exierunt obviam sponso  
et sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii  
Papæ.

Hom. 12. in Evang.

QUINQUE fatuæ, acceptis  
lampadibus, non sum-  
pserunt oleum secum :  
prudentes autem accepé-  
runt oleum in vasis suis  
cum lampadibus. Per  
oleum nitor gloriæ desi-  
gnatur. Vascula autem  
nostra sunt corda, in  
quibus ferimus cuncta  
quæ cogitamus. Pruden-  
tes ergo oleum in vasis  
habent, quia nitorem  
gloriæ intra conscientiam  
retinent. Fatuæ autem  
virgines oleum secum non

sumunt, quia gloriæ in-  
tra conscientiam non ha-  
bent, dum hanc ab ore  
proximorum quaerunt.

Notandum vero, quod  
omnes lampades habent,  
sed omnes oleum non  
habent, quia plerumque  
bona in se opera cum  
electis et réprobi ostén-  
dunt, sed soli ad spon-  
sum cum oleo veniunt,  
qui de his quæ foris ége-  
rint, intus gloriæ re-  
quirunt.

R. Hæc est virgo.

Lectio vij.

MORAM autem faciente  
sponso, dormitavé-  
runt omnes et dormié-  
runt, quia dum venire  
Judex ad extrémum judi-  
cium differt, electi et ré-  
probi in mortis somno  
sopiuntur. Dormire éte-  
nim mori est; ante so-  
mnium vero dormitare,  
est ante mortem a salutē  
languescere, quia per  
pondus ægritudinis per-  
venitur ad somnum mor-  
tis. Média autem nocte  
clamor factus est : Ecco  
sponsus venit, exite ob-  
viam ei. De adventu



8 Die xxvj. Decembris. Com. omnium SS. Mart.

sponsi clamor in média nocte fit, quia sic dies iudicii subrepat, ut praevideri non valeat, quando venit. Unde scriptum est: Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.

14. Média nocte.

Lectio ix.

**T**UNC omnes virgines surgunt, quia electi et reprobis a somno suae mortis excitantur. Lampades ornant, quia sua secum opera numerant, pro quibus aeternam recipere beatitudinem expectant. Sed lampades fatuarum virginum extinguuntur, quia earum opera, quae clara hominibus foris apparuerant, in adventu Iudicis intus obscurantur, et a Deo retributionem non inveniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes, quas amaverunt. Quae autem paratae erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. O si sapere in cordis palato possit, quid admirationis habet quod dicitur: Venit sponsus!

Quid dulcedinis: Intra-  
nocte fit, quia sic dies  
iudicii subrepat, ut prae-  
videri non valeat, quando  
clausa est janua!

Te Deum laudamus.

**DIE VIII. DECEMBRIS.**

In Festo Immac. Concept.

B. M. V. Patronae prae-  
cipuae Diocescos.

Duplex j. cl. cum Oct.

Officium a SS. Dno Pio

PP. IX, 25 Septembris

1863 praescriptum.

**DIE XVIII. DECEMBRIS.**

In Festo Expectationis

Partus B. M. V.

Duplex majus.

Omnia ut in fine Brev.

**DIE XXVI. DECEMBRIS.**

Com. omnium SS. Mart.

In j. Vesperis, Aña.

Istorum. y. Lætámini.

Oratio.

**D**EUS, qui nos annua-  
tuorum commemoratione  
sanctorum Martirum  
laetificas: concede propi-  
tius; ut quorum gaudé-  
mus méritis, accendámur  
exemplis. Per Dóminum.  
In Laudibus, Aña. Ve-  
stri capilli. y. Exultá-  
bunt.

In ij. Vesperis, Aña.

Gaudent. y. Exultábunt.

FES  
DIE  
Com. S

In j  
Sacér

CLEM  
su  
Deus;  
nobis  
fessor  
veniar  
mereá  
vitam  
aetérn

In  
Euge,

Si E  
transfe  
non m

DIE  
InFest

D  
Omn  
viarii,c

DIE X  
In Fest

Sen

Omní  
DIE

Com. S

In i  
Stímil

HIE

## FESTA JANUARI.

## DIE XVII. JANUARI.

Com. S. Supplicii, Episc.  
et Conf.

In j. Vesperis, Aña.

Sacérdos̄. Justum.

Oratio.

**C**LEMENTIAM tuam, quæsumus, omnipotens Deus: ut intercedente pro nobis beato Supplicio, Confessore tuo atque Pontifice, véniam ómnium consequi mereámur peccatórum et vitam capere valeámus ætérnam. Per Dóminum.

In Laudibus, Aña.  
Euge, serve. ̄. Amávit.

Si Festum S. Antonii transferatur, Aña et ̄. non mutantur.

## DIE XXIII. JANUARI.

In Festo Desponsat. B. M. V.

Duplex majus.

Omnia ut in fine Breviarii, cum com. S. Joseph.

## DIE XXVIII. JANUARI.

In Festo S. Juliani, Episc.  
et Conf.

Semid. ad libitum.

Omnia ut in fine Brev.

## DIE XXX. JANUARI.

Com. S. Aldegundis, Virg.

In j. Vesperis, Aña.

Simile. ̄. Diffusa.

HIEM. RURÆMUND.

Oratio:

**D**EUS virginitatis amator, da nobis ut, intercedente beata Aldegunde Virgine tua, promissa mundis corde præmia consequi mereámur. Per Dóminum.

Lectio ix.

*Ex vita per anonymum  
coævum, et Hucbaldum  
in Actis Sanctorum  
Belgii.*

**A**LDEGUNDIS, paréntibus Walbério et Bertilia, sanctitate conspicuis, in Hannónia orta, in pauperes misericórdia, vigilis, divinárum rerum lectione emittit, et a puelláribus annis Sponsa cælesti se totam devóvit. Nubilis sprevit nóbile conjúgium, et tanquam sponsa Christi, vitam apud sorórum, sanctam Waldetrudem, in Castrilocénsi monastério, tum apud paréntes duxit; donec, his defunctis, in locum nemorósum, Malbódium dictum, se recépit, et a sanctis episcopis Amándo et Autbéro, quod votis ardéntibus

expetferat, sacrum velamen in Altimóntis cœnóbio suscepit. Tum in Malbodiénsi solitúdine monastériura ecclesiám que sub invocatióne sanctæ Dei Genitricis extrúxit, et dotávit : ubi deinceps in sancta conversatióne pérmanens, álias ad se confluéntes vírgines, inter quas sanctas Aldetrúdem et Madelbértam sibi ex soróre neptes, sancte instituit, frequénti Angelórum consórtio et allóquiis confirmáta. A beáto Gisléno mortis imminéntis admónita, Deum deprecáta est, ut in præsentí sic flagellándo eam purgáret, quátenuis sine mácula ad eum transire mererétur : subortúmque exinde cancri morbum gaudens pétulit, donec illo depásta ad Christum migrávit circa annum sexcentésimum octogésimum quintum. Post mortem miraculis clara, Malbódii quiescit. Te Deum laudamus.

In Laudibus, Aña. Veni, sponsa. ŷ. Spécie.

Si Festum S. Martine transferatur, Aña et ŷ. non mutantur.

FESTA FEBRUARII.

DIE III. FEBRUARII:

In Festo S. Hadelini, Conf. Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. præter seq.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, tuórum remunerátor servórum, qui nobis beátum Hadelinum æternæ salutis ministrum præstáre voluisti : concéde nobis famulis tuis ; ut ejus adjuvémur méritis, cujus lætámur virtútibus et exémpis. Per Dóminum.

Deinde fil. com. S. Blasii, Episc. et Mart.

In j. Noct. Lectiones de Scriptura occurrente.

In Quadrag. Beátus vir, de Comm. ij. loco.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex vita per Notgerum, Episc. Leodiensem, apud Bolland.

**H**ADELINUS, nóbilis Aquitánus, zelo religiõnis terréna despiciens,

perfectioris vitae se mitam solitudinis locum, quem amplexus est sub disciplina beati Remacii, cui filiali reverentia se vitae illic austeritate et sancti- socium addidit, actuum monia eremiticam duxit piorem ejus, laborum et vitam: cujus mox erum- ærumnarum per omnia pente fama, cum multi particeps. Itaque Remacius ad ipsum tum benefici- clus cum in Trajectensem rum a Deo impetrandõ- Cathedram sublimatus rum, tum institutionis esset, Hadelinum secum salutaris accipiendæ, tum Trajectum deduxit, ejus voluntariæ ejus pauper- et domestico exemplo sese tatis amplectendæ gratia ad pietatem excitaturus, confluerent, his pariter et doctrina alios ad christi- ibidem alendis nonnulli- tianarum virtutum officia prædia et reditus erogã- hortaturus; quem, quin et ipse Pipinus, meritorem ejus optime Austrasiæ Princeps, conscius, sacerdotio initiãvit. Cum autem Hadelinus, tam Scripturarum ultro contulisse scribitur. sciëntia quam morum R. Amavit eum.

## Lectio vi.

MULTIS annis Hadelinus venerabilis, Antistitem sibi commorans, pauper- sum plurimum in Evan- pertatem, humilitatem, gëlio laborando, egregie mansuetudinem in omni- adjüvit; ipsumque comi- bus excolëbat. Denique- tãri non destitit, dum ille mortem sibi imminere pontificale dimittens onus, sentiens, fratres suos ad Stabulãi eremum ingres- perseverantiam aliasque sus est. Honestum fecit. virtutes enixius hortatus est. Tum febre mōdica

## Lectio v.

MISSUS a sancto Remaclo, cœlitus edocto et corruptus, ac sacrosancto futurorum præscio, in Corpore et Sanguinis Dõmini Viatico munitus,

sp̄ritum Deo réddidit, tertió Nonas Febrúarii, sæculo séptimo; ad cujus sepulchrum, miraculis gloriósum, fidèles úndique convoláruunt. Póstea canonicórum collégium ibidem exúrgit, quod tandem una cum sancti Confessóris corpore Adólphus de Marka, Leodiénsis episcopus, Visétum in suæ ditiónis oppidum tráns tulit, ubi et Patróni veneratiónem habet.

R̄. Iste homo.

In iij. Nocturno Homilia in Evang. Ecce nos relíquimus, ut in Festo S. Gerlaci, xj. Februarii. R̄. viij. de Comuni.

Lectio ix. S. Blasii, et com. in Laudibus.

### DIE VI. FEBRUARII.

In Festo S. Amandi, Episc. et Conf.

Duplex.

Ombiade Comm. Conf.

Pont. præter sequentia.

Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dómine, beati Amándi, Confessóris tui atque Pontificis, patrocínio adjuvâri, cujus précibus

mórtuum ad vitæ lucem renovásti. Per Dóminum.

Com. S. Dorotheæ, Virg. et Mart.

In j. Nocturno Lectiões de Scriptura occurrente. In Quadrag. Fidelis sermo, de Comuni.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

*Ex vita per Daudemundum ejus discip., per Harig. abb. et Epist. S. Martini Papæ, apud Bolland.*

**A**MANDUS patre Seréno, matre Amántia, fide et genere claris, natus est in Aquitánia sub finem sæculi sexti. Vix e pueritia egréssus, sanctióriæ vitæ desidério in insulæ Ogiæ monastérium se recépit, patre gravate ferente, qui cum a proposito revocâre conátus est, minátus se eum patérna hæreditate privatúrum, nisi e monastério egredérétur. Ast generósus adoléscent, terrénam parvipéndens hæreditatem, et Christo tantum militâre cûpiens, ut se a paréntum moléstiiis immûnem réd-

deret  
Mart  
cèssi  
nóren  
ejusd  
prælu  
venit  
streg  
cujus  
struim  
per  
ciner  
mira  
domâ  
profé  
cta r  
Galli  
prop  
revér  
majó  
ctum  
explé  
insig  
men  
R. I

MO  
M q  
rant,  
tiat.  
Ganc  
bus i  
gent  
bus  
incre

deret, Turónes ad sancti  
Martini sepúlchrum ac-  
cèssit, ubi clericátus ho-  
nórem adéptus, cæteris  
ejúsdem loci mónachis  
prælucébat. Inde Bitúricas  
venit apud sanctum Au-  
stregísilum episcopum,  
cujus jussu Amándo con-  
strúitur cèllula, in qua  
per annos quindecim  
cinere et cilicio tectus,  
mira abstinentia carnem  
domávit. Romam deinde  
proféctus, cum loca san-  
cta religióse obivisset, in  
Gálliam divi Petri mónitu  
propagandæ fidei causa  
reversus est. Quo vero  
majóri auctoritate injún-  
ctum sibi a Deo munus  
expleret, episcopáli ordine  
insignitus est, nulli tam-  
en certæ sedi addictus.

℞. Inveni David.

Lectio v.

**M**OX infidélibus, máxime  
qui in Bélgio supére-  
rant, Evangélium annú-  
tiant. In Menapiórum et  
Gandavénsium regióni-  
bus in primis obstiterunt  
gentes inveterátis erróri-  
bus addictæ, a quibus  
incredibiles calamitátes

perpéssus, in flumen cum  
vitæ discrimine præcipi-  
tátus, a discipulis dere-  
lictus, non déstitit áni-  
mam pro frátribus pó-  
nere, omniaque tandem  
pervicit invictus sancti  
Præsulis ánimus, cui et  
apud gentes conciliárum  
ingéntem veneratióem  
frequéntia miracula. Hinc  
ad Slavos aliósq; pópu-  
los, qui provincias Danú-  
bio vicinas incolébant,  
transgréditur; cumque  
in vastis illis regiónibus  
aliquámdiu Evangélium  
annuntiáset, in Gálliam  
remeávit. Dagobértum,  
Francórum regem, lubri-  
cis amóribus prorsus dé-  
ditum, pro múnere suo  
intrépide redárguit:  
quare in exilium actus,  
aliis pópulis veram fidem  
prædicávit. Sed pœni-  
téntia tactus Dagobértus,  
Amándum, anno salutis  
trigésimo supra sexcen-  
tésimum, cum honóre  
révoat, filiumque sibi  
natum, quem Sigebértum  
appellávit, ab eo bap-  
tizári voluit.

℞. Pósuí adjutórium.

## Lectio vj.

**P**ost hæc, cum Trajectensium episcopus, beatus Joannes cognomine Agnus, feliciter ad Christum migrasset, Amandus a Rege, Clero et populo coactus, Trajectensem ecclesiam regendam suscepit. Familias tum sancti Bavonis, principis in Hasbania, tum beati Pipini ducis, ad pietatem instituit. Ad eum sanctus Martinus Papa misit Acta synodi contra Monothelitas anno sexcentesimo quadragésimo nono Romæ celebratæ, ut ab episcopis Galliarum in unum congregatis subscriberentur, illum insuper monens, ut Sigeberto regi suggereret de mittendis Romam lectissimis regni sui episcopis, qui legatione Apostolica fungerentur ad Imperatorem, eadem Acta Constantinopolim delaturi. Interim in conversionem infidelium divinitus accensus, episcopatum Trajectensem abdicat, ac denuo gentibus

erudiendis, devius reducendis. et in fide firmandis continuo insistit. Plurima monasteria utriusque sexus vel ipse erexit, vel ab aliis erecta dedicavit. Tandem viribus exhaustus, apud Pabulenses, in Elnonensi monasterio, quod postea ab auctore suo dictum fuit Sancti Amandi, plenus dierum et meritorum, nonagenarius in cælum transmissus; cujus sacrum corpus in ecclesia ejusdem cœnobii, uti testamento suo ordinaverat, depositum, post annos sexdecim incorruptum, in nova sancti Petri basilica reconditum fuit, ac maximis dein miraculis inclamavit.

¶. Iste est qui ante.

In iij. Noct. Homilia in Evang. Homo peregre, de Comm. Conf. Pont.

Lectio ix. S. Dorotheæ, et com. in Laudibus.

**DIE XI. FEBRUARII.**

In Festo S. Gerlaci, Conf. Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. præter seq.

In  
ad La

**G**ER  
til  
Spret  
Spret  
Quer  
Hic p

tar  
Raro  
Vita  
Vi la  
Hic m

Cor e  
Sic c  
vu  
Magn  
(erla  
Nunc  
rés

In no  
Prec  
patri  
Nato  
Sanc  
Per c  
lu

**E**U  
D  
célé  
tulis  
mus  
patro

In utrisque Vesperis et  
ad Laudes.

Hymnus.

**G**ERLACE qui domum  
tibi,

Spretis superbis oppidis,  
Spretoque amore sæculi,  
Quercum cavatam deligis:  
Illic pane aquaque victi-

tans,  
Raro parumque dormiens,  
Vitæ prioris crimina  
Vi lacrymarum diluis;

Illic nocte tendis et die  
Cor et preces in æthera:  
Sic cella, quamvis par-

vula,  
Magni poli fit æmula;

Gerlace Falcoburgie,  
Nunc huc, precamur,  
respice:

In nomen effusus tuum  
Precatione nos juva.

Patri perennis gloria,  
Natque Patris unico,  
Sanctoque sit Paraclyto

Per omne semper sæcu-  
lum. Amen.

Oratio.

**D**EUS, qui beatum Ger-  
lacum de eremo ad  
cœlestem patriam trans-  
tulisti: concede, quæsu-  
mus; ut ejus meritis et  
patrocinio adjuti, peccata

desere, et te semper  
diligere valeamus. Per  
Dominum.

Ad Matutinum, Hymnus.  
**G**ERLACUS ille, sancti-

tas  
Cujus tot olim claruit  
Clarêque adhuc mirá-  
culis,

Nunc ferendus laudibus.  
Testatur hoc, quæ Cœliti

Huic unda potum præ-  
buit;

Illius haustu plurimis  
Est restituta sanitas.

Ter, imminente tempore  
In astra Divi transitus,

Hanc in merum vis má-  
ximi

Mutavit undam Numinis.  
Honore Falcoburgii

Hanc prosequantur má-  
ximo,

Quibus per illam contigit  
Certare Cænæ laudibus.

Gerlace fac, te quæsu-  
mus,

Creator omnium Deus,  
Tuo rogatu, supplicum

Ut vota nostra exaudiat.  
Patri perennis gloria,

Natque Patris unico,  
Sanctoque sit Paraclyto

Per omne semper sæcu-  
lum. Amen.



In j. Noeturno Lectio-  
nes de Scriptura occur-  
rente. In Quadrag. ~~le-~~  
**tus vir,** de Comuni.

In secundo Noeturno.

Lectio iv.

*Ex vita apud Bolland.*

**G**ERLACUS, nóbili stém-  
mate in Falcoburgénsi  
provincia natus, primum  
ad militiam ánimu ad-  
jécit, et tribúnus équitum  
factus, cum illórum more  
militum, qui castra se-  
quúntur, vitam institúe-  
ret, ex inopináta suæ  
cónjugis morte conster-  
nátus, abjécto militiæ  
cingulo, cilicio et lorica  
supra nudum corpus in-  
dútu, pédibus nudis  
Romam proféctus, apud  
Pontíficem Máximum de-  
pósita peccatórum sárcki-  
na, ex ejus præscripto  
Hierosólymam proféctus,  
et in xenodóchium páu-  
perum, ut pœniténtiam

ágeret, susceptus, totum  
illic septénnium in por-  
córum aliorúmque ani-  
málium cura exégit. Quo  
expléto pœniténtiæ tém-  
pore, Romam rédiens, ut  
quæ de vini et cárnium

perpétua abstinéntia,  
deque usu lorici et cilli-  
cii, aliisque pietátis ex-  
ercitamentis Deo vóverat,  
in solitúdine vivens réd-  
deret, in Falcoburgénssem

suam se dénuo provlu-  
ciam, annuente Pontífice,  
recépit : ubi veterinósam  
etraræ crassitudinis quer-  
cum ad radices excavári,  
et magnam vim lapidum  
in eam inférrí, ac illis  
e straminibus contéxtam  
impóni stóream jussit ;  
ibique cilicio et lorica, sub  
cándido Præmonstratén-  
si hábitu, nocte diéque  
indútu, totis quatuórde-  
cim annis, hoc est usque  
ad extrémum vitæ suæ  
diem, austéram agens  
vitam, perseverávit.

ñ. Honéstum fecit.

Lectio v.

**G**IBUS ei fuit panis ex  
Chórdeo cinéribus mi-  
xto, potus aqua frígida e  
fonte seu púteo vicino, in  
hodiérnum usque diem,  
et divi Gerláci memória,  
miráculis célebri. Ve-  
niéntes ad se páuperes et  
peregrínos honéste ac  
liberaliter tractábat, de

suo interim rigóre nihil set sacérdos, qui extrémá unquam remittens. Quám- illi administráret Sacra- diu corpore váluit, omni ménta, accessit dívina die ad sancti Servátii ho- dispositiõne, spécie ve- norándas Reliquias, sum- nerándi senis, sanctus mo mane sesquihóræ sat Servátius nivea amictus difficili et molésto itinere, Trajéctam, sabbatinis stola (quem in vita semper colúerat Gerlácus), a vero diébus, ad memóriam quo Sacraméntis omnibus Deiparæ Virginis, Aquis- ritu cathólico munitus, gránum, nudis semper pridie Theophániæ in pédibus, peregrinabátur; Dómno obdormívit, sædonec per ætátem rédditus impoténtior, asélló uti cogerétur. Póstea sacélló, uti volúerat, vero æmulórum quórúdam sepúltus est. Sed Deus dam malevoléntia succisa non diu inglórium illum quercu, duas álias angústissimas cellas cóonstrui esse permisit: mox enim fecit: quarum álteram divinitus patefacta fóvea, corpus sancti Viri una cum cruce Hierosolymítána et cilicii parte, quæ in hunc usque diem conspicíuntur et in prétió habéntur, sursum e fóvea levátum, innúmeris conféstim cláruit miraculis. In loco étiam quem sanctitáte sua illustráverat, quique nomen suum ab eo desúmpsit, monastérium órdis sancti Norbérti exstructum fuit, in cujus ecclésia, modo parochiáli, ejus Reliquiæ a

R. Amávit eum.

Lectio vj.

MORTE imminente, cum nullus ad manum es-

concurréntibus úndique peregrinis honorántur. Hæc nempe sunt verba Anno vero nonagésimo nono supra millésimum quingentésimum, qui hóminum malitia obstructus latúerat miraculósus púteus, jubénte Henrico Cuyckio, episcopo Ruræmundénsi, quæstus ac repértus est, ossa quoque cum sancti Viri memória fuérunt leváta, et ipse púteus miraculis dénuo cœpit claréscere.

R̄. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 19.

**I**n illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis ? Et réliqua.

Homilia sancti Bernárdi Abbátis.

Super Evang. Ecce nos.

**A**RBITROR verballectiónis hujus ea esse, de quibus ad immortálem Sponsum de finibus terræ clamat Ecclésia : Propter verba labiórurú tuórurú

ego custodivi vias duras. quæ contéptum mundi in univérso mundo, et voluntáriam persuasére hominibus paupertátem. Hæc sunt quæ mónachis claustra replent, désérta anachorétis. Hæc, inquam, sunt verba, quæ Ægyptum spóliant, et óptima quæque ejus vasa diripiunt. Hic sermo vivus et éfficax, convértens ánimas felici æmulatione sanctitátis et veritátis promissióne fidéli.

R̄. Iste est qui.

Lectio viij.

**D**IXIT enim Simon Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus ómnia. Bene, óptime, et non ad insipiéntiam tibi : nam et mundus transit, et concupiscéntia ejus : et relinquere hæc magis expedit quam relinqui. Ecce, inquit, nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te : nimirum, quia exultávit ut gigas ad curéndam viam, nec curéntem sequi póteras onerátus. Sed nec inútilis

commutatio, pro eo qui rior, verum etiam intesuper omnia est, omnia rior substantia nostra reliquisse: nam et simul videtur, et facile cor hucum eo donantur omnia, manum omnibus quae et ubi apprehenderit eum, frequentat adhæret. Age erit unus ipse omnia in ergo qui relinquere disponis omnia, te quoque omnia reliquerunt. inter relinquenda numerum.

O virtutum et miraculorum gloria illustris eremi incola, sancte Gerlâce, tua intercessione deliberas sequi eum, qui divinam nobis propitiam exinanivit propter te reddere Majestatem: \* Ut

a presentis et futuræ vitæ suppliciis misericorditer præservemur. Ÿ. Tua austera et sancta vita divinæ pietati nos semper commenda. Ut, Glória Patri. Ut.

Lectio ix.

OMNIA sane dixerim, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, et eas maxime. Plus enim concupiscencia mundi quam substantia nocet. Et hæc fugiendarum causa divitiarum præcipua est, quod aut vix, aut nunquam sine amore valeant possideri. Limosa siquidem et glutinosa nimis, non modo exte-

Te Deum laudamus.

FESTA MARTII.

DIE I. MARTII.

In Festo S. Suitberti,

Episc. et Conf.

Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf.

Pont. præter sequentia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut beatum Suitbertum, Concessorem tuum atque Pontificem, quem fidei prædicatione et miraculorum gloria mirabilem fecisti in terris, apud tuam misericordiam semel per intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

In j. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente. In Quadrag. Fidelis sermo, de Comm.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

*Ex ven. Beda coevo, et S.*

*Radbodo Ep. Ultr. apud Bolland. et Mabillon.*

**S**ANCTUS Suitbertus in Anglia natus, a sancto Egherto insignis sanctitatis viro ad virtutem et sanctitatem fuit institutus. Sanctus hic Eghertus dolenti animo exiguos fructus reputans, quos, obsistente Radbodo impio Frisonum rege, Wigberti labores apostolici apud illam gentem produxerant, et divinitus, quominus ipse illuc proficisceretur, impeditus, sanctum Suitbertum cum sancto Willibrordo aliisque decem sociis in Frisiam misit, ut iterato conamine Evangelii semen spargerent et animas Christo lucrifacerent. Spes fellicioris successus fulgebatur: impius enim Radbodus paulo ante a Piplno Herstallensi ex

citeriore Frisia pulsus erat; ibique favente Pipino non exiguo cum fructu idololatriam debellare et fidem christianam praedicare coeperunt.

¶ Inveni David.

Lectio v.

**F**ERTUR sanctus noster Suitbertus praeter Geldriam et Cliviensem Ducatum suos praesertim impendisse labores evangelicos illis populis ad veram Christi fidem convertendis, qui degabant in illo terrae tractu, qui hodie australi Hollandiae et septentrionali Brabantiae parti correspondet. At compellentibus sociis, ut ad majorem profectum Evangelii episcopali ordine insigniretur, cessit sanctus Suitbertus, et in Angliam reversus eam dignitatem suscepit. Hac instructus ad locum laboris rediit. Sed paulo post Frisonum curam sancto Willibrordo relinquens, conversioni Boruoniarum Rheno ad habitantium operam dedit

non sine ingenti fructu,  
quem Saxonum invasio  
interripuit et impedivit.

¶. Põsui adjutõrium.

Lectio vj.

**S**ANCTUS Suitbertus jam  
ad coelum anhélans et  
ad sanctum exitum se  
præparare desiderans,  
in quo sancte vitam clausit anno  
Dõmini septingentésimo  
décimo tertio. Sanctæ  
ejus Reliquiæ, anno mil-  
lésimo sexcentésimo vi-  
gésimo sexto ibi repertæ,  
ibidem pro majõri parte  
servantur, variis tamen  
partibus per Hollandiam  
sparsis, ubi ejus festum,  
tanquam veri hujus re-  
gionis Apõstoli, cum ce-  
lebritate colitur. Specia-  
tim intercessio ejus invo-  
catur a fidelibus contra  
anginam, quem etiam  
morbum vivens, ut fertur,  
curare solitus erat.

¶. Iste est qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

**I**n illo tempore: Di-  
xit Jesus discipulis  
suis: Vos estis sal terræ.  
Quod si sal evanuerit,  
in quo salietur? Et ré-  
liqua.

Homilia sancti Gregõrii  
Papæ.

Hom. 17. in Evang. circa  
finem.

**M**ISSIS prædicatõribus  
dicitur: Vos estis sal  
terræ. Si igitur cibus  
Dei est populus, condi-  
mentum cibi sacerdotes  
esse debuérunt. Sed quia,  
dum nos ab orationis et  
eruditionis sanctæ usu  
cessamus, sal infatuatum  
est, condri non valet  
cibus Dei; atque idcirco  
ab auctore non sumitur,  
quia exigente fatuitate  
nostra, minime conditur.  
Pensemus ergo, qui un-  
quam per linguam no-  
stram conversi, qui de  
perverso suo opere nostra  
inreparatione correpli,  
penitentiam egerunt?  
Quis luxuriam ex nostra

eruditioe deseruit? Quis avaritiam, quis superbiam declinavit? Pensamus quod lucrum Deo fecimus nos, qui, accepto talento, ab eo ad negotium missi sumus? Etenim dicit: Negotiamini dum venio. Ecce jam venit; ecce de nostro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra negotiatione monstrabimus? Quot ejus conspectui animarum manipulos de praedicationis nostrae segete illaturi sumus?

R. Amavit eum.

Lectio viij.

**P**ONAMUS ante oculos nostros illum tantae districtioe diem, quo Judex veniet, et rationem cum servis suis, quibus talenta credidit, ponet. Ecce, in maiestate terribili, inter Angelorum atque Archangelorum choros, videbitur. In illo tanto examine electorum omnium et reproborum multitudo deducetur, et unusquisque, quid sit operatus, ostendetur.

Ibi Petrus cum Judaea conversa, quam post se traxit, apparebit; ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, mundum ducens; ibi Andreas post se Achaiam, ibi Joannes in conspectum sui Regis conversam ducet. Ibi omnes Domini gregis arietes cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis suis praedicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante aeterni Pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, et oves, quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus? Hic pastores vocati sumus, et ibi gregem non ducimus.

Sint lumbi.

In Quadragesima Lectio nona de Homilia Feriae occurrentis. Alias:

Lectio ix.

**S**ED numquid, si nos negligimus, omnipotens Deus deserit oves suas? Nullo modo; nam ipse eas, sicut per Prophetam pollicitus est, per semetipsum pascit, omnésque quos præordinavit ad vitam, flagellórum stimulis, compunctiónis spiritu erúdit. Et per nos quidem fidéles ad sanctum baptisma véniant, nostris précibus benedicúntur, et per impositionem nostrárum mánuum a Deo Spíritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum cœlórum pertingunt, et ecce nos per negligéntiam nostram deorsum tendimus. Ingrediúntur electi, sacerdotum mánibus expiati, cœlestem pátriam, et sacerdotes ipsi per vitam réprobam ad inférni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdotes malos nisi aquæ baptismatis, quæ peccáta

baptizatórum diluens, illos ad regnum cœléste mittit, et ipsa póstea in cloacas descendit? Timéamus hæc fratres; convéniat actióni nostræ ipsum ministérium nostrórum relaxatióne quotidie cogitémus, ne nostra vita peccáto obligata remáneat, per quem omnipotens Deus quotidie álios solvit. Te Deum laudámus.

**FERIA TERTIA**

**POST DOM. SEPTUAGESIMÆ.**

De Oratióne D. N. J. C.

in Monte Oliveti.

Duplex majus.

Omnia ut in fine Breviarii.

**FERIA TERTIA**

**POST DOM. SEXAGESIMÆ.**

Com. Passionis D. N. J. C.

Duplex majus.

Ut in fine Breviarii.

**FERIA SEXTA**

**POST CINERES.**

De SS. Spinea Coronæ

D. N. J. C.

Duplex majus.

Ut in fine Breviarii.



